Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

H. eccl.
4657

Harasiewicz

Digitized by Google

<36614130830017

<36614130830017

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALES

ECCLESIÆ RUTHENÆ,

gratiam et communionem cum s. Sede Romana habentis, ritumque Graeco-Slavicum observantis, cum singulari respectu ad dioeceses ruthenas Leopoliensem, Premisliensem et Chelmensem,

AUCTORE

MICHAELE HARASIEWICZ,

Lib. Barone de Neustern, Doctore S. Theologiae, Archipresbytero et Praeposito Capituli Metropolitani Rutheni Leopoliensis, Commendatore c. r. Ordinis Leopoldi.

LEOPOLI.
Typis instituti Rutheni Stauropigiani.
1862.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

Praefatio.

Res Ecclesiae ruthenae, gratiam et communionem cum s. Sede Romana habentis, ritum graeco-slavicum observantis, et primas partes inter Ecclesias Orientales, in dicta existentes communione occupantis, hucusque non patebant Occidenti et Orienti ex operibus Ruthenorum domesticis, sed solummodo dignoscebantur ex scriptis Polonorum et Magno-Russorum, *) *quae vero partium studio laborant, et erroribus scatent.*

---

*) *Inter scripta Magno-Russorum de Ecclesia ruthena sequentia sunt principaliora: Историческое извѣстіе о возникшей въ Польшѣ уніи, Николаемъ Бантышемъ Каменскимъ собранное. Москва, 1805. Hoc est: Historica notitia de Unione (Ruthenorum) in Polonia, a Nicolao Bantysz Kamenski conscripta. Moscoviae 1805. Литовская церковная унія. Изслѣдованія М. Кояловича. С. Петербургъ, 1859. Hoc est: Ecclesiastica Unio in Lithvania (et Polonia Ruthenorum) Indagationes M. Kojalowicz. Petropoli, 1859. Hujus operis duo tomi jam prodiverunt, tertius adhuc edendus est.*

Digitized by Google

Scriptores rerum Ecclesiae ruthenae Poloni occupantur secundum politica sua consilia, quae notavit Sua Sanctitas Pius Papa IX in Brevi ddto 17 Martii 1862, deductione, Ruthenos debere Polonos fieri, ut sint Catholici, itaque ad ritum latinum Polonorum reduci, et in hoc ritu polonisari, quamvis recentioribus temporibus Poloni scribunt, Ruthenos debere fieri Polonos, ut sint homines, qua ratione catholicitas et humanitas praebent solummodo praetextum, polonisandi Ruthenos. Hoc modo tractantur Rutheni a Polonis ab occupatione terrarum ruthenarum, facilitata jugo Tatarorum. Initio saeculi XVII non haesitavit Zimorowicz in sua historia urbis Leopolis scribere, ut Rutheni extirpentur, latinisentur et polonisentur. Sicut enim, pergit ulterius, Roma censebat, Carthaginem esse delendam, ut perveniat ad gloriam suam: ita etiam Polonia primum post extirpationem Ruthenorum in tuto constituta erit. Revera multa innotuerunt projecta Polonorum extirpandi, latinisandi et polonisandi Ruthenos non solum disunitos sed etiam unitos et quidem eo magis unitos, a reliquo Oriente seperatos, unum an. 1717, alterum vero an. 1752 tertium an. 1786. *) *Tria haec projecta inculcant Po-*

*) *Suppl. ad histor. Russiae monum. Petropoli, 1848. p. 221—226. Die ruthenische Frage in Galizien beleuchtet von einem Russinen (Ruthenen). Lemberg, 1850. S. 86—100. F. J. Jeckel, Polens Staatsveränderungen. Wien,* 1803. III *Th. S. 132. Die Kirchen-und Staatssatzungen bezüglich des gr. kath. Ritus der Ruthenen. S. 65 und weiter.*

Digitized by Google

lonis omnis generis machiavelistica ad obtinendum praefatum finem media, quae a Polonis in effectum deducebantur non solum durante eorum regimine, sed etiam nunc sub aliis regiminibus deducuntur, quae scripta Polonorum de rebus Ruthenorum in genere et de Ecclesia ruthena in specie foedarunt et foedant, et inter quae occurit quoque hoc, ut Rutheni coram s. Sede et coram universo orbe etiam falsis denuntiationibus denigrentur, quatenus tradantur Polonis qua magistris civilisationis ad extirpationem et polonisationem. Secundum haec projecta sua Poloni intimidant Ruthenos minis, obtrudunt praecipue debili foemineo sexu falsum pudorem, quando idem consuetudines ruthenas praesefert, conservant inter Ruthenos non alium quam servilem animum, nonque aliter praebent eis amicitiam suam, quaedam miserabilia officia et suas sic dictas gratias, quam circa hoc. ut exuant honestatem characteris, ac ut negent suam ruthenam nationalitatem, linguam et ritum graeco-catholicum, imo ut contra haec omnia hostili procedant spiritu, magisque polonismum dilatent, quam ipsi Poloni auderent. Inde veniunt illi Pseudorutheni sive proselytae Polonorum inter Ruthenos, qui longe majori excellunt deformitate, quam omnes alii proselytae. His omnibus consideratis habuit Gregorius Papa XVI justam causam, conquerendi in allocutione, habita in Consistorio secreto X kalen. decembris 1839, verbis: „Molestissimum equidem fuit, instauratam adeo feliciter [an. 1596] cum Romana Ecclesia Ruthenorum conjunc-

Digitized by Google

tionem adversis vicibus fuisse progressu temporis obnoxiam." Unde etiam Pius PP. IX. duxit Polonis exprobrare peccatum persequutionis unitorum Ruthenorum.) Unde porro emunctae naris Polonus Felix Herburt Dobromilski observavit: „Quid isti [oppressores Ruthenorum Poloni] volunt ab hac [ruthena] honesta natione, et quali consilio et qua ratione? Id ego nequaquam intelligere possum, ut non sint Rutheni in Ruthenia. Haec res impossibilis est." **) Unde denique celebratissimus Polonorum scriptor Adam Mickiewicz in suis praelectionibus dicere poterat: „Quae erat haec potestas, quae levabat nationalitatem polonicam, eam in terris ruthenis dilatabat, jam autem nationalitatem ruthenam ex iis terris trans Dnieprum propulsabat? Haec potestas erat, respondet idem, Ecclesia [polonica], quae rem nationalitatis polonicae promovebat." Quum vero renovata Unione Rutheni adversus injurias ex parte Polonorum confugerent sub tutellam suae catholicitatis et sub protectionem s. Sedis Romanae, Poloni aegreferebant hanc unionem, et promovebant lites inter unitos et nonunitos Ruthenos usque ad sanguinem, ut*

---

*) *Czas. Dodatek miesięczny. Rok trzeci. Tom. X. Zeszyt 30. Czerwiec. Kraków. 1858. Str. 483.*

**) *Zdanie o rodzie ruskim Herburta, przypisek własnoręczny w książce: Wizerunek utrapionej rzeczypospolitej i naprawa Piotra Grzegorzkowiczu. Dobromil, 1616 (Biblioth. uniwers. Lwowsk.)*

Digitized by Google

Rutheni Ruthenos extirparent. *) *Quod Polonis unio Ruthenorum non placeret, videre est ex sequentibus. Metropolita ruthenus Antonius Sielawa habuit referendum sequens decretum Cleri polonici, concinatum in synodo Krasnostaviae an. 1644, ad Cong. de prop. fide: „Rutheni uniti quidem, sed clero universo [quaeritur, an toti latino occidentali, an solummodo polonico?] et rei catholicae latinae [quomodo huic?] majorem molestiam fecerunt, quam olim disuniti. [!] Quia nempe schisma praebebat Polonis omnem praetextum coram Occidente Ruthenos opprimendi et polonisandi. Ita etiam Eppus ruthenus Chelmensis Jacobus Szusza in sua relatione, data an. 1644 Romam, testatur: „Nisi obstaculum a spiritualibus latinis [polonicis] quam a saecularibus haberent (Rutheni uniti), qui-nemque spirituales et saeculares polonici — soepe soepius unitos eundem diabolum esse cum schismaticis dictitant, parochos sismaticos in suis bonis propter suos ex illis simoniacos proventus alunt, jurisdictionem Epporum unitorum perturbant, sacerdotes unitos variis modis et servilibus alicubi operibus aggravant, ad judicia unitos occurentes opprimunt, plus favoris schismaticis propter tot et tantas corruptiones ostendunt, opprobriis inescant, bonorum ereptionibus Ecclesiarum ruthenarum vel in latinicas (polonicas) vel in schismaticas conversionibus affligunt, jam*

---

*) *Puścić Rusina na Rusina, a tak sami się wygubią.*

Digitized by Google

dudum uniti de schismaticis triumpharent." *) *Ne s. Sedes romana protegat Ruthenos unitos, non deerant minae ex*

---

*) *Quod Poloni secundum consilia sua politica non solum Ruthenorum Unionem aegretulerint, quam expiscandam non facile habebant prouti schisma, quamque non curabant efflorescere, sed etiam Magno-Russorum, videre est ex: „Wochenschrift für Wissenschaft, Kunst und öffentliches Leben. Beilage zur k. Wiener Zeitung. Nro. 19, 7 Juni 1862. Seite 150—151. Ibi naratur magnus Dux Russiae Joannes Wasylewicz curasse inire conjunctionem cum Occidente et unionem cum s. Sede Romana, quod autem Polonia impedivit. Imperator Germaniae Carolus V et Papa Julius III favebant ab initio his intentionibus dicti magni Ducis, et jam compositum erat Collegium Cardinalium, cui commissum erat, necessaria hunc in finem praedisponere. Verumtamen die 17 Martii 1553 comparuit Legatus Poloniae Dux Nicolaus Radziwil in aula Ferdinandi I, ut inter regem Poloniae Sigismundum et Imperatorem Germaniae componat necessaria circa matrimonium sui regis et Archiducissam viduam Catharinam, et ut impediat unionem magni Ducatus Russiae seu Moshoviae cum s. Sede Romana. Ferdinandus I scripsit tunc ad Imperatorem Germaniae fratrem suum Carolum V, qui Legato suo Romae dedit in mandatis, ut praefatam unionem non concedat, unde etiam Papa rejecit desideria magni Ducis Moschoviae, acsi Poloniae nociva." Itaque Poloni usque ad hodiernam diem denuntiantes Ruthenos in Galicia qua schismaticos, licet iidem sunt in Unione cum s. Sede Romana, eadem sua politica consilia prosequuntur in latinisationem et polonisationem Ruthenorum, talique ratione suis politicis combinationibus plurimum conferunt ad schisma orientale conservandum.*

Digitized by Google

parte Polonorum, coarctandi jurisdictionem Ejus in Polonia, quas experti sunt Papa Benedictus XIV et Nuntius Apostolicus Garampi, neque regimen polonicum inde a rege Sigismundo III judicavit, decretis s. Sedis romanae circa ruthenorum unionem obtemperare, et in commemorato secundo projecto extirpationis ruthenorum expresse dicitur, Polonos habere romam in sua potestate, ut Eam ad suos sensus flectant, neque Ejus mandatis obtemperent. Notum etiam est, Polonos parum curare romam Ejusque effata, quando eorum politica consilia detrectat fulcire, *) *et sub vexillo suae sic dictae polonicae catholicitatis indicunt bellum non solum toti disunito Orienti sed etiam unitis ruthenis,* **) *requirentes, ut iidem ultimi ardorem s. Unionis suae in hoc reponant, quatenus ad restituendam antiquam Poloniam intra Vistulam et Dnieprum contra russiam, Austriam et Prussiam rebellent, pro quo promittuntur eis Polonorum favores, secus vero inducuntur omnimodae angustiae, qua ratione s. Unio Ruthenorum vario sensu apud Polonos sumitur, et calumnia schismatis, qua iidem Rutheni uniti denigrantur, non solum ecclesiasticum sed etiam politicum sensum habet. Nec Poloni putant con-*

---

*) *Tygod. katolicki. Grodzisk, 27 Września, 1861 Nro 39 str. 352. Dziennik polski et Czas in multis locis.*

**) *Tyg. kat. Nro 3 et 39 ex 1861 „Diec. Lubel. Przegl. pow. Nro. 93 ex 1861. Dzien. pols. Nro. 1 ex 1861.*

Digitized by Google

scribendam esse historiam Poloniae secundam facta sed secundum genium polonicum, ne idem singulis tristibus factis aggravetur, et ne de oppressione Ruthenorum ex parte Polonorum aliquid dicatur, et si Rutheni tales oppressiones suas demonstrant factis, genius polonicus habet amplissimam dialecticam, et utitur omnibus sophismatibus, ut nonsolum has oppressiones et injurias neget, sed potius Ruthenos exhibeat tales, qui Polonis injurias inferunt. Omnibus bene provisi venerant Rutheni sub regimen polonicum, jam autem hoc regimen tradidit eos regiminibus Russiae et Austriae in miserrimo statu, et quum Rutheni de avulsionibus contra Polonos conquerantur, quae etiam a judiciis inveniuntur fundata, Poloni exhibent eos qua Communistas. Haec Polonorum cum Unitis seu graeco-catholicis Ruthenis procedendi ratio non potest non scandalisare tam hos quam reliquum Orientem, acsi non aliter quam per Poloniam pateret Orientalibus via ad Ecclesiam Catholicam, quae vero exinde non pauca habet impedimenta. Poloni miserabiliter conqueruntur contra injurias suas; at iidem inferebant et inferunt injurias Ruthenis, Poloni loquuntur de juribus suis, quae inveterascere et amitti non possunt; non putant tamen respicere jura Ruthenorum exinde, quod eosdem aliquando subjugarunt et opprimebat. Recte suo praedominio abutebantur Poloni ad infligendas Ruthenis injurias, et licet modo non habent super Ruthenos praedomnium, nihilominus tale

Digitized by Google

sibi ad infligendas eis injurias fingunt ex antiqua traditione et etium ex eo, quod putent sese habere aliquales partes primatus S. Sedis Romanae super Ruthenos graeco catholicos, et quidem ad sua politica consilia. Totam Polonorum cum Ruthenis pocedendi rationem describere possumus sequentibus verbis. Negant omnia jura imo existentiam Ruthenorum [Parvo-Russorum], unionemque Ruthenorum ecclesiasticam statuunt aliquid tale. quo nationalitas ruthena a polonica absorbenda est qua praeda aliqua, neque exinde putant sese erga Ruthenos habere aliqua officia. Quae tantum Rutheni habent ad conservationem suae nationalitatis, suae linguae et sui ritus, haec adlaborant destruere et evertere. In hac negatione omnis Polonorum reponitur scientiae ars. Insuper Poloni intricant omnia nationalitati et ritui Ruthenorum propria in millenas quaestiones, licet a Ruthenis soepius dillucidatas; et his intricationibus admiscent doses suspicionis schismatis et moscovitismi hunc in finem, ut ab ignaris rerum obtineant Ruthenos polonisandos, quatenus hoc modo constituatur antemurale contra schisma Orientale et contra Moscoviam seu imperium Russicum [Magno-Russorum.]

Incontra vero Magno-Russi adornant sua scripta de s. Unione Ruthenorum [Parvo-Russorum] sequenti modo: „Ne Rutheni fiant Poloni, nec latinisentur, nec polonisentur, debent fieri Magno- Russi et Orthodoxi,“ h. e. schismatici. Exinde s. unio Rulhenorum ipsaque nationalitas

Digitized by Google

ruthena experiebantur sub regimine russico post divisionem Poloniae maximas vexationes, persequutiones et oppressiones, quae earum internecionem intendebant.

Quis non videt miserrimam sortem Ruthenorum et Ecclesiae ruthenae ex causa harum litium de principatu terreno Polonorum et Magno-Russorum? Adsunt quidem varia diplomata quasi in bonum Ruthenorum, sed his diplomatibus tantum externe tegebatur, quod interne contra eosdem fiebat. Itaque Poloni et Magno-Russi secundum sua politica consilia de Ruthenis litigantes, conveniunt in eo, quod hi et illi struant nationalitati ruthenae, comprehendenti 15 milliones animarum, exitium, et ad haec politica et terrena consilia sua abutuntur sanctissima religioni Christiana, ipsa Catholicitate. In his litibus Polonorum et Magno-Russorum sunt Rutheni, qui patiuntur summa damna, qui vero non intermittunt sua jura repetere et requirere id, quod salus eorum aeterna et temporalis eis dictat, quodque in eorum natura et historia fundatum, et sequentibus verbis exprimendum est: „Rutheni, prouti antiquitus sub suis ducibus erant, debent esse Rutheni, et quidem catholici ritusque graeco-slavici." Tali ratione non dabitur locus exitiabili illi pro Ruthenis aemulationi Polonorum et Magno-Russorum, neque vexationi Ruthenorum ex parte Occidentis et Orientis. Cum Occidente propitiat Ruthenos Catholicitas, cum Oriente autem ritus graeco-slavicus. Hoc salutis suae principium persen-

Digitized by Google

tiscunt Rutheni in intimis cordium suorum. Sub regimine Austriaco in Galicia datum est Ruthenis idem principium suum salutare evolvere et quidem nonsolum quoad conservandam suam ruthenam nationalitatem sed etiam quoad Catholicismum cum ritu graeco-slavico. Etiam sub regimine russico coepit modo nationalitas ruthena se evolvere, neque ibidem Catholicitas cam ritu graeco-slavico inter Ruthenos saltim in dioecesi Chelmensi deleta est. Poloni non aliud quid quam futuram tollerantiam suam erga Ruthenos depraedicant, et Rutheni eis minime fidere possunt, qui olim solennissima pacta fregerunt, ne Rutheni penes Polonos et Lithvanos politice aequiparentur. Quum Rutheni praedictum principium sibi vindicant, faciunt id ad mentem doctissimi et sapientissimi Papae Benedicti XIV, qui in Sua Constitutione „Allatae sunt" scribit: S. Sedem Romanam velle diversas nationes Orientales conservare, nec intendere destructioni et internecioni rituum Orientalium, exoptans, non ut omnes Latini [et tanto minus Poloni] fiant, sed ut omnes Catholici sint. Similia scribit Apostolico zelo erga Orientales nationes ductus et clarus Pius Papa IX in sua epistola encyclica ddto 8 Aprilis 1862 ad Episcopos Ecclesiarum Orientalium, Communionem cum s. Sede Romana habentes ex occasione institutae distinctae Congregationis pro Orientalibus data. Aegreferentes Poloni Ruthenorum in Galicia consolidationem declamant per totum Occidentem, Viennae et Romae, Ruthenos gravitare ad Schisma et

Digitized by Google

ad Moschovitismum odioque habere Latinos ac ritum latinum; faciunt autem id, quatenus Occidens, Vienna et Roma tradant Ruthenos eis ad latinisandum et polonisandum, saltem quatenus non permittatur evolutio nationalitatis ruthenae, quam polonisandam suadet Joachim Lelewel, *) *ut per Ruthenos polonisatos ex Galicia etiam aliae provinciae ruthenae in Russia eo facilius polonisentur. Posito, non concesso, quod Rutheni essent Moscovitae seu Magno-Russi, neque tunc possent tractari ita, ut coram Polonis nulla jura habere valerent, quique polonisandi essent. Reputent haec ipsi Poloni, inter Ruthenos et Russos constituti, si vicissim iis eadem fierent, quae illi Ruthenis fieri autumant, quomodo ipsi miserabiliter conquererentur!*

Strenuum et felicem propugnatorem dicti principii sui contra exposita consilia Polonorum et Magno-Russorum nacti sunt Rutheni in praestantissimo viro e medio sui p. f. Michaele Lib. Bar. de Neustern Harasiewicz, qui hunc in finem conscripsit sequentia opera: Sectio I. Status et fata cleri et populi Rutheni ritui graeco addicti ejusdemque correlationes cum ritu latino a tempore occupationis terrarum Russiae per Polonos usquae ad nostra tempora. Sectio II. Notitia historica de conatibus intuitu

---

*) *Joachim Lelewel in seinen Betrachtungen über den politischen Zustand des ehemaligen Polens und über die Geschichte seines Volkes. Brüssel und Leipzig. 1845 S. 195—196.*

Digitized by Google

excolendi et elevandi cleri saecularis, promotionum ad altiores dignitates ecclesiasticas et Sedes Episcopales Leopoli, Premisliae et Chelmae. Sectio III. Notitia historica de restauratione Metropoliae Haliciensis ab an. 1799—1808. Sectio IV. Historica notitia de restauratione Capitulorum Cathedralium ab an. 1771—1813. Sectio V. Historica notitia de dotatione Episcopatum et Cleri Rutheni sub imperio principum Ruthenorum, regum Poloniae et Imperatorum Austriae. Sectio VI. Notitia historica de amovendo influxu cleri latini [polonici] in negotia ritus graeco-catholici Ruthenorum sub regimine Austriaco. — Historica notitia de statu Hierarchiae Ruthenae s. Sedi Romanae unitae sub regimine principum Ruthenorum, Polono et Austriaco. Isthaec ultima notitia fuit concinata Viennae an. 1826 ad requisitionem Internuntii Apostolici Viennensis S. Romanae Ecclesiae Praelati Ostini eidemque pro informatione tradita.

Ut haec historica opera seorsive vel in unum redacta typis mandentur, scripsit ad p. f. Auctorem sub die 18 Novembris 1835 in hoc negotio f. r. Excellentissimus ac Illustrissimus Eppus ruthenus Premisliensis Joannes Snigurski. Verum p. f. Auctor jam tunc aegrotabat, et brevi mortuus est [29 Aprilis 1836] Dein obtentae erant favorabiles resolutiones, imprimendi praefatum opus historicum, a caes.reg. Guberniali Praesidio ddto 12 Septembris 1839 Nr. 7808 et a caes. reg. librorum Leopoliensi revisoriali officio ddto 20 Septembris 1839 Nr. 1413. Attamen

Digitized by Google

neque tunc dictum opus typis vulgari poterat, quia optandum erat, ut notitiae per omnes sectiones dispersae in unum reducantur, et insuper suppleantur, *) *quod quidem nunc praestitum est.*

Duo adhuc praeter supra exposita praestat illud opus. Unum hoc, quod distinguat tractationem Ecclesiae et ritus graeco-slavici Ruthenorum ex parte Polonorum et ex parte s. Sedis romanae. In polonicis namque operibus hac distinctio praetermittitur acsi Poloni in primatu S. Sedis romanae super ruthenos revera participarent, et acsi non solum ex mente Polonorum sed etiam s. Sedis romanae rutheni propter Catholicitatem polonisandi essent, unde rerum ignari sumunt ansam debachandi contra s. Sedem romanam, quod Eadem erga Orientales adversa, acerba et inhumana sit, Latinosque et in specie Polonos habeat qua filios promissionis, Orientales vero et nominatim ruthenos etsi catholicos, ritui vero graeco-slavico adhaerentes, qua filios ancillae, cum econtra monumenta historica doceant, s. Sedem romanam sive Latinos sive Orientales tractasse et tractare eodem ac aequali

---

*) *Qua supplementum ad hoc opus historicum considerandum est adhuc sequens opus historicum: „Die Kirchen-Staats-Satzungen bezüglich des griechisch-katholischen Ritus der Ruthenen in Galizien, dargestellt vom Michael Ritter von Malinowski, gr. kat. Gremialdomherrn, Konsitorialrathe und Dompfarrer zu St. Georg. Lemberg. Druckerei des Stauropigianischen Instituts. 1861.*

Digitized by Google

amore materno, atque a ruthenis avertisse et avertere injurias Polonorum. Alterum vero est, quod suppeditet ea, quae Magno-russi in suis opperibus praetermittunt, vel false concipiunt vel ignorant, quaeque pro s. Unione Orientalium faciunt, ut tali ratione partium studio occuratur, res omni ex parte proponatur et examinetur, atque animi pacificentur, damnatis damnandis sed etiam agnitis agnoscendis, secus enim non haberetur amor veritatis et illa charitas, quae colligit et non dissipat, quae non aemulatur, quae non agit perperam, quae non inflatur, quae non cogitat malum, que non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, ut Deus pacis sit nobiscum. Praebetur quidem inveterato morbo acerba, verum tamen sanitati et vitae proficua et salutaris medicina.

Benevolum Lectorem in antecessum scire volumus, quod lectione hujus operis de s. Unione ruthenorum, sic dicto Magno martyre, tempus non sit perditurus, siquidem praestabimus eidem omnimodas notitias in re, cujus causa agitur inter Occidentem et Orientem. Leopoli, die 29 Junii 1862.

Michael Eques de Malinowski. Canonicus Gremialis Capituli rutheni Metropolitani Leopoliensis et Parochus Archicathedralis.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSPECTUS.

Caput primum.

Status hierarchiae Ruthenae sub regimine Principum Rutheniae ab universali conversione Ruthenorum ad religionem Christianam usque ad occupationem terrarum Ruthenarum (Russiae minoris) per Magnos Duces Lithvaniae, et in specie Haliciae (Galiciae) Ruthenae per Reges Poloniae saeculo XIV (Pag. 1 — 14.)

§. 1. Conversio Ruthenorum ad religionem Christianam et introductio inter eosdem ritus Graeco-slavici, qui habet s. Apostolos Slavorum Cyrillum et Methodium auctores, quique cum approbatione Joannis Papae VIII an. 880 in Ecclesiam catholicam invectus erat. Series Ducum Ruthenorum (pag. 1—8.) §. 2. Conversio Ruthenorum perfecta erat in unione cum s. Sede Romana. Schisma Ecclesiae ruthenae ejusque causa; renovatio unionis cum s. Sede Romana sub Duce rutheno Haliciae Daniele, in regem ab Innocentio Papa IV coronato. (pag. 4—9.) §. 3. De Hierarchia ruthena ejusque organismo. Monachi ordinis s. Basilii M. Metropoliae Kijoviensis et Haliciensis. Jurisdictio Metropolitae Haliciensis comprehendebat etiam Moldaviam. Dotatio Cleri. Diploma Ducis rutheni Belzensis et Chelmensis Georgii qua exemplar pro ecclesiasticis dotationibus ex parte Ducum ruthenorum. Tatari conservabant fundationes Ecclesiarum ruthenarum. (Pag 9 14.)

Digitized by Google

Caput secundum.

Status Hierarchiae ruthenae sub dominio Magnorum. Ducum Lithvaniae et Regum Poloniae inde a saeculo XIV usque ad primam Poloniae divisionem an 1772.

§. 4. De occupatione terrarum ruthenarum partim a Magnis Ducibus Lithvaniae partim a Regibus Poloniae, ut itaque Rutheni non sint Colonistae in Polonia. Unio politica Lithvaniae eique adnexarum terrarum ruthenarum cum Polonia. Pacta Polonorum cum Ruthenis. Angustiae nationalitatis ruthenae ejusque Ecclesiarum et ritus graeci sub regimine polonico. Legatio Patriarcharum orientalium ad regem Poloniae Casimirum M. (pag. 15—23.) §. 5. Continuatio. §. 6. De erectione Eppatuum ritus latini Polonorum in terris Ruthenis (pag. 41—53.) §. 7. Continuatio. Angustiae nationalitatis ruthenae et ritus graeci. Rebaptisatio Ruthenorum a s. Sede Romana prohibita. De Archieppatu ritus armeni. (pag.53—74) §. 8. Conamina Hierarchiae ruthenae renovandi s. Unionem cum s. Sede Romana legatione Ruthenorum ad Sixtum PP. IV et in Synodis Constantiensi et Florentina. Literae encyclicae Metropolitae Isidori. Diploma Vladislai III regis Poloniae et Hungariae in favorem Hierarchiae ruthenae (pag.74-83.) §. 9. Sors Metropoliarum Ruthenarum Haliciensis et Kijoviensis. Metropolia Moscoviensis, et elevatio ejus ad dignitatem Patriarchalem, cui succesit synodus Petropolitana (pag. 83 -85.) §. 10. Bulla Leonis Papae X quoad Orientales et quoad jurisdictionem Epporum Orientalium, ejusque renovatio a Clemente PP. VII (pag. 83-92.) §. 11. Erectio Eppatus rutheni Leopoliensis in Halicia (Galicia). Diploma desuper Sigismundi I regis Poloniae. Literae nobilitatis Ruthenae ad Metropolitam Macarium II. Diplomata in rem Capituli rutheni Leopoliensis. (pag. 92—111.) §. 12. Accessus Hierarchiae ruthenae, sub regimine Polonico existentis, in Synodo Brestensi ad unionem cum s. Sede Romana per

Digitized by Google

Concilium Florentinum definitam. Magnates et nobiles Rutheni. Relatio Hellenii et critica hujus relationis. (Pag. 111—161) §. 13. Specialia circa unionem Hierarchiae Ruthenae cum s. Sede Romana in synodo Brestensi renovata. Deliberatio Epporum ruthenorum an. 1590. Diploma Sigismundi III. an. 1592. Literae Constatini Ducis Ostrogiensis. Articuli pro constituenda s. Unione per eundem Ducem propositi. Decretum deliberationis Epporum ruthenorum ex 1594. Conventio cleri polonici cum rutheno. Articuli Nuntio et s. Sedi Romanae propositi. Responsum Nuntii. Articuli regi propositi. Diplomata regis Sigismundi III. ddto. 30. Julii et 2. Augusti 1595. Literae Epporum ruthenorum ad Clementem VIII. Legatio Epporum ruthenorum Romam. Literae per hanc legationem Clementi PP. VIII datae. Audientia Epporum ruthenorum apud Clementem VIII. Bulla Unionis. Breve „Benedictus sit pastor ille bonus.“ Breve „Decet Romanum Pontificem.“ Numisma. Universale Sigismundi III. (Diplomata Stephani regis de kalendario antiquo). Literae synodi Brestensis. Universale Sigismundi III. Angustiae unitorum (pag. 161—249.) §. 14. Documenta memorabiliora ex ulterribus temporibus circa unionem Ecclesiae ruthenae cum s. Sede Romana. Literae Pauli PP. V ad Joannem Felicem Herburt Dobromilski. Responsum ejusdem datum Paulo Papae V. Breve Pauli PP. V de non mutando ritu Graeco-Slavico. Informatio Metropolita Josephi Velamini Rutski data Cong. de prop. fide. Informatio Eppi ruth. Chelm. Jacobi Susza data Cong. de prop. fide. Memoriale Metropolitae Antonii Sielawa datum Cong. de prop. fide. Desideria Epporum ruthenorum. — Desideria Metrop. Athanasii Szeptycki. - Brevia Pauli PP. V de scholis ruthenis, de assistentia in Consecratione Epporum ruthenorum et polonorum, de gratiis s. Sedis Romanae pro Ruthenis. Decreta Cong. de prop. fide: quoad excipiendas confessiones latinorum a sacerdotibus ruthenis, — prohibens transitum de ritu gr. cath. ad latinum (ex audientia Urbam PP. VIII.) Breve Ur-

Digitized by Google

bani PP. VIII quoad indulgentias. Decreta Cong. de prop. fide circa praecedentiam Epporum ruthenorum et polonorum, quod Eppi rutheni sint veri Eppi, et pos sint erigere scholas, de non reconsecrandis schismaticis. — Breve Benedicti XIII, ut ruthenis Ecclesiis erepta bona restituantur. Decretum Cong. de propag. fide contra percutientes clericos ruth. Decretum Benedicti XIV de praecedentia inter clerum ruthenum et polonicum Instructio R. P. de La Marsch Soc. Jesu super transitu a ritu ad ritum. — Epistola pastoralis Eppi r. l. Vilnensis Brzostowski circa conservationem ritus gr. cath. Ordinatio ad clerum polonicum Archieppi Leopol. r. l. Joannis Skarbek. Literae Eppi Vilnensis r. l. pro ritu gr. cath. Bullae „Etsi pastoralis," „Demandatam coelitus," „Inter plures", Literae Nuntii in Polonia; Benedicti XIV ad Eppos ruth. Leop. et Premislien. Bulla „Allatae sunt." (pag. 249—414.) §. 15. Bella intestina inter Ruthenos et Polonos circa libertates nationalitatis ruthenae et aequalia jura cum nationalitate polonica, in iisque damna s. Unionis Ruthenorum. Commissio Hadiaczensis. List okólny marszałków konfederacyi Barskiej. Protestacya Biskupów ruskich. Literae pastorales Eppi ruth. Leopol. Leonis Szeptycki. (pag. 414—441.) §. 16. Quaedam specialia circa s. unionem Ruthenorum post tempora synodi Brestensis an 1596 habitae. Epistola Metrop. Pociey ad Eppum ruth. Leopol. Tessarowski. Opisanie zjazdu na synod do Lwowa uniatów r. 1628. (pag. 441—449.) §. 17. Adversitates s. Unionis Ruthenorum temporibus et post tempora regis Sigismundi III, sub regibus Vladislao IV. et Joanne Casimiro. Intentum constituendi Patriarchatum ruthenum. Puncta pacificationis unitorum et nonunitorum Ruthenorum. (pag. 449—451.) §. 18. Abdicatio regis Joannis Casimiri. Michael Wiszniowiecki ex familia ruthena rex Poloniae. Joannes III Sobieski. Colloquium Lublinense. Puncta pacificationis Ruthenorum et decleratio regis Joannis III Sobieski. Bona rutheni Eppatus Halicien. et Leopol. Perehinsko (pag.

Digitized by Google

451—475.) §. 19. Foedus inter Poloniam et Russiam magnam. Accessus ad unionem Brestensem Dioecesium ruth. Premisliensis, Leopoliensis et Luceoriensis. §. 20. Res disunitorum in Polonia. (pag. 477—478.) §. 21. Synodus ruthena Zamoscensis. Num haec synodus excluserit clerum ruth. saecularem ab Eppatibus? (pag. 478—487.) §. 22. Angustiae s. Ruthenorum unionis. Perductiones Ruthenorum gr. cath. ad ritum latinum Polonorum. Decreta s. Sedis Romanae id prohibentia (pag. 487—492.) §. 23. Conamina cleri polonici bullam „Etsi pastoralis" ad Ruthenos Graeco-cath. extendendi. (pag. 492.) §. 24. Exemtio Basilianorum a jurisdictione Epporum ruthenorum. Querelae cleri ruth. saecul. contra Basilianos (pag. 493—496.) Querelae Eppi nonuniti Konyski. Garantiae tractatus cum imperio russico. (pag. 496—497) Cofoederatio Barensis. Divisio Poloniae prima. Petitum hierarchiae ruthenae ad regem Stanislaum Augustum an. 1764. S. Cong. de propag fide intercedit, ne filii sacerdotum ruthenorum gr. cath. subditatui adscribantur (pag. 497—499.)

Caput tertium.

De statu Hierarchiae ruthenae sub regimine polonico post primam usque ad tertiam Poloniae divisionem, ab an. 1772—1795.

§. 27. Confessores Berdyczovienses. Literae eorundem ad Nuntium Garampi et hujus ad eosdem et alios. (pag. 500—520.) §. 28. Damna s. Unioni a Basilianis illata. Angustiae cleri ruth. saecularis. Querelae desuper Romam datae. Literae Cong. de prop. ad Metrop. Leonem Szeptycki (pag. 520—539.) §. 28. Sera consilia Polonorum meliorandi miseram sortem Ruthenorum Graeco-catholicorum, — collocandi Eppos ruth. in senatu, restaurandi ruthena Capitula, et erigendi Seminaria ruthena. Nova procella contra Ruthenos cathol. Secunda et tertia divisio Poloniae. (pag. 539—543.)

Digitized by Google

Caput quartum.

De statu Hierarchiae ruthenae sub imperio Austriaco ab an. 1772 seu a prima Poloniae divisione, ad an. 1808, seu ad restaurationem Metropoliae Haliciensis.

§. 29. Imperatrix et regina Maria Theresia favebat Graeco-cath. et Ruthenis, erexit pro eis Viennae Seminarium Barbareum, — aequiparavit eos latinis, meditabatur de melioratione congruae sustentationis cleri graeco-cath. Archieppus Leopoliensis Hieron. Vencesl. Sierakowski, clerus polonicus et Basiliani praepediebant gratias pro clero rutheno saeculari. Leges Mariae Theresiae circa transitum Ruthenorum ad ritum latinum. Ejus rescriptum ad Metropolitam ruth. Leonem Szeptycki. Specialia circa ritum gr. cath. Ruthenorum ab Eppo ruth. Leopoliensi et Metrop. Leone Szeptycki ejusque plenipotentiario Canonico Joanne Gutz propugnatum. Instantia Eppi Leonis Szeptycki et ejus plenipotentiarii ad Imperatricam et ad diversa subsellia. Canonici Joannis Gutz audientia apud Imperatricem. Pertractatio de Metropolia ruth. Haliciensi. Circa transitum decreta aulica. Chronologia celeberrimi Eppi et Metrop. Leonis Szeptycki. Puncta a Capitularibus ruthenis Suae Majestati proponenda. Rescriptum circa Capitula ruthena. Informatio circa electionem Epporum ruthenorum (pag. 544—591.) §. 30. Tempora Imperatoris Josephi II. Coequatio rituum. Seminarium ruth. Leopoli. Professores ruth. in facultate theologica. Congrua sustentatio cleri ruth. ex fundo religionis. Commissio Ecclesiastica. Pensio deficientium. Consistoria ruthena. Canonicatus Rutheni et distinctoria. Studium theologicum ruthenum. Specialia circa Capitula ruthena, circa Consistoria et Canonicatus, circa coequationem omnium trium rituum cathol., circa transitum de ritu ad ritum, circa cathedraticum, circa restaurationem Metropoliae Haliciensis, circa Basilianorum jus ad Eppatus, circa commissionem ecclesiasticam, circa festa, circa Semi-

Digitized by Google

narium Leopol. Memoriale circa ritum gr. cath. (pag. 591—626.) §. 31. Tempora Leopoldi II. Coequatio ritus graeco-cath. Ruthenorum cum latino Polonorum in Galicia. Specialia. Petitum Epporum ruthenorum ad Imperatorem, inter alia de lingua ruthena in scholis. Diploma coequationis rituum. De Capitulis. De dotatione Epporum et cleri rutheni. Coequatio rituum impugnata a clero polonico. Literae pastorales Eppi Leopoliensis ruth. Petri Bielański circa ceremonias, festa et alias consuetudines (pag 626 678.) §. 32. Tempora Imperatoris Francisci I. Decretum Pii PP. VII circa transitum de ritu gr. cath. ad latinum. Restauratio Metropoliae Haliciensis Desuper Bulla Papae et Diploma Imperatoris. Specialia. Basiliani origine Poloni revertuntur ad ritum latinum et saecularisantur. Querelae Basilianorum desuper. Querelae Epporum ruthenorum super traductione suorum fidelium ad ritum latinum Polonorum. Decretum Pii Papae VII. Archieppus Leopol. r. l. Cajetanus Kicki scribit contra Ruthenos, et Procurator Ruthenorum Romae Basilianus Mickiewicz respondet desuper ad Congreg. propag. Epistola Propagandae circa ritum graecum apud Ruthenos. Pertractationes circa transitum de ritu ad ritum inter Eppos Premislienses, Golaszewski r. l. et Angellowicz r. g. c Ultimi apologia et relatio ad Gubernium. Clerus polonicus parum curat decreta s. Sedis Romanae circa ritum Ruthenorum. Querela desuper Eppi ruth. Angellowiez ad Suam Majestatem. Andreas Zeisl referens apud Gubernium ejusque agitatio contra ritum graec. cath. Pertractationes circa restaurationem Metropoliae ruth. Haliciensis. Bulla desuper et Diploma Caesareum. Negotiationes circa Metropoliae dotationem ex circa seminarium ruthenum. Literae pastorales Metropolitae Antonii Angellowicz de restaurata Metropolia Haliciensi. Synodalrede. (Pag. 678 - 829.)

Digitized by Google

Caput quintum.

De statu Hierarchiae ruthenae unitae sub imperio Russico ab an 1772—1826.

§. 33. Sub Catharina II. Metropolita Jason Smogoszewski ejusque in conservanda unione dexteritas. Metropolita Hieraclius Lissowski. Rebellio Kosciuszkiana et unitorum in eandem intricatorum persequutio necnon ad disunionem pertractio. Clerus ruthenus saccularis magis excultus in dioecesi Camenecsnsi opposuit sese pseudomissioni schismaticae sub manuductione Eppi rutheni Leopol. Petri Bielański. Sub Paulo I. Abrogatio Protoarchimandritae. Basilianorum Abbatum origine Polonorum a Nuntio Laurentio Litta constitutorum exorbitantiae. Sub Alexandro I. Departamentum ecclesiasticum ex clero polonico opprimens unitos, unde illud bifariam pro utroque ritu divisum. S. Unio respirare incipit. Capitulum Basilianorum in Torokanie, contra quod supradicti Abbates consurexerunt, quorum antesignanus Nowicki cum duobus monasteriis ad disunionem descivit. Specialia. Proclamatio Thaddaei Kosciuszko ad clerum ruthenum. Correspondientiae Archieppi Hieraclii Lissowski cum Eppo Chelmiensi et hujus cum Eppo Leopoliensi de corruptione ritus graeco-cath. Literae Cong. de prop. fide et Eppi Bielański circa conservandam s. Unionem in dioecesi Camenecensi. Abdii Wostokowii udicium de unione Ruthenorum. (Pag. 830—868.) §. 34. Eppi rutheni in Collegium spirituale Rom. cath. assumpti. Hieraclius Lissowski Archieppus ruth in Metropolitam Ecclesiarum unitarum designatus. Gregorius Kochanowicz Metropolita Ecclesiarum unitarum constitutus. Alii Eppi ruth. uniti nominati. In provincia Tarnopoliensi Russis cessa unio conservata, sed disciplina labefactata, reintegrata vero, postquam haec provincia iterum ad Austriam devenerat. Amicitia inter nobilitatem polonicam et russicos officialistas. Josapat Bulhak, Metropolita Ecclesiarum unitarum. Status Hierarchiac ruthenae unitae in Russia. (Pag. 868—876.)

Digitized by Google

Caput sextum.

De statu Hierarchiae ruthenae sub regimine polonico ab an. 1809—1826.

§. 35. Eppatus Chelmensis. Eppus ruth. Chelmensis Ferdinandus Ciechanowski consecratus a Metropolita Haliciensi. Seminarium Chelmense. Eppo Chelmensi ruth. locus in Senatu assignatus, qui tempore comitiorum sacra celebrabat, et solenniter in Vistula aquam benedixit. Rutheni sub novo regimine polonico bene tractari coeperunt. Calamitates dioecesis ruth. Chelmensis tempore bellorum an. 1812. Sub regimine russico Eppus Chelmensis Ciechanowski conservabat locum in Senatu. Melioratio dotationis hujus Eppi. Suffraganeus Eppi Chelmen. ruth. Capitulum ruth. Chelmae instauratum. Melioratio dotationis cleri ruth. Chelmensis. Specialia. Nexus inter Metropoliam Haliciensem et Eppatum Chelmensem sublatus. Angustiae s. Unionis ex parte Russorum, Polonorum et Basilianorum. Defectio trium Epporum ruthen. unitorum ex ordine Basiliano ad schisma. Allocutio Gregorii Papae XVI. (Pag. 877—918.)

Caput septimum.

De statu hierarchiae ruthenae unitae (graeco-catholicae) sub regimine austriaco ab an. 1808 seu a restauratione Metropoliae Haliciensis usque ad an. 1826 — et praesentem.

§. 36. Revolutio polonica in Galicia, in qua Metropolita ruth. Antonius Angellowicz ejus Vicarius generalis Michael Harasiewicz, clerus et populus ruthenus non participantes, varias vexationes sustinere debebant. Metropolita cum Vicario generali recipiebant sese versus montes Carpaticos, ubi in Seneczów incaptivatus a Polonis, in urbe vero Stryj ab Austriacis liberatus. Dioecesis ruthena Chelmensis adhuc sub jurisdictione Metropolitae Haliciensis permanens Eppo pro-

Digitized by Google

visa. (Pag. 919 - 935.) §. 37. Continuatio. Provincia Tarnopoliensis Russiae cessa s. Unionem sedulo conservabat. Clerus polonicus dedit ansam, ut idem et ruthenus a jurisdictione Antistitum utriusque ritus Leopoliensium subtraheretur. Quidam presbyter Kostecki ab adversariis ritus graeco-catholici pro Eppatu ruth. Premisliensi Suae Majestati commendatus a Metropolita Angellowicz rejectus, et in Eppum hunc Michael Lewicki constitutus. Capitula ruthena Leopoliense et Premisliense instaurata et confirmata. Dotatio Metropoliae Halicien. in bonis Uniow, Halicz et Zalukiew. Mors Metropolitae Antonii Angellowicz. Juventuti ruth. transitus ad ritum latinum prohibitus. (Pag. 936—956.) §. 38. Continuatio. Michael Lewicki Eppus ruth. Premisliensis in Metropolitam Haliciensem et Archieppum Leopoliensem constitutus. Bona Halicz et Uniow Metropoliae tradita. In Eppum ruthenum Premisliensem Joannes Snigurski promotus, eique loco bonorum Białypol et Busno additamentum ad congruam assignatum. Bucovina cum Galicia conjuncta, unio ibidem Ruthenorum. Defectus cleri rutheni. Concentratio Curatiarum ruthenarum. Scholae. Status dioecesium ruthenarum et Monasteriorum in Galicia. Specialia circa festa et scholas Ruthenorum, circa transitum de ritu ad ritum. Congregatio pro Orientalibus. Bulla desuper Pii Papae IX. ad Orientales. Diversa alia et inter ea de Capitulis ruthenis, de Seminario, de Capelanis Castrensibus, de Catecheturis ruthenis, de melioratione congruae Cleri rutheni, de Eppatu Slanislaopoliensi rutheno, de Concordato. De personis Hierarchicis ruthenis. Metropolita ruthenus Haliciensis Michael Lewicki dignitate Cardinalitia collustratus. (Pag. 956 usque ad finem.)

Digitized by Google

Caput primum.

Status Hierarchiae Ruthenae sub regimine Principum Russiae (Rutheniae) ab universali conversione Ruthenorum ad religionem Christianam usque ad occupationem Russiae minoris per Magnos Duces Lithvaniae et Reges Poloniae saeculo XIV.

§. 1 Conversio Ruthenorum ad religionem Christianam et introductio ritus Graeco-Slavici inter eosdem.

Licet scriptores perhibeant, in his Europae oris, quae antiquitus Scythia et Sarmatia appellabantur, inde vero ab anno 862 sub nomine Russiae (Rutheniae) veniunt, s. Apostolum *Andream* praedicasse; licet porro ad has oras sint referendi quoque labores ss. *Cyrilli et Methodii*, qui altero dimidio saeculi IX qua *Apostoli Slavorum* inclaruerut, *alphabetum slavicum* (cyrillicam) invenerunt, *ritumque Graeco-Slavicum*, facta versione s. scripturae et librorum liturgicorum Ecclesiae Graecae in linguam slavicam, legitime utpote

Digitized by Google

approbante s. Sede Romana *) conversis *Bulgaris et Moravis* obtulerunt; licet tandem monumenta habeantur, religionem Christianam in praefatis oris jam ante saeculum X. asseclas habuisse: attamen universalis conversio Ruthenorum subsequuta est primum circa finem saeculi X, et quidem conatibus et cooperatione Magni Ducis Ruthenorum *Vladimiri M.*, in numerum Sanctorum relati et *Apostolici* dicti, qui facta expeditione bellica occupavit dominio Graeco subjectam in Tauride urbem *Chersonesum*, ut qua victor minans quoque Constantinopoli petere posset in uxorem *Annam*, sororem imperatorum Graeciae *Basilii et Constantini*. Ad hanc petitionem tulit responsum, ut prius adaperiat voluntatem suam suscipiendi religionem Christianam. Eo annuente missa erat ab imperatoribus principissa *Anna* cum praedicatoribus evangelii verosimiliter *Slavo-Bulgaris*, habentibus missionem ad conversionem Ruthenorum a Patriarcha Constantinopolitano eotum *Nicolao Chrysobergo*. Itaque *Vladimirus M.* suscepit anno 988 in urbe *Chersoneso* cum multis ex suo comitatu baptismum, et obtinuit nomen baptismale *Basilii*. Reversus *Kijoviam*, quae tunc capitalis Russiae erat, permovit ad suscipiendum baptismum *filios suos* necnon *incolas Kijovienses*, ejusque jussu submergebantur in fluvio Borysthene (Dniepr) idola.

---

*) Confirmatio ritus Graeco-Slavici, per ss. Slavorum Apostolos Cyrillum et Methodium introducti, ex parte Sedis Romanae nominetenus Papae Joannis VIII sonat: „Literas Slavonicas a Constantino quendam philosopho (s. Cyrillo) repertas, quibus Deo laudes debite resonent, jure laudamus, et in eadem lingua Christi Domini preconia et opera ut enarrentur, jubemus; neque enim tribus tantum linguis Dominum laudare autoritate sacra monemur, quae praecipit dicens: Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Et Apostoli repleti Spiritu sancto loquuti sunt omnibus linguis magnalia Dei. Hinc et Paulus coelestis quoque tuba insonat monens: „Omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei Patris.“ De quibus etiam in prima ad Corinthios Epi-

Digitized by Google

Kijovia baptisata expediebantur missionarii in alias regiones Russiae, in quibus conversio eo felicius succedebat, quo zelosius *Vladimirus M.* ubique *Ecclesias et scholas* erigebat.

Simili zelo dilatabant religionem Christianam inter Ruthenos Vladimiri filius *Jaroslaus* et alii eorum posteri, inter quos Russia dividebatur in distinctos ducatus ea lege, ut omnes alii Duces natu majorem et Kijoviae residentem qua Magnum Ducem venerarentur. Sub tempus invasionis Tataricae primo dimidio saeculi XIII numerantur tales ducatus ultra *septuaginta*, et inter eos erant: ***Vladimiriensis ad flumen Bug, ad quem primitus Galicia pertinebat, Trembovliensis, Premisliensis, Zwenigorodensis, Buscensis, Belzensis, Czervenscensis seu Chelmensis et Haliciensis***, qui ultimus inde ab anno 1141 omnes reliquos sibi coadunabat **).

---

stola satis et manifeste nos admonet, quatenus linguis loquentes ecclesiam Dei aedificemus. Nec sanae fidei vel doctrinae aliquid obstat, sive missam in eadem slavonica lingua canere sive sanctum evangelium vel lectiones divinas novi et veteris testamenti bene translatas et interpretatas aut alia horarum officia omnia psallere, quoniam qui fecit tres linguas principales, heebraeam scilicet graecam et latinam, ipse creavit et alias omnes ad laudem et gloriam suam."

(Anton. Boczek Codex diplom et epist. Moraviae. Olomucii 1836. Tom. I. P. 43—44).

) **Series Ducum Vladimiriensium ad flumen Bug:

988 Vsevolod Vladimirovicz.
1054 Ihor et frater ejus Sviatoslaus Jaroslavicz.
1057 Oleg Sviatoslavicz.
1078 Jaropolk Iziaslavicz prima vice.
1085 David Ihorovicz prima vice.
1086 Jaropolk Iziaslavicz secunda vice.
1086 David Ihorevicz secunda vice.
1099 Mstislav Sviatoslavicz.
1100 Jaroslav Sviatopolkovicz.

Digitized by Google

Cum religione Christiana introducebatur eotum in Russia *ritus Graeco-Slavicus*, cujus auctores erant supradicti Apostoli Slavorum. Attamen lingua slavica ejusdem magna ex parte ab Ecclesia Ruthena ruthenisabatur, unde in scriptis s. Sedis Romanae ritus Graeco-Slavicus Ecclesiae Ruthenae dicitur *ritus Graeco-Ruthenus*.

1117 Roman Vladimirovicz.
1120 Andreas Vladimirovicz.
1134 Iziaslav Mstislavicz prima vice,
1142 Sviatoslav Vsevolodovicz.
1146 Iziaslav Mstislavicz secunda vice.
1148 Sviatopolk Mstilsavicz prima vice.
1149 Iziaslav Mstislavicz tertia vice
1152 Sviatopolk Mstislavicz secunda vice
1154 Jaroslav Izjaslavicz.
— Vladimir Mstislavicz.
1156 Mstislav Iziaslavicz.
1170 Sviatoslav Mstislavicz.
1173 Roman Mstislavicz prima vice.
1188 Vsevolod Mstislavicz.
1189 Roman Mstislavicz secunda vice, qui etiam erat Dux Haliciae et sese Magnum Ducem et Regem Russiae titulabat.
1205 Daniel et Vasilko Romanovicz prima vice.
1206 Sviatoslav Ihorevicz.
1209 Alexander Vsevolodovicz prima vice.
— Ingvar Jaroslavicz.
— Alexander Vsevolodovicz secunda vice.
1214 Daniel et Vasilko Romanovicz secunda vice.
1237 Vasilko Romanovicz.
1261 Vladimir Vasilkovicz.
1288 Mstislav Danilovicz.
— Georgius Lvovicz, titulans se Rex Russiae.
1316 Andreas et Leo Georgievicz.
1324 Georgius Andrejevicz.
1337 Demitrius Lubart Gediminovicz et uxor ejus.

Digitized by Google

§. 2. Conversio Ruthenorum perfecta erat in unione cum s Sede Romana. Schisma Ecclesiae Ruthenae ejusque causa. Renovatio unionis cum s. Sede Romana sub Duce Haliciae Daniele in regem Haliciae coronato.

Quaestio, num Rutheni in unione cum s. Sede Romana fidem Christianam susceperint, positive solvi debet, siquidem conversio Ruthenorum universalis incidit in tempora post mortem Patriarchae Constantinopolitani *Photii* et ante elevationem ad Patriarchatum Constantinopolitanum *Michaelis Cerularii*, qui anno 1053 schisma Photianum reasumpsit.

Duces Premislienses.

1081 Volodar Rostislavicz, filius Rostislai Vladimiroviez qui erat filius Vladimiri Jaroslaviez, et hic erat filius Jaroslai filii Vladimiri M. Rostislav Vladimirovicz erat Dux Tmutorocanensis.
1085 Rurik Rostislavicz.
1086 Volodar Rostislavicz secunda vice.
1125 Rostislav Volodarevicz.
1187 Vladimir Jaroslavicz.
1210 Sviatoslav Ihorevicz.
1216 Leszko albus Dux Cracoviensis.
1216 Koloman Rex Hungariae.
1222 Adreas filius Andreae regis Hungariae.
1236 Daniel Romanovicz.

Duces Trembovlienses.

1086 Vasilko Rostislavicz.
1125 Joannes Vasilkovicz.
1210 Iziaslaus Ihorevicz.

Duces Zvenigorodenses ad rivum Bilka in vicinitate Leopolis in Galicia.

1125 Vladimirko Volodarevicz.
1206 Romanus Ihorevicz.
1210 Idem secunda vice.

Digitized by Google

Nexus tamen inter Ecclesiam Graecam et Ruthenam erat in causa pedetentim inter Ruthenos implantati non tamen irradicati schismatis, cum Orientales ab unitate Ecclesiastica separati in genere non desinant antiquissimas repetere orationes *pro pace totius mundi, pro prosperitate sanctarum Dei Ecclesiarum et pro unitate fidei*, et cum Graeci et Rutheni ruptam unionem Ecclesiasticam soepius instaurare conarentur.

Duces Buscenses (Busk in Galicia).

1100 David Ihorevicz.
1146 Sviatoslav Vsevolodovicz.
1148 Rostislav Georgievicz.
1168 Jaropolk Iziaslavicz.

Ducis Belzenses (in Galicia).

1187 Vsevolod Mstislavicz.
1205 Alexander Vsevolodovics prima vice
1209 Vasilko Romanovicz.
1212 Vsevolod Vsevolodovicz.
1219 Alexander Vsevolodovicz secunda vice.
1264 Szvarno Danilovicz (frater Leonis Danilovicz).
1268 Georgius Lvovicz.
1377 Georgius Danilovicz.

Duces Czervenscenses seu Chelmenses.

1205 Vsevolod Vsevolodovicz.
1288 Georgius Lvovicz.

Duces Halicienses, residentes in urbe Halicia (Halicz) dein Leopoli et Chelmae.

1141–1152 Vladimirko Volodarevicz, filius Volodari Ducis Premisliensis.
1152—1187 Jaroslaus Vladimirovicz.
1187 Oleg Jaroslavicz mortuus eodem anno.

Digitized by Google

Ita quidem anno 1205 misit Papa *Innocentius* III. legatos suos ad Ducem Haliciensem *Romanum*, offerebatque ei gladium s. Petri et *titulum regium*, si susciperet unionem, quae tamen non erat suscepta.

Commemoranda hic est renovatio unionis cum s. Sede Romana ex parte *Ducis Haliciensis Danielis*, qui juxta scriptorem polonicum Dlugosium pro ea tempestate divitiis, terris,

---

1187	Vladimir Jaroslavicz prima vice.
1188	Romanus Mstislavicz, simul Dux Vladimiriensis ad flumen Bug, prima vice.
1189	Andreas filius Belae regis Hungariae.
1190	Vladimir Jaroslavicz secunda vice.
1199—1205	Romanus Mstislavicz secunda vice.
1205	Daniel Romanovicz prima vice.
1206	Vladimirus Ihorevicz.
1209	Romanus Ihorevicz; hi ambo ultimi erant filii Ihori Sviatoslavicz, Ducis Novgorodi Sieveriensis in hedierno Gubernio Czernigoviensi, de cujus expeditione contra Polovcos extat poema
1210	Vladimir Ihorevicz secunda vice.
1211	Daniel Romanovicz secunda vice.
1212	Mstislav Jaroslavicz.
1213	Vladislaus, Bojar, usurpator throni.
1214	Kolomanus filius Andreae regis Hungariae, prima vice.
1218	Mstislav Mstislavicz.
1219	Kolomanus, qui supra, secunda vice.
1221	Mstislav Mstislavicz secunda vice.
1227	Andreas filius Andreae regis Hungariae, pr. vice.
1229	Daniel Romanovicz tertia vice.
1231—1233	Andreas qui supra secunda vice.
1234	Daniel Romanovicz quarta vice.
1235	Michael Vsevolodovicz et filius ejus Rostislaus.
1237	Daniel Romanovicz quinta vice.
1264—1301	Leo Danilovicz.
1301	Georgius Lvovicz
1316	Andreas et Leo Georgievicz.
1320	Leo Georgievicz.

Digitized by Google

gentibus, factivitate et industria pollens erat, quique ex commisso Papae *Innocentii* IV aegre id ferentibus Polonis in *Regem Haliciae* (Galiciae) *coronatus extitit* anno 1255. Annales Ruthenorum desuper referunt sequentia: „Ille (Daniel) accepit coronam a Deo, ab Ecclesia sanctorum Apostolorum et a Sede s. Petri et a Patre suo Papa Innocentio et ab omnibus suis Episcopis. Innocentius enim damnavit eos, qui orthodoxam fidem Graecorum villipendebant, et voluit concilium de recta fide et unitate Ecclesiae convocare." Hac occasione datae erant literae ab eodem Papa, approbantes ritum Ruthenorum Graeco-Slavicum. *)

1324	Georgius Andrejevicz.
1337	Filia vel potius soror Georgii Andrejevicz, posthumi Ducis et Regis Rutheni Haliciensis et ejus maritus Lubart (Demetrius) Gediminovicz.
1338	Boleslaus Trojdenovicz, Dux Masoviensis.
1340	Casimirus M. rex Poloniae prima vice.
1341	Demetrius Lubart Gediminovicz secunda vice.
1350	Casimirus M. secunda vice.
1370	Ludovicus rex Hungariae et Poloniae pr. vice.
1371	Vladislaus Dux Opoliensis in Masovia.
1379	Ludovicus rex Hungariae et Poloniae sec. vice
1382	Maria regina Hungariae, filia Ludovici regis.
1387	Hedviga regina Poloniae, junior filia Ludovici regis Hungariae et ejus maritus Vladislaus Jagello.

Haec vicissitas throni, conjuncta cum bellis intestinis, certe impediebat culturam et prosperitatem hujus infelicissimi anguli Europae, neque melior ejus erat sors sub regimine Polonico, prouti dicetur.

*) Aprobatio haec sic sonat: „Cum te decetero specialem inter devotos Ecclesiae reputemus, petitiones tuas, quantum cum Deo possumus, libenter ad gratiam exauditionis admittimus et votis tuis favorem benevolum impertimur. Eapropter, charissime in Christo fili, tuis supplicationibus incilinati, Epi-

Ex illo tempore etiam alii Duces Ruthenorum Haliciensium titulabant sese *Reges* non solum Haliciae sed etiam totius minoris Russiae, quae eis diruta a Tataris anno 1249 Kijovia parebat.

§. 3. De Hierarchia Ruthena ejusque organismo. Monachi ordinis s. Basilii M. Metropoliae Kijoviensis et Haliciensis. Dotatio Cleri.

Cum religione Christiana constituti erant in Russia quoque gregis Christi *Pastores.* Ita quidem *Vladimirus M.* erexit multos *Episcopatus et Parochias*, *Kijoviae vero Sedem Metropolitanam*, antiquitus unicam in Russia. Numerum Episcopatuum et Parochiarum augebant in Russia posteri Vladimiri M., siquidem compertum est, Duces Ruthenos in suis capitalibus urbibus sedes Episcopales summopere desiderasse et constituisse. Tali modo constituti erant Episcopatus in urbibus capitalibus: *Halicia*, *Premislia*, *Chelma*, *Vladimiria ad flumen Bug et Luceoria* (Luck). Penes Episcopos et Metropolitas erat juxta indubitata testimonia annalium Ruthenorum distinctus Clerus, constituens sic dictum *Krylos*, cui in Ecclesia latina correspondet Capitulum.*) Primi Metropolitae Russiae residebant aliquo tempore in vicina Kijoviae urbe *Perejaslavia.* Sed jam Magnus Dux Russiae

---

scopis et aliis Presbyteris de Russia, ut liceat eis more suo ex fermentato conficere, et alios eorum ritus, qui fidei Catholicae, quam Ecclesia Romana tenet, non obviant, observare authoritate praesentium indulgemus." Rainaldus Tom. II. pag. 357—358).

*) Арсен. Лѣтоп. Стр. 76, ubi legitur, quod Metropolita Kijoviensis Maximus anno 1300 ex causa violentiarum Tataricarum Kijoviam cum suo *Krylos* (capitulo) dereliquerit, et sese ad Magnos Duces Vladimirienses ad Clasma receperit. Cum ipso etiam tota Kojovia recepit sese in alias urbes.

Digitized by Google

Jaroslaus extruxit *Kijoviae* residentiam et Ecclesiam Metropolitanam. *Antistites Novgorodenses* titulabant sese *Archiepiscopos*. Regimen ecclesiasticum obtinebat in Russia secundum librum *Nomocanon*, cujus versio Slavico-Ruthena venit sub nomine *Kormczaja Kniha*. Consecratio Metropolitae competebat Patriarchae Constantinopolitano, Episcopi vero consecrabantur a Metropolita. Causae Metropolitae subjacebant immediato judicio Patriarchae Constantinopolitani, causae vero Episcoporum dijudicabantur a judicio Metropolitano. Metropolita convocabat synodos eisque praesidebat. Ad manutenendam disciplinam ecclesiasticam instituebant Metropolitae visitationem Episcopatum, Episcopi vero visitationem Parochiarum. Duces Ruthenorum solebant expetere consilia Episcoporum et Metropolitae.

Praeter Clerum saecularem introductus erat in Russia *Clerus quoque regularis ordinis s. Basilii M.*, cujus ordinis erant quoque *moniales*. Inter monasteria Ruthena erat celeberrimum illud Criptarum (Peczar) subterranearum Kijoviae, cui initia dedit *Hilarion*, electus anno 1031 in Metropolitam, atque cui summam gloriam compararunt *ss. Antonius et Theodosius* saeculo XI. In hoc monasterio vivebat monachus *Nestor* (1075 — 1110), qui conscripsit celeberrimum chronicon Ruthenum, cui historia Ruthena superstruitur, quodque permultos habuit continuatores monachos. Inter principaliores occupationes Monachorum Ruthenorum pertinebant officia Divina, occupatio literaria conscribendi, vertendi et transsumedi libros necnon educatio juventutis. Monachi subjacebant jurisdictioni Episcoporum et Metropolitae, qui eis constituebant *Hegumenos et Archimandritas*.

Diruta vastataque per Tataros Kijovia anno 1249 transferebant Metropolitae sedem suam *Vladimiriam* ad flumen Clasma (cir. an. 1299), inde vero (an. 1325) *Moscoviam*, quia potestas Ducum *Vladimiriensium* et dein *Moscoviensium* creverat, qui sese *Magnos Duces Russiae* titulabant. Attamen in

Digitized by Google

his urbibus degentes Metropolitae non cessabant sese titulare „*Metropolitas Kijoviae et totius Russiae*," interim vero Kijoviae constituebant suos „*Locumtenentes.*"

Hanc translationen sedis Metropolitanae Kijovia in regiones Russiae magnae aegre ferebant *Magni Duces Regesque Haliciae et Russiae minoris*, qui etiam super *Kijoviam* dominium suum exercebant; ideo conatibus eorum *sedes Episcopalis Haliciensis* elevata fuit in *sedem Metropolitanam.* Qui fuerint limites utruisque Metropoliae, quosque Episcopos suffraganeos habuerint, haud facile determinari valet. Aliquas notitias desuper praebet scriptor Byzantinus Georgius Codinus Curopalates in notitia Graecorum Episcopatuum.*) Insuper diploma *Leonis* Magni Ducis Haliciensis et filii *Danielis* sub 8 Martii 1301 datum testatur, eo tempore fuisse binos Metropolitas: alium *Kijoviensem Cyprianum* alium *Haliciensem Gregorium.* Ad peripheriam Metropoliae Kijoviensis videntur pertinuisse sequentes Episcopatus qua suffraganei: Polocensis, Smolenscensis, Pinscensis, Brestensis, Mohiloviensis, Orszanensis, Vitebscensis, Novgorodensis et Rostoviensis in *Russia magna*, quae dein *Moscovia* appellabatur. In *Russia vero minori* Metropolita Haliciensis videtur habuisse sequentes Episcopos suffraganeos: Vladimiriensem ad flumen Bug, Premisliensem, Luceoriensem (Luckoviensem), Turoviensem et Chelmensem. **)

*) Georgii Codini Curopalatae (praepositi palatii imperatorum Graeciae): De officiis magnae Ecclesiae et aulae Constantinopolitanae. Parisiis, 1648. Pag. 406: De ordine thronorum Metropolitaneorum, ubi sub Nro 30 legitur, quod in Galicia, quae est pars minoris Russiae constitutus sit Metropolita. Codinus vixit quidem saecuo XV, sed videtur adducere antiquiores ordines, quia saeculo hoc Haliciae Metropolitae et Episcopi Rutheni existere cessarunt.

**) Sub jurisdictione Metropolitae Haliciensis Rutheni erat quoque Episcopatus Moldaviensis seu nationis Vallachicae, siquidem

Digitized by Google

Anno 1389 Metropolia haec erat cum Kijoviensi unita, et Metropolitae Kijovienses titulabant sese *Kijovienses*, *Halicienses et totius Russiae.* *)

Series Metropolitarum Kijoviensium hocce tempore est sequens: 1. Michael (988). 2. Leontius (999). 3. Theopemptus (1023). 4. Hilarion (1031). 5. Georgius I (1068). 6. Joannes I (1072). 7. Joannes II (1078). 8. Ephrem (1080). 9. Nicolaus (1098). 10. Nicephorus (1101). 11. Nicetas (1121). 12. Michael (1124). 13. Clemens (1156). 14. Constantinus (1165). 15. Theodorus (1172). 16. Joannes III (1177). 17. Nicephorus II (1180)· 18. Mathias (1211). 19. Cyrillus I (1220). 20. Josephus I (1231). 21. Cyrillus II (1236). 22, Cyrillus III. (1239). 23. Maximus (1270). 24. Cyprianus I (1296). 25. Petrus (1308). 29. Theognostus (1331).

Series vero et chronologia Metropolitarum Haliciensium hucusque exacte erui haud potuit. Monumenta hucusque detecta commemorant sequentes Metropolitas Halicienses: Galacteonem (1240), Josehpum (1292), Gregorium (1301).

Tum annales Ruthenorum tum alia monumenta historica et privilegia Ducum Ruthenorum extra omne dubium collocant dotationem Cleri Rutheni saecularis et regularis ex proventibus, ex *decimis* et. ex *realitatibus* eisdem assignatis, ut campis, pratis, agris, sylvis, venationibus, civitatibus, pagis, villis. Exemplum Principum immitabantur magnates Rutheni, provi-

---

Papa Urbanus literis tuis significat Episcopis Pragensi, Vratislaviensi et Cracoviensi, Laczkonem ducem Moldavinsis partium seu nationis Vallachicae per Franciscanos ad unionem cum Sede Romana an. 1370 permotum esse, et jurisdictionem Haliciensis schismatici Episcopi amotam esse super fideles terrae Moldavicae (Raynald Tom. XVI. sub an. 1370 Nro 7 pag. 485.)

*) Пол. собр. русск. лѣтоп. Т. I. стр. 233.

Digitized by Google

deates Ecclesias et eorum Ministros fundationibus. Viegebat mos, ejusmodi fundationes nontantum per separata instrumenta faciendi, sed duntaxat codici Evangeliorum, qui semper super altare secundum ritum Graecum jacet, inscribendi, quod majus eotum habebat robur, quam si quibuscunque aliis formis esset exaratum.*)

Singulare hoc praetermitti non potest, *immanes Tataros fundationes Ecclesiarum Ruthenarum respexisse*, easque intactas reliquisse, prouti hoc apparet ex *Jarlicis* seu privilegiis Chanorum Tataricorum. **)

---

*) Adducimus unam talem inscriptionem in codice evangelii ex XIII saculo, factam anno 1376 per principem Ruthenum Belzenscm et Chelmensem *Georginm Danilovicz*: „Въ имѧ Отца и Сына и свѧтаго Дȣха, се я кнѧзь юрїѧ холмскии сынъ даниилаїа холмского по смерти сына моїего кнѧзѧ семена придали іесмо къ церкви Божой пречистои Богоматери на Богомолѥ вечистоїе село стрижово слепче космово цȣцнево зовема окаполъ бȣгȣ в лѣто 6784 к столцȣ їепископїи холмскоїе при боголюбезномъ власти їепископи холмскомъ и белзъкомъ да пребȣдȣть же непорȣшно подъ анаѳемою: зашто здѣ дай Господи намъ побытъ и здравїе, а по семъ и дѣтемъ нашимъ вечнȣю памѧть аминь". De hoc codice evangelii, asservato in Musaeo Rumiancoviano et de illa inscriptione refert Vostokov in descriptione dicti Musaei pag. 174.

**) Unum tale Jarlicon Chani Tatarici *Usbek* adductum in versione germanica Historiae Karamsini Tom. IV pag. 161 sonat: „Durch des allerhöchsten und unsterblichen Gottes Willen und Kraft, durch seine Grösse und Gnade. Usbeks Befehl an alle grosse, mittlere und niedere Fürsten, Feldherrn, Schriftkündige, Baskaken, Schreiber, Durchreisende, Gesandte, Falkeniere und Jäger in allen unseren Lagern und Ländern, die durch des unsterblichen Gottes Macht in unserer Gewalt stehen, und in denen unser Wort herrscht. Es thue Niemand in Russland der Hauptkirche, dem Metropoliten Petr und seinen Leuten Archimandriten, Aebten, Priestern u. s. w. ein Leid an. Ihre Städte, Gauen, Dörfer, Länder, Jagdbezirke, Binnenstöcke, Wiesen, Wälder, Weinberge, Gärten, Müh-

Digitized by Google

len und Meiereien sollen frei sein von allen Abgaben und Zöllen, denn alles dieses ist Gottes, und diese Männer helfen uns durch ihr Gebeth und verschaffen unserem Heere Stärke. Sie sollen lediglich unter der Gerichtsbarkeit des Metropoliten stehen zufolge ihrer alten Satzungen und der Befehle der früheren Chane unserer Vorgänger in der Horde. Der Metropolit soll ein ruhiges und stilles Leben führen, damit er mit frommen Herzen und ohne Kummer zu Gott für uns und unsere Kinder bethen könne. Wer der Geistlichkeit etwas abnimmt, zahlt das dreifache, wer es wagt, den russischen Glauben zu tadeln, wer Kirchen, Klöster und Kapellen verunglimpft, soll des Todes sterben u. s. w. Geschrieben im Felde im Hasenjahre und ersten Herbstmonathe am 4 Tage nach der Abnahme des Mondes 1313.

Digitized by Google

Caput secundum.

Status Hierarchiae Ruthenae sub dominio Magnorum Ducum Lithvaniae et Regum Poloniae inde a saeculo XIV usque ad primam Poloniae divisionem anno 1772.

§. 4. De ocupatione terrarum Russiae minoris partim a Magnis Ducibus Lithvaniae partim a Regibus Poloniae. Unio Lithvaniae eique adnexae Russiae cum Polonia.

Potentia Principum et Regum Russiae minoris bellis intestinis et gravi jugo Tatarorum *) debilitata contendebant Suecia, Lithvania, Polonia, Hungaria et Valachia de occupatione terrarum Ruthenarum, quae eisdem revera succedebat.

*) Historici numerant inde a saeculo XIII usque ad saeculum XVIII 93 invasiones Tataricas in terris Ruthenorum, qua occasione urbes et pagi vastabantur, et incolae interficiebantur vel in captivitatem abducebantur. Dies et noctes conjunctae erant cum periculo invasionis Tatarorum, contra quos Rutheni

Digitized by Google

Ita quidem Magni Duces Lithvaniae, quae prius Russiae tributaria erat, et nominetenus *Mindogius* (anno 1241), *Gediminus* (inde ab an. 1319) *Olgerdus*, *Kieystutus et Vitoldus* occupabant terras Ruthenas: *Polocensem*, *Minscensem Podlachiam*, *Polisiam*, *Volhyniam*, *Podoliam et Ukrainam* cum urbe olim capitali *Kijovia*, et titulabant sese *Magnos Duces Lithvaniae et Russiae.* Hic notamus, quod Magni Duces Lithvaniae linguam, leges et consuetudines Ruthenorum non solum non removerent, verum etiam ipsi acceptarent, quodque familiae eorum cum familiis Principum Ruthenorum vinculis matrimonialibus arctissime junctae essent, ac religionem Christianam cum ritu Graeco — Slavico ab Ecclesia Ruthena acceptarent. Exquo terrae predictae Lithvaniae incorporatae erant, cessarunt Rutheni solvere tributum Tataris.

Simili modo etiam inter familias Principum Ruthenorum necnon Ducum et Regum Polonorum obtinebant vincula mat-

---

excubias agere, et quorum impetum sustinere debebant. Hoc meritum Ruthenorum in bonum Poloniae et Europae agnovit *Vladislaus Loketek*, Rex Poloniae, scribens anno 1324 ad Papam: „Hinc est, quod Sanctitati vestrae insinuatione praesentium cum dolore reverentius intimamus, quod duo ultimi principes Ruthenorum Haliciensium de gente schismatica, quos immediatos pro scuto inexpugnabili contra crudelem gentem Tartarorum habebamus, decesserunt ex hac luce, ex quorum interitu nobis et terris nostris ex vicinitate Tartarorum, quos decerto credimus terram Ruthenorum nostris metis contiguam, occupare, perturbatio indicibilis imminebit." (Raynald. Ann. Eccles. in Append. XV. I. ad an 1324). Cum Tataris posthac quoque *Turci* terras Ruthenas invadebant, quarum praeprimis *Haliciensis* a regimine Polonico efficaciter deffensa non erat, ut ita istae terrae depopulatae et vastatae essent populus vero Ruthenus vel in captivitatem abductus, et quidem et oras Tataricas et Turcicas (Traciam et Macedoniam), vel vero enecatus, possessiones suas nobilibus Polonis et colonis ex Masovia cedebat.

Digitized by Google

trimonialia, quibus *Casimirus* M. rex Poloniae usus est ad occupandum magnum ducatum et regnum Ruthenorum, quod sub nomine *Haliciae* veniebat, et cujus tunc capitalis erat non jam urbs *Halicia* sed *Leopolis* (Lemburga, ruthenice Lwow). Primam invasionem *Haliciae* per *Casimirum* M. anno 1340 describit scriptor Polonicus *Dlugosius* (Lib. IX) sequentibus verbis: „Casimirus rex Poloniae — ex curiensibus suis et baronibus aliquibus copiis contractis Russiam (post mortem Boleslai Troydeni, Ducis Mosoviae, Leopoli regnatis*) concito cursu post octavas Paschae ingressus, civitatem Leopoliensem obsidione cingit. Quae cum aliquanto tempore obsidionem tolerasset, praessa tandem et afflicta nimia fame una cum proceribus Russiae, qui utrumque castrum altum et bassum civitatemque defendebant, caduceatores ad regem mittit, dededitionem non abnuens, *dummodo rex ritum fidei*

---

*) Dlugosius (Lib IX. pag. 60.) scribit de filiis Gedimini sequentia: „Septimus et ultimus *Lubardus* sortem inter Fratres non accepit: matrimonium filiae unicae ducis Vladimiriensis sortitus, cum qua illi *ducatus Leopoliensis et Vladimiriensis obveniebat.*" Hic ultimus Dux Ruthenus *Leopoliensis et Vladimiriensis* erat *Georgius Andrejewicz* mortuus anno 1337. Ignotum est, ex quibus causis idem *Lubartus* vel ipse renuntiavit vel renuntiare coactus erat dominio super ducatum *Leopoliensem* seu *Haliciensem*, et qua ratione idem ducatus *Boleslao Trojdenovicz* cedebat, numne, uti Dlugosius scribit, baronum (bojarorum) Russiae et nobilium consensu? Nulli tamen subjacet dubio, post mortem *Georgii Andrejevicz* non solum Vladimiriae sed etiam Haliciae imperasse *Lubartum* et dein Boleslaum Trojdenovicz, cujus pater *Troyden* erat dux Masovicus ex prosapia eadem Piastica, ex qua erat Casimirus, mater vero principissa Ruthena, secundum Naruszevicz (V, pag. 20.) filia ducis *Leonis Danilovicz.* De morte ejus refert Dlugosius (Lib. IX sub anno 1340).: „Primorum Russiae contra illum livor indignatioque grandis et tandem in necem machinatio et vehemens fervidaque conspiratio consurgit. Et licet in dies glisceret viresque assumeret, multi tumen respectus in aper-

Digitized by Google

eorum non se violaturum aut matalurum repromittat. Quo in hanc conditionem consentiente, (sciebat enim si conditionem repelleret, Ruthenos obstinatis animis obsidionem tolleraturos et extrema quaeque pasuros*), apertis portis regem cum exercitu in civitatem suscipiunt, eique utroque castro tradito fidelitatis praestant homagium et debitae subjectionis juramentum. Rex castris civitateque Leopoliensi potitus plura antiquorum Russiae principum magni valoris in auro, argento, gemmis lapidibusque clenodia et deposita illic reperiens, inter

---

tam rebelionem prodire et principi suo patulam moliri mortem vetabant. Dolis itaque utendum decernunt, veneno in potu propinato, in die anuntiationis s. Mariae alias nono kalendas aprilis, illum extingunt. Odii vero et necis causas verias plerique astruunt, quod videlicet ritus eorum schismaticos abrogare et fidei catholicae duritatem ritumque et obedientiam Romanae Ecclesiae introducere firmareque illic plurimo studio quaesiverit; sive quod tributis datiisque crebro illos exactionaverit gravareritque, sive quod conjuges filiasque eorum sua incontinentia foedaverit, sive quod praefectos suos et officiales curiensesque ex Polonis et Bohemis et Alemanis collectos probris et injuriis eos afficere non prohibuerit, Quaecunque tamen harum causarum Ruthenos in exitionem principis moverit, pro satis comperto nequit affirmari. Ea tamen mihi praecipua visa est, fidei ritusque disparitas, quae sub pietatis religionisque specie animos Ruthenorum his, quas expressi, et aliis causis suapte violentatos et incensos in principis extinctionem quasi quoddam sacrificium gratum Deo praestituros, ne in latinum transire ex graeco ritum cogerentur. perstrinxit."

*) W miarę, jak przylęgając do granic potężnego sąsiada przychodzili Rusini pod obce panowanie, jedność ich rozprzęgała się coraz więcej, gdy spokojny ich charakter kazał im przestawać na losie, jaki im zgotowała opatrzność, byle *narodowość* w obrządku greckim jak gdyby w jednym skupiająca się ognisku zapewniona i szanowana była." (Nowe źródła dzieje kozaków wyjaśniające. Przez A. W. Maciejowskiego.)

Digitized by Google

quae duas cruces aureas, notabili portione ligni Dominici insignes, duoque diademata, lapides et gravi censu uniones habentia, tunica et sella auro et gemmis superba monstabantur, in suum redegit aerarium. Ascendit deinde et Vladimiriam et tam arcem quam oppidum et totam terram Volhynensem in suam redegit ditionem. Castris quoque Leopoliensi et Vladimiriensi, quae tunc ex materia lignorum fabrefacta erant, et quae ad sui tutellam custodiamque magnum gentium numerum et armorum requirebant, ne ad rebelionem eo discedente spectarent, crematis constituto ex militibus suis terrae et civitati Leopoliensi Capitaneo et aliquibus gentibus suis, ut saltem metu noviter dediti in fide continerentur, relictis, in Poloniam incolumis et victor atque spoliis largitionibusque et donis Ruthenorum magnificatus remeabat ocyus illic, thesauro spoliisque Cracoviae depositis cum majori potentia reversurus. Parum autem temporis Cracoviae Casimirus rex Poloniae moratus, quo solummodo de copiis in Russiam tempestivo tempore traducendis consulto disponeret, transacto, nativitatis s. Joannis Baptistae die exercitum ex omnibus terris contractum in Russiam (Haliciam) producit, et tam Premisliense quam Haliciense, Luczense, Vladimiriense, Sanocense, Lubaczov, Trembovla castra et civitates caeterasque Russiae munitiones et fortalitia expugnat, nonnullis ultro se dedentibus, et in suam redegit potestatem ac universam terram Russiae sub uno anno unaque aestate et expeditione, plerisque nobilibus et bojaris Russiae principatum suum expetentibus sibi et regno Poloniae subjicit.“ *Anonymus Archidiaconus Gnesnensis, et Subcancelarius regum* Poloniae Casimiri M. et Ludovici, verosimiliter *Joannes de Czarnkov*, testis coaevus in suo opere: Brevior chronica Cracoviae ab orbe cond. ad an. 1395, sub anno 1333 post descriptionem actus coronationis regis Casimiri scribit: „Et post nonmulto tempore mortuo magnifico principe Casimiro dicto *Georgio*, totius regni Russiae duce, Troydem (Boleslaus filius Troydem) dux Masoviae, qui Casimiro avunculo suo in ducatu Russiae succes-

Digitized by Google

serat, veneno per Ruthenos intoxicatus interierat. Casimirus rex Poloniae praelibatus cum magna potentia gentis suae regnum Russiae potenter ingressus de nece consanguinei sui vindictam sumere volens. Cujis potentiae Ruthenorum primi barones, comites et caeteri nobiles resistere non valentes, ultronea voluntate domino Casimiro se et sua commisserunt, ipsum in suum dominium fideliter suscipientes, sibi fidelitatis omagia juramentis firmantes.“ Ad annum 1349 pag. 98 idem scribit: „Sequenti anno (1340) Boleslao filio Troyden, ducis Masoviae, quem Rutheni unanimiter sibi in ducem et dominum susceperunt, per toxicum interempto, qui legem et fidem ipsorum immutare nitebatur, *Lubartus* filius Gednuni (Gedimini) Ducis Lithvanorum *eundem ducatum Russiae possidebat.*“ Ex quo apparet, post extinctionem Boleslai Troydenovicz *Lubartum* seu *Demetrium Gediminovicz* a Ruthenis *Haliciensibus* qua ducem agnitum fuisse, et *Casimirum M.* eo regnante *Haliciam* occupasse.

Attamen secundum supradductum anonymum (sub an. 1333) Rutheni Halicienses sub barone *Daszkone*, capitaneo Premisliensi et *Daniele duce de Ostrog**) intimarunt Chano Tatarorum, regem Poloniae Casimirum Haliciam occupasse, tri-

*) **Moraczewski in suo opere: „Dzieje rzeczy polskiej do 15 wieku. Poznań, 1840. Lib. IV pag. 165 scribit. „Nikczemnych tylko ludzi nie obchodzi poniżenie ich religii i narodowości, a dla tego Daszko Kniaź przemyślski od Królą (Kazimirza) jako rządca ziem ruskich ustanowiony porozumiał się z Danielem z Ostroga i zaprosił Tatarów w pomoc.“ Siquidem de Casimiro M. refertur: „Fidem catholicam professis (ergo sub praetextu fidei catholicae) officia, dignitatesque publicae collatae erant.„ (Dlug. pag. 1072.) „Skoro Kazimirz Ruś do korony przyląćzył, zwykłym obyczajem polskim zaczęto tępić Kosciol ruski a zaprowadzać łaciński. Który bojar dał na sobie chrzest pokatolicku poprawić, ten zaraz znaczenia i wpływu nabierał, i człowiekiem do wszystkiego się stawał.“ Moraczewski ks. IV str. 265.**

Digitized by Google

butaque per Ruthenos Tatarorum duci consueta prohibuisse, ad quam delationem chan Tatarorum maximum exercitum versus Russiam destinavit, eisdem mandans, ut cum Ruthenis Poloniam hostiliter invadant, et crudeliter devastarent. Propulsatis itaque anno 1341 Polonis ex Halicia recuperavit *Lubartus Gediminovicz* iterum thronum *Haliciensem*, quem usque ad annum 1349 possidebat, quo *Casimirus M.* tertia vice Haliciam et Vladimiriam expugnavit, relinquens *Lubarto* solum civitatem *Luck* cum territorio ejus. Insuper addit Dlugosius (Lib. IX. ad an. 1349): (Casimirus) „*nonnullorum Ducum Russiae*, (*plures enim ea tempestate extabant*,) precibus placatus eos in gratiam et feudum suscipit, et juramento fidelitatis et homagii suscepto omnia, quae juris eorum esse dignoscebantur, restituit." — Halicia tamen non erat restituta.

Inde ab invasione Haliciae implicatus erat *Casimirus M.* cum *ducibus Lithvaniae et cum Tataris* in bella, quae usque ad mortem ejus durabant, et in quibus *Lubartus cum Keystuto* duce Lithvanico an. 1353 et 1363 *Haliciam* devastabat, et regiones *Vladimirienses* occupabat. Sed tandem anno 1366 cedere debebat Poloniae terram *Haliciensem*, *Chelmensem et Belzensem*.

Jam *Casimirus M.* expugnata *Halicia* et aliis terris Ruthenis assumpsit titulum: „*Russiae dominus et haeres*," quo et alii reges Poloniae utebantur. *)

Occupatio Haliciae per Casimirum M. evenit insuper in fundamento transactionis cum Ludovico rege Hungariae, qua *Casimirus* obligatus erat solvere certam pecuniae summam *Ludo-*

---

*) Quaestionem, quo jure Casimirus M. Haliciam occupaverat? solvit scriptor Polonicus Lelewel ita, quod id factum sit jure novo in Rusia ignoto, jure feudalico, vel potius jure fortioris super debilitate Ruthenorum. Verba ejus sunt: „Stało się to wszystko prawem nowem nieznanem dla Rusi, prawem feudalnem, czyli raczej prawem mocniejszego z niemocy ruskiej." (Dzieje Litwy i Rusi. str. 122.)

Digitized by Google

vico pro *regno Russiae*; sed *Ludovicus* adposuit sibi jus redimendi illud regnum, si *Casimirus* relinqueret filium et successorem sui throni. Attamen hoc jus redemptionis an. 1355 immutatum erat, et pro eodem *Casimirus* secunda vice confirmavit jus successionis non solum Ludovico ipso verum etiam consanguineo ejus *Joanni* in regno Poloniae.

Anno 1359 suscepit *Casimirus M.* expeditionem bellicam in Moldaviam sic dictam a flumine *Moldava*, quae etiam pertinebat ad dominum ducis et regis Russiae *Haliciensis Danielis*, et in quam primo dimidio saeculi XIV quidam *Dragosz* sive *Bożerad* adduxit colonias Valachicas ex Hungaria, inter Ruthenos ibidem locatas. Inter filios ejus *Stefanum et Petrum* exortae erant lites de principatu. Casimirus venit in auxilium *Stefano*, sed erat victus.

Circa finem vitae Casimiri M. missus erat ad eum *Joannes Syncelus Constantinopolitanae Ecclesiae a duobus Patriarchis Orientalibus*, et retulit responsum, *quo appromissa erat protectio Ruthenorum, dependentium a sede Constantinopolitana* *).

Post mortem *Casimiri M.* anno 1370 occupavit *Haliciam* eodem anno *Ludovicus* rex *Hungariae* et Poloniae, sed ad

*) De hoc refert Thad. Czacki o pols i litew. praw. Tom I Poznań, 1843 pag. 309, Nro. 185 et ponit annum 1369 seu 6879 a creatione mundi. Czacki pervenit ad hanc notitiam verosimiliter ex aliquo graeco-rutheno fonte, ubi annus legationis a creatione mundi occurebat, cui vero respondet annus a Chr. nato 1371 non vero 1369. Sed annum 1371 non potuit Czacki conciliare cum illa circumstantia, quod Casimirus M. jam anno 1370 die 5 novembris mortuus esset. Sed hic respicienda est computatio annorum Ruthena, secundum quam Rutheni inde a medio saeculi XIV a 1 septembris annum incheabant; ergo memorata legatio poterat habere locum anno eodem, quo mortuus est, qui juxta computationem Latinorum erat 1370 et juxta computationem Ruthenorum inde a 1 septembris 1371.

Digitized by Google

placandum Ducem Opoliensem *Vladislaum*, ex prosapia Piasti natum et consanguineum Casimiri, qui jus ad thronum Poloniae praetendere posset, cessit *Haliciam* eidem cum plena et independenti regiminis potestate. Attamen *Vladislaus* restituit *Haliciam* regi *Ludovico* an. 1379 pro aliis ditionibus in Polonia sitis, quod mobile dominium Russiae propter insultus Lithvanorum pacifice teneri non posset. Anno 1782 tenebat *Haliciam* regina *Hungariae Maria*, filia regis Ludovici, cujus angustiis utens *Hedviga*, regina Poloniae, junior filia Ludovici adjunxit illam terram Ruthenam, pulsis Hungaris, regno Poloniae.

Exinde jam parebat *Halicia* ininterrupte regibus Poloniae usque ad annum 1772, qui erant:

Casimirus III M. (1333 — 1370), Ludovicus (1370 — 1382), interregnum et Hedviga (1382 — 1386), Vladislaus II Jagiello (1386 — 1434), Vladislaus III Jagiellonides, Varnensis (1434 — 1444), Casimirus IV Jagiellonides (1444 — 1492), Joannes I Alberchtus (1492 — 1501), Alexander Jagiellonides (1501 — 1506), Sigismundus I (1506 — 1548), Sigismundus II Agustus I (1548 — 1572), interregnum ad an. 1574, Henricus Valesius (1574 — 1575), Stephanus Bathory (1575 — 1586), Sigismundus III Vasa (1587 — 1632), Vladislaus IV Vasa (1632 — 1648), Joannes II Casimirus (1648 — 1669), Michael Korybut Wiszniowiecki (1669 — 1673), Joannes III Sobiewski (1673 — 1696), Fridericus Augustus II (1696 — 1706), Stanislaus Leszczyński (1706 — 1709), Augustus II (1709 — 1733), Augustus III (1733 — 1763), Stanislaus Augustus Poniatowski (1764 — 1795).

§. 5. Continuatio.

Rex *Vladislaus* (*Jacobus*) *Jagiello* obtinuit reginam *Hedvigam* in uxorem et *coronam Poloniae* sub hac conditione,

Digitized by Google

ut Magnum Ducatum Lithvaniae cum adnexa Russia uniret regno Poloniae, et ut susciperet religionem christianam cum ritu latino. Annales Ruthenorum et Polonorum referunt, patrem Jagellonis Magnum Ducem Lithvaniae *Olgerdum* circa finem vitae suae suscepisse religionem Christianam in ritu Graeco-Rutheno, eundem habuisse duas christianas uxores, *Julianam*, principissam Ruthenam Vitepscensem, et *Mariam*, principissam Ruthenam Tverensem, et duodecim filios, inter quos Jagiello e matre *Maria* procreatus erat, eosdem filios ad mores Graecos formatos et eis ritum Graecum instillatum fuisse. Dlugosius in specie*) scribit: „*Jagiello* Magnus Dux Lithvaniae 14 februarii in Ecclesia Cracoviensi per Bodzantum Archiepiscopum Gnesnensem baptisatus et nomen ei Vladislaus imponitur, item Vitaudo *Alexander*, Corigailoni *Casimirus*, Svidrigailoni *Boleslaus*. Reliqui Lithvaniae Duces, *fratres* Ducis Jagiellonis, cum dudum ante Graecorum ritu baptisma sortiti fuerint, *ad iterandum vel, ut significatiori verbo utar, ad supplendum baptisma non poterant induci.*" Jesuita Joannes Kwiatkowski **) ad an. 1386 scribit, Jagiellonem *in fide Graeca* (*ritu Graeco*) *educatam fuisse*. Annales vero Ruthenorum ***) referunt, Jagiellonem a Rutheno sacerdote obtinuisse antea baptismum et nomen baptismale Jacobi. ****) *Jagiello* et frater ejus *Vitaudus* seu *Vitoldus*, postea Magnus Dux Lithvaniae, permoverunt Lithvanos ad suscipiendam religionem Christianam et ritum latinum. *Unio vero politica Lithvaniae cum Polonia* diu non succedebat, licet aliis vici-

---

*) Lib. X. ad an. 1386.

**) In suo opere: Dzieje Kośc. Kalisz 1698.

***) Древ. Лѣт. стр. 348.

****) Idem rex assuefactus ad ritum Graeco-Slavicum adduxit an. 1389 ex Bohemia sacerdotes hujus ritus, qui in Ecclesiae Cracoviensi s. *Crucis* secundum ritum illum officia divina paragebant.

Digitized by Google

bus adhuc tentata esset; siquidem Lithvani et Rutheni eidem adversabantur, et ideo distinctos Magnos Duces Lithvaniae et Russiae habere desiderabant. Incontra vero Poloni curabant, ut reges eorum constituantur Magni Duces Lithvaniae, et hi eligantur in reges Poloniae.

Primum anno 1569 finaliter subsecuta est politica unio Lithvaniae et ei adnexae Russiae cum Polonia sub Magno Duce Lithvaniae et Rege Poloniae *Sigismundo Augusto* in comitiis *Lubelscensibus* et quidem *contra voluntatem Lithvanorum*, consentientibus vero *Ruthenis ex Podlachia*, *Volhynia*, *Podolia et Ukraina.* In pacto hujus politicae unionis habetur, Ruthenos in Lithvania uniri Polonis qua *aequales aequalibus, qua liberos liberis.* *) Nobilitas Ruthena policebatur sibi easdem libertates, quas sibi nobilitas Polonica vindicavit. Ast tempus docuit, hanc politicam unionem Lithvaniae et Russiae cum Polonia evasisse pro Ruthenis in specie *unionem exitii et servitutis.* *)

*) Deklaracya króla Zygmunta Augusta z tego roku: „Ruska zimia z dawnych czasów od przodków naszych królów polskich między inne przedniejsze części do korony polskiey jest przyłączona, którey my obywatelów wszstkich każdego zosobna ku królewstwu polskiemu jako równych do równych, wolnych do wolnych ludzi iako własny i prawdziwy członek ku własnemu ciału i głowie w społeczność w cześć i własność przywracamy i włączamy z innemi koronnemi obywatelami porownywamy, i one wszystkich wolności, swobód i powołania korony polskiej uczęstnikami czyniemy i bydź znajdujemy.“

**) Consensum in politicam unionem Lithvaniae et ei adnexae Russiae detit solummodo potentior nobilitas Ruthena anhellans, uti dictum, libertates nobilitatis Polonicae, si tamen vox libertas adhiberi possit ad designandum id, quod nobilitas Polonica sub libertatibus suis intellexit, arctando reges et regimen Polonicum usque ad effrenationem suam, quam Jesuita Peter Skarga in suo opere: O rządzie i jedności kościoła w Krakowie 1590, dedicato regi Poloniae Sigismundo III. depingit sequentibus verbis praefationis: „Wolność obróciła się w swa

Licet *Casimirus M.*, uti dictum est, *Ruthenis in Halicia integritatem ritus fidei eorum* appromiserit; licet porro Vladisłaus II Jagiello anno 1432 pressus a Lithvanis et Ruthenis ac Vladisłaus III Jagiellonides an. 1434 nobilitatem *Russiae* (*Haliciae*)

---

wolności i rozpustę; posłuszeństwa w żadnym stanie niemasz: ani królóm ani radom jego ani prawom ani sejmowym wyrokom podlegać wedle powinności nie chcą." Rey vero de Nagłowiec in opere: „Wspólne narzykanie wszey korony na porządną niedbałość naszą" 1567 verbis: „Żaden naród, żadna horda nie jest w takiej niedbałości a snadź jest w lepszem opatrzeniu, niżeli tak sławne i zacne to państwo nasze (Polskie). Jam sub Principibus Ruthenis desiderebat nobilitas Ruthena tales libertates, quas vicina nobilitas Polonica a priscis temporibus acquirere studebat, quaeque conformabantur ad feudalismum occidentis, mox ibidem collapsum. Inde veniebant illae machinationes nobilitatis Ruthenae in Halicia contra antiquos Principes suos Ruthenos, quae dictis Principibus quiete regnare haud permittebant, et eos de throno amovebant, Haec nobilitas ideo quoque derelinquebat ritum suum Graeco-Ruthenum, in quo etiam Catholicitas possibilis erat, et transibat ad ritum Latino-Polonicum ut tanto magis cooptaretur nobilitati Polonicae, utque cum illa interitum reipublicae Polonicae acceleraret, quod non animedvertebant illi, qui ejus traductionem ad ritum Latino-Polonicum procurabant putantes tali ratione rempublicam Polonicam firmiorem fore. Haec nobilitas magis adhuc quam Polonica causat turbellas illas, quae Polonis varia damna adferunt, et non valent exoptatum eventum producere. Jam vero inferior nobilitas et reliqua natio Ruthena adversabantur unioni politicae cum Lithvania, quod scriptor Polonicus Moraczewski testatur verbis: „Nieraz Litwa przyrzekała, zaręczała i przysięgała a nawet świeżo na elekcyi króla Alexandra, że bez poradzenia się nigdy swem berłem odłącznie rozporządzać nie będzie. Atoli imieniem całej Litwy sobowiązywali się do tego szczerze tylko niektórzy panowie, kiedy niżsi Rusini pielęgnując w sercach swych nienawiść przeciw wszystkiemu, co było polskie, przemyśliwali, jakby się całkiem oderwać." (Ks. 15, 1.) „Michał Gliński zamyślał na Rusinach i kościele Greckim swoją władzę oprzeć, w Kijowie osieść i dawną potęgę Rusi

Digitized by Google

et Podoliae nobilitati *Polonicae* non absque oppositione hujus *in omnibus juribus atque libertatibus aequiparaverit**): tamen *sors Ruthenorum in Halicia adhuc tristior erat*, quam in Lithvania; quia Lithvania juxta alias leges regebatur quam Halicia, quae a Polonia *immediate subjugata erat*, quamquam Rutheni paulopost etiam in Lithvania prouti in Galicia tractarentur a regimine Polonico et a singulis Polonis, acsi in relatione ad Polonos nulla jura haberent, et acsi Poloni in relatione ad

---

naddnieprskiej wskrzesić. Nie był to nowy i nadzwyczajny pomysł; bo już za czasów Kazimierza Jagiellończyka Gastowd wojewoda wileński chciał zięcia swego do rządów nad całą Litwę w Ruś przemienioną wynieść. Odgłos o wskrzesieniu państwa Włodzimierza W. przemawiał do serca niektórym kniaziom i wielu bojarom Litewskim.“ (Tenże ks. 11. str. 300, 301, ks. 18. str. 91. ks. 15. str. 1, 4, 8 i 9).

*) Aequiparatio nobilitatis Ruthenae nobilitati Polonicae in omnibus juribus et libertatibus facta per Vladislaum Jagiellonem an. 1413 tangebat solummodo nobiles Ruthenos, qui ritum latinum susceperunt. (Kromer, ad an. 1413 Lib. XVIII. pag. 361. Lelewel: Dzieje Litw. i Rusi str. 147, qui de aequiparatione illa dicit: „Sciągło to się do szlachty ruskiej obrządku łacińskiego.“ Vladislaus III Jagiellonidas tempore suae coronationis nobilitatem Russicam (Haliciensem) et Podoliensem nobilitati Polonicae non absque quaerimoniis hujus posterioris ad preces vero prioris: quatenus illos iisdem juribus praerogativis, quibus alii regnicolae Poloniae fruuntur, donet, liberet et privilegiat, aequiparavit verbis: „Tamże (przy koronacyi w Krakowie) ruską i podolską szlachtę we wszystkich prawach i wolnościach z Polakami król nowokoronowany porównał *nie krom szemrania wielu*, których też i to zniesienie ciężarów z Rusi nie pomału bolało to jest. iż z dawna Ruś powinna była kiedy i skądkolwiek król wskazał krom wszelkiego płacenia żołdu na każdą wojnę wyjeżdzać, na obwarowanie i na poprawę zamków potrzeby zasyłać z każdego zosobna uprawnego łanu cztery groszy na każdy rok dwa korce owsa i żyta wypłacać.“ (Kromer xięg XXI ad an. 1434) Sed jam in comitiis Grodnoviensibus an. 1522 excludebatur nobilitas Ruthena ab officiis, dignitatibus et senatu, quod confirmatum est an. 1529.

Digitized by Google

eos ab omnibus officiis liberi essent. Non negamus, etiam in aliis Europae oris secundum opiniones medii aevi oppressiones locum habuisse; attamen Rutheni in Polonia experti sunt non minores oppressiones, quae vitam eorum ecclesiasticam, nationalem et literariam in summo discrimine collocaverant, quae eis qua talibus nullum passum in vitam publicam permittebant, et quae eos qua tales solummodo ad privatam eamque teterrimam vitam relegabant, ut nationalitati suae renuntiare et ad ritum Latino-Polonicum transire deberent, si vitae politicae publicae participes esse optarent.

Solummodo nobilitati Ruthenae, quae ad ritum Latino-Polonicum desciverat, offerebentur favores regum, officia et dignitatis publicae;*) econtra vero nobilitas Ruthena et alii Rutheni, qui ritui suo Graeco-Slavico adhaerebant, excludebantur ab officiis, a senatu et ab aliis dignitatibus publicis, quod factum est constitutionibus regni in comitiis Horodlloviensibus anno 1413 et in comitiis Grodnoviensibus anno 1522, *) ac confirmatum est anno 1529. Primum anno 1563 agente Sigismundo Augusto concessum erat in comitiis jus nobilitati Ruthenae ad officia et dignitates publicas, et tunc occupabat Ruthena nobilitas in senatu Polonico loca, quod post mor-

*) Lelewel observat: „Ten to ów zapatrzywszy się na wielkie łaski świadczone prawym katolikóm więcej dla chleba może niżeli dla wiary mszy słuchać poszedł.“ (Dzieje Litwy i Rusi str. 128 i 129). Hanc sortem Ruthenorum in Polonia depingit Morաczewski verbis: „Lachowie łacinnicy szarpali od dawna kościoł ruski, władyków wypędzali, kraj burzyli, a kniazów, bojarów i lud prześladowali“ Ks. IV. str. 168.

**) Constitutio in Grodno 1522 edita sonat: „Non debebimus neque debebunt ejusmodi dignitates atque officia cuicumque Rutheno dare aut conferre absque consilio majorum Consiliariorum, sed duntaxat Lithvanis Catholicae et Romanae fidei eaedem dignitates conferri debent“

Digitized by Google

tem dicti regis cessavit, quodque Rutheni per pacta Hadiacensia anno 1658 recuperare frustra studebant, ut ita Rutheni qua tales penes Polonos et Lithvanos non obtinuerint organisationem politicam, *) et ut leges et consuetudines Ruthenae amoverentur.

Insuper scriptores Polonici (Dlugosius et Kromer) referunt, reges Poloniae tradidisse nobilitati Polonicae eamque ipsam occupasse bona terrestria nobilitatis Ruthenae Haliciensis et Podoliensis, que in bellis occubuit, quae oppressa se in alias regiones fuga salvabat, **) et quae Premisliae ante

*) Hanc imprudentiam regiminis Polonici animadvertit proclamatio Polonica sub titulo: „Uniwersał sejmujących Stanów pod kon federacyą roku 1790 do województw, ziem i powiatów w koronie Polskiej y w X. Lit. wydany“ verbis: „Oderwane od ciała rzeczypospolitej kraje że jeżeli z jednej strony będą pamiątką niesprawiedliwości wyrządzonej nam od sąsiadów, bydź muszą oraz okropnym swiadectwem niepostrzeżenia się eyców naszych y oddalenia od rządu uszczęśliwiającego naród polski za czasów Jagiellońskich.“ Sub his a Polonico regimine cum damno Poloniae exclusis intelligi possunt Rutheni, quorum terrae a Polonia avulsae erant. Et tamen terra Ruthena latissima erat et longe majorem Poloniae partem constituebat, quam terrae Polonicae et Lithvanicae: „Była to kraina (Rusi) bardzo obszerna, mil półtorasta wszerz i wzdłuż licząca, stanowiąca jedność polityczną w tym sposobie, że był w niej jeden naród i jeden język slawiański ruski, tylko ludów i miast liczba wielka, jedna religia, grecki obrządek i jedna hierarchia.“ (Lelewel Dzieje Litwy i Rusi str. 55).

**) Dlugosius (Lib. XII ad an. 1442) scribit: „Augebat hujusmodi malum (invasiones Tataricas) baronum Poloniae ambitio, qui a rege donationibus oppidorum et villarum in terris Russiae (Haliciae) et Podoliae impetratis antiquos incolas et haeredes de illis excludebant, qui inopia et aegestate pressi et quadam desperatione compulsi ad Tataros fugiebant, illosque postmodum ad vastandum terras Russiae et possessiones, de quibus ejecti erant, inducebant.“

Digitized by Google

annum 1449 ad colloquium convocata a Polonis enecata erat. *) Similiter erat quoque nobilitas Ruthena Leopoliensis juxta Kromerum exposita violentiis ex parte nobilium Polonicorum, ad quas amovendas ipse rex Casimirus anno 1465 Leopolim festinavit, auxilium ferens **). Quod attinet cives Ruthenos, hi amovebantur a magistratibus, a mercatura, ab artificiis et a contuberniis, ac Leopoli includebantur

---

*) Haec calamitas nobilitatis Ruthenae describitur in annalibus Lithvanicis (jam editis an. 1846 Vilnae a Narburto) verbis: „Y buduczy iemu (korolu Kazimiru IV) na korune y na welikom kniastwe y uczynit' seym w Petrikowe (1449) w hod po koronaciey walny Ladski, dla spraw zemskich y na tom seymi wmyslili panowe wsi Ladskie, potay korola seym druhi wczenyty w Parcowe, y czteby tamze byli wsi panowe Litowskii, własteli welikaho kniastwa, y wmyslili na tom seymie Parcowskom panow Litowskich porezat, a kniastwe Litowskoje do korony prywłaszczyt, y potomuż wczenily, kak wczynił *nad pany ruskimi peremyślskimi* pozwawszy ich do rady, y tam porezali y Premyśl zasielili.“ Sed ad colloquium eam simili intentione Polonorum invitata nobilitas Lithvanica fraude detecta, non comparuit.

**) „Na wiosnę (r. 1465) król *Kazimierz* sam w małym poczcie do Lwowa wpada, ponieważ Rusacy ratunku jego przeciwko gwałtom i ciemiężliwym krzywdom *Jędrzeja Odrowąża* wojewody i starosty Lwowskiego skwierczyli. Tym czasem *Odrowąż* umarł, a na spłacenie starostwa bratu jego nie dostawało królowi pieniędzy. Wnet Lwowianom, Podolanom, Haliczanom i Bełzanom po 12 groszy z łanu a po jednemu wołowi z domu albo z familii każdej wydawać nakazano, zaczym z obudwoch podatków onych 20000 Zł. pols. zebrawszy Janowi ich Odrowążowi odliczono, i tak Lwowskie, Żydaczowskie starostwa wespół z Gliniany wykupione były, pozostał był jednak Sambor, ponieważ na wykupienie onego pieniędzy nie stało. (Kromer Księg. XXVI. pag. 595.)

Ex causa harum violentiarum habetur confederatio nobilitatis Ruthenae in terra Leopoliensi et districtu Żydaczoviensi cum civitate Leopoliensi Metropolitana totius Russiae sub dato in conventione Leopoliensi feria quinta ipso die

in una platea et secundum scriptorem Polonicum Bandtke *) magistratus Leopoliensis non permittebat civibus Ruthenis neque quiete vivere neque quiete mori. Si jam agricolarum Polonicorum tristissima sors erat in Polonia, quid dicendum restat de sorte agricolarum Ruthenorum? Hi erant sub regimine Principum Ruthenorum liberi a subditatu, **) sub regimine vero Polonico adscribebantur eidem, qui secundum Skrze-

---

sanctae Luciae Virginis A. D. 1464, ubi sub contestatione fidelitatis erga regem Casimirum legitur: „Attendentes insuper et libramine verae rationis pensantes, quoniam ex inadvertantia et discordia nostra terra Leopoliensis districtusque Żydaczoviensis nostrae inhabitationis similiter et civitas Leopoliensis, ad quam in extrema necessitate tota terra Russiae tanquam ad civitatem capitalem suum habet respectum et refugium, per plurimos annos usque inhactenus, diversis injuriis, impressionibus, gravaminibus, *calumniis* et damnis hinc inde affliguntur ita, quod prae gravaminum afflictione amplius non valeant respirare etc.

*) Tom. II. pag. 267.

**) Ruś mająca na czele wielkiego kniazia i w nim niejaką polityczną spojnię, była jednak zbiorem wielu rzeczypospolitych znanych pod imieniem księstw, które w swych stolicach osobnych, poruszały politykę wewnątrzną całego kraju. Te stolice, grody, posady, miały wielką liczbę gości czyli cudzoziemców i różnego powołania mieszkańców. W obywatelstwie samem gminne dawne ustanowienia, niezważały na różnicę stanu. Skoro dzwón uderzył przestrzegając o niebezpieczeństwie, albo zwołując na wieca, biegli wszyscy radzić: władika, posadnik, tysiącznik, duchowni, bojary, urzędnicy i gmin cały; starsi i mniejsi gromadzą się i składają wieca. Na wiecach obierają urzędników, odbierają od nich sprawę, wyrokują i stanowią o różnych przedmiotach grodu czyli posady i całego kraju. Kniaź jest urzędnikiem zwierzchnim, który miał sądzić i kraj bronić; za to płacono mu umówione grzywny, wydziałano niektóre włości lub ziemskie dochody. Nieraz on stawał osobiście przed ludem, na trwogę zgromadzonym; przedkładał potrzeby posady lub kraju, usprawiedliwiał się (jak 1016 Jarosław wielki w Nowogrodzie) i

Digitized by Google

Ruthenos sub regimine Polonico protectionem ejusdem habituros esse. Hoc pactum neque veritati propagandae neque tollendis inveteratis erroribus (ex schismate orientali) obicem posuerat. Attamen aliter res succedebat, siquidem regimen Polonicum, clerus Polonicus, Nobiles et magistratus Polonici *omnibus modis sine omni discrimine* adlaborabant, ut Rutheni ritui suo abalienarentur, et ad ritum latinum suscipiendum permoverentur, qua ratione iidem polonisabantur, si quidem tractabantur qua Poloni, remittebanturque in scholas Polonicas ad linguam Polonicam*) ac in Ecclesias Polonicas ad preces

---

daley tym większą szkodę w duszach ludzkich czynili, musieliśmy radzi nie radzi tak szkodliwe poddanym swym mieysce y poddaność wypowiedzić. A iż Popowstwa mieli *sakupne*... splaciliśmy wszystko to, co ich było... I tak naprzód uprzątnowszy a kapłanów Societ. Jesu z Jarosławia używszy, aby im słowo Boże y naukę zbawienną powiadali, doznaliśmy w krótce y tym więcey doznajemy, iako ich serca zatwardziałe mięknieią..... A tak w Imie Pańskie Cerkwie te we wsiach naszych dziedzicznych w Izdebkach, w Lubnej, Hłodnym, w Bachórzu, w Warze y po przedmieściu Dynowskim ..... w kościoły łacińskie y katolickie.. przyczyniamy i plebany w nich... naznaczamy i fundujemy... kapłan od nas prezentowany ma... naprzód nawracać Ruś do kościoła s. Rzymskiego... dzieci ruskie chrzcić i pilnować, aby indziey u popów nie byli chrzczone... aby jak nayczęściey mszę ś. mawiać... we środę i w piątek za nawrócenie Rusi." Si Alexander Guagnin (Rerum Polonicarum Tomi tres, Francofurti 1589, Tom. II. Cap. II. pag. 214) scribit: Metropolitae Russiae Polono regi subjecti et alii Episcopi villas civitatesque possident; si porro Scrobiszewski (Vitae Archiepporum r. l. Haliciensium et Leopoliensium, Leopoli A. D. 1628) refert: „Provinciae Russiae habent plures Eppatus rit. graecani bene ab antiquo provisos; — Metropolis Leopoliensis (rit. lat.), tametsi longe lateque pateat, tamen quia serius constituta exiguam sortita est provisionem:" comparando haec cum praesenti statu dotationis Eppatuum Ruthenorum habetur, eandem valde imminutam esse, et quidem sub regimine Polonico.

*) Scriptor Polonicus Lelewel in sua historia Poloniae, edit.

Digitized by Google

necnon ad verbum divinum in lingua Polonica.*) Licet

Leopoliensis an. 1848 pag. 67—68 pro lingua Polonica contra linguas latinam et germanicam observat: „Całe — miasta i wiejske gminy stawały się niemieckiemi. Niektórzy książęta (Polscy) stali się tak dalece Niemcom przychylni, że—po niemiecku gadali, dwór swój Niemcami napełniali. Za ich przykładem zgorszeni wielcy panowie niemczeli, bo i tym sposobem ci arystokraci chcieli się od gminu polskiego czyli od reszty narodu różnić. Skutki niemieckiej zarazy dały się widzić dosyć prędko. Na Szląsku mocno się język niemiecki rozszerzył, gadano nim i pisano w wielkich miastach, w Poznaniu i Krakowie. Miasta, co się prawem niemieckim rządziły, gotowe były cesarza niemieckiego słuchać, a książęta poniemczone cesarstwu też przychylne się okazywały. Kraj cały mógł przez to niepodległość i narodowość stracić. W tak trudnym i niebezpiecznym razie jedni księża biskupi gorliwie się brali ocalić narodowość. Oni kierowali szkołami. Czuwali tedy, aby dzieje ojczyste w nich wykładane były. Pisano je podówczas po łacinie. Wymagali księża biskupi, aby ie nauczyciele uczniom tłómaczyli ustnie na język ojczysty polski, a języka niemieckiego w szkołach zakazali. Czujecie to bardzo dobrze kochane dzieci, że nic więcej nie zachowuje narodowość jak zwyczaje i język. Gdyby był w ówczas język zginął, nie mówiłybyście nim dzisiaj, i nie byłybyście Polakami. Miejcie tedy wdzięczność księżom biskupom i ówczesnemu duchowieństwu, którzy dla was ten drogi od wieków po przodkach waszych spadek dochowali.. Hoc etiam pro lingua Polonica contra Ruthenam tanto magis applicari potest, quum idem scriptor ibidem pag. 119—120 scribit: „(Język) polski stał się do nauk i do spraw publicznych powszechnie użyty i coraz lepiej kształcony, dosyć w poezyi, a więcej w prozie. Ruś i Litwa w nim zasmakowały, i ruski język, którym i Litwa pisała, zarzucać poczynały. Nawet język polski, jak w okolicach Sandomirza tak i na ruskiej ziemi koło Przemyśla najwyborniej był wygładzony. W naukach, w szkołach tak dawnych pod duchowną pieczą zostających lub przy klasztorach będących, równie jak w nowo otwieranych świeckich miano na celu formowanie człowieka moralnego i zacnego obywatela *dla rzeczypospolitej*.'

*) Adducimus hic ex saeculis XIV -- XVII sequentia: Casimirus

Digitized by Google

permulti Rutheni ad ritum latinum perducerenter, *non ocur-*

M. minabatur in sua epistola, data ad Patriarcham Constantinopolitanum Philothaeum (1354—1576), ut Haliciae constituat Antoniu n Metropolitam, distinctum a Kijoviensi, secus Ruthenos Halicienses in ritu latino baptisandos esse. Iam sub rege Ludovico rebaptisabant Patres Minoritae Ruthenos, involabantque in jura parochialia presbyterorum Rnthenorum. (Engel Geschichte von Halicz und Wladimir pag. 85) Haec rebaptisatio Ruthenorum continuabatur a clero Polonico, unde *Alexander* Papa VI bulla sua, data Romae apud s. Petrum A. D. 1501 Kalendas septembris, Pontificatus sui anno nono, prohibuit clero Polonico, ne Rutheni rebaptisentur secundum ritum latinum. (Vide: Baptismus Ruthenorum. Bulla de non rebaptisandis Ruthenis. Juramentum a Rutheno Romano Pontifici praestandum per Stanislaum Orzechowski, Cracoviae, 1544). Sed primum an. 1548 stetit conclusum in synodo dioecesana Premisliensi Cleri Polonici: „Ut Rutheni ad Ecclesiam redeuntes non rebaptisentur.“ (Ms. Alembecii pag. 309.) Mathias Eppus (r. l.) Premisliensis in sua et Haliciensi dioecesibus in Russiae partibus confirmando literis sub 7 Maji 1406 decimas ex agris civitatum, oppidorum et villarum loco manipulorum in certa pecuniae summa dicit: „Ut in easdem partes Russiae populus catholicus liberius confiueret, Ruthenosque et alios schismaticos eas partes inhabitantes poenitus extirparet.“ Reynaldus commemorat ad annum 1412 literas Vladislai Jagiello, datas an. 1416 ad Concilium Constantiense, ut mittatur aliquis e Cardinalibus ad erigendos Archiepiscopatus, Eppatus et monasteria, et ad cogendam vi Lithvaniam et Russiam ad fidem et ritum Romanum. Rex Vladislaus Jagiello in literis suis, datis Joanni Archieppo Leopoliensi an. 1423, dicit: „Quia in terris Russiae nobis subjectis, ubi degunt schismatici de observantia Graecorum, casus multi, proh dolor, Romanae Ecclesiae contrarii committuntur; — concessimus Rdssimo Patri Dno Joanni Archieppo Leopoliensi et ejus Successoribus, damusque et concedimus plenam facultatem, haereticos quoslibet et religionis christianae paevaricatores cujuscunque status aut sexus sunt, quoscumque dictus archieppus notaverit, puniendi.“ In congressu Principum in Luck Anno 1429, nempe Romanorum Imperatoris *Sigismundi* et regis Poloniae *Vladislai Jagiello* et eorum

Digitized by Google

rit tamen mentio de Ruthenis ritus latini; *sed tales com-*

Consiliariorum *Sigismuudus* inter alia suadebat: „Nec reductioni id est, coactioni Ruthenorum ad ritum latinum intendere expedit.“ Scandalizavit hic sermo Ruthenos populos, viventes ritu Graecorum, observat Dlugosius ad haec. (Lib. XI ad an. 1429 pag. 514.) Jam an. 1381 et 1436 instituta in Polonia et Halicia inquisitio prohibebat, ne Rutheni acsi haeretici Ecclesias aedificarent aut restaurarent. Ad querelas Ruthenorum Premisliensium: „Esse sancitum de jure comuni civili, testimonia Ruthenorum in causis Christianorum (Polonorum) non esse admittenda, solutionem vero memoralium (Vol. leg. I. p. 22.) a praestito juramento in judicio, quia plus a Ruthenis quam Christianis exigitur, ex consuetudine antiqua fuisse et esse observatam, ad festorum vero observandorum (r. l.) compulsionem tactam esse de mandato D. Loci ordinarii,“ rex Joannes Albrechtus an. 1497 liberavit eos a prioribus his injuris, quoad festa vero latina decrevit. Festa vero inferius expressa et articulata videlicet Domini Nostri Jesu Christi ejusque intemeratae Virginis Mariae nec non Apostolorum omnium, ss. Martini et Alexī ac regni nostri patronorum... praefati Rutheni observare tenebuntur.“ Hoc decretum confirmavit rex Alexander an. 1509 et Sigismundus I. an. 1519 adjiciendo haec: „Jurabunt (Rutheni) apud suam synagogam non tamen secundum jus Ruthenicum sed ut formula juramenti seu rotha illis et cuilibet eorum pronuntietur, non unico contextu sed clausulatim seu per unum verbum, alias za przewoydczem“ (Metr. kor. 31 str. 511.) Ex anno 1476 habetur legatio ad Pontificem Romanum *Sixtum* IV a clero et Magnatibus Ruthenis in Polonia, in qua idem Pontifex extollitur verbis: „Universali Papae, magno Soli, totius orbis terrae candelabro, totam Ecclesiam illuminanti, sanctissimo Patri Patrum et primo Pastori, beato Sixto, sanctae, universalis, catholicae, apostolicae Ecclesiae Christi Vicario, dignissimo inter primos, et summo omnium lumini, super cherubim illustrato, in animae mirabili candore ordinisque celsitudine quamdam ferenti micantium siderorum imaginem,“ et in qua continetur querela contra clerum Latino-Polonicum, quod pro amplianda sua jurisdictione *Ruthenos violentia ad ritum latinum pertrahat et rebaptiset.*“ Anno 7005 a creatione mundi et 1497 a Chr. nato sub die 5 Aprilis dedit Patriarcha Constantinopolitanus Niphon responsum ad Me-

Digitized by Google

muniter Poloni vocantur, et Polonis adnumerantur. Ita con-

---

tropolitam Ruthenorum Josephum, ex quo apparet, eundem Metropolitam scripsisse, Polonos Eppos in Russia (Halicia) et Lithvania opprimere Ruthenos, quoque monetur Ruthenorum Metropolita, ut in fundamento synodi Florentinae amicitiam cum Latinis foveat, et ritus orientalis Ecclesiae conservet." Hisce temporibus quidam Joannes Sacranus edidit libellum: „Errores atrocissimorum Ruthenorum." in quo enumerat quadraginta ejusmodi errorum. Hic libellus est documento antiquitus jam inchoatarum *calumniarum* contra Ruthenos, siquidem concilium Florentinum non habuit tantum numerum errorum, Graecis et Ruthenis schismaticis obmovendorum. Hic repetendum est inter alia supra allata testimonium Pastorii Protonotarii Apostolici, qui scribit, proceres Ruthenos scholis et necessitudine Polonorum aliis etiam invitamentis paulatim fere omnes inductos fuisse, ut prisca instituta et in illis sacra sua cum Polonis Romanisque sponte mutarent. Debilis foemineus sexus non parum ad supprimendum ritum Graeco-Ruthenum conferebat. Jam Vladislaus Jagiello dedit legem, ne ullus Catholicus ritus latini cum Rutheno aut Ruthena matrimonium iniret, nisi Ruthenus aut Ruthena a graeco ad latinum transiret ritum. Haec lex renovabatur continuo et, ut audiemus extendebatur quoque ad Ruthenos Catholicos cum s. Romana unitos. Poloni itaque et Lithvani catholici ducentes in uxores praeprimis divites Ruthenas instabant, ut eaedem aut rebaptisarentur tempore schismatis Ruthenorum, aut ritum latinum susciperent post renovatam Ruthenorum unionem cum s. Sede Romana. Quum ita foemineus sexus Ruthenus ad ritum latinum perduceretur, sexus foemineus Polonicus, ductus a Ruthenis in matrimonia, adjutusque praepotentia regiminis et cleri Polonici, pertrahebat maritos suos Ruthenos et omnes liberos ex talibus matrimoniis ad ritum latinum et polonismum. Anno 1516 rex Sigismundus I subjciendo terram Drohiczensem legi Polonicae stauit, ut officia publica conferantur hominibus Romanae religionis. Excluduntur ergo Rutheni. (Vol. leg. I pag. 66 et 385.) Habetur relatio ad id delegatorum Andreae et Stanislai Rzeszowskich quoad Ruthenos in Krasnostaw ab officiis consulatus. ab artificiis et contuberniis cum ipsorum damno, praejudicio et contemtu exclu

Digitized by Google

fliotus inter utrumque ritum, Latinum Polonorum et Grae-

---

sos, super quam rex Sigismundus I an. 1523 tulit decretum: „Nos edocti esse plerosque cives ritus Ruthenici in civitate nostra Crasnostaviensi, facultatibus et industria praeditos, qui fide, conservatione et observantia sua erga Nos se nobis commendatos reddiderunt, et onera civilia aequaliter una cum aliis civibus praefatae civitatis ferunt, declaramus cives Crasnostavienses ritus Ruthenici ad ipsa officia civilia, hoc est ad consulatum et scabinatum eligi et assumi posse, verum quod attinet ad provisionem Ecclesiae Crasnostaviensis, volumus, ut soli consules Romani curam illius, ut par est, habeant. (Metr. kor. 36, str. 367.) Sed ad reclamationem civium Polonicorum r. l. rex an. 1524 decrevit: „Et quia in iisdem (statutis contuberniorum) continetur, unumquemque magistrum contuberniorum seu artificiorum interesse debere personaliter sub poena medii grossi, missis singulis quatuor temporibus illic pro defunctis agi solitis, et duos denarios in qualibet eadem missa offere, et etiam interesse sepulturae et exequiis mortuorum seu fraternitatis seu contubernii, decrevimus, ut ipsi Rutheni eatenus dicta statuta de missis praedictis ac oblationibus, sepulturis et processionibus facta observent, quatenus eis licet ac decet. ut videlicet cum missis ipsis interesse et se coetui christifidelium ritus Romani in ecclesiis et coemeteriis catholicis immiscere eis non convenit, missis et aliis ceremoniis in ecclesia et coemeterio fieri consuetis inter esse non teneantur, et inpropterea tamen pro abjectis aut contumacibus sed pro absentibus computentur, singulisque vicibus, sive missae sint quatuor temporum sive in exequiis mortuorum quilibet eorum quasi pro poena absentiae medium grossum ad suam fraternitatem solvat, et nihilominus duos denarios pro offertorio ad Ecclesiam pro singulis missis praedictis secundum statuta praedicta mittat. Cum autem aliquem ex quocunque contubernio ab humanis excedere contigerit, si ille fuerit ritus Romani, volumus et decernimus, ut Rutheni ex eodem contubernio una cum aliis ritus praedicti Romani funus ipsius duntaxat, alii vero ritus praedicti Romani id ulterius sequi et sepulturae juxta statuta sua adesse teneantur. Si vero fuerit quispiam mortuus ex fide Ruthenica, illum pari modo homines ritus Romani,

Digitized by Google

co-Slavicum Ruthenorum, factus est insimul conflictus in-

---

ex quorum erat contubernio, tantummodo etiam ad coemeterium Ecclesiae Ruthenicae comitari debebunt. (Metr. koron. 36. str. 672.) Anno 1532 demandabat quidem rex Sigismundus I, ut capitaneus cum duobus officialibus et cum duobus hominibus r. g. consignet et obsigillet mobilia post mortem Epporum Ruthenorum. (Metr. kor. 46 str. 129.) Attamen idem rex sub 20 octobris 1533 dedit Vilnae decretum, in quo habetur: „Ad supplicationem quorumdam consiliariorum subditorum nostrorum habentesque in consideratine, quod per Dei clementiam omnes ferme subditi nostri praesertim insigniores ex militari ordine in districtu Chelmensi ex ritu graeco seu Ruthenico ad unionem Romanae Ecclesiae conversi jam redissent, quorum ant cessores, ut eos ferebat illorum pietas. bona et possessiones quasdam Vladicatui Chelmensi, qui pertinet ad collationem nostram, dederant, quorum quidem bonorum partem jam olim praedecessores nostri simili respectu Vladicatui praefato ademerunt et Episcopatui adjunxerunt. Eorum itaque coepta nos quoque laudabili imitatione sequentes, atque ob praescriptas rationes aliasque causas multas Vladicatui praedicto cum per obitum Vladicae illius possessore vacaret, villas Czessin, Strzyżowiec et Skurdejow sortem adimendas duximus, prout adimimus, easdemque Ecclesiae et Eppatui Chelmensi adjunximus — atque R. D. Jacobum Buczaczki Eppum Chelmensem nunc viventem omnesque Eppos Chelmenses pro tempore existentes in actualem et realem dictarum villarum — possessionem ponendum decernimus, eamque apprehendendi adhibito pro arbitrio suo ministeriali quocumque facultatem conc dimus, nihil poenitus Vladicatu praefato ejusque possessore praesenti Iwaskone Sosnowski et ipsius successoribus in eisdem villis juris aut dominii relinquentes." (Metr. kor. 49, str. 14). Cum villa Perehinsko etiam aliae villae: Rypne, Duba, Lecowka, Dubszary, Olchowka, Ryszniaty et Rozniatow a Palatiuo Braclaviensi Koniecpolski stante ipsius possessione suadentibus PP. Jesuitis, ut tanto major recuperandi eas pro Metropolia Haliciensi Ruthena, ad quam antiquitus partinebant. poneretur obex, iisdem Patribus, qui in Rozniatow residentiam suam fixerant, erant in fundationem assignata. Ideo Eppus Ruthenus Leopoliensis

Digitized by Google

ter utramque nationalitatem et linguam Polonicam et Ruthe-

Josephus Szumlański per multos annos in variis subsellis Polonicis causam suae fundationis cum D. Koniecpolski et in nuntiatura Varsaviensi cum PP. Jesuitis incassum egit. Causam hanc promovebant quoque subsequi Eppi Rutheni Barlaam, Athanasius et Leo Szeptycki nec non Petrus Bielański, et primum sub Eppo Skorodyński eadem complanatione cum familia comitum Skarbek ita terminata extitit, ut exigua capitalis summa in rem Ecclesiae Ruthenae in Krylos ejusque curati fuerit inscripta, quae per patentales financiales ex an. 1811 ita imminuta extitit, ut pro fundatione parochi in Krylos non sufficiat. Similimodo attinentiae ad bonum Metropolitanum Ruthenum Haliciense in Krylos, Podgrodzie, Sokol et Blahowiszczenie, acsi essent bona regalia. avulsae post longam viam processus primum anno 1754 ab Eppo Rutheno Leopoliensi Leone Szeptycki per decretum Tribunalis Lublinensis sabbatho in crastino festi omnium Sanctorum Eppatui Rutheno restituebantur quidem, ad rursus a quodam Molski cohortis loricatae milite, qui a rege eotum Augusto subreptitie privilegium pro hisce obtinuerat, violenter invadebantur, et cura Leonis Szeptycki Eppi per processum e manibus invasoris eripi debebant. Bona Metropoliae Haliciensis Ruthenae Wistowa ad capitaneatum eotum Kaluszensem spectatia, reclamabantur jam ab Eppo Rutheno Gedeone Balaban, sed frustra, quia documenta super eadem intercipiebantur ab Archieppo Leopoliensi Polonico Sieninski, contra quod idem Eppus coram actis publicis, uti dictum, protestabatur. Bona Ecclesiae cathedralis Ruthenae Praemisliensis Boszkowice et Kazanow, quae adhuc an. 1554 in ejus possessione erant, a clero Polonico avulsa devenerunt in possessionem capituli Polonici Premislensis. Anno 1541 rex Sigismundus I in privilegio pro Busk dicit: „Ut et juxta priores et praesentes nostras literas nullum hominem qui sit alienus ab obedientia Romanae Ecclesiae, ad officia civitatis istius Buscensis praeficiat.“ (Metr. Koron. 46. str. 129). Anno 1542 comparavit clerus Latino Polonicus Ruthenos cum Judaeis, (licet sors Judeorum in Polonia longe melior esset quam Ruthenorum.) et statuit in synodo Petricoviensi sub titulo: „Ne Judaei et schismatici suo rituabutantur,“ sequentia: „Ut Ruthenis cultuspublicus, pulsa

num. Quare etiam nationalia dissidia inter Polonos et Ru-

tio campanarum et extructio ecclesiarum, (quae passim sinagogae dicebantur) prohibeantur; ne iidem ad officia publica admittantur, et ne matrimonia eis cum catholicis permittantur." (Decreta et constitutiones synodales sub praesidentia Petri Archieppi Gnesnensis, Eppi Cracoviensis, Petricoviae, 1542) — Anno 1580 dedit rex Stephanus Bathory pro fundatione collegii Jesuitarum in urbe Polock dotationes quatuordecim ecclesiarum et monasteriorum Ruthenorum. In privilegio regio leguntur haec verba: „Cum arx nostra et civitas Poloczko multa habuerit ante Moschorum occupationem templa atque monasteria ritus Rutheni, quibus villae et praedia aliaque terrestria bona fuerint attributa, donata et fundata, postquam omnipotens Deus armis nostris et justo bello totam Polocensem terram liberavit: justum arbitrati sumus, publica bona et quaecumque Deo consecrata, templis Ruthenicis et monasteriis attributa, s. Romanae Ecclesiae catholicae ejusque sacerdotibus et templis omnia illa conferri..... quae quidem omnia et singula monasteria cum suis pertinentiis omnibus et singulis, quae hic pro nominatis et expressis habere volumus, collegio societatis Jesu Polocensi jure perpetuo irrevocabili cum omni dominio, proprietate etc. Collegium hoc ita dotatum, erat celeberrimum in tota Polonia. Usque ad annum 1582 durabat calendarium sic dictum vetus, Julianum, commune utrique ritui in Polonia. Hoc vero anno introducebatur in Ecclesia latina calendarium novum, Gregorianum. Privilegio autem regis Stephani Bathory sub 21 Januarii 1584 dato relinquebatur Ruthenis usus calendarii antiqui. Jam vero Rutheni cogebantur ad celebranda festa juxta calendarium novum. Ita quidem Archieppus Polonicus Leopoliensis Solikowski in vigilia nativitatis Christi die 24 decembris 1583 juxta vetus calendarium Ecclesias Leopolienses Ruthenorum: s. Georgii, Assumptionis B. M. V. in coelum, s. Onuphrii, Epiphaniarum, Annuntiationis B. M. V. et s. Nicolai expulsis sacerdotibus et fidelibus ad divina congregatis, imo in Ecclesia Annuntiationis post consecrationem et s. Nicolai post fractionem hostiae consecratae, non permissa missarum adimpletione, retractis ab altaribus sacerdotibus, ex iisdem s. indumentis detractis et in terram projectis, relictis

Digitized by Google

thenos evaserant quoque eorum dissidia Ecclesiastica, quod

---

in altaribus consecratis speciebus, easdem Ecclesias una cum aliis supra expressis obsigillari mandavit, quas per tres septimanas obsigillatas tenebat, nec in eis celebrari sacra permittebat, vetans sub poena capitis, ne quis sigilla frangere audeat." Contra has violentias protestabatur Eppus Ruthenus Leopoliensis Gedeon Balaban anno 1584, et hic conflictus componebatur complanatione in aula regia sabbatho ante festum s. Matthaei 1585. Ex illo tempore introducti novi calendarii prodivit distinctio festorum Polonicorum secundum novum et festorum Ruthenorum secundum vetus calendarium. Ad repetitas querelas Ruthenorum regi Sigismundo Augusto exhibitas, commissio anno 1521 Leopolim delegata tanquam peculiarem gratiam declaravit, quod in dicta urbe sacerdotes Rutheni in apparatu ecclesiastico ast absque cereis cum sanctissimo sacramento Eucharistiae aegrotos visitare et mortuos conducere valeat. Verumtamen decretum hoc nullum habuit effectum, ut apparet ex sequentibus. Feria quarta post dominicam conductus Pascha 1595 princeps Adamus Wiszniewiecki et Cyrillus Ružyński in actis castrensibus Leopoliensibus protestantur contra Magistratum et Spirituales latinos Leopolienses, quod hi per subalternos suos Ecclesias Ruthenas violenter infestaverint, processiones publicas cum cadaveribus tum accessum sacerdotibus Ruthenis ad infirmos cum s. synaxi in apparatu ecclesiastico cum cereis accensis et campanula impediverint, sacerdotes Ruthenos ad praetorium, judicium suum saeculare contra privilegia regum et constitutiones regni trahere attentaverint, scholares pauperes Ruthenos capi et percuti mandaverint, famulos famulasque Ruthenas ad amplectendum ritum latinum adegerint, Ruthenos ad excitandum in auditoribus contra eos majus odium publice ex ambonis pro paganis denuntiare praesumpserint, mendicantes Ruthenos e domibus propellant, in Ecclesia civitatensi Ruthena noviter structa spurtitias non solum super muros sed etiam super ipsam mensam facere auserint, confratres ejusdem Ecclesia concives suos in odium religionis multoties incarceraverint poenisque mulctaverint etc. Die ipso cinerum 1623 ferebatur decretum officii consularis Leopoliensis inter instigatores hujus officii et seniores confraternitatis civitatensis

Digitized by Google

non parum conferebat ad obdurandos Ruthenos in schismate

Ruthenae Leopoliensis, quo dicti confratres pro eo, quod publicae processioni cum cadavere demortui Rutheni fuerint associati, ad turris praetorianae sessionem et 60 talerorum imperialium solutionem fuerunt condemnati. Anno 1595 protestabantur sabbatho post cinerum proximo in actis castrensibus Leopoliensibus confratres Ecclesiae civitatensis Ruthenae et cives Leopolienses contra magistratum Leopoliensem, quod essent incarcerati et ad poenam condemnati ideo, quia non adduxerant ad eorum officium Metropolitam Ruthenorum Kijoviensem, Haliciensem et totius Russiae Michaelem obmovendo, eundem esse suum spiritualem Praepositum, cui in spiritualibus obedire debeant. Feria secunda in crastino dominicae oculi quadragesimalis anno 1648 decreto officii consularis Leopoliensis ad instantiam instigatoris civitatensis seniores confraternitatis Ruthenae civitatensis pro eo, quoad sacerdos eorum ad incarceratum Ruthenum viaticum in apparatu cum campanula et candelis accensis portaverit, poena 30 marcarum polonicalium sunt mulctati. — Jam inde ab an. 1595 inchoarunt Rutheni Leopolienses contra injurias ex parte Polonorum processum apud reges et instantias Poloniae; at hic processus non erat sub regimine Polonico finitus. Antea in Polonia dupplex tantum erat cultus divini ritus, Romano-Catholicus sive Latinus Polonorum et Graeco-Slavicus Ruthenorum. Inde etiam Poloni et Rutheni distinguebantur secundum ritum, primi dicebantur Latini secundi vero Graeci. Circa medium saeculi XVI exorta est in Germania reformatio, quae etiam in Polonia propagabatur. Etiam secta socinianorum, quos vocabant novos arianos, figebat in Polonia suas sedes. Sociniani erant anno 1660 e Polonia pulsi, migraruntque in Transylvaniam. Asseclae *protestantismi et socinianismi* nominabantur *dissidentes* (a religione Romano-Catholica). Haec denominatio applicabatur etiam ad *Ruthenos* ob eorum schisma. Sicuti contra protestantes et socinianos ita quoque contra Ruthenos consurrexerant clerus Polonicus, senatores, reges et comitia. Inde promanabant novae oppressiones Ruthenorum prouti supra dictorum haereticorum. — Sicuti rex Vladislaus Jagiello, alii reges et domini terrestres Polonici ita quoque nobiles Rutheni ad ritum latinum perducti funda-

Digitized by Google

orientali, quod vero Poloni sua ex parte ponebant qua osten-

---

bant Ecclesias et monasteria ritus latini pro clero Polonico, quibus assignabant dotationes, fundos et decimas, ad quas pro clero Polonico etiam Rutheni non solum laici sed etiam sacerdotes stringebantur. (Zbiór wiadomości historycznych i aktów dotyczących się dziesięcin kościelnych na Rusi przez ks. Pocieja. Warszawa 1845.) Sigismundus Augustus decreto suo dato Cracoviae feria secunda post dominicam judica proxima A. D. 1553 decreto suo prohibere debuit, ne Eppus r. l. Premisliensis Dziaduski exigat decimas ab Eppo Rutheno Premisliensi Radyłowski ex bonis ejus Walawa. Sicut itaque latinisatio Ruthenorum conducebat ad meliorem dotationem Cleri Polonici, ita haec latinisatio Ruthenorum causabat diminutionem dotationis Ecclesiarum Ruthenarum et cleri Rutheni. Bona *Bludniki* non procul ab urbe Halicia distantia ideo ita vocata perhibentur, quod fuerint Rutheno Metropolitae Haliciensi na bludy — pro sacris vasis — donata, *Obrossyn* alias *Brasznin* vocatum est ideo, quod fuerit bonum mensae (na braszna) Metropolitae Rutheni Haliciensis. Nollumus attamen hic praeterire quaedem regum Polonorum decreta et privilegia ex illis temporibus in rem cleri et ritus Ruthenorum. Ita Vladislaus Jagiello literis suis datis post primam dominicam assumptionis B. Mariae an. 1407 Eppo Rutheno Premisliensi Athanasio declarat: „Eos (Vladicas, Sacerdotes et Spirituales) in tota Russia liberos facimus in omnibus rebus, et ita Spiritualium negotia superius dicto Vladicae et judicia spiritualia, quae ex antiquo pertinebant ad providentiam Vladicae religionis graecae Rssiae et uni (videtur esse kuny-marderes) z popów et judicia spiritualia damus et adscribimus perpetuo et in aevum judicare et regere secundum jus spirituale et conditionem consuetudinemque." Ex illo decreto apparet, tunc pertinuisse ad Eppatum Ruthenum Premisliensem bona Strylki, Tyssowica, Ploskie, Lelina, Potok, Woloszynowa, Wola Koblanska, Zawadka, Lużek, Nahujowice, salis coctura Samboriensis, Sozan, Malkowice, Tarnowce, Gniewnowice, Kalników, Male Stubience, Makuniew, Korostawice, Dziewięczyce, Boniewice, Pleszowce, Grochowce, Jaksmanice, Komarnice etc. Hoc decretum confirmavit rex Sigismundus I. an 1538. Anno 1456 feria IV post

sibilem rationem extirpandi nationalitatem et linguam Ruthe-

---

undec. millia virg. (22 Octobris) dedit rex Casimirus IV in conventione novae civitatis (Korczyn) diploma Rutheno Haliciensi Clero, nobilitati et reliquis incolis Graeci ritus, quo confirmabantur antiqua jura et libertates cum additis novis legibus de causis forensibus, cmetonibus et teloniis. (Sup. ad hist. Rus. mon. Petropoli 1848. Nro CLXVI.) Huc pertinet porro confirmatio jurium Ecclesiae Ruthenae per Vitoldum, Casimirum, Alexandrum, Sigismundum I (1511) et Sigismundum III (1615), in specie autem statuti ecclesiastici Principis Rutheni *Jaroslai*, quod itaque erat normativum pro regimine ecclesiastico hierarchiae Ruthenae. Anno 1581 confirmavit rex Stephanus et anno 1592 rex Sigismundus III diploma ducis Haliciensis Leonis ex an. 1301 quoad dotationem et jura Ecclesiae Metropolitanae Ruthenae Haliciensis. Similiter confirmatum erat diploma ejusdem ducis ex an. 1292 quoad dotationem Ecclesiae Ruthenae s. Nicolai Leopoli cum territorio, super quo ad praesens Ecclesiae r. l s. Joannis, s. Mariae ad nives, monasterium monialium Benedictinarum et pagus Lesienice consistunt a regibus Poloniae an. 1448, 1578, 1611, 1672, 1700. Porro ejusdem ducis diploma ex an. 1292, quo bona Straszewice cum territorio pagorum Sozan, Strylki, Tyssowica, Ploskie, Lenina, Potok, Woloszynowa, Wola Koblanska, Zawadka, Łużek górny etc. Eppatui Rutheno Premisliensi assignabantur, confirmatum erat a statibus regni Poloniae an. 1566, 1641, 1667, 1678 et 1710. Privilegium regis Sigismundi I ex an. 1535, Eppatui Rutheno Premisliensi datum, testatur, quod in conflagratione Ecclesiae Ruthenae Cathedralis Premisliensis non solum res et ornamenta sed etiam literae et privilegia quoad jura et dotationes combusta sint. Ex an. 1656 habetur manifastatio Eppi Leopoliensis Arsenii Zeliborski de combustis in Stratyn tempore incendii privilegiis et documentis Ecclesiam cathedralem et Eppatum Leopoliensem Ruthenum concernentibus. Nostra aetate mortuus monachus Basilianus Kompaniewicz narravit, per Archimandritam Basilianorum multa privilegia Ruthena pergaminea in archivum Poczajoviense Leopoli translata fuisse, quod quidem archivum, uti fertur, Petropolim translatum est. Sub die 11 martii 1565 dedit rex Sigismundus Augustus literas ad offi-

Digitized by Google

nam secundum illud axioma: „*Rutheni debent prius Poloni*

---

ciales provinciarum Russiae, ne subditos Ruthenos in ritu proprio perturbent, ut ceremonias suas peragere possint. Ex anno 1568 habentur responsa (odkazy) regis Sigismundi Augusti ad petitiones Metropolitae Ruthenorum Jonae, confirmata a rege Sigismundo III sub 5 Maji 1595. Sigismundus Augustus modificavit constitutionem comitiorum Horodloviensium ex an. 1413 privilegiis suis datis in comitiis Vilnensibus die 3 Junii 1563 et in comitiis Grodencensibus die 1 Julii 1568, quae tamen in voluminibus legum inveniri non possunt, ast adducuntur in opere „Synopsis" ex an. 1632 in supp. pag. 10). In primo privilegio habetur: „Za radą i pozwoleniem PP. Rad naszych duchownych i swieckich uchwalamy i mieć chcemy, iż od tego czasu nie tylko ci panowie szlachta albo potomkowie ich wszystkich ziem naszych tego wszystkiego Państwa naszego, darowania przywilejów i nadania wszystkich wolności i praw ziemskich używać i ich się cieszyć mają, którzy są poddani kościołowi Rzymskiemu i których też przodkowie klejnoty i herby w koronie Polskiej przyjmowali, ale też inne stanu rycerskiego, szlacheckiego, jako Litewskiego tak i Ruskiego narodu, jednoby byli wiary chrześciańskiej. Tak też na dostojeństwa i przełożeństwa wszelkie i do rady naszej i na urzędy dworne, ziemskie nie tylko poddani kościołowi Rzymskiemu do tego czasu obierani i przekładani być mają ale jednako zarówno wszyscy rycerskiego stanu z narodu szlacheckiego ludzie wiary chrześciańskiej jako Litwa tak i Ruś, każdy według zasług i godności swojej od nas Hospodara na miejsca zacne i przełożeństwa z łaski naszej brani być mają, a żaden z stanu rycerskiego, szlacheckiego strony zakonu swego będąc wiary chrześciańskiej człowiek nie ma być od tego oddalony i odłączony." In secundo legitur: „Widząc w tym przywileju tego być w poniżeniu, kto herbów nie brał, takze i tego, który wiary greckiej dzierżąc się, przeciwko przodkow naszym i nam Hospodaru wierność swą stale pokazował; jedno iż nie wszyscy byli na tym seymie (1413) a zwłaszcza stany ruskich ziem... (Conclusio ut in primo privilegio.) Sigismundus Augustus tempore politicae unionis (an. 1569) terrae Volhynensis et Ducatus Kijoviensis cum regno Poloniae coaequavit Ruthenos ecclesiasticos et laicos cum Polonis Ecclesiasticis et laicis. In privilegiis Sigismundi Au-

Digitized by Google

fieri, ut sint dein catholici. *) Quod sub *specie Catholicitatis* ageretur Polonis de *extirpatione nationalitatis et linguae Ruthenae*, facile colligi potest ex eo, quia *idem axioma* applicabatur ad Ruthenos etiam ex hoc tempore, ex quo iidem renovata *unione cum s. Sede Romana jam catholici erant*, siquidem etiam super *Ruthenos Catholicos* arrogabat sibi clerus Polonicus suprematiam, vindicabat sibi notam catholicitatis

---

gusti circa politicam unionem terrae Volhinensis et Kijoviensis cum Polonia dicitur quoad linguam Ruthenam: „To też za prośbą wszech Kijowskiej (albo Wołyńskiej) ziemie przerzeczonych stanów zostawujemy, iż we wszelakich sprawach ich sądowych, jako pozwy, wypisowania do ksiąg, akta i wszelakie potrzeby ich tak u sądów naszych grodzkich i ziemskich, jako i z kancelaryi naszej koronnej dekreta nasze i we wszystkich potrzebach naszych królewskich ziemskich koronnych, do nich listy nie jakim innym jedno *ruskim pismem* pisane i odprawowane być mają czasy wiecznemi." (Haec diplomata habentur in volum. legum Poloniae.) Sub die 23 Aprilis 1589 dedit rex Sigismundus III diploma, in quo continentur varia jura Ecclesiae Ruthenae imprimis circa administrationem bonorum Eppalium, ut post mortem Epporum Ruthenorum haec fiat non per saeculares, sed prout in Ecclesia latina per Capitula, ita in Ecclesia Ruthena per Kryłoszanos (Capitulares Ruthenos), et in quo clerus Ruthenus aequiparatur clero Latino Polonico. Rex Sigismundus III rescripto dato 10 decembris 1597 ad Capitulares seu Kryłoszanos Polocenses, Witepscenses et Mscislavienses exponit eis, quod juxta anteactum rescriptum ejus bona et suppellectilia ecclesiastica ipsi in administrationem non susceperint sed officialibus regiis haec Occupere permiserint. Commemorata haec omnia diplomata qua historica magnificanda non sunt, quia, uti dictum, in Polonia considerabantur leges, in favorem Ruthenorum latae, qua mortuae literae, prouti et capitula (Kryłosy) Ruthena mox interibant, et quia in genere agebatur solum de eo, ut Rutheni diplomatibus obsopiantur ad eo faciliorem extirpationem eorum ritus et nationalitatis.

*) Nostris temporibus axioma hoc immutarunt Polonici civilisatores in aliud: „*Rutheni debent Poloni fieri, ut sint homines.*"

exclusivam, vel declarabat sese magis catholicum, quam ssset clerus Ruthenus etsi catholicus, ingerebat sese in jurisdictionem cleri Rutheni,*) non venerabatur ritum Graecum Ruthenorum Catholicorum et jura eidem a regimine Polonico et a s. Sede Romana concessa, non desinebat facere proselytas ex Ruthenis quoque catholicis pro ritu latino, dicto Polonico, et non erubescebat Ruthenos, quamquam cum s. Sede Romana unitos et catholicos, diffamare qua addictos schismati orientali, ex quo iterum formabat argumentum, latinisandi Ruthenos unitos sive catholicos. Quum regimen Polonicum ex una parte nihil praestaret, ut cultura Ruthenorum in genere et cleri Rutheni in specie promoveretur; quum idem regimen altera ex parte omnia adminicula vitae et culturae Ruthenis et clero eorum auferret; quum ita Rutheni et eorum clerus summa egestate et ignorantia obrui deberent, quam quidem ignorantiam, uti ex adducendis testimoniis videbimus, non solum privati Poloni sed etiam eorum comitia recte ideo fovebant, ne Rutheni veniant in cognitionem miserrimae et teterrimae sortis suae: recte haec misera sors et ignorantia Ruthenorum et eorum cleri vicissim in circulo vitioso adhibebatur qua argumentum eos latinisandi (polonisandi), et eorum Ecclesias

---

*) Hac super re statuit Concilium Tridentinum (Sess. XIV, Cap. IX) sequentia: „Et quia jure optimo distinctae fuerunt dioeceses et parochiae, ac unicuique gregi proprii attributi pastores et inferiorum Ecclesiarum rectores, *qui suarum quisque ovium curam habeant, ut ordo Ecclesiasticus non confundatur*, aut una et eadem Ecclesia duarum quodammodo dioecesium fiat, non sine gravi eorum incommodo, qui illi subditi fuerint, beneficium unius dioecesis, etiamsi parochiales Ecclesiae, vicariae perpetuae aut simplicia beneficia seu praestimonia aut praestimoniales portiones fuerint, etiam ratione augendi cultum divinum aut numerum beneficiatorum aut alia quacumque de causa alterius dioecesis beneficio aut monasterio seu collegio vel loco etiam pio perpetuo non uniantur: decretum hujus s. Synodi super hujusmodi unionibus in hoc declarando."

Digitized by Google

clero Polonico tradendi, ut ita Ruthenis, eorum ritui Graeco-Slavico, eorum nationalitali et eorum linguae nulla salus sub regimine Polonico relinqueretur. Haec eveniebant contra illam charitatem, quae patiens est, benigna est, non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non qauerit, quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Hunc defectum charitatis perstrigimus omni gravitate adhuc ideo, quia in projecto extirpandi Ruthenos non solum schismaticos sed etiam unitos catholicos, porrecto anno 1717 ad comitia, actis Varsaviensibus inserto,*) et ex consilio *Theologorum* concinato, expresse inter alia habetur (in proemio): „Si regnorum integritas et securitas in reciproco incolarum fundetur amore, hic autem amor praecipue in *unione fidei* soleat conservari, sequitur, quod nos Poloni volentes in nostro integri et securi manere dominio, *unitatem fidei* in incolis quam efficacissime curare debeamus. Cum vero unitatem hanc in partibus Russiae tam ad regnum Poloniae quam ad magnum ducatum Lithvaniae pertinentibus permaxime in simplici praesertim vulgo destruere videatur *ritus diversitas*;**) eapropter *proceres regni et quivis in individuo Polonus*, cupiens integram securamque habere patriam id pro debito suo habere debet, *ut ritum Graecum ritui latino contrarium* (?!) *qua contemptu, qua persequutionibus*, qua contra eundem profitentes *vexationibus qua aliis, quibuscunque potest, efficacissimis tollat et abroget modis*. Ego ab antiquis Polonorum praedecessoribus meis sanguinem trahens, optansque ex corde patriae felicilatem et ma-

*) Vide: Franz Joseph Jekel Polens Staatsveränderungen, III Theil, Wien 1803. S. 132—134.

**) Loquebatur de unitate fidei, nunc vero de diversitate rituum. Quomodo hoc intelligendum? Ita: unitas fidei opponitur Ruthenis schismaticis, diversitas autem rituum Ruthenis Catholicis, ut illi et hi extirparentur.

Digitized by Google

jorem fidei Romano-Catholicae dilatationem, ad eradicandos *superstitiosos aut qualescunque ritus graecos*, in ejusmodique locum una cum fide sanctae Romanae Ecclesiae introducendos sequentia ex parte mei efficacissima saluberrimaque judico, et omnibus veris fidei et patriae amatoribus subjungo media.“ Post multa talia media in epilogo observat auctor hujus projecti: „Hic circa finem etiam hoc animadvertendum est, quod sicuti Russia (Rutheni) vel in suo relicta ritu vel etiam a Moscovitico schismate retracta (ergo unita) vel ad idem revertens interitum Poloniae minari videatur, ita postquam eam in Romanos mutaverimus, arcte nobis juncta hostilis erit Moscoviae.*)“ Ex his jam apparet, Polonos unionem Ruthenorum cum Ecclesia Romana ita tractasse sicuti eorum schisma, et anhellasse, ut Rutheni latinisentur seu quod idem hic est, polonisentur, et quidem ex ratione praeprimis politica. Secundum projectum hoc Ruthenos tractatos fuisse, ostendit Eppus Ruthenus disunitus Koninski in suo opusculo „Annexa“ pag. 229—243. Sed recte haec tractatio Ruthenorum, uti eventus docuit, erat in perniciem reipublicae Polonicae, quae jactabat se esse *antemurale* Catholicitatis adversus schismaticum orientem. Revera respublica Polonica evasisset antemurale ejusmodi, si Catholicitas ejusdem fuisset non solum *externa* sed etiam *interna*, non solum *politica* sed etiam *ecclesiastica*, non solum circa *fidem* sed etiam circa *charitatem christianam*, obediensque constitutionibus s. Sedis Romanae circa unionem et ritum Graeco-Slavicum nationis Ruthenae in Russia Poloniae incorporata, de qua scribit *Herburt Felix Dobromilski* in epistota data ad *Paulum* Papam V sub 5 augusti 1616: „Russi gens mea est; Russia patria nostra communis, adfinitates cum illis infinitae, subditi fere omnes *Russi*; *vi rem geri video*: vis excitat tumul-

*) Hic opportune notamus, Polonos siculi olim, quando adhuc respublica Polonica existebat, ita etiam post divisionem Poloniae usque ad hodierna tempora coram anteacto regimine Po-

Digitized by Google

tum; tumultus periculosissimus. Regnum Russiae maximum, sex Palatinatibus constans, qui non provinciis sed regnis aequiparari possunt. Vicinae nobis sunt gentes Hungariacae, Moesicae, Bulgaricae, Graecae, *Moschicae* innumerae, omnes ejusdem fidei, omnes ad bella natae. Si pacatis et convenientibus modis et tali spiritu plenis, uti Sanctitatis Vestrae sunt ad me literae, unio Ruthenorum ageretur, spem haberemus, futuram firmiorem Pauli V temporibus, quam Eugenii IV, quae nunc orbem christianum et maxime patriam nostram turbat." Miseram sortem Ruthenorum post unionem quoque cum Ecclesia Romana observavit *Pius Papa* IX, dicens: „Poloni rei sunt trium capitalium peccatorum: *persequutionis Unitorum*, divortiorum, et opressionum subdito-

lonico, et in Halicia (Galicia) coram regimine Austriaco, insuper coram universa occidentali Europa, coram Christianis Catholicis et coram s. Sede Romana monstrasse et monstrare *Moscoviam* (Magnam Russiam), ut exinde quasi in jure sint extirpandi seu polonisandi nationalitatem Ruthenam (Parvo-Russicam), quam ob majorem ad hoc opus suum titulum insinuabant et insinuant gravitationis ad Moscoviam. Quumque Poloni imprimis sub anteacto regimine suo revera nationalitatem Ruthenam extirparent, putant jam quasi jus aliquod ad id habere, existentiam hujus nationalitatis negandi. Sed historia Polonica docet, recte hunc Ruthenos tranctandi modum non habuisse nec habere illum effectum, quem Poloni desiderant, siquidem Rutheni nihil tantopere abhorrebant et abhorrent, quam Poloniam olim existentem et dein restaurari soepius attentatam. Neque sub imperio Magno-Russico nationalitas Ruthena praeter magis ordinatum regimen, quam erat et foret regimen Polonicum, aliquid ad suam elevationem habet. Sub regimine vero Austriaco coepit in Halicia nationalitas Ruthena facilius respirare, unde etiam Rutheni Halicienses fidelissime adhaerebant et adhaerent praefato regimini. Haec sunt discordiae inter Polonos et Ruthenos et talis earum origo et necessitas!

rum.*)“ Dicta faciunt ad intelligenda ea, quae jam narrata sunt, et quae in sequentibus narrabuntur.

Adnotatio. In Halicia habitantes Armeni repetunt initia Episcopatus sui Leopoliensis inde a temporibus Ducum et Regum Ruthenorum Haliciensium. Anno 1634 suscepit Episcopus Armenorum Leopoliensis Nicolaus Torosowicz unionem cum s. Sede Romana, et tunc obtinuit titulum Archiepiscopi. In comitiis reipublicae Polonicae anno 1768 lata erat constitutio: „Quia Archiepiscopatus Armenicus, cujus sedes est Leopoli, nullam fundationem habet, et Rmus Archieppus ex providentia Divina et misericordia piarum ovium suarum hujus armenici ritus vivit; ergo ex primis vacantibus unam Abbatiam ritus Unitorum (Ruthenorum) pro fundo illius Archiopiscopi conferemus.“ (Vol. leg. VII, fol. 745. Tit. Opatrzenie Arcybiskupa Ormiańskiego, h. e. provisio Archieppi Armenici.)

§ 8. Conamina Hierarchiae Ruthenae renovandis. unionem cum s. Sede Romana in synodis Constantiensi et Florentina.

Hierarchiam Ruthenam unionis cum s. Sede Romana fuisse studiosam, demonstrant sequentia. Anno 1418 perhibetur Metropolita Kijoviensis *Gregorius Semivlach* suscepisse iter ad synodum Constantiensem fine renovandae unionis. Huic Metropolitae successit *Isidorus* anno 1437, qui a *Magno Duce Moscoviensi Basilio* missus erat cum aliis ex clero et laicis, insimul 100 hominibus, ad synodum Florentinam anno 1439 celebratam, et qui decretum unionis subscripsit his verbis: „Isidorus Met opolita Kijoviae et totius Russiae locum tenens Apostolicae sedis sanctissimi Patriarchae Antiochiae Dorothaei lubens subscripsi.“ Redux Russiam**) anno 1440 venit 5 martii

*) Hoc effatum habemus in lingua polonica, ex qua illud vertimus in linguam latinam. (Vide: Czas dodatek miesięcz. Rok trzeci. Tom. X. Zeszyt 30. Czerwiec, Kraków 1858. Str. 483.)

**) Eugenius Episcopus venerabili fratri Isidoro Kyevu (Кіева) ac

Digitized by Google

Budam, dein *Sandeciam, Cracoviam, Chelmam,***) *Leopolim, Kijoviam et Moscoviam.* In synodo Florentina susceperunt Graeci

totius Russie Metropolite, in Lithuanie, Lyvonie et Russie provinciis ac in civitatibus, dioecesibus, terris in locis Lechie (Польщи), quae tibi jure metropolitico subesse noscuntur, Apostolice sedis Legato salutem... Cum itaque juxta desiderium cordis nostri — Graecorum Ecclesia nobiscum unita sit, ita ut deinceps unum ovile et unicum eis pastorem oves Christi fidelium recognoscere habeant. Nos cupientes, ut longinque et extere nationes hujus unitatis svavitatem sentiant... Te cujus virtus et diligentia in hac sancta unione admodum cognoscimus profuisse... in Lithuanie, Livoniae ettotius Russiae provinciis, nec non in civitatibus, dioecesibus, terris et locis Lechie, quae tibi jure metropolitico subesse noscuntur, de venerabilium fratrum nostrorum Sancte Romane Eccelesie Cardinalium consilii pro statu universalis Ecclesiae, atque nostro, nostrum et Apostolice sedis Legatum de latere cum plena potestate, auctoritate amplificamus, constituimus et etiam ordinamus. Tibi nihilominus in iisdem Provinciis et locis aedificandi, plantandi, reformandi, corrigendi et statuendi omnia et singula, que ad extirpationem heresum exaltationem atque augmentum catholice fidei... profutura cognoveris... Dat. Florentie anno incarnationis Dominice 1439 XVI. kal. Septembris. Pontif nostri an. IX

**) О посѣщеніи города Холма Митрополитомъ Исидоромъ свидѣтельствуетъ посланіе его, писанное къ Холмѣ 27. Іюля (7048) 1440 г. къ Холмскимъ старостамъ и воеводамъ, въ коемъ проситъ ихъ не обижати нѣкоего „попа Вавила оу Святаго Спаса отъ Столпа (близъ Холма)," жаловавшагося ему на то. Вотъ сіе по содержанію своему и языку бѣло-русскому важное посланіе: „Благословеніе Исидора Митрополита киевскаго и всея Росеи Лагатоса и wтъ ребра Апостолскаго седалища Латьского и Литовского и Немецкого къ Холмъ w светомъ Дусе сыномъ нашого смирена, Старостамъ Хольмскимъ и воеводамъ, кто коли ни есть, также и заказникомъ и всимъ православнымъ. Пишемъ вашей Милости, ижъ били намъ челомъ попъ Вавила къ светого Спаса wтъ Столпа, а сказываетъ, что же дей обида чинится ему вельми многа, да и садъ дей церковный оу него отбираютъ, а чимъ то онъ оу тое

Digitized by Google

et Rutheni dogmata de Primatu Sedis Romanae, processione Spiritus s. a Patre et Filio ac purgatorio. Jam autem eadem synodus confirmavit ritum Graecae ac Ruthenae Ecclesiae, usum panis fermentati et matrimonium sacerdotum Graecorum et Ruthenorum.

Церкве жывєтъ и Бога молитъ о всемси христиѧнстве, и благословю вашꙋ милость, штобы есте ктомꙋ ѡпекане мели, какъ бы церковь Божаѧ и тотъ попъ никимъ былъ неѡбидный, и садовъ бы церковныхъ ꙋ него не отнимали, и ничого церковного не брали, занже (занеже) дей изъ старины тое Божое Церкви и попомъ ее ни ѡтъ кого ѡбиды не чинилосе, и штобы и нине вашимъ ѡпеканемъ та богомолѧ стоѧ спокоемъ, и тотьы попъ ѡтъ нее прочъ къ иной церкве не шолъ, жилъ бы тꙋто и молилъ Бога никимъ неѡбиженъ, занже кто ѡбидитъ Церковь божию, тотъ самомꙋ Божию законꙋ противлѧетсѧ, а намъ сꙋщимъ правосланнымъ хрестиѧномъ Лѧхомъ и Рꙋси достоитъ исполнѧти Божыѧ Церкви и ихъ свещенниковъ не обидити, семобо нине далъ Богъ ѡдино брата Хрестиѧне Латиники и Рꙋсь, и того ради примете ѡтъ вседержителѧ Бога благодать и милость, а нашого смирениѧ благословенїе и молитвꙋ. А писанъ листъ въ Холме месѧца Июлѧ во двадцатъ семый день въ лито з̃ тисещи м̃-й, индикта къ в̃." А книзꙋ подписано по польски: A tego listu podpis ręki po *grecku* taki: Cardinalis Isidorus. A data listu tego tak się ma rozumieć, iż to było in anno Dni 1440 Julii 27 dn. A synodu Florenskiego decretum anno Dni 1439 Julii 6 d. W rok prawie y we dwadzieścia dni po synodzie Florenskim. Pieczęć zwiesista na snurze, po obu stron napisy, po jednej obraz pany Marij z dzieciątkiem, a po drugiej te słowa po ruski: Милостїю Божею Сидоръ Митрополитъ Киевский и всеѧ Росей. — Тое посланїе, изъ котораго отрывокъ былъ оуже напечатанъ въ книзѣ: Jedność Swięta Cerkwi Wschodniey y Zachodniey nowo wystawiona przez Bractwo Wileńskie in fol. 1632 стр. 18, и которой польскїй переводъ чтетсѧ въ книзѣ: Colloquium Lubelskie, Leopoli 1680. str. 24., сберегаетсѧ въ Познанской пꙋбличной библїотецѣ. См. О. Бодѧнскаго о поискахъ моихъ въ Познанской пꙋблич. Библїотецѣ. Чтен. въ Ист. Общ. Ист. и Древн. Россїйск. Nro 1 Москва 1842 г.

Digitized by Google

Ex urbe Buda dedit Metropolita Isidor sequentem encyclicam:

Милостью Божїю Сидоръ, пресвященный Архїепископъ всея Рȣсїи, Легатосъ отъ ребра Апостольскаго седалища, Летьскаго и Литовскаго и Нѣмецкаго, всѣмъ и всякомȣ христовѣрнымъ съ прибавленїемъ вѣры своея вѣчное спасенїе въ Господа. Възрадȣйтеся и возвеселитеся нынѣ. яко Церковь восточная и западная колико время раздѣлени быша и една ко единой враждебны: а нынѣ истиннымъ соединенїемъ въ изначалное свое соединенїе и миръ и единачество древнее, безо всякого раздѣленїя. Вси же Христоименитїи людїе, какъ Латыни и такъ Грекове, и вси иже подлежатъ соборной Церкви Костянтинополстѣй, еже сȣть Рȣси и Серби, Влахи, инїи вси хрестьяньстїи родове примите тое же святопресвятое единачество съ великою дȣховною радостїю и съ честїю. Напредь молю васъ въ Господа нашего Їсȣса Христа, иже съ нами милость сотворшаго. чтобы никакова раздѣленїя оу васъ съ Латыною не было, занеже есте вси раби Господа Їсȣса Христа, во имя его хрищени. Вы же Латыньстїи родове, тѣхъ всѣхъ, иже въ вѣрѣ Гречестѣй сȣть, истинно вѣрȣйте безо всякаго размышленія; сȣть бо вси крещени, крещенїе ихъ истинно и спытно отъ Римскїя Церкви крещенїе, дабы межи васъ никаковое размышленїе не было о тыхъ дѣлѣхъ: но како Латыни, тако преже реченїи Грекове, во единой Церкви смотрѣнїе имѣли. еже во единѣмъ едина есть. Когда Греки въ земли сȣть Латынстѣй, или гдѣ въ ихъ земли Латыньская Церковь, чтобы есте вси къ божественнѣй слȣжбѣ прибѣгали, и тѣла Їсȣсъ Христова смотрѣли, сокрȣшенїемъ сердца ихъ честь воздавали, яко же во своихъ Церквахъ чинятъ: и на покаянїе да приходятъ къ латинскимъ попомъ, и тѣло Божїе отъ нихъ приемлютъ. А Латиньстїи должни въ церковь итти, и божественныя слȣжбы слȣшати, съ те-

Digitized by Google

плою вѣрою покланятися тому Їсусъ Христову тѣлу; понеже истинно Исусъ Христово тѣло: такоже священно отъ Греческа попа въ кисломъ, а Латынскимъ попомъ священно во прѣсномъ хлѣбѣ; того ради достойно есть обое дръжати, прѣсное и кислое. А Латыни такожеда приходятъ на покаяніе къ Грецкимъ попомъ и причастіе Божіе отъ нихъ взимаютъ, понеже обое тое едино есть. Тако бо Соборъ кончалъ въ явленомъ посидѣніи in publica sessione, въ честнѣй Божіи Церкви служивши, во градѣ Флорентіи, подъ лѣты воплощенія Господня тысяща и четыреста и тридесятъ девятаго лѣта, мѣсяца Іюнія ѕ деня." Та граммота съ нѣкоторыми разнословіями и дополненіями чтется въ Татищева IV. 541. —

Post synodum Florentinam dedit rex Poloniae et Hungariae *Vladislaus* III sequens diploma *in favorem Hierarchiae et nationis Ruthenae* in regno Poloniae:

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne gestarum notitia rerum ab humana evanescat memoria, cautum est, actiones legitimatas, quae recordii indigent, per scripti continentiam et testium annotationem in notitiam transmitti posterorum. Proinde Nos Vladislaus Dei gratia Hungariae, Poloniae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Rasciae, Sclavoniae, Galliciae, Comaniaeque Rex, nec non Terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Lancitiae, Cujaviae, Lithuaniaeque Princeps supremus, Pomeraniae Russiaeque Dominus et Haeres. — Significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis praesentibus et futuris harum notitiam habituris: Quod dum in mente nostra crebrius revolvimus, et aequo rationis libramine coelestia pensamus cum terrenis, non aliud per vehementiam laboriosae meditationis accipimus, quam quod spretis mundi fallaciis, et accrescentis saeculi seductrice gloria prorsus evulsa mentis aciem in coelestia figamus, ubi candor Lucis aeternae cunctorum Fidelium mentes illustrat, corda conciliat et extinctis odiorum flammis universorum effi-

Digitized by Google

cit animorum voluntates unanimes: Quanquam autem ex assumpto Dignitatis officio singulorum Regimini nostro subjectorum utilitati intendere teneamur, cura tamen efficatior nos sollicitat, ut ad ea, quae divini Cultus ampliationem, decus et gloriam ac laudem aediumque Sacrarum Unionem statumque felicem et quietum respiciunt, convertamus animum, disponamus et mentem, nam in coelestes thesauros reponi eo indubie confidimus, quidquid ad magnificandum Deum, et Sacrarum Ecclesiarum augmentum ipso largiente ordinamus: Cum igitur Spiritus Sancti cooperante clementia Ecclesia Orientalis Ritus videlicet Graeci et Ruthenorum, quae longis heu temporibus in disparitate quadam et scissura Fidei Sanctae et Divinorum Sacramentorum, non sine multorum salutis dispendio ab Unione S. Romanae Ecclesiae fluctuare videbatur, et quam Unionem Patres nostri, imo tota plebs Catholica temporibus nostris videre cupiebat, modo jam miserante Domino Decretis SSmi Dni Eugenii Nostri Papae IV et aliorum Patrum plurimorum Fidei Sanctae zelatorum, cum ipsa S. Romana ac Universali Ecclesia reducta sit ad identitatem dudum desideratae Unionis: pro tanto, ut ipsa Ecclesia Orientalis Praelatique et Clerus universus ejusdem Ritus Graeci et Ruthenorum in amplitudine Dominiorum nostrorum, et Ditioni Nostrae subjectorum, ubilibet consistentes, qui alias stante hujusmodi disparitate et scissura, quandam depressionem sustinebant, restituta ipsis libertate Divino Cultui insistere possint, et Salvatoris nostri clementiam pro salvandis Fidelium animabus, et S. Fidei conservando statu in pacis dulcedine uberius exorare valeant, at Laudem et gloriam Dei Omnipotentis, qui nos suo redemit pretiosissimo sanguine, Universis Ecclesiis earumque Episcopis seu Vladicis, Praelatis, Clero, et caeteris personis Ecclesiasticis ejusdemque Ritus Graeci et Ruthenorum haec omnia Jura et Liberates, modos, consvetudines et immunitates universas duximus in perpetuum concedendas, et praesentibus concedimus, quibus omnes Ecclesiae Regnorum Nostrorum Poloniae et Hungariae

etc. earumque Archiepiscopi, Episcopi, Praelati et caeterae personae Ecclesiasticae Consvetudinis Romanae Ecclesiae uti fruuntur atque gaudent. Volumus insuper et praesentibus decernimus, quod a modo nullus Dignitariorum, Capitaneorum, Officialium, Terrigenarum et caeterorum subditorum Nostrorum cujuscunque status aut conditionis existunt, et praecipue Regni Nostri Poloniae praedicti, singulariter autem terrarum Nostrarum Russiae et Podoliae et aliarum ipsis annexarum de Jurisdictione praefatorum Episcoporum, Vladicarum et Praelatorum ejusdem Ritus Graeci et Ruthenorum, sed neque de judiciis Sacerdotum seu Plebanorum ipsorum, imo de causis Matrimonii aut divortiorum se deinceps impediant quoquo modo, non obstante quavis consvetudine ad hactenus in terris praescriptis quomodolibet in contrarium observata. Praeterea ut iidem Episcopi seu Vladicae, caeterique Praelati et Eclesiasticae Personae saepe dicti Ritus Ruthenorum vitae adminiculis sustentati, ad Laudes Deo exolvendas eo commodius intendere possint, ipsis et eorum Ecclesiis Universis in dominiis Nostris ubicumque existentibus omnes villas et possessiones quaslibet, quibuscunque nominibus censeantur, quae ab antiquo ad ipsas Ecclesias pertinere videbantur, et per quascunque personas et in quibuscunque terris et districtibus Nostris in praesens habitas, cum omnibus eorum juribus pia mansvetudine duximus restituendas, et *restituimus* per praesentes temporibus in aevum succesuris, harum, quibus sigillum Nostrum appensum est, testimonio Literarum. — Actum et Datt. Budae, Feria Sexta proxima ante Dominicam Oculi, Anno Dni 1443. Praesentibus Rdo in Xto Patre etc. Nos igitur precibus pro parte praedicti Vladicae Nobis factis permoti, easdem Literas innovandas, roborandasque, et confirmandas duximus, et ob id potissimum quod ad res Ecclesiasticas pertinet, praesentibus Literis innovamus, *roboramus* et confirmamus, decernentes eas robur perpetuae firmitatis obtinere. In Cujus rei testimonium sigillum Nostrum est appensum praesentibus. Actum in conventione Gnli Petricovien. Feria 4ta ante Dominicam Oculi Anno Dni 1504. Regni Nri Anno tertio. Prae-

Digitized by Google

sentibus ibidem Rdis in Xto Patribus DD. Andrea Roża Archiepiscopo Gnesnen, et Primate etc. Datum per manus V. Joannis de Laszko Regni Poloniae Cancellarii sincere Nobis dilecti. — Joannes de Laszko Regni Poloniae Cancellarius — Nos itaque Sigismundus Rex supramemoratis petitionibus praenominati Vladicae Chelmensis, ejus nomine ad nos porrectis, benigne annuendo, Literas suprascriptas in omnibus earum Conditionibus, Articulis, et Sententiis de nostra scientia certa atque consilio et assensu Consiliorum Nostrorum in his Comitiis Nobiscum existentium, innovandas, approbandas et ratificandas duximus, approbamus, ratificamus et confirmamus praesentibus decernentes easdem Literas omniaque in eis contenta praesertim in quorum usu possessioneque ipse et Ecclesia sua existit, robur debitae et perpetuae firmitatis obtinere. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum Cracoviae in Conventione Gnli Feria 6ta Parascevae Anno Domini 1543. Regni Nri Anno 37. Praesentibus Rmis et Rdis in Xto Patribus D. D. Petro de Gamratis Archieppo Gnesnensi Legato Nato et Regni Nostri Primate. Datum per Manus Magci Pauli de Vola Castellani Radomiensis Regni Poloniae Cancelarii, Burgrabii arcis Cracoviensis et Capitanei Gostinensis sincere Nobis dilecti. Paulus de Vola Castell: Radomiensis ac Regni Poloniae Cancellarius — Nos itaque supplicationi eidem uti in re justa benigne annuen. praeinsertas Literas, et omnia earum contenta in omnibus earum punctis, clausulis et articulis confirmandas et approbandas esse duximus, prout in toto et in parte confirmamus approbamus praesentibus Literis Nostris, decernen. easdem perpetuae et invioliabilis firmitudinis robur debere obtinere. In cujus rei fidem praesentes Manu nostra subscriptas Sigillo M. D. Lith. communiri jussimus — Datt. Varsaviae. Die 5. Mensis Septembris Anno Dni 1621. Regnorum Nostrorum Poloniae 34 Sveciae vero 28 Anno — Sigismundus Rex — Locus pensilis Sigilli in rubra cera.

Digitized by Google

In *Moscovia* vero opposuit sese unioni Florentinae Magnus Dux *Basilius*, quare Metropolita *Isidorus* discesit *Romam*, et ab *Eugenio* Papa IV in collegium Cardinalium cooptabatur, a *Nicolao* Papa V. Episcopus Sabinensis ac a *Pio* Papa II. Patriarcha Constantinopolitanus renutiabatur, ac tandem die 27 Aprilis 1463 Romae mortuus est. — Kulczyński in suo opere: Specimen Ecclesiae Ruthenae, Poczajoviae 1759, pag. 210 observat, Metropolitam Isidorum absoluto Concilio Florentino adscriptum fuisse ab Engenio IV. Presbyteris Cardinalibus Tit. SS. Petri et Marcellini. Dlugosius (Hist. Pol. XII. p. 727 sub an. 1440 refert, Metropolitam Isidorum Sandeciae feria sexta Parascevae per Zbigneum Eppum Cracoviensem hospitio exceptum fuisse, et Divina Sandeciae in Ecclesia parochiali S. Mariae et expost Cracoviae in Ecclesia cathedrali more suo Graeco celebrasse. In urbe Tarnovia consecravit Ecclesiam Polonicam S. Deigenitricis (na Burku) cum Cardinali Polonico Nicolao. Veniens Leopolim liturgisavit Isidorus in Ecclesia Polonica cathedrali. Ulteriora fata hujus Metropolitae describit suprafatus Kulczyński: „Romam reversus a Nicolao V honore Legati Apostolici auctus, cum renuntiasset Archieppatum Kijoviensem in manus Potificis (Calisti an. 1458) ivit Constantinopolim, ut concordiam Graecorum cum Latina Ecclesia stabilitam sartam tectamque servaret. At urbe praefata a Turcis expugnata Isidorus voluit fundere sanguinem pro Christo, coactus tamen a servo recepit se in templum, ubi cum jacente quodam cadavere vestibus commutatis cladi sese eripuit. Turcae interea exploratores purpura induto cadavere reperto, ingenti elati gaudio praecisum caput roseo pilo tectum hastae infixerunt, perque compita, plateas et vias deportarunt, clamante praecone, illud esse caput Cardinalis Rutheni. Interim ignotus ille captus a Turcis Galatiam abductus et post in Peloponeso venditus cuidam Principi, latebat in stabulo sordidis ministeriis addictus. Redemit se tandem trecentis asperis, et Romam rursus rediit,

Digitized by Google

ubi a Nicolao V. anno 1452 dictus est Eppus Sabinensis et Commandator Ecclesiae S. Agathae, Eppatusque Corviensis seu Ficodensis, rexit etiam Eppatum Corphiensem et Nicosiensem. Tandem sub Pio II. titulo Patriarchae Constantinopolitani ornatus plenus meritorum naturae debitum solvit anno 1463 die 27 Aprilis, conditus apud S. Petrum in Vaticano. Efigies Metropolitae et Cardinalis Isidori habetur in monasterio Rutheno O. S. Basili M. Krechoviensi in vicinia Leopolis in Halicia.

Huc quoque pertinet supra commemorata legatio Episcopi Smolescensis et electi Metropolitae Kijoviensis et totius Rusiae *Misaelis* ad *Sixtum* Papam IV. anno 1476.

§. 9. Sors Metropoliarum Ruthenarum Haliciensis et Kijoviensis.

Relatum est, *Haliciae* extitisse sedem Ruthenorum Metropolitanam, quam *Duces Rutheni Halicienses* necnon *regimen Polonicum* aliquanto tempore desiderabant habere ex ratione politica, ut influxum Motropolitarum Ruthenorum *Kijoviensium*, sub regimine Magnorum Ducum *Moscoviensium* et dein quoque *Lithvanicorum* existentium, ab his oris amoverent. Attamen circa finem saeculi XIV vel circa initium saeculi XV interivit *Haliciae* non solum Metropolitana sed etiam antiqua Ruthenorum Episcopalis sedes, et haec amplissima dioecesis administrabatur per *Locumtenentes* seu Vicegerentes *Metropolitarum Kijoviensium*, quum interim *Episcopatus Ruthenus Premisliensis* persisteret. Ex hoc tempore tutulabant sese Metropolitae Kijoviensis et totius Russiae quoque Halicienses.

Ex simili ratione politica curabant magni Duces Lithvaniae instaurare *Kijoviae* antiquam sedem Ruthenam Metropolitanam pro illis terris Ruthenis, quae ab eis occupabantur, ut in eas amoverent influxum Metropolitarum *Moscoviae* et *Haliciae* residentium, quorum primus erat sub dominio Magno-

Digitized by Google

rum Ducum Moscoviensium, alter vero Regum Poloniae. Equidem Metropolitae Kijovienses, Halicienses et totius Russiae, residentes Moscoviae impediebant, quominus Kijoviae distincta sedes Metropolitana instauraretur, et habentur vestigia, eosdem etiam in terras Ruthenas, sub regiminibus *Lithvanico* et *Polonico* existentes, jurisdictionem suam exercuisse: verumtamen anno 1458 successit Magno Duci Lithvaniae et simul Regi Poloniae *Casimiro* II instaurare Kijoviensem antiquam Metropolitanam sedem, distinctam a Moscoviensi, et quidem sequenti occasione. Post mortem Metropolitae Ruthenorum *Isidori* suffectus erat a *Nicolao Papa* V Metropolita Ruthenorum *Gregorius* II comes Isidori, vir sincerae fidei et doctrinae. *Kijoviam* veniens invenit adversarios *Moscoviae*, quae unioni adversans alium Metropolitam in persona *Jonae* constituendum curavit, et *Gregorium* sede Kijoviensi spoliare intendebat. Attamen *Gregorius* conservabatur per Magnum Ducem Lithvaniae et Regem Poloniae *Casimirum II* penes sedem Metropolitanam *Kijoviensem.* Causa hac Romam delata decidebatur a *Pio Papa* II per breve datum Romae apud S. Petrum anno 1458 tertia nonas septembris ita, ut *Jonae* Metropolitae Russia superior seu magna seu Moschovia, et *Gregorio* II Metropolitae Kijoviensi Episcopatus *Polocensis*, *Brestensis*, *Smolenscensis*, *Luceoriensis* (Luck). *Vlodimiriensis* ad flumen Bug, *Chelmensis*, *Premisliensis*, *Haliciensis et Turoviensis* in Russia minori, Lithvaniae et Poloniae incorporata subessent. Exinde titulabant sese Metropolitae *Moscoviae* residentes *Metropolitas Moscovienses et totius Russiae*, Metropolitae vero in Lithvania *Metropolitas Kijovienses*, *Halicienses et totius Russiae.* Hi ultimi Metropolitae non residebant Kijoviae, sed *Vilnae* et in urbe *Novogrodek.* Metropolitae *Moscovienses* consequuti sunt anno 1588 titulum *Patriarcharum Moscoviensium*, in cujus locum anno 1700 succesit sic dicta *Synodus Petropolitana.* Series Metripolitarum *Kijoviensium*, *Haliciensium et totius Russiae* usque ad *unionem Brestensem* erat sequens:

Digitized by Google

27 Alexius (1356), 28 Cyprianus II (1376), 29 Photius (1409), 30 Gregorius I. (1415), 31 Isidorus (1437), 32 Gregorius II (1452), 33 Michael (1468), 34 Simeon (1477), 35 Jonas I (1482), 36 Macarius I (1489), 37 Josephus II (1495), 39 Josephus III (1523), 40 **Macarius** II (1531), 41 Sylvester (1552), 42 Jonas III, 43 Elias (1567), 44 Onysiphorus (1578), 45 Michael (1588).

§. 10. Bulla Leonis Papae X quoad ritus Orientales et jurisdictionem Episcoporum Orientalium.

Ante tempora et temporibus *Leonis* Pape X erat sors rituum et Episcoporum Orientalium tristissima non solum in aliis oris sed etiam in *Russia*, Lithvaniae et Poloniae incorporata. Dicamus apperte et sincere, s. *Sedem Romanam desiderasse quidem semper unionem Orientalium nationum ecclesiasticam, aequam tamen fuisse erga ritus et Episcopos Orientales*, quod non parvi censendum est; nam loquendo in specie *de Russia*, Lithvaniae et Poloniae incorporata, erat hic protegenda causa subjugatae gentis Ruthenae contra ejus regimen Polonicum, contra dominantem clerum Latino-Polonicum, contra potentem nobilitatem Polonicam, contra subtilissima eorum sophismata, contra obscuras eorum informationes, contra vividissimas eorum insinuationes de propensione Ruthenorum ad orientale schisma, contra fortissimas eorum requisitiones, ut *Polonia qua antemurale contra schismaticum Orientem fortificetur*, causa, inquam, ad oculum desperata nationis, quae tantopere depressa erat, quae nobilitate sua ad Polonos decedente, ad solum populum, subditatui nobilitatis Polonicae adscriptum, et ad solum clerum ejus reducebatur, cuique omnis publica vita praecludebatur. Haec oeconomia *S. Sedis Romanae erga Ruthenos* omnem eorum gratitudinem promeruit, ad quam fovendam jam adduximus monumenta amoris s. Sedis Romanae erga Slavos in genere et Ruthenos in specie, hocque loco adducimus per extensum sequentem memorabilem Bullam

Digitized by Google

Leonis Papae X. quoad ritus Orientales et quoad jurisdictionem Episcoporum Orientalium contra injurias ex parte Cleri Latini.

Leo Papa X.

Ad perpetuam rei memoriam. Accepimus nuper, quod licet dudum in Concilio Florentino sub felicis recordationis Eugenio Papa IV Praedecessore Nostro, in quo inter caeteros Principes et Praelatos, Imperator tunc Graecorum et quam plurimi alii Praelati nationis Graecae pro unione facienda de Orientali Graecorum cum Romana Ecclesia, (res tam diu a Praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus ac tota Christiana Republica de desiderata,) interfuerunt, inter alia statuta ac determinata, nationem praedictam in quibusdam Eorum Ritibus et observantiis, quae non imputabantur haeresis, permanere, et inter caetera scilicet, quod: Presbyteri in fermentato celebrare, ac sub alia forma, quam Romana, baptissare, videlicet: Baptisatur servus Dei in nomine Patris, et Filii, et Spiritus S. Amen; item quod Ordinati in Sacris, matrimonio anto ipsorum sacrorum ordinum susceptionem contracto uti, ac barbam nutrire, venerandumque Sacramentum sub utraque specie omnibus, etiam pueris ministrare possint, per dictum Concilium statutum, ordinatum et decretum, sive permissum fuerit; tamen Ordinarii Locorum Latini, ipsam nationem super dictis Ritibus et observantiis, in locis, ubi praesertim Graeci morantur, quotidie molostant, perturbant, et inquietant, cogentes pueros ipsorum et alios, eorum more baptisatos, iterum more Romanae Ecclesiae rebaptisari, dictumque Sacramentum sub utraque specie omnibus, etiam pueris praedictis, minime ministrari debere, neque barbam nutrire, neque in fermentato, sed azymo celebrare, ac Ordinatos in dictis sacris Ordinibus Matrimonio non uti; propter quae et nonnulla alia quotidie in populo diversa scandala exoriuntur,

Digitized by Google

ac in dies, nisi de opportuno remedio per Nos, aut sedem praedictam provideretur, exoriri contingeret. Considerantes autem Nos, operae praetium, piumque foret ac necessarium, ut unio praedicta, multo labore quaesita, ac per Romanos Pontifices sollicitate conservetur, et dictorum Graecorum molestiis ac impedimentis hujusmodi obvietur, atque ipsorum quieti, atque animarum consolationi in praemissis oportune consuletur, necnon Ritus et observantiae in eorum Ecclesiis et alibi juxta antiquam ipsorum consvetudinem praeserventur, motu proprio non ad alicujus Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de Nostra mera liberalitate, et ex certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine dictis Graecis, tam Praelatis quam aliis personis nationis Graecae et eorum cuilibet, ut eorum Ritibus ac observantiis, sive consvetudinibus, ut praemittitur, uti ac illos et illas observare, missasque et alia Divina officia secundum corum antiquam consvetudinem celebrare; nec non Archiepiscopis, Episcopis, et aliis Praelatis Graecis et inter eosdem Graecos, ubi Archiepiscopi et alii Praelati Latini jurisdictionem habent, Pontificalia libera exercere officia, ac a suis Ordinariis, Officiis, Ecclesiis ac piis locis et Oratoriis, super hujusmodi Rituum observantia per Latinos Antistites et Praelatos, etiam Locorum Ordinarios et Dominos temporales, Magistratus saeculares in judicium, vel alias iniviti minime trahi, nec non quicumque Clerici Graeci, ac aliae Personae nationis Graeciae undecumque venientes in locos, ubi Archiepiscopi, Episcopique et alii Praelati Latinorum et Domini temporales sunt, ab ipsis tam Graecis quam Latinis elemosinas petere, et accipere libere et licite possint, motu et scientia similibus tenore praesentium concedimus et indulgemus. Et insuper quod nullus Archiepiscopus et Episcopus Graecus Clericos Latinos, nec Latinus Archiepiscopus et Episcopus etiam Ordinarius Clericos Graecos ad sacerdotium promovere valeant; ac quod in Dioecesi, ubi Latini et Graeci inhabitant, et solum Archiepiscopum sive Episcopum

Digitized by Google

Latinum Ordinarium habent, dictus Archieppus sive Episcopus circa negotia et causas dictorum Graecorum Vicarium Graecum ipsis Graecis gratum, vel per ipsos Graecos eligendum, ex quo Graecus vir melius Graecos mores novit, quam Latinus, coram stipendio et salario retinendum deputare; quodque in causis appellationis ad Metropolitanum, qui forsan Graecus non esset, dictus Metropolitanus similiter in dictis causis judicem Graecum deputare teneatur. Et insuper cum in Parochialibus Ecclesiis ipsorum Graecorum ex antiquissimo et hactenus observato Ritu nonnisi semel in die per unum sacerdotem celebrari liceat, et tamen nonnulli secerdotes Latinorum dimissis ipsorum propriis Parochialibus Ecclessis, ut praefatos Graecos injuria afficiant, et ad disturbandum eorum, Ritus et consvetudinem hujusmodi, nescitur quo spiritu ducti interdum altaria dictarum Parochialium Ecclesiarum praeoccupant, et inibi contra voluntatem eorum Graecorum missam et forsan alia Divina officia celebrant, adeoque dicti Graeci soepenumero sine auditione missarum cum magna animorum molestia Festivis et aliis diebus, quibus missam audire consveverunt, remanent; Nos autem ad obviandum scandalis et providendum, ne in futurum molestiae hujusmodi Graecis ipsis inferantur, sacerdotibus praedictis latinis, ne decaetero missas et alia Divina officia in dictis aliis Ecclesiis eorundem Graecorum celebrent; Magistratibus vero, se qui sunt, ne dictis sacerdotibus auxilium et favorem praestent, nec non ut nullos Ritus et ceremonias Graecorum in dicto Concilio Florentino, vel alias approbatos blasphemare aut reprobare seu improbare. Ac ubi duo, unus Latinus, alter vero Graecus ejusdem Loci prout in Cephalonia et Zacyntho et forsan alibi sunt Episcopi, Episcopus Latinus de Personis Ecclesiasticis et saecularibus Graecis ac de jurisdictione Eppi Graeci, vel aliis quibuscunquae ad Episcopum Graecum quomodolibet spectantibus nullatenus se intromittere praesumat, sed Episcopus Latinus Latinorum, Episcopus vero Graecus Graecorum duntaxat curam, regimen et jurisdictionem respec-

Digitized by Google

tive habeant et exerceant. Et insuper ut Presbyteri et Clerici Latini in Ecclesiis Graecorum neque celebrare, neque funeralibus, nuptiis ac Baptisimis et aliis Graecorum actibus publicis et privatis interesse, aut se immiscere, nisi ad haec specialiter per ipsos Graecos vocati fuerint, audeant vel praesumant. Quod Clerici et presbyteri saeculares et Monachi Graecorum eorumque Ecclesiae ac Monasteria et Bona quaecumque omnibus et singulis Privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, favoribus et indultis ac gratiis, quibus Clerici, Presbyteri et Monachi Latini, eorumque Ecclesiae, Monasteria et Bona quaecunque de jure sive consvetudine vel alias quomodolibet utuntur, potiuntur et gaudent, uti, potiri, et gaudere libere et licite possint et valeant. Nec non Abbates et Monachi Graeci eorumque Monasteria et Bona quaecumque omnibus et singulis Privilegiis, exemptionibus, indultis, gratiis et Praerogativis in Bulla: Mare magnum nuncupata contentis, Fratribus Ordinis Minorum Regularis observantiae eorumque monasteriis, Locis seu Conventibus tam per dictam Bullam quam alias quomodo libet concessis et concedendis etiam uti, potiri, et gaudere possint.— Nec non Viduae Presbyterorum vel Clericorum Graecorum in castitate, juxta ritum Graecum viventes, eisdem immunitatibus, exemptionibus, Privilegiis, quibus viventibus eorum viris, Presbyteris seu Clericis gaudere poterant, gaudeant, et fruantur, paribus motu et scientia et potestate concedimus, decernimus, declaramus. Ac ita per Archiepiscopos, Episcopos et alios Praelatos et Presbyteros et Clericos Latinos pro dictis et quibuscumque aliis, eis videlicet Praelatis et sub majoribus vel suspensionis a Divinis, aliis vero inferioribus sub Excommunicationis Latae Sententiae, privationis Beneficiorum Ecclesiasticorum, quae obtinent, ac perpetuae inhabilitatis ad alia in posterum obtinendum ipso facto per quemlibet contrafacientem incurrendis poenis praecipientes mandamus, quatenus praesentes Literas ac omnia in eis contenta inviolabiliter observent, sicque per quoscunque

Digitized by Google

judices in Romana Curia, vel extra eam in quacunque instantia judicari, sententiari, et definiri debere sublatae eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, sentenciandi, et definiendi facultate, ac irritum et inane esse, quidquid secus super his a quocunque quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit, attentari. Quamobrem Venerabilibus Fratribus Nostris Casertano et Asculano Episcopis per haec scripta committimus, et in virtute Sanctae Obedientiae mandamus, quatenus Eisdem Graecis, tam Presbyteris, Clericis et Religiosis praedicti quam saecularibus et aliis Personis dictae nationis Graecae efficacis defensionis praesidio assistentes faciant per se, vel alium, seu alios, praenominatos, et quemlibet ipsorum concessionibus, indultis, gratiis, ac indulgentiis nec non Statutis, Decretis et Ordinamentis praedictis pacifice ac perpetuo frui et gaudere, non permittentes eos, et eorum quemlibet in praemissis aliquo quaesito colore molestari, impediri aut perturbari, Contradictores quoslibet et rebelles per dictas et quasvis alias censuras et poenas Ecclesiasticas, eas aggravando, et reagravando, interdictumque Ecclsiasticum ac alia oportana juris remedia, appellatione postposita compescendo, invocando etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. Non obstantibus praemissis ac quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus et Synodalibus Conciliis. Edictis generalibus vel specialibus, Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una et Concilii Generalis de duabus dictis, ne quis extra suam Dioecesim ad judicium trahatur, ac statutis et Consvetudinibus etiam ex fundatione et juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Privilegiis quoque et indultis, nec non omnibus illis, de quibus eorumque totis tenoribus specialis, specifica ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia exquisita forma servanda foret. Quibus illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus; caeterisque

Digitized by Google

in contrarium facientibus quibuscunque. Aut si dictis Archiepiscopis, Episcopis, et aliis Praelatis et Dominis temporalibus, et quibusvis aliis Personis communiter vel divisim ab Apostolica sede sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per Literas Apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et quoniam difficile foret praesentes literas ad singula quaeque loca deferri, volumus et simili motu mandamus, quatenus transumptis praesentium alicujus publici notari confectis, ac sigillo alicujus Personae in dignitate Ecclesiastica constituae munitis, ea prorsus fides in judicio et extra adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si originaliter forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris. Die XVIII Maji 1521. Pontificatus nostri Anno IX. Evangelista.

Haec Bulla renovata erat per Clementem Papam VII sequenti modo:

Breve Clementis Papae VII. de non molestandis Graecis super deserendis eorum ritibus et observantiis:

Clemens Papa VII.

Ad futuram rei memoriam. Provisionis Nostrae debet provenire subsidio, ut suum jus cuilibet conservetur. Hinc est, quod Nos tenore quarundam literarum felicis recordationis Leonis Papae X Praedecessoris et secundum carnem Fratris Patruelis Nostri in forma Brevis a veris ipsius Praedecessoris literis,quas in Secretaria Nostra diligenter inspici et examinari fecimus, extractumque pro eo, quod sicutt Natio Graeca Nobis exposuit, ipsa hujusmodi tenore ex certis causis dignoscitur indigere, de verbo ad verbum transcribi, et ad ipsius Nationis supplicantis instantiam praesentibus annotari fecimus, qui talis est. (Sequitur Breve Leonis Papae X per extensum) Caeterum ut earundem literarum tenor praedictus sic insertus omnimodam rei seu facti certitudinem faciat, Apostolica auctorite decer

Digitized by Google

nimus, ut illud idem robur eamdemque vim et eumdem vigorem dictus tenor per omnia habeat, quem haberent originales Literae supradictae, ac eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur quandocumque et ubicumque sive in judicio sive alibi, ubi fuerit exhibitus vel ostensus, et eidem tenori firmiter stetur in omnibus, sicut eisdem originalibus literis staretur, si forent exhibitae et ostensae. Per hoc autem nullum jus denuo cuiquam acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari, Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris. Die 26 Martii 1526 Pontificatus Nostri anno tertio. *)

Praesentem copiam cum libello Romae de anno 1638 impresso, e quo est transumpta, per me infrascriptum confrontatam et collationatam de verbo ad verbum concordare attestor, in cujus rei fidem me subscripsi, et sigillo Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Leonis in Szeptyce Szeptycki Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis, Abbatis Commendatarii Mielecensis communivi. Leopoli die quinta mensis Martii 1761 anno. Daniel Werchratski Apostolicus et Actorum Curiae Episcopalis Leopoliensis Notarius.

Idem Breve Leonis Papae X et renovatio ejus per Clementem Papam VII commemorantur a Benedicto Papa XIV in Constitutione „Etsi Pastoralis“ de anno 1742 in proemio.

§.11. Erectio Episcopatus Rutheni Leopoliensis in Halicia (Galicia).

Supra dictum erat, non solum *Metropolitanam* sed etiam *Episcopalem* Ruthenam sedem in urbe *Halicia* primo dimidio

---

*) Adductum Breve Leonis Papae X et ejus innovatio per Clementem Papam VII adducuntur in libello: Leonis Allatii de aetate et interstitiis in collatione ordinum etiam apud Graecos servandis. Romae A. D. 1638 edito.

Digitized by Google

saeculi XV. interivisse. Quare fideles Rutheni hujus dioecesis in suis negotiis spiritualibus et ecclesiasticis dedebant sese conferre ad remotos Episcopos sui ritus nonsolum in aliis regionibus Ruthenis sed etiam in regionibus *Valachicis*. Equidem in locum horum Metropolitarum et Episcoporum constituebantur a *Metropolitis Kijoviensibus* sic dicti *Vicarii* seu *Locumtenentes* seu *Viregerentes*, *Halicae*, *Leopoli* et in aliis urbibus residentes; attamen hi Vicarii carebant charactere Episcopali. Circa praesentationem dictorum Vicariorum exorta erat lis inter Archiepiscopum Latino-Polonicum Leopoliensem *Bernardinum Wilczek* et Marschalcum Poloniae ac Capitaneum Leopoliensem et Camenecensem *Stanislaum de Chodecz*, quam rex Poloniae *Sigismundus I* composuit in favorum supranominati Archiepiscopi sequenti decreto:

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae Prussiaeque etc. Dominus et Haeres. Significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis. Quia postquam suborta esset controversia inter Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Bernardinum Archiepiscopum Leopoliensem ex una, et Magnificum Stanislaum de Chodecz Regni Poloniae Marschalcum, et Leopoliensem ac Camenecensem Capitaneum sincere Nobis dilectos parte ab altera occasione institutionis Vicegerentium Ritus Ruthenici alias Namiestniki in Leopoli, in Krylos et alibi in eadem Dioecesi sua Leopoliensi existentium. Nos augmentum fidei orthodoxae authoritate Regia in hac parte promovere cupientes, et Literarum Sigillatarum Sedis Apostolicae ad vota Majorum Nostrorum in Erectione Ecclesiae Leopoliensis datarum, rationem habentes, cupientesque pro munere Christiani Principis, quo ipsi Schismatici tanto facilius ad Religionem Christianam adducantur, et alliciantur, saltem in eorum erroribus emendarentur, tale Decretum inter partes supra scriptas tulimus, et promulgavimus praesentibusque ferimus et promulgamus. Ut ipse modernus Archiepiscopus Leopoliensis caeterique pro tempore exi-

Digitized by Google

stentes Archiepiscopi a modo et deinceps futuris temporibus ipsos Vicegerentes Ruthenorum in Leopoli, Krylos et alibi in sua Leopolen: Dioecesi instituere et constituere poterint et debeant. In Popones tamen Ruthenos istud Decretum extendi nolumus. Quocirca vobis Magnificis Otthae Palatino Podoliae Halicien. Stanislao Marschalco Regni Poloniae et Leopolien. Camenecensibusque Capitaneis, Germanis de Chodecz et aliis Capitaneis in Terris Russiae existentibus mandamus, quatenus praedictum Dominum Bernardinum modernum Archiepiscopum Leopoliensem caeterosque pro tempore existentes Archiepiscopos in institutione, constitutioneque praedictorum Vicegerentium Ruthenici Ritus non inpediatis, quin ipsum juxta eam instituendi authoritatem conservatis et conservari faciatis. Et aliter non facturi pro gratia Nostra. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum in conventione Generali Petricoviensi die Dominico conductus Paschae Anno Dni. Milesime Quingentesimo Nono. *Joannes de Lasko* m. p. R. P. Cancellarius.

Sub Metropolita *Macario II.* circa dimidum saeculi XVI in territorio quondam Episcopatus et Metropoliae Ruthenorum *Haliciensis* per *Vicarios* duntaxat administratae ad preces cleri et nobilitatis Ruthenae necnon civium Ruthenorum Leopoliensium Graeco-Slavici ritus erigebatur a rege Poloniae *Sigismundo I Episcopatus Ruthenus Leopoliensis* sequenti diplomate:

Nos Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae.. Significamus tenore praesentium... Quia Nos ad supplicationem humilem certorum apud nos factam... querebantur enim, quod eorum Spirituales cogerentur aliunde ex terris Russiae et Podoliae pro Ordinibus accipiendis in Moldaviam et alia loca externa se conferre et negotia sua spiritualia, uti divortia et separationes mtrimoniorum, quoties ex causis, uti dicebant,

Digitized by Google

legitimis eveniebant, agere, item Synagogarum et Ecclesiarum ipsorum consecrationes impetrare, eo quod eorundem Locumtenens honorabilis Macarius Tuczampski vulgari nomine Namyestnik dictus, qui hactenus Metropolitani ipsorum Archiepiscopi Haliciensis locum administrare et tenere dicitur, non haberet eam facultatem, praemissa omnia juxta ritum, consvetudinem et necessitatem fidei eorum Graecae administrandi, supplicaruntque Nobis debita cum instantia, ut illis in praemissis omnibus, de clementia nostra Regia prospicere, et ex eodem Locumtenente Haliciensi, et Sancti Georgii Leopoliensi, nec non Camenecensi, Podoliaeque praefato honorabili Macario Tuczampski Vladicam eis insignire, dare et constiturere dignaremur, in iis proventibus et introitibus, in quibus idem Locumtenens Haliciensis hactenus mansit, et praesidebat. Quorum quidem subditorum nostrorum spiritualium et saecularium ritus Ruthenici petitionibus permoti, annuentes, eundem honorabilem Macarium Tuczampski Locumtenentem, in Vladicam eis dandam et constituendum esse duximus damusque et constituimus praesentibus, ut a Metropolitano suo Kijoviensi ad eam dignitatem Vladicatus insignitus possit praemissa omnia, quae ad ritum fidei eorum pertinere videbuntur eis administrare, hoc est, ut deinceps ex terris Russiae et Podoliae districtibus ipsorum videlicet Haliciensi, Leopoliensi, Camenecensi, Snyatiniensi, Trembovliensi, Spirituales eorum ordines suos juxta ritum ipsorum, apud eundem Vladicam suum accipiant, et ad externas partes pro recipiendis illis se deinceps non conferant. Item quod dictus eorum Macarius Vladica Ecclesias eorum et Synagogas consecrare aliasque omnes actiones Ecclesiasticas prout et alii Vladicae administrare, divortia et separationes Matrimoniorum inter saeculares fidei suae facere possit et valeat. Cui quidem Vladicae Macario, sub potestatem illius damus et conferimus omnes et singulos spirituales, Popones eorumque Ecclesias, Synogogas et Monasteria in terris Russiae

Digitized by Google

et Podoliae et districtibus supranominatis Haliciensi, Leopoliensi, Camenecensi, Sniatynensi, Trebovoliensi sitas videlicet Ecclesiam Haliciensem Metropolitanam, in qua quondam Archiepiscopus alias Metropolitanus praesidebat, quae nunc eorum linqua vulgari Kryłosz dicitur. Item Monasterium Unieiow (Uniow), quod in honorem et titulum Ssimae Dominae Nostrae Assumptionis Mariae Virginis, a praedecessoribus Nostris fundatum est et alia omnia quibuscumque nominibus vocata ejusdem Vladicae jurisdictioni annectimus et adscribimus: Quoque idem Vladica praefatus Macarius modernus et alii pro tempore existentes more aliorum Vladicarum Clerum suum praelatum in omnibus actionibus eorum quoad ritum et consuetudinem fidei eorum Graecae administrabit, et disponet, sucessoresque sui gerent, administrabunt, et disponent (Saeculares autem non administrabunt,— videtur additum esse a monachis S. Basilii M.) Ex singulis Poponibus in Vladicatu suo constitutis duodecem grossos (per sex florenos in allis transumptis) ratione contributionis Kunyczne dictae prout et allii Vladicae in suis Vladicatibus, singulis annis habebit, et percipiet, eorum Poponum actiones et negotia in spiritualibus, nec non errores et excessus corriget et emendabit, prout ad officium suum Vladicatus pertinere et spectare videbitur. In cujus rei testimonium sigillum nostrum est appensum. Datum Cracoviae feria quinta post festum Udecim Millia virginum proxima (22. Octobris) Anno Dni 1539 Regni vero Nostri Anno 33. Praesentibus reverenids in Christo patribus Petro de Gamrath Cracoviensi, Sebastiano Branicki nominato Posnanensi et Culmensi, Samuele Macieiowski nominato Chelmensi et Regni nostri Vice Cancellario Episcopis, nec non Magnificis, Generosis et Venerabilibus etc...

Circa erectionem hujus Episcopatus habetur in Manuscripto Metropolitae Rutheni *Leonis Kiszka* talis praenotatio: Expetierunt cives et nobiles Leopolienses, ut Genadius Episco-

Digitized by Google

pus Premysliae sit Administrator; sed Metropolita noluit, et misit poponem Hoszowski et Iwaszko filium Kłopot, qui nec Premysliam nec Żydaczeviam in diversis rebus adcitati comparuerunt; proinde alium expetierunt, et cum Metropolita Macarius illis permitteret, ut eligant, elegerunt civem Leopoliensem Macarium Tuczapski, cui ut tradatur hic Episcopatus, assignati sunt commissarii: Laurentius Episcopus Premisliensis et Rohoziński, qui Laurentius precavit Nobiles, ut quamcitius procurent Macario privilegium, cum et Hoszowski 52 habuerit vota, quae Regi missa sunt a Metropolitano. Die 13 itaque Decembris denuo scribunt ad Macarium Leopolienses, denuntiando, quod a Jagellone sit fundatus Latinus Archiepiscopatus in bonis Ecclesiae Graecae, et quod velit, ut ei Rutheni subjaceant, cui non occurrunt compellati Metropolitani, excepto Macario Tuczapski, veluti testis est Raiecki famulus Metropolitae, jam enim in comitiis hoc negotium subscriptum erat, sed Macarius expetit Zacharium Tarnowski et Annibalem, proinde Annibal ex mente Reginae adivit Chozenscium Episcopum Cancellarium, sigillum abripuit et ipsum privilegium laceravit, pro quo promisit 200 boves Macarius, et cum esset Rex Leopoli dedit quinquaginta: nihilominus rex denuo promissit Archiepiscopo subscribere Superintendeam super Ruthenos; proinde 110 bovos dedit Macarius Regi, et secutus est eum Cracoviam, ubi habens inimicum Episcopum Posnaniae Bronicki, mansit totum annum, et obtinuit privilegium pro Episcopatu, deditque 140 boves: cumque regressus esset Leopolim, Archiepiscopus misit, ut ad eum superveniat, non venit — excusando se, quod hoc non possit facere absque Metropolita. Oculto itaque Archiepiscopus mandatum daret pro reponendo privilegio; proinde expetunt Nobiles, ut quamcitius consecraret.

Челобитнаѧ Галицко-Русскаго и Подольскаго православнаго Духовенства и мірѧнъ Кієвскому Митрополиту Макарію; съ жалобою о притѣсненіи ихъ къ Вѣрѣ

Bayerische Staatsbibliothek München
Digitized by Google

Полаками, и съ просьбою, длѧ ѹспоковнїѧ ихъ посвѧтити въ епископскїй санъ намѣстника своего Архимандрита Макарїѧ. На той грамотѣ чтꙋтсѧ слѣдꙋющїѧ имена Галицкорꙋсскаго Дворѧнства, и тогоже къ семꙋ актꙋ, въ подлинницѣ, приложены въ пѧти рѧдахъ, 33 перстневыѧ Дворѧнскїѧ печати: Марко Шꙋмлѧнскїй, Їоаннъ Станимерскый, Никандро Свистѣлницкый, Миханло и Марко Болобанове, Олехно Замостьскый, Їоаннъ и Стефанъ Дамидечьскїй, Їоаннъ Дꙋброницкый, Василїй, Їоаннъ, Трофанъ Грабовечьсчїи, Василїй и Юхно Ярмолиньсчїи, Костюкъ и Ѳедоръ Яськыи, Петеръ Сербинъ, Їоаннъ и Олехно Чолганьсчїи, Їоаннъ и Васко Рожнитовсчїи, Вашко и Стефанъ Скаричꙋвьсчїи, Романъ Мекгдыньскый, Павелъ Желиборскый, Дионисїй и Їоаннъ Горбачовсчїи, Почобꙋтовыи, Їоаннъ и Павелъ Самборове, Михайло и Яцко Ячиньсчїи...

Латинскїй Архїепископъ Львовскїй, пишетъ ѹпомѧнꙋтаѧ челобитнаѧ къ Митрополитꙋ Кїевскомꙋ Макарїю, ѹвѣдавъ о данной грамотѣ Макарїю Тꙋчапскомꙋ, на Галицко-Львовскꙋю Епископїю, говорилъ къ собранной шлѧхтѣ своего обрѧда: „И того не престанꙋ, поки ѧ-мъ живъ; абовѣмъ сꙋть Рꙋсь ѹ моей моци: Король того безъ мене немогъ дати.“ И посадилъ до Королѧ позвы на отца Макарїѧ хотѧчи на снемъ позвати отца Макарїѧ и съ привелеймн абы сталъ ѹ Краковѣ, на сеймѣ. Ино мы зѣхавшисѧ и боѧчись того позва, ижъ-бы не засталъ позовъ въ Львовѣ отца Макарїѧ, а тыжъ памѧтꙋючи слово Королѧ его Милости, коли листъ давалъ до Вашей Милости Господина нашего, казалъ, борзо до Вашей Милости ѣхати: зналъ тото Король, ажь бꙋдетъ мѣти нагабаньѧ отъ дꙋховныхъ на соймѣ ино послали есмо отца Мака-

рія до вашей Милости господина нашего, абы его Ваша Милость, Господинъ а Пастырь нашъ рачилъ поставити и посвятити, и отъ вашего святительства владыкою намъ дати и послати къ намъ... отныжь всмо его отслали, хто сына своего при немъ, а хто брата съ нимъ послалъ, и на своихъ конехъ, стерегучи привилія и горла отца Макарія, и до границѣ за Бугъ сами всмо его провадили авы Арцибискупъ, або который Лядскій Панъ его недогнали его забити: во колько кратъ Арцибискупъ казалъ его завить, а Господомъ Богомъ и вашими святыми молитвами веть оборонинъ до сихъ часовъ, и на далѣй, дасть Богъ, будетъ." — Тажке приводится: 1540 г. Февруарія 22 въ Новгородцѣ (Литовскомъ) Присяжная Грамота Галицко-Рускаго Львовскаго и Подольскаго Епископа Макарія Тучапскаго Кіевскому Митрополиту Макарію. Та грамота въ текстѣ рускомъ, съ очень многими пробѣлами напечатана, въ Актовыхъ книгахъ Львовскаго городскаго Архива естъ она вписана въ переводѣ на латинскій языкъ и оттуда напечатана въ Supplem. ad Histor. Russ. Monumenta стр. 145 — 146. О той Грамотѣ выше приведенная историческая Рукопись Митроп. Льва Кишки подаетъ слѣдующее извѣстіе: 1540 die 22 Februarii indykta 13 w Nowogrodku, daie skrypt Makary Tuczapski Makaremu Metropolicie, że Halicza trzyma tylko jako Episcop dworny, że ma oddawać dochodów połowice, i że niepowinien Metropoliey Halickiey sobie przywłaszczać, (Кіевскіе Митрополиты не напрасно опасались, что Галицкой Епископіи когда-то все таки быти Митрополіею), że Antemisy ma podpisywać imieniem Metropolity sub poenis privationis a beneficio, excommunicationis et mille florenorum Regi, quinquagentorum Metropolitae exsolutionis...

Digitized by Google

Eppus Macarius Tuczapski necnon Metropolitae Macarius et Michael Rahoza confirmarunt Capitulum (Krylos) Ruthenum Leopoliense sequentibus:

ВЪ ИМѦ ОТЦѦ И СЫНѦ И СВѦТѦГО ДȢХѦ ѦМИНЬ.

Єписасѧ кȣвѣчнон памѧти и моцности икнепорȣшенїю на вѣкы вѣковъ. Мы смѣреный Макарїй Владыка галицкїй ильвовскїй и каменца подолскаго ѩвне чинимо тымъ то листомъ нашимъ всѣмъ посполите нынѣшнимъ и потомъ бȣдȣчимъ ѩко паномъ шлѧхтамъ такъ паномъ мѣщаномъ и предмѣщаномъ, и всѣмъ православнымъ христѧномъ, свѧтого законȣ греческаго, которымъ потреба на сесь листъ нашъ смотрити, ижъ есмо оучинили и рѣчъ есмо зароненȣю понокили, котораѧ была згибла от давныхъ часовъ ажь досихъ часъ исправы дȣховнын быкали притой скѧтой столечной церкви свѧтаго великомȣченика Христова и побѣдносца георгїа волвокѣ предмȣры и справа дȣховна быкала кȣ хвалѣ божїи то есть клиросъ бывалъ, теды мысмѣреныи Макарїй Єпископъ митрополїи галицкой Владыка лвовскїи и каменца подолскаго отомсѧ многокроть розмыслѧючи ѩкъ быхъ мѣль то оучинити отложивши кс ѧкїи рѣчи подарȣ свѧтыѧ еднносȣщныѧ и нераздѣлимыѧ тройца живоначалныѧ и нантїемъ свѧтаго Дȣха оучиннли есьмо съзвавши свѧщенники лвовскїи и розмовивши снними оучиннли есмо клиросъ и зоставили есмо имъ моцно держати и понихъ бȣдȣчимъ потомкомъ такъ ѩкъ оу иншихъ Єпископїахъ есть. Ѧ тотъ доходъ маютъ мѣти отъ свѧтой столечной церкви свѧтаго мȣченика Греоргїа пȣлъ соборȣ накрилошаны. Ѧ вповѣтѣ лвовскомъ колисѧ церковь придасть свѧтити, то накрылосъ половина а иматеъ еднинъ крилошанинъ съ владыкою поихати на свѧщенїе церкви. Ѧ колисѧ придасть

церковь старую посвятити, то накрылошаны. А напоставленіе поповства который діакь пріидеть которого крылошанина будеть неделя, то маеть быти тому дякови духовникъ. А отъ сповѣди маеть дати ѕ҃ гроши, а що будуть нѣкоторіи кырлошане съ владыкою служити, тымъ маеть новосвященный дати по грошу. А есльбы кто далъ на і҃ сорокоустуковъ, Владыцѣ половиця стого, а если на единъ албо на два или на три или чтыры или на пять, то на крылошаны, а кому будеть права духовнаго треба, маеть позовъ на него взяти оу владыки авне бытности Владыки маеть дати намѣстникъ. Пришедши ку праву чій повудъ есть, маеть право обложити ѕ҃ гроши, тожъ правила отворены будуть. А колибы потреба была которому крылошаннину церковь посвятити, стого Владыка нѣчого нымаеть брати едно на него обѣдъ справити еслижетыжъ которого крылошанина хотѣлся ставити впопы сынъ, тоснего Владыка нѣмаеть ничого взяти. А если Владыка оумреть крылошане мають держати рокъ цѣлый оу своей моцы Епископію испаны земляны закону нашего святого грецкого. Якъ змалымъ такъ звеликимъ испаны мѣщаны лвовскими коли южъ рокъ выйдеть, то мають нареченному или пакъ освященному Владыцѣ Епископію подати съ всѣми скарбы церковными а еслибы былъ который крылошаннинъ выступный напротивъ Владыцѣ, немаеть его жадною казнью Владыка карати, едно отлучити отслуженія дотыхъ часъ ажъ ся тотъ справить ведлугъ заповѣди правилъ святыхъ отецъ. А крылошаннина нѣмаеть нѣкто судити едно судъ духовный а намѣстника не маеть Владыка выбирати, едно крылошане обравши мають повѣсти Владыцѣ, а его благославити имаеть. А который помнѣ будучій Владыкове, маеть кождый снихъ того нашего запису потвердити, абы были заховани крылошане ведлугъ на-

дана вышше написанаго нашего. А который бы Владыка помнѣ будучій немѣль держати и наше наданя листатого псовати и заничого его нѣмати, натомъ дабудетъ клятва Божія и святыхъ отецъ т҃ и і҃і. И неблагословеніе нашего зверхнего пастыра киръ Макарія Митрополита кіевскаго и галицкаго и всея Руси и Єпископа премыскаго и самборскаго арсенія и нашей столечности Макарія Єпископа галицкаго илвовекаго и каменьца подольского неблагословеніе и клятва церковная да будетъ проклятъ въ сій вѣкъ и будущій. А всему нашему листови печати ьемо свои привѣсили для лѣпшей вѣрности. А на тотъ часъ были охристѣ почестніи крылошане отецъ Федоровскій Захарія намѣстникъ, отецъ Николиньскій Стефанъ, отецъ Богоявленьскій Антоній, отецъ благовѣщеньскій Яковъ, отецъ въскресеньскій Григорій, отецъ спаскій Автономъ, отецъ покровскій Іоаннъ, отецъ вознесеньскій Григорій и діяконъ Захарія. Дата листу року божія а ф м҃д ін з. МѣсяцаНоявріа. ѕі день на святого апостола евангелиста Матфея.

Милостію Божію и пречистія его Богоматери смиренный Архіепископъ Михаилъ митрополитъ кіевскій галицкій и всея Росіи, соосвященными Мелетіемъ Єпископомъ володимирскимъ и берестейскимъ прототроніемъ и великов лаврѣ Архѣмандритомъ кіевскимъ печерскимъ Кирилломъ Єпископомъ луцкимъ и остроскимъ Прототроніемъ иексархомъ, Леонтіемъ, Єпископомъ пинскимъ и туровскимъ, Деонисіемъ, Єпископомъ холмѣнскимъ и белзкимъ, Гедеономъ намѣстникомъ Митрополіи нашой галицкой, галицкимъ илвовскимъ и каменця подолского, Єпископомъ Мелетіемъ архімандритомъ нашимъ надворнымъ Василіемъ игуменомъ лвовскимъ Манастира святого Онофрея и совсѣми

дѹховными освѧщенными Єреи тамъ тежъ прибытно-
сти, иасемъ же соборѣ иншихъ особъ зацныхъ дѹхо-
вныхъ и свѣцкихъ, били намъ чоломъ всѣ крылошане
церкви соборной свѧтаго великомѹченика Георгіѧ пред-
мѹры, и покладали передъ нами право привилеѧ свои,
три першы привилеи въ Бозѣ зешлого Макаріѧ Єпи-
скопа першого намѣстного Єпископа Митрополіи нашой
галицкой, на паркгаменѣ писаны спечатію его, и спе-
чатію Єпископа премыского смиренаго арсеніѧ, приви-
систими имъ крылошаномъ звышъ поминенымъ львов-
скимъ напевныи права волности вароканые, а притомъ
и потверженіѧ того права ихъ отъ продка нашого свѧ-
той славной памѧти, Макарыа Архіепископа Митро-
полита кіевского, галицкого и всеѧ Росіи, на паркга-
менахъ писаніи сприве́систою ижъ печатію его, кѹто-
мѹ листъ потверженіе тыхъ обѹдкѹнихъ привилеевъ,
королѧ его милости свѧтой памѧти Жикгимонта Ав-
гѹста, также на паркгаменѣ полатинѣ писаный, и спе-
чатію его королевскои милости закѣсистою, просѧче
абыхмо ихъ крылошанъ львовскихъ вовсемъ при тыхъ
волностахъ ихъ заховавши, еще особливымъ листомъ
нашымъ на вѣчныи часы ствердили, которыи листы
привилеѧхъ, Макаріѧ Єпископа галицкого и львовского
перкшого и потверженыи продка нашого Архіепископа
Митрополита, Макаріѧ весь листъ нашъ нинѣшиый
ѹписати есмо велѣли и одинъ по дрѹгомъ въ сло-
вѣ до слова такса въ собѣ маютъ: Во Имѧ Отца
и Сына и свѧтаго Дѹха Аминь. Станса кѹ вѣчной
памѧти и моцности и ненарѹшеню на вѣки вѣкомъ.
Мы смиреный Макарій Владыка галицкій, львовскій и
Каменца подолского. Ивне чинимо тымъ то листомъ
нашымъ, всѣмъ посполите и иншимъ и потомъ бѹдѹ-
чымъ, ѧкъ паномъ шлѧхтамъ, такъ паномъ мѣща-
номъ и предмѣщаномъ и всѣмъ православнымъ хрі-

стїѧномъ свѧтаго законȣ греческого, которымъ потреба насей нашъ листъ смотрити, ижъ есмо ѹчинили и речъ есмо зароненнȣю поновили, котораѧ была згибла отъ давныхъ часовъ ажъ до сихъ часъ и справы дȣховныи бывали при той свѧтой столечной церкви, свѧтого великомȣченика Хрїстова и побѣдоносца Георгїѧ во Львовѣ предъ мȣры и справа дȣховнаѧ бывала кȣ хвалѣ Божой, то есть Клиросъ бывалъ: теды мы смиренный Макарїй Єпископъ Митрополїи галицкой, Владыка львовскїй и Каменца подолского. Отомсѣ много крати розмыслѧючи ꙗковыхъ милъ ѹчининти, отложивши всѧкїѧ речи подарȣ свѧтыѧ едносȣщнїѧ и нероздѣлимїѧ Тройца, живоначалнїѧ и нантїемъ свѧтаго дȣха ѹчинили есмо созвавши свѧщенники львовскїи и розмовивши зними ѹчинили есмо клиросъ и зоставили есмо имъ моцно держати и поныхъ бȣдȣчихъ потомкомъ, такъ ꙗко ѹ иншихъ Єпископїѧхъ есть, а тотъ доходъ маютъ мѣти отъ свѧтой столечной церкви, свѧтаго великомȣченика Георгїѧ, полъ соборȣ накрылошани, а въ повѣтѣ львовсомъ колись церковь придасть свѣтити, то накрылосъ половина, а маетъ единъ крылошанинъ совладыкою поехати наосвѧщенїе церкви, а колисѧ придасть церковь старȣю свѣтити, то накрылошани; а напостановленїе поповства который дїѧкъ прїйдетъ, которого крылошанина бȣдетъ Недѣлѧ, то маетъ быти томȣ дїѧкови дȣховникъ а отъ сповѣди маеть дати шесть грошей, ашто бȣдȣтъ нѣкоторыи крылошани со Владыкою слȣжити, тымъ маетъ новосвѧщенный дати по грошȣ, а еслибы кто далъ на десѧть сороковстъ, Владыцѣ половицѧ стого, а еслибы на единъ албо на два или на три или на чотыри или на пѧть, то накрылошани, а комȣ бȣдетъ права дȣховнаго треба, маетъ позовъ на него взѧти ѹ Владыки, а въ небытности Владыки маетъ дати намѣстникъ, пришедши кȣ

Digitized by Google

правꙋ чій поводъ есть, маетъ право обложити шести грошей, тожъ правила отворенны бꙋдꙋтъ, а колибы потреба была которомꙋ крылꙋшанинꙋ церковь посвѣтити, стого Владыка ничого не маетъ брати одно на него овѣдъ справити, если же тежъ которого крылошанина хотѣлъ ся ставити въпопы сынъ, то внего Владыка немаетъ ничого взяти. А если Владыка оумретъ, крылошани маютъ держати рокъ цѣлый оу своей моцы Епископію и спани земляны законꙋ нашого святого греческого якъ змалимъ такъ звеликимъ и спаны мѣщаны лвовскими, коли южъ рокъ выйдетъ, то маютъ нареченномꙋ или пакъ осяценномꙋ Владыцѣ Епископію подати совсѣми скарбы церковними. А еслибы былъ который крылошанинъ выстꙋпный напротивъ Владыцѣ, не маетъ его жадною казнию Владыка карати, едно отлꙋчити отъ слꙋженія дотыхъ часъ ажъ ся того справитъ ведлꙋгъ заповѣди правилъ святыхъ отецъ, а крылошанина не маетъ нѣкто сꙋдити едно сꙋдъ дꙋховній, а намѣсника немаетъ Владыка выбырати едно крылошани обравши маютъ повидѣти Владыцѣ, а Владыка его благословити маетъ, а который помнѣ бꙋдꙋчій немили такъ держати и наше надане листа того псовати и заничого его не мати, натомъ давꙋдъ клятва Божія и святыхъ отецъ, триста осмнадесять и неблагословение отъ нашого звѣрхнего пастыря, кѵръ Макарія Митрополита кіевского и галицкого и всея Рꙋсы, и Епископа премыского и самборского Арсенія и нашой столочности Макарія Епископа галицкого и лвовского Каменця подолского неблагословеніе и клятва церковная, давꙋдь проклятъ всей вѣкъ и бꙋдꙋщый. А кеємꙋ нашемꙋ листови печати есмо свои привѣсили для лѣпшой вѣрности, а на тотъ часъ были о Христѣ почесныи крылошани отецъ Федоровскій Захарія намѣстникъ, отецъ Николинскій Стефанъ, отецъ

Digitized by Google

Богоявленскій Антоній, отецъ Благовѣщенскій Іаковъ, отецъ Воскресенскій Григорій, отецъ Спасній Актономъ, отецъ Покровни Іоаннъ, отецъ Вознесенскій Григорій и діаконъ Захарія, дата листу Року Божія Тисяча пятьсоть чотыридесять девятого Індикта семого мѣсяца Ноемврія шостонадцятого дне, на святого апостола и евангелисти Матѳея.

Милостію Божію пречистія его Матери. Мы Макарый Архіепископъ Митрополитъ кіевскій и галицкій и всея Русы, чинимъ знакомъ симъ нашимъ листомъ кому будетъ потреба того видати, албо чтучи его слышати и иншимъ и напотомъ будучимъ штожъ которая епископія митрополіи галицков, отъ колка сотъ лѣтъ згибла была азароненна была немаючи пастыра своего Епископа, въ тихъ славутныхъ мѣстахъ, въ Галичы въ Львовѣ и въ Каминцѣ подолскомъ, то такъ Господаръ нашъ святой и славной памяти, его милость Король Жикгимонтъ и великій князь литовскій видячи то ижъ въ тихъ столечныхъ мѣстѣхъ хвала Божія непомалу оскудѣла а зклаща люди стадо Христоко, безъ пастыра своего были, рачилъ его королевская милость зазданіемъ нѣкоторыхъ пановъ, радъ тамошнихъ, Епископа встановити, и тую Епископію дати славетному Макару тучапскому, гдежъ мы ведле воли и розказанія Господарского того Макарія на Епископію митрополіи галицкой освятили и благословили и отъ себе намѣстникомъ кмѣсто Епископа своего дворного поставили, даючи ему моцъ отъ себе въ справахъ духовнихъ якъ ся маетъ въ парафѣи своей по благословенію нашому справовати, то пакъ оний Макарій будучи вже Епископомъ и выдячи великов зинищеніе церкви столечной соборной во Львовѣ предъ муры, святого великомученика Христова Георгія и поповсков убоство, зачимъ хвала

Божіа не може справована быти, втой соборной церкви вчинивши обмову со освященным и боголюбивимъ Епископомъ Богомъ спасаемыхъ градовъ Премышла и Самбора, отцемъ Арсеніемъ изъ иншими нѣкоторыми зацными особами духовными и свѣцкими, записаніемъ и вспоминаніемъ нашимъ пастыра ихъ старшого вчинили соборъ въ церкви святого великомученика Христова Георгіа для уустановленіа хвалы Божіа, и записалъ священникомъ на крилосъ листомъ своимъ тотъ Епископъ Макарій зъ отцемъ Владыкою премыскимъ на вѣчнии часы, ижъ маетъ онъ самъ священникомъ соборнимъ и понемъ будучимъ Владыки лвовскіи то полнити и видавати вѣчними часы, то есть коли церковь свѣтити въ повѣтѣ лвовскомъ, Владыцѣ половина, а на крылосъ священникомъ, половина а ижъ ни маетъ одинъ крылошанинъ при Владыцѣ ехати на тое посвященіе, а коли церковь старую посвятити, то все крылошаномъ, а Владыцѣ отъ того ничого, а если ставленникъ пригодѣтся на чіи Недѣли тотъ священникъ маетъ ему духовнимъ быти, а отъ того маетъ въ него шесть гроши взяти, которыи попы того дня при Владыцѣ служити будутъ, тимъ ставленникъ маетъ по грошу дати а если кто дастъ на десять сорокоустовъ, Владыцѣ половина, а крылошаномъ половина, а коли на два албо три сорокоусти или на пять дадутъ, отъ того Владыцѣ ничого все крылошаномъ, а священника безъ позвовъ своихъ або намѣстника своего немаетъ никому куотказу ставити и чый поводъ права будетъ, маетъ тому отложити шесть грошей, тожъ ему оказовати повиненъ, а коли которому крылошанину церковь свою посвѣтити, отъ того Владыка не матъ ничого внего брати, едножъ повиненъ будетъ про него обѣдъ справити, а который крылошанинъ сына своего въ попы всхочетъ поставити, Владыка маетъ его дар-

Digitized by Google

мо совершити ничого отъ него не берѹчи, когда Владыка бы оумерлъ, крылошани маютъ держати Єпископію вмоцы своей съ паны земляны изъ паны мѣщани, и скарбы Владычныи и церковни вцѣлости до воли Господарскои, и который выстѹпъ крылошанинъ вчинитъ противъ Владыцѣ, маетъ его скарати ведле правилъ свѧтыхъ отецъ дѹховнымъ правомъ, а намѣстника не маетъ Владыка выбирати одно крылошани зблагословеніемъ его, который записъ его передъ нами вказовали и такъ сѧ въ собѣ маетъ, и были намъ чоломъ вси крылошани соборнои церкви, свѧтого великомѹченика Христова Георгіѧ зо Лвова, абымо имъ ведле записѹ и листа Владыки, ихъ милости листомъ нашимъ потвердили навѣкъ вѣчныи часы, и бы тое записаніе отъ инших Єпископовъ тамошныхъ непорѹшенно было. Мы вѣдѧчи рѣчъ слѹшнѹю а зваща церкви Божои и слѹжителемъ церковнымъ вѣчисте потверждаемъ оныи записъ Владыченъ крылошаномъ свѧтого Юра симъ нашимъ листомъ на вѣчніи часы, маютъ то вси Владыки бѹдѹщіи Лвовскіи крылошаномъ ничого отъ того записѹ Владычного не отстѹпѹючи полнити на вѣчніи часы. А если бы который Владыка хотѣлъ сесь записъ порѹшити и того крылошаномъ неполнити, покладаемъ на нимъ клѧтвѹ свѧтыхъ отецъ семи соборовъ и отъ насъ пастыра своего дабѹдетъ проклѧтъ всій вѣкъ и вбѹдѹщій, нащтожъ есмо кемѹ листѹ нашомѹ и печать нашѹ манстатнѹю привѣсили, писанъ въ Новогородкѹ, Лѣта Божого нарожені Тысѧча пѧтьсотъ чотыридесать девѧтого, Мѣсѧца Генвара десѧтого днѧ. Волею Божію Макарій Архієпископъ Митрополитъ Кієвскій и Галицкій и всеѧ Рѹси. А такъ мы за чоломъ битіемъ и прозбою тыхъ крылошановъ всѣхъ церкви соборной Лвовской свѧтого великомѹченика Георгіѧ, а принесеніемъ и показаніемъ правъ нашомѹ со-

Digitized by Google

боръ презъ Івана Нашиницкого и запричиною всѣхъ упомѣненыхъ Єпископовъ и всѣхъ крылошанъ ихъ также иншихъ людей зацныхъ духовныхъ и свѣцкихъ принасъ насемъ соборѣ будущихъ тое право ихъ листи помѣнении привилева передъ нами черезъ нихъ покладаніе, а весь листъ нашъ слово отъ слова вписаніе заховуючи и зоставуючи ихъ вовсѣхъ ихъ членкахъ и артикулахъ, яко вних ширеи описуеть при зуполной моцы и важности навѣчніе а ныгде непорушніе часы, овшемъ то имъ симъ нашимъ иннѣшнимъ листомъ потвержаемъ измоцняемъ маютъ оны крылошани помѣненіи Львовскіи закону святого грецкого, а поныхъ потомкове ихъ, тыхъ свободъ правъ волностей своихъ отъ продка нашего и отъ его королевской Милости также отъ насъ имъ наданыхъ, оныхъ уживати обьясняючи то ижъ кгды Владыка, будь теперѣшній або и напотомъ колижъ колвекъ будучіи Єпископови зсего свѣта зойдетъ будуть волни оникрылошани веспол спани земняни и спани мѣщани Львовскими всю Єпископію и зовсѣми ей доходы и скарбы церковными часу зойстя Єпископа Львовского вмоцъ свою взяти, онное держати вживати, ажъ до року зуполного нѣкому неуступуючи, а выдержавши рокъ Єпископови нареченному албо и освященному Владыцѣ на онъ часъ кому дасть людъ Галицкому и Львовскому зовсѣмъ вцалости подати повинни будуть, але здоходовъ Єпископскихъ задержанія своего никому ныгди личбы чинити небудуть повинни а если бы Єпископъ иннѣшній Львовскій и по немъ который Владыка будучій хотѣлъ сесь привилей нашъ порушити и того крылошаномъ неполнити дабудетъ отлученъ отъ Отца и Сына и святаго Духа и проклятъ и посмерти неразрѣшонъ, также да иметъ клятву святыхъ отецъ вселенскихъ седмисоборовъ и на то дались мо тимъ крылошаномъ Львовскимъ

сесь нашъ привилей на паркгаменѣ писаній, а на твердость товй речи до сего привилею нашого печать нашу привѣсити всмо велѣли и руку нашу власную подписали. Писанъ оу берестю на соборѣ нашомъ, року понарожденїю Їисусъ Христа Сына Божого, Тысяча пять сотъ девятдесять Мѣсяца Июня двайцятого дня.

Михайло Архїепископъ Кїевскїй и Галицкїй и всея Руси, рукою власною. Мелентїй Хребтовичъ, Єпископъ Володымирскїй и Берестенскїй, Прототрони Архїмандритъ Кїевскїй, власною рукою. Гедеонъ Єпископъ власною рукою. Кирилъ Терлецкїй, Божїю Милостїю Єксархъ Митрополїи кїевской, Єпископъ Луцкїй и Острозскїй, власною рукою. Леонтїй Полчицскїй, Божїю Милостїю Єпископъ Туровскїй и Пинскїй Архїмандритъ Лѣщенскый, рукою власною. Дїонисїй Збѣрузскый Єпископъ Холмскїй и Белзскїй, власною рукою.

Nominatus a rege *Sigismundo I* Episcopus Ruthenus Leopoliensis *Macarius Tuczapski* consecrabatur a Metropolita Rutheno *Kijoviensi Macario II*, et insigniebatur titulo *Episcopi Leopoliensis et Camenecensis nec non vicarii Metropoliae Haliciensis.* Ab hoc Episcopo inchoatur inde ab anno 1539 series Episcoporum Ruthenorum *Leopoliensium, Haliciensium et Camenecensium,* quorum usque ad restaurationem Metropoliae Haliciensis anno 1808 numerantur *tredecem,* ex quibus tres simul dignitate *Metropolitana Kijoviensi* fungebantur videlicet:

1. Macarius Tuczapski (1539—1549); 2 Arsenius Balaban (1549—1565), 3 Gedeon Balaban (1566—1607), 4 Jeremias Tessarowski (1607—1641), 5 Arsenius Zeliborski (1641—1658), 6 Athanasius Zeliborski (1658—1667), 7 Jeremias Swistelnicki (1668—1676), 8 Josephus Szumlański (1668—1710), inter quos duos ultimos Episcopos erat lis de jure ad

Digitized by Google

Episcopatum, et hoc tempore nempe anno 1681 consecratus erat a Patriarcha Constantinopolitano Jacobo *in Metropolitam Halicienſem, Camenecenſem et Exarcham* minoris Russiae quidam *Pancratius*, qui ad sedem suam non pervenit; 9 Barlaam Szeptycki (1710—1715), 10 Athanasius Szeptycki (1715—1746), 11 Leo Szeptycki (1749—1779), 12 Petrus Bielański (1780—1798), 13 Nicolaus Skorodyński (1798—1805). Josephus Szumlański erat administrator Dioecesis Metropolitanae, Athanasius Szeptycki vero et Leo Szeptycki fungebantur munere Metropolitarum Kijoviensium.

§. 12. Accessus Hierarchiae Ruthenae, sub regimine Polonico existentis, in synodo Brestensi ad unionem cum s. Sede Romana, per concilium Florentinum definitam.

Circa finem saeculi XVI (an 1596) accessit Hierarchia Ruthena, sub regimine Polonico existens, in synodo Brestensi ad unionem cum s. Sede Romana, per concilium Florentinum definitam, de quo habentur sequentia historica monumenta.

Rex Poloniae Stephanus Bathory feliciter pugnabat contra Magnum Ducem Moscoviae Joannem Basilovicz, ad cujus preces misit *Gregorius* Papa XIII anno 1581 Moscoviam *Antonium Poſſevinum* Jesuitam, ut de pace et unione Ecclesiastica, in Concilio Florentino ab *Isidoro* Metropolita Russiae acceptata, tractaret. *Poſſevinus* promittebat, Papam cum Imperatore Romano et aliis Regibus Catholicis effecturum esse, ut praefatus magnus Dux imperio Graeco et Constantinopoli, pulsis teterrimis tyranis Turcis potiretur. *) Verumtamen idem *Poſſevinus* post multas cum dicto Magno Duce habitas disceptationes rebus infectis anno 1582 Moscovia reversus, commorabatur in Polonia. Adhuc ex Moscovia proponebat *Poſſe-*

*) Epist. Papae Gregori XIII ad Joannem Basyloviez data Romae 1582 Kalendis Octobris

sinus Papae, ut unio Ruthenorum in Polonia tentetur, siquidem multi eorum ad ritum latinum transierant, qui potius ad unionem perducendi essent, et suadebat sequentia ad id media, ut illi qui a Papa ad dictam unionem constituendam sive ex *Jesuitis sive ex aliis* essent missi, *Sanctos Ruthenae Ecclesiae, ejus imagines, jejunia et ritus colant, et ut Papa ad Archiepiscopum et Episcopos Ruthenos exararet literas, quibus eos ad unionem invitaret, eisque protectionem et alias gratias appromitteret.* Sicut unio sanctarum Dei Ecclesiarum in se est res bona, quia eam fides Christiana urget, ita etiam media ab *Antonio Possevino* ad obtinendam unionem Hierarchiae Ruthenae cum s. Sede Romana proposita omnem merentur laudem. In sequentibus adducemus adhuc alia monumenta historica, quae vergunt in laudem societatis Jesu ex hac parte, ut unio Ruthenorum convenientibus mediis constitueretur. *) Commorans in Polonia *Possevinus* conferebat cum Ruthenis

---

*) Jam coaevus scriptor Polonicus Eppus Premisliensis r. l. Paulus Piasecki objurgavit Jesuitas in sua chronica ad an. 1616, quod iidem apud regem Sigismundum III hunc habuerint influxum, ut omnium politicorum errorum regiminis Polonici totum fuerint authores et causa. Has objurgationes Jesuitarum repetunt etiam recentiores scriptores Polonici. Sed rejicimus hic has objurgationes antiquorum et recentiorum scriptorum Polonicorum, qui trutinando causas aversionis Ruthenorum a republica Polonica ejusque interitus neque volentes conscientiose anteacto regimini Polonico exponere injurias Ruthenis illatas, misso hoc interno argumento secundum consuetudinem suam ponunt illud externum, acsi Jesuitae induxissent praefatam calamitatem Poloniae, instillando regibus, nobilitati, magistratibus, clero caeterisque incolis Poloniae odium contra Ruthenos sive nonunitos sive unitos seu catholicos, et pertrahendo eos ad ritum latinum. Verumtamen existentibus documentis, quae contrarium probant, defendimus societatem Jesuitarum adversus hanc calumniam, exceptis nefors quibusdam ejus membris in specie Polonicis. Sola veritatis catholicae propa-

Digitized by Google

Ecclesiasticis et Magnatibus, nominatim vero cum duce *Constantino Ostrogiensi*, qui proveniebat e prosapia ducis et regis Ruthenorum Haliciensis *Danielis*, ac secundum relationem legati *Opitonis* datam ad Papam erat tenacissimus paternae fidei aequalisque tempore pacis Numae et tempore belli Romulo et eos ad unionem cum Ecclesia Romana permoveret. Hae con-

---

gatio per Jesuitas non potest eis vitio verti, neque Ruthenis officere. Jam autem injuriae Ruthenis non solum nonnullis sed etiam catholicis in Polonia illatae proveniunt ex alio et quidem ex hoc fonte, quod regimen, nobilitas et magistratus Polonici intenderent nationalitatem, linquam et ritum Ruthenorum extirpare, ducti rationibus politicis, materiariis et egoisticis. Eo minus possunt Jesuitae esse auctores praedictarum injuriarum, Ruthenis cum damno Poloniae illatarum, quo magis regimen Polonicum sistitur qua exemplar omnium regiminum et Polonici viri status depraedicantur qua celeberrimi in universo terrarum orbe : quomodo itaque tale regimen et tales viri permitterent Jesuitis tanta damna suae reipublicae patrare ? Poloni permiscebant sine dubio sua humana Divinis et sub specie catholicitatis pessumdabant Ruthenos praeprimis schismaticos dein autem etiam catholicos ; sed ex hac religiosa forma persequutionis Ruthenorum non est concludendum, Jesuitas et clerum Polonicum in genere parasse Ruthenis ruinam. Jesuitae et Clerus Polonicus tantum adhibebantur qua medium ad praedictum finem regiminis Polonici et si iidem non distinxerant zizania a tritico, a culpa quidem absolvi non possunt ; attamen excusandi sunt spissitate nebularum, in quibus versabantur, quasque paucissimi, clarius videntes viri non sufficiebant remollescere. In hoc itaque habetur vera causa calamitatum Ruthenorum nec non Poloniae, quae non valebat circa Ruthenos melius sapere. Neque hodie Poloni alia sensa erga Ruthenos manifestant, quam illa a majoribus tradita, ut quoque ad hodiernos Polonos applicari possint verba in solatium Ruthenorum : „Quicumque— volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi. Neque enim, qui circumciduntur, legem custodiunt, sed volunt vos circumcidi ut in carne vestra glorientur.“

Digitized by Google

sultationes ***Possevini*** cum Ecclesisticis et Magnatihus Ruthenis ac in specie cum duce ***Constantino Ostrogiensi*** non carebant eventu, prouti id videbimus ex mox adducenda epistola praefati ducis.

Dependentia Ecclesiae Ruthenae a sede Patriarchali Constantinopolitana erat cum innumeris ac gravissimis damnis pro eadem Ecclesia et pro Ruthenis in genere conjuncta; ob eandem nempe implicabantur Rutheni in schisma Photianum et Cerularianum, quod jam in se ipso summa calamitas pro Graecia et Russia dici debet, et quod etiam alia mala sicut pro Graecis ita etiam pro Ruthenis imprimis in Polonia existentibus, comitabantur. *) Rutheni praecedentes et invenientes

---

*) Praeter supra jam allata mala, quibus Rutheni in genere et Ecclesia eorum in specie in Polonia premebantur, adducimus alia recte ex hoc tempore in quo versamur: Reges Poloniae nominabant in Eppos et abbates homines laicos e familiis nobilibus, qui ad has dignitates non erant qualificati et solum modo dotationes Ecclesiasticas anhelabant destinatas etiam ad sustentationem scholarum et nosocomiorum. Stante adhuc vita Epporum convertebant sese nobiles ad reges et senatores, ut obtineant nominationem in Eppos, et titulabant sese nominatos Eppos. Tali modo nominatus erat an. 1563 nobilis Joannes Jackowicz Borzobohaty-Kraseński in Eppum Vladimiriensem et Brestensem. (Lib. castr. Luc. ad an. 1563 p. 30.) Anno 1569 titulabat sese quidam Andreas Joanowicz, qui erat an. 1566 subcapitaneus Luceoriensis, nominatum Eppum Brestensem et Turoviensem, et ambiebat an. 1569 in conventione Lublinensi pro magna pecuniae summa (400 копъ грошей) nominationem in Eppum Luceoriensem, quae tamen sequuta non est et mortuus est anno 1579 qua nominatus Eppus in statu laicali. Intra annos 1561 — 1567 commemoratur nominatus Eppus Luceoriensis et Ostrogiensis Marcus Żorawnicki, qui regebat hunc Eppatum in statu laicali. Anno 1571 obtinuit Michael Ihnatowicz Dezusa literas regias in hegumenum monasterii Dermanensis, cui praerat in statu laicali et

Digitized by Google

sese in Polonia omnis generis angustiis undequaque cinctos ultimum et certe fortissimum refugium habebant adhuc in Ec-

---

pulsus erat inde per ducem Constantinum Ostrogiensem an. 1575. Etiam monasterio Czernczycensi praefuit longiori tempore in fundamento literarum regiarum nobilis Dorohostajski, ex quo ab eodem duce an. 1574 ejectus erat. (Lib castr. Luceor. ad an. 1574 pag. 219.) Obtentas regias nominationis in Eppum literas vendebant nobiles aliis pro certa pecuniae summa, et ita vendidit sub 24 Aprilis 1580 Stanislaus Żołkiewski, vicarius Capitanei Belzensis, suam nominationem in Eppum Vladimiriensem et Brestensem Eppo Vladimiriensi Meletio Chreptowicz (Lib. castr. Vladim. ad an. 1580 p. 167.) Aliquando nominabant reges duos nobiles laicos eodem tempore ad eundem Eppatum, qui de eodem non solum querelis sed etiam armata manu concertabant. Licet porro reges Poloniae literis suis administrationem vacantium Eppatuum Collegio (Capitulo) cleri Eppalis commiterent, tamen haec decreta regia carebant effectu, et mortuo Eppo vel abbate accipiebant officiales regii bona Eppalia et Abbatialia in suam tutoream, occupabant peculium Ecclesiasticum, appropriabant sibi vel anihilabant literas fundationales et eradebant inscriptiones fundationales pro Ecclesiis, factas in codice Evangelii. Inter melius dotatos Eppatus Ruthenos pertinebant Vladimiriensis et Luceoriensis. Ad primum pertinebant Ecclesia cathedralis Obdormitionis B. M. V. Vladimiriae castellum Vladimiriae cum multis palatiis, civitas Kwasow, sedecem villae in districtibus Vladimiriensi et Luceoriensi, civitas Ozerany cum undecem villis insula Voloslaw in flumine Luh, ubi erat monasterium S. Onuphrii. (Lib. castr. Vladim. ad an. 1593 p. 250) Ad alterum pertinebant Ecclesia cathedralis S. Joannis Baptistae Luceoriae, extructa per magnum ducem Lubartum, in qua idem et alii duces Rutheni sepulti erant, porro Ecclesia cathedralis in Ostrog, Ecclesia S. Vladimiri in civitate Vladimiria, quatuor civitates, triginta quatuor villae in districtu Luceoriensi et Vladimiriensi, civitates Chorłup et Żabcze erant fortalitia. (Lib. castr. Luceor. ad an. 1591 p. 314. Lib. castr. Vladim. ad an. 1586 p. 104.) Anno 1565 post mortem Eppi Josephi concertabant de Eppatu Vladimiriensi et Brestensi

Digitized by Google

clesia sua et in ritu suo Graeco-Slavico, ipsumque schisma apparebat multis qua medium sese concentrandi contra extir-

nobilis Iwan Borzobohaty-Kraseński et Eppus Chełmensis Theodosius Łazowski, ambo in fundamento literarum regiarum. Ex hac pugna, quae ducebatur armata manu. evasi victor Theodosius Łazowski, nobilis autem Iwan Borzobohaty-Kraseński obtinuit nominationem regiam in Eppum Luceoriensem et Ostrogiensem an. 1567 post mortem Eppi Marci Żorawnicki, sed non quaerebat consecrationem in Eppum licet ad id per Metropolitam Jonam moneretur, et primum an. 1571 venit ad Metropolitam pro consecratione, qui ei depositione minabatur. Hic Eppus distribuebat fundationes Ecclesiasticas inter suos cognatos et affines, donec a rege Stephano Bathory proscriptus et an. 1585 mortuus esset. Post ejus mortem nominatus erat in Eppum Luceoriensem et Ostrogiensem literis regiis sub 9 Maji 1585 Cyrillus Semenowicz Terlecki, antehac Eppus Pinscensis et Turoviensis, qui descendebat e familia nobili Ruthena, possidenti bona Tarło, Lubochora, Swina et Rosochi in districtu Premisliensi. Cyrillus Terlecki invenit dotationem sui Eppatus in tristissimo statu, quam per multos processus recuperare debebat, in quo juvabat eum dux Constantinus Ostrogiensis, ut videri potest ex ejus literis sub 16 Juli 1590 ad subjectos sibi Capitaneos datis. Ut fundationem Ecclesiasticam in futurum tutam constitueret, curavit Eppus Terlecki inferre diploma regis Sigismundi III datum sub die 23 Aprilis 1589 in acta publica, quo quidem diplomate praescribebatur vacantium bonorum Eppalium Capitulis. (Lib. terrest. Luceor. ad an. 1590 p. 334.) Verum tamen despoliationes Ecclesiarum Ruthenorum non cessabant. Ita magistri rotae regiae Jacobus Potocki et Andrianus Dobrynicki armata manu despoliarunt 29. Decembris 1590 Ecclesiam in Krupce. (Lib. castr. Vlad. ad an. 1590 p. 596.) Capitaneus Luceoriensis et Castellanus Braclaviensis Alexander Semaszko, origine Ruthenus, sed ad ritum latinum pertractus, maxime infestabat Eppum Cyrillum Terlecki, de quo habetur ejus quaerella ad acta castrens Vladimiriensia sub 24 Aprilis 1591 porrecta (vide eadem acta ad an. 1591 p. 375.) Ex hac quaerela apparent sequentia. Anno 1591 die 20 Aprilis venit

Digitized by Google

pationem. Postquam vero Poloni alia adminicula vitae Ruthenorum emoliverant, eo majori tunc vehementia aggressi sunt

---

Eppus Terlecki die magni sabbathi Luceoriam, ut in Ecclesia cathedrali in festo paschatis celebraret, sed Semaszko permisit tantum ei cum uno servo aditum in Castellum, ubi erat Ecclesia cathedralis, amotis reliquis e clero et populo. Ideo die magni sabbathi et die paschatis non celebrabantur divina in Ecclesia catbedrali. Eppus sedebat duos dies incarceratus sine esca et potu. Hoc tempore servi Semaszko infestabant Ecclesiam cathedralem cum manuali armatura. Ex hoc tempore infestabat Semaszko Eppum Terlecki et ingerebat sese in jurisdictionem Eppalem, quem etiam in suum judicium vocabat, et contra quem falsos testes conduxit, ut testarentur, quod ducat vitam libidinosam. (Lib. castr. Vladim. ad an. 1591 p. 533) Verum sicut haec ita etiam aliae accusationes, ac si idem Eppus esset occisor, ac si faceret falsam monetam, ac si celaret fures sunt merae calumniae sparsae ab invasore Semaszko et ab iis, qui ei propter ejusdem zelum unionis non favebant. Contra injurias ex parte Alexandri Semaszko quaerebat Eppus Terlecki auxilium tribunalis Lublinensis et restitutionem damni efficientis 10 000 florenorum polonicalium. Tribunal agnovit ejus jus in Eppatum, jam vero quoad revindicationem damni relegavit eum ad judicium castrense Vladimiriense. Hoc judicium decretavit hanc restitutionem sed advocati Semaszko recurrebant ad judicium tribunale. (Lib. castr. Vladim. ad an. 1592 p. 344) Anno 1592 stetit complanatio inter Semaszko et Eppum Terlecki. (Lib. castr. Vladim. ad an. 1592 p. 500.) Post synodum Brestensem an. 1590 referebat Eppus Terlecki Sendomiriae regi de conclusis hujus Synodi et in hac absentia ejus spargebat quidam Borowicki rumorem, eundem mortuum esse, occupavit palatium Eppale in Ostrog, et requirebat a servis ejus ubi asservaret pecuniam. Contra hanc violentiam porrexit Eppus Terlecki sub 4 Octobris 1590 querelam ad judicium castrense Vladimiriense. (Lib. castr. Vladim. ad an. 1590 p. 596.) Dictus Semaszko invasit etiam die 18 Maji 1591 monasterium Żydyczynense (Lib. castr. Luc. ad an. 1591 p. 458) et Christoph Łodziński die 9 Junii 1593 monasterium Dorohobużense. (Lib.

Ecclesiam et ritum Ruthenorum, ad quod recte eorum schisma obmovebatur. Jam autem Rutheni ob schisma suum non

castr. Luc. ad an. 1593 p.641.) Anno 1593 die 13 Januarii mortuus est Meletius Chrebtowicz-Bohurynski Eppus Vladimiriensis et Brestensis et Archimandrita Kijovopeczarensis. In archimandritam Kijevopeczarensem electus erat Nicephorus Tur, cui fiscalis regius Sośnicki tradidit bona monasterii, civitatem Vasilkow cum castello, civitatem Radomyśl cum Castello et quinquaginta novem pagos in districtibus Kijoviensi, Ovrucensi, Luceoriensi, Pinscensi, Nowhorodvolynensi, Mozyrensi et Orszaensi cum piscaturis in Dniepr. (Descript. fund. Kijevopeczarens. Monasterii sub 24 Aprilis 1593.) In Eppum Vladimiriensem et Brestensem nominatus erat an. 1593 Adamus Pociey, Castellanus Brestensis in consecratione dictus Hippatius, vir eruditus. Rex demandavit sub 4 Martii 1593 duci Constantino Ostrogiensi, ut ei tradat bona Eppalia. (Lib. castr. Vladim. ad an. 1593 p. 235.) Notamus hic ex hoc tempore adhuc sequentia. Anno 1566 die 1. Aprilis invasit officialis Eppi Marci Żorawnicki, nomine Niemiecki monasterium Krasnoselcense Salvatoris, et verberavit nominatum hegumenum Bogdanum Szaszka, volens eum interficere, nisi sese in Ecclesia celasset. (Lib. castr. Luc. ad an. 1566 p. 79) Anno 1574 die 2 Julii nobilis Stanislaus Grajewski mandavit servis suis, ut capiant Sacerdotem Luceoriensis Ecclesiae ad protectionem B. M. V. nomine Gregorium, quem verberavit, minans quod paratus sit eum decolare. (Lib. castr. Luceor. ad an. 1574 pag. 77) Anno 1583 die 2 Martii porrexit hegumenus monasterii B. M. V. in Łuck Pater Mathias quaerelam contra Judeum Luceoriensem Scheja, quod dictum monasterium adjutus aliis invaserit et spoliaverit. (Lib. castr. Luc. ad an. 1583 p. 269) Anno 1590 peragebat Eppus Vladimiriensis Meletius Chreptowicz-Bohuryński solennem processionem Vladimiriae. Quando processio pervenerat ad Ecclesiam S. Nicolai in platea Judaica, juventus judaica imepetebat Eppum et Clerum lapidibus. Re ad judicium castrense delata vocati erant Judaei ad dandam rationem, qui tamen requirebant, ut ad juramentum in testimonium suae innocentiae admittantur, quod eis judicium concessit, et quo

Digitized by Google

poterant non pallere. Itaque Episcopatus Ruthenus sperabat, suscepta Unione cum S. Sede Romana cessaturas esse angustias suprafatas Ruthenae nationis in Polonia, imo reparari posse damna eidem illata. Hoc loco praeterire non possumus repraesentationes Polonorum politicas in constituenda Ruthenorum unione Ecclesiastica. Distinguimus autem has repraesentationes Polonorum politicas ad intra et ad extra. Rex Sigismundus III in manifesto suo, dato 21 Septembris 1595 *) respiciendo statum internum regni Poloniae declaravit: „Nostrum maximum desiderium consistit in eo, ut nos cum subditis nostris possimus permanere in una universali Ecclesia, sub uno vero pastore, ut glorificemus Deum, uno ore et uno corde, ut permanentes in tali unione secundum officium christianismi introducamus inter populos unius et indivisae reipublicae concordiam unitatem et amorem, haec suprema et generalia bona, et ut tali ratione conservemus et firmemus integritatem vinculi regni.“ Jam autem respiciendo statum externum regni Poloniae declaravit rex Sigismundus III manifesto dato 29 Maji 1596. **) „Clarum est omnibus unitate et con-

justificati declarabantur. (Lib. castr. Vlad. ad an. 1590 p. 236.) Anno 1594 die 22 Julii comparuit ad judicium castrense Vladimiriensis Sacerdos Ruthenus Suchodolscensis Naum, et quaerebatur contra nobiles Oranscios, qui armata manu invaserant Suchodoliam, pertinentem ad Ducem Georgium Czertoryjski, et revertentem ex agro dictum sacerdotem cogebant super verberatum ad mortem quendam hominem dicere orationem. Post hanc orationem verberabant illum sacerdotem, abduxerunt eum cum mortuo suprafato homine in suam haereditatem Orany, et catena conjunxerunt eum cum mortuo in turri super quem dixerat orationem. (Lib. castr. Vladim. ad an. 1594 p. 560.) Persequutiones Ruthenorum in dioecesi Leopoliensi ex eodem tempore adduximus jam p. 63—65 in nota.

*) Lib. Act. terrestr. Vladim ex an. 1595 ad 1596 p. 104.

**) Lib. Act. castr. Luceor. ex an. 1595 ad 1596 pag. 129.

Digitized by Google

cordia ipsas parvas res crescere et fieri magnas, discordia autem etiam maximas res interire et eadere. Hanc veritatem confirmant exempla, quae praestat Historia. Antiquis temporibus quando Ecclesia orientalis permanebat in unione cum occidentali, regna perveniebant ad magnam gloriam et invincibilem potentiam. Quare magni imperatores, reges et potentes monarchae semper cum magno zelo curabant inducere unitatem inter has Ecclesias, quae saepius una ab altera recedebant. Haec exempla imitantes et Nos toto animo desideramus esse in unitate cum Nostris subditis, quos omnipotens Deus concredidit in Nostram potestatem et regimen. Post schisma Ecclesiae Graecae a Romaua Ecclesia omnis ira Dei venit super homines, christianitas patitur innumerabilia damna, regna subjacent lugubri sorti, magna et celebria regna cadunt in paupertatem, insignes homines opulentarum et celebrium regionum patiuntur servitutem in potestate in fidelium. Praesenti imprimis tempore magis ac magis crescunt crudelitates et oppressiones ex causa discordiae inter christianos et potentiam inimici (Turcarum), qui omnibus viribus conatur extirpare gloriam Dei.“ Praeterea rex Sigismundus III etiam ideo intendebat unioni Ruthenorum cum Ecclesia Romana, ut vinculum religiosum inter schismaticam Moscoviam et inter Ruthenos etiam schismaticos in Parva Russia, Poloniae incorporata, rumpatur. *) Itaque rex Sigismundus III quaerebat unionem Ruthenorum respiciendo etiam statum politicum Poloniae internum et externum. Unio Ruthenorum cum Ecclesia Romana, in se ipsa in fide christiana fundata, sub hoc utroque respectu suffiiciebat. Quum vero sub hoc utroque respectu non solum rex Sigismundus III, sed etiam alii reges Poloniae ac respublica Polonica attentaverunt extirpationem nationalitatis, linquae et ritus Ruthenorum eorumque omnimodam materialem et spi-

*) Vide. Rychcickiego Piotr Skarga i jego wiek, Kraków, 1850 T. I. p. 282. T. II. p. 17.

Digitized by Google

ritualem egestatem, hoc jam excedebat fines juris et charitatis christianae, et erat abusus potestatis super inbecillitatem Ruthenorum Polonico regimini subjacentium, qui quidem abusus potestatis eo magis damnandus est, quia Ruthenos, de unione cum schismate concertantes, recte ideo opprimendos esse duxit, et quia recte unionem Ruthenorum considerabat qua medium ad propositum finem, sedulo impediendo, ne Rutheni sint omnes non tantum disuniti sive schismatici sed etiam uniti sive catholici.

Negari sane non potest, etiam suscepta cum s. Sede Romana unione perdurasse miserias Ruthenorum, qui omnibus bene provisi venerunt sub regimen Polonicum, in luctuoso autem statu adjungebantur in hodierna Galicia monarchiae Austriacae: attamen altera ex parte permulta habentur monumenta, quae demonstrant, s. Sedem Romanam in facie regiminis Polonici Ruthenos catholicos salvasse a totali deletione. Quando haec monumenta sine partium studio perlustrantur invenitur omnimoda eaque vere materna protectio catholicae Ruthenae nationis ex parte s. Sedis Romanae, cujus tamen ordinationes in bonum hujus nationis a regimine Polonico et a singulis Polonis aegre ferebantur et quoquomodo praecludebantur, unde Pius Papa IX, uti supra dictum est, aperte loquitur de oppressionibus Ruthenorum unitorum in Polonia, quae schismaticum orientem non poterant non scandalisare, quae cum sincera catholicitate non possunt conciliari, et quae certe locum non habuissent, si falsae repraesentationes politicae animos Polonorum non obdurassent.

Constantinopoli anno 1453 per Turcas expugnata Patriarchae Constantinopolitani jugo Turcico pressi, non poterant disciplinam Ecclesiasticam debite manutenere, et iidem non fine promovendi boni spiritualis sed potius fine faciendi quaestus, ut deinde Turcis munera offere, atque penes digni-

Digitized by Google

tatem suam conservari possent, vel per ablegatos suos vel etiam personaliter excurrebant in Moscoviam et Russiam Parvam. Primus ex Patriarchis Orientalibus, qui personaliter in has oras venit, erat Patriarcha Constantinopolitanus Jeremias, qui constituit Moscoviae Patriarchatum et in Patriarcham Moscoviensem consecravit Jobum an. 1589. Idem Patriarcha revertens Moscovia, divertebat Russiam, Poloniae incorporatam, obtinuitque anno 1589 a rege Polonico Sigismundo III facultatem, instaurandi ordinem in Ecclesia Ruthena, quod tamen infeliciter successit, siquidem deposuit Metropolitam Kijoviensem et Haliciensem Onysiphorum Divoczka Petrovicz, virum zelosum, studio boni Ecclesiae et cleri flagrantem, (quod apparet ex supra adducto rescripto regis Sigismundi III dato ad ejus instantiam anno 1589 contra sic dictam tutoream bonorum Eppalium et Abbatialium per Palatinos et Capitaneos geri solitam), nec non ad unionem cum s. Sede Romana pronum, ob causam ostensibilem, quod esset bigamus. In locum hujus Metropolitae suffectus erat Metropolita Michael Rahoza vir caeteroquin circa unionem Ecclesiae Ruthenae cum s. Sede Romana bene meritus. Etiam depositio Eppi Rutheni Luccoriensis et Ostrogiensis Cyrilli Terlecki erat in proposito Patriarchae, qui tamen Patriarcham in alia sensa deduxit, ut ejus diplomate sub 6 Augusti 1589 dato constitutus esset Exarcha seu Vicarius Patriarchalis, quatenus captis consiliis cum suis Confratribus instauraret ordinem Ecclesiasticum, negligentes in hoc negotio moneret et manuduceret, ac Patriarchali potestate suspenderet vel deponeret. In hoc diplomate laudatur suprafatus Eppus qua vir sapiens et in Ecclesiasticis bene versatus. *) Jam autem Eppus Vladimirien-

*) Vide: Diploma Patriarchae Jeremiae confirmatum diplomate regis Sigismundi III sub 5 Februari 1595 in libro castren. Luccor. ex an 1595 — 1597 p. 73.

Digitized by Google

sis ad Bug hac vel alia occasione insigniebatur titulo Protothroni Metropoliae, qui eidem prae aliis Eppis praeeminentiam tribuebat. Insuper idem Patriarcha statuit in Synodo Brestensi anno 1589, ut Eppi Rutheni quovis anno mense Junio sub praesidio Metropolitae celebrarent synodum, et super bono Ecclesiastico deliberarent. Praeterea idem Patriarcha, videns propensionem Antistitum Ruthenorum ad unionem cum s. Sede Romana, eximebat ab illorum jurisdictione praecipuas Ecclesias, praesertim illas, ad quas formatae erant confraternitates, ex praecipuis dignitariis, magnatibus, nobilibus et civibus compositae, atque in figendo his Ecclesiis crucem Patriarchalem, easdem Ecclesias et confraternitates earum suae immediatae jurisdictioni subjecit. Tales Ecclesiae nominabantur Stauropigiae, et erant Kijoviae, Vilnae, Luceoriae et Leopoli. Etiam monasteria melius dotata in quavis dioecesi, et nominetenus in Vilna, in Sluck et in Krechow declarabantur pro exemptis a jurisdictione Epporum et Stauropigiae nominabantur. His corporibus moralibus a jurisdictione Epporum exemptis imponebant Patriarchae illam maximam obligationem, conservandi obedientiam et referentiam Ecclesiae Ruthenae ad sedem Patriarchalem Constantinopolitanam, et contraveniendi proposito Epporum, volentium ab hac obedientia et referentia recedere, et unionem cum s. Rede Romana suscipere. Et revera corpora ejusmodi moralia plurimum opponebant sese unioni cum s. Sede Romana, Episcopi vero Rutheni non poterant non aegre ferre hanc exemptionem a sua jurisdictione, quod ansam dedit variarum discordiarum et litium in Ecclesia Ruthena. Jam Metropolita Michael Rahoza interpellabatur a Patriarcha Constantinopolitana Jeremia, ut eidem praestaret 10,000 florenorum pol. pro tributo Turcarum Sultano solvendo, tales requisitiones veniebant etiam ab aliis Patriarchis non solum Constantinopolitanis sed etiam reliquarum sedium Patriarchalium Orientis. Eppi Rutheni, qui has requisitiones Patriarcharum habebant, et continuas praevidebant, sperabant

Digitized by Google

meliorem sortem Ecclesiae Ruthenae in Polonia fore in unione cum s. Sede Romana, quod apparet ex literis Epporum Hippatii Pociey et Cyrilli Terlecki Roma sub 29 Decembris 1595 ad Eppum Leopoliensem Gedeonem Boloban datis, in quibus legitur: „Melius est existere sub uno supremo Pastore quam sub quinque vel sex eorum, permanere in pace et amore cum Spiritualibus Romanis, a quibus dante Deo, erunt amor et protectio sanctarum Ecclesiarum et melior ordo.“ *)

Nec praetereunda est illa circumstantia, quod in Germania exorta reformatio integritatem fidei et doctrinae nec non cultum Divinum et Ecclesiae ordinem Hierarchicum summo periculo etiam in oris Poloniae exposuerit. Sicuti namque in scholis Polonicis schisma Ecclesiae Graecae et ritus Graecus ac Ruthenus impetebantur, ita in scholis Germanicis, quas juventus Polonica et Ruthena numerose frequentabat, doctrina et instituta Ecclesiae catholicae oppugnabantur. Hoc fiebat etiam multis scriptis publicis, quae ex Germania in Poloniam importabantur. Reformatio Germanica studebat Ecclesiam Graecam et Ruthenam in suas partes contra Ecclesiam Romano-Catholicam pertrahere. Notum tamen est, Ecclesiam Graecam non dedisse consensum suum reformationi Germanicae. Jam autem Eppi Rutheni in Polonia judicarunt recte ideo accedendum esse ad unionem cum s. Sede Romana per concilium Florentinum definitam, ut consuleretur integritati fidei et doctrinae nec non cultus Divini ac institutorum Ecclesiae Jesu Christi.

Ita rebus stantibus Episcopi Rutheni, nominatim vero Metropolita Michael Rahoza, Cyrillus Terlecki, Eppus Luceoriensis et Ostrogiensis et Hippatius Pociey, Eppus Vladimiriensis et Brestensis, qui ambo ultimi Eppi, uti supra expo-

*) Lib. castr. Vladimirien. ad an. 1596 pag. 106.

Digitized by Google

situm est, arcerbissimas oppressiones in suis dioecesibus experti sunt, et eruditione inter alios praeeminebant, praeprimis laborabant in cointelligentia cum rege Sigismundo III, ut ad finem perducerent unionem Hierarchiae et nationis Ruthenae in Polonia existentis cum s. Sede Romana. Quia tamen in hoc opere salutari videbant magnam oppositionem ex parte reliquorum Epporum, cleri inferioris, magnatum ac nobilium, civium nec non populi Rutheni; ideo usi sunt hac prudentia, ut prius in synodis trutinarentur illa damna, quibus Ecclesia Ruthena in Polonia ob schisma suum exposita erat, et contra quae proponebant et procurabant auxilium regis Sigismundi III necnon s. Sedis Romanae, si unio cum eadem renovaretur. Ad petiones regi Sigismundo III contra injurias Ecclesiae Ruthenae exhibendas concredebantur Eppo Cyrillo Terlecki chartae blancae cum sigillis et subscriptionibus Epporum, in quibus exarabantur non solum tales petiones contra supramemoratas injurias sed etiam documenta illa, quae circa constituendam unionem Ecclesiasticam erant necessaria. Hanc prudentiam suadebant supraindicatae circumstantiae, licet notum est, Episcopum Leopoliensem Gedeonem Boloban protestatum esse sub 1 Julii 1595, *) acsi cum his cartis blancis tali modo abusus factus esset, quamquam Eppus Cyrillus Terlecki contra hanc protestationem excipiebat, non fuisse id factum sine omni scientia Eppi Gedeonis Boloban et se ab eodem injuste accusari. **) Notum porro est, magnates, nobiles et clerum Ruthenum anno 1596 conscribsisse protestationem contra injurias, oppresiones et persequutiones, quas experiebantur Rutheni in et extra Ecclesiam contra multifaria diplomata regum et constitutiones comitiorum Poloniae, quae protestatio lecta erat ultimo die comitiorum hujus anni

---

*) Lib. castr. Vladim. ad an. 1595 p. 491.

**) Literae regis Sigis. III datae 28 Julii 1595. Lib. castr. Luceor. ad an. 1595 — 1597 p. 130.

Digitized by Google

in praesentia regis Sigismundi III per Martinum Buchowecki scriptorem Palatinatus Poznanensis, et inserta habetur in acta Varsaviensia. Si rex Sigismundus III et comitia regni has injurias sincere amovissent a Ruthenis post accesum ad unionem, certe tunc Rutheni ad quietem reducti essent, siquidem revera viderent meliorem rerum faciem cum nnione Ecclesiastica. Ast aliter evenit, uti dictum erat, et in sequentibus dictur. Denique scriptor Polonicus, Episcopus Premisliensis ritus latini Paulus Piasecki *) observat, saeculares potentiores Ruthenos aegre tulisse, paucos rem tantam, quae universos concerneret, perficiendam praesumpsisse, praesertim vero indignatum esse ducem Constantinum Ostrogiensem, Palatinum Kijoviensem, opibus et honoris senatorii gradu longe caeteris praeeminentem, et summam rerum gerendarum authoritatem in eadem religione obtinentem. Dissidia tamen haec essent composita, si regimen Polonicum revera unionem Ruthenorum non adhibuisset qua medium extirpandi nationalitatem Ruthenorum, de quo Hierarchia Ruthena catholica mox apud s. Sedem Romanam questa est. Praevidendum ergo erat id, quod magnates et nobiles Rutheni metuebant, Ruthenos unitos, a reliquo oriente avulsos, eo facilius a Polonis extirpandos fore, qui revera in proposito suo extirpandi Ruthenos ita rem tractabant, ut Rutheni nec omnes schismatici nec omnes catholici sint, quatenus ipsi, inter se divisi, sese pessumdarent, et quatenus inter duos litigantes res tertio cederet. Ex dictis apparet, regimen Polonicum non valuisse sicut alias politicas et Ecclesiasticas ita etiam quetionem de unione Hiearchiae Ruthenae cum Ecclesia Romana feliciter solvere, et quidem cum damno suo, cum damno Ruthenorum et cum damno Ecclesiae Catholicae. Verumtamen distinguentes inter objectum ipsum et media, licet circa media vituperemus ea, quae vitu-

*) In suo opere: Chronica gestorum in Europa singularium, Cracoviae 1648 ad an. 1595 pag. 164 et 165.

peranda sunt, ita objectum hoc, quale erat unio Ecclesiasticae et Catholicitas Ruthenorum omni gravitate propugnamus cernentes digitum Dei, qui peccata Poloniae tremendis poenis suis visitavit, quique Ecclesiam suam sanctam in misericordia Sua victoriam deportare faciet. Tandem non praetermittimus perstringere Magnates, Nobiles et alios Laicos Ruthenos, qui sese ingerebant in res Ecclesiasticas praepediendo Eppos, quos Spiritus s. posuit regere Ecclesiam Dei, quominus statuerent ea, quae eorum vocationis et officii sunt. Zelus itaque Laicorum Ruthenorum contra unionem Ecclesiasticam erat inordinatus, proveniens ex illa demoralisatione, cui obnoxia erat nobilitas Poloniae in genere. Inordinatus ille zelus et damnanda illa demoralisatio Nobilitatis Ruthenae apparet etiam ex eo, quod eadem magna ex parte nationalitate Ruthena derelicta pertransiverit ad nationalitatem Polonicam, et consequenter susceperit ritum latinum, derelicta s. unione Ecclesiastica Ruthenorum, quae tali ratione expoliata omnibus ornamentis, et praecipuis amissis per transitum ad Polonos, necnon privata dotatione Ecclesiarum et Spiritualium suorum, lugubrem praebuit faciem in conspectu Occidentis et Orientis, de quo questus est Metropolita Ruthenorum unitorum Josephus Velaminus Rutski in serius adducenda informatione, data Romam Congregationi praepositae negotiis Ruthenorum in materia religionis et Unionis propagandae. Sed nonsolum hac negativa ratione verum etiam positivis modis conculcabat Nobilitas Ruthena, suscepta nationalitate Polonica, s. Unionem Ruthenorum, siquidem eadem Nobilitas magis adhuc quam Polonica persequebatur nationalitatem et ritum Ruthenorum nonsolum schismaticorum sed etiam catholicorum. More quidem proselytarum in genere id fiebat; sed appertum est, demoralisatae nobilitati Ruthenae eandem catholicitatem in ritu graeco et latino, non placuisse in ritu graeco cum scandalo totius Orientis schismatici, et sicuti prius schisma ab eadem adhibitum fuisse qua medium ad terrena, ita eandem

Digitized by Google

postea etiam catholicitatem qua medium ad terrena tractasse, cum tamen juxta verba Christi venit hora et nunc est, quando veri adoratores adrabunt Patrem in Spiritu et veritate. Nam et Pater tales quaerit, qui adorent eum in Spiritu et veritate.

Ut melius intelligatur, quare Nobiles Polonici et Nobiles Rutheni ac Lithvanici non faverent unioni Ecclesiae Ruthenae tunc pertractatae, observari debent hic sequentia. Notum est, Nobilitatem Polonicam coarctasse ita potestatem regum suorum, ut regimen Poloniae penes eam esset, et ut eadem nulli regimini subjaceret. Terrae Ruthenae, Poloniae incorporatae, praestabant huic nobilitati caeteroquin pauperi occasionem ditescendi, quia in his terris patebant eidem bona terrestria, subditatus et officia civilia ac militaria. Schisma Ruthenorum orientale et ritus Graeco-Slavicus, quibus adherebant etiam aliqui magnates Lithvanici, inserviebant Nobilitati Polonicae qua causa postponendi Nobilitatem Ruthenam et Lithvanicam, eamque amovendi a regimine Polonico et a sic dictis libertatibus Nobilitatis Polonicae. Schismate vero Orientali coadunati magnates et Nobiles Rutheni ac Lithvanici resistebant aliquali ratione nobilitati Polonicae, et sub Sigismundo Augusto ocupabant dignitates senatoreas; quando vero Hierarchia Ruthena unionem Ecclesiae et nationis Ruthenae cum s. Sede Romana renovaverat, Nobilitas Polonica excipiebat contra hanc catholicitatem Ruthenorum et Lithvanorum ritum eorum Graeco-Slavicum ex eadam causa, quae supra allata est, nempe ea, ne haberet nobilitatem Ruthenam et Lithvanicam in acquirendis suis libertatibus propinquam et aemulam. Sicuti dictum fuit, nobilitas Polonica non desiderabat, ut omnes Rutheni sint catholici, prout nolebat eos habere omnes schismaticos. Scissio inter Ruthenos schismaticos et catholicos recte erat in votis nobilium Polonorum, qui eandem acuminabant in apertam hostilitatem. Hoc vero praevidebant nobiles Rutheni et Lithvanici, et metuebant, ac et hac causa

Digitized by Google

Articuli sive conditiones, quas ad S. ***Regis Majestate*** confirmari petimus.

Metropolitarum et Epporum reliquarumque Spiritualium dignitatum Ritus nostri Graeci ne alterius nationis vel Religionis praeterquam Ruthenicae hominibus conferantur. Quoniam autem canonibus nostris id cautum habeamus, ut tam Metropolitae quam Eppi aliique ejusmodi Officiales prius a Spiritualibus quam a saecularibus ordinibus eligantur, petimus itaque a S. Regia Majestate, ut libera penes nos maneat eligendi potestas, salva tamen S. R. Majestatis pro libitu cuivis ex electis conferendi authoritate. Post obitum enim alicujus ex supradictis Officialibus quatuor nobis eligendos petimus, ex quibus uni, qui idoneus ad officium illud obeundum videbitur, S. R. Majestas conferet hac vel peculiari adjecta conditione, ut

Digitized by Google

obedientiam Summo Pontifici praestare teneatur sitque adstrictus. Quodsi vero alicui ejusmodi dignitas conferretur, is infra unum mensium decursum Ordines suscipere tenebitur sub privatione ejusdem beneficii, ut legibus a Serenissimo olim p. m. Sigismundo Augusto de suscipiendis ordinibus nobis gratiose collatis et per S. R. Majestatem D. N. C. modernum confirmatis satisfiat. Postulamus etiam, ut locum in senatu regio habeamus non aliqua commodorum ratione et ambitione ducti, verum ut oves nostrae, quarum curam gerimus, majori nos observantia colant et observent, cum ea dignitate Eppatus, qua et caeteri Romanae religionis homines fungamur. Cum vero juramentum Senatui praestiterimus, simile etiam Summo Pontifici super obedientiam juramentum praestare tenebimur. Ex Graecia si quas forte factiones vel excommunicationes per literas illius nationis homines moliantur, eas omnino prohiberi petimus, ne hinc ista Unio divelli ob diversa in vulgo excitata studia possit: cum adhuc multi pertinaciter huic rei resistant. Hoc vero perquam deligenter cavendum est, ne extranei Eppi vel Presbyteri, qui S. R. Ecclesiae obedientiam recusaverint, in qualibet dioecesi nostra aliquid negotii habeant et commorentur. Similiter quoque nationis nostrae homines, qui rebelles et contradicentes huic unioni nostraeque obedientiae fuerint, ne quidquam spiritualium negotiorum agere audeant, alioquin mulctenur. Quoniam vero multorum ecclesiasticorum honorum per Antecessores nostros nescitur, quo jure amissorum, possessione exclusi sumus, quibus nonnisi eo usque quoad Antecessores nostri vixissent, carere debuerimus, petimus ut bona haec Ecclesiis restituantur. Siquidem tanta inopia et egestate sumus constricti, ut non solum necessitatibus Ecclesiarum non providere, sed etiam sufficientem victum nobis suppeditare non posumus. Inposterum autem ne bona Ecclesiae sine consensu Epporum totiusque *Capituli* conferantur, a S. R. M. contendimus. Privilegia nostra super bonis Eccle-

Digitized by Google

siis Cathedralibus attributa, in quorum possessione pacifica hucusque existunt, ut vires et robur suum perpetuae firmitatis obtineant. Post mortem Metropolitae et Epporum ne Capitanei atque Thesaurarii se in bona Ecclesiastica ingerant, sed more et ordine Romanae Ecclesiae *Capitulum*, quoad alter electus non fuerit, ea bona administret. In bonis autem et facultatibus Eppi defuncti propriis consanguinei ipsius, ne ullam injuriam patiantur pro more et consuetudine Romanae Ecclesiae, quod quidem etsi privilegio jam cautum habeamus, id tamen constitutionibus regni publicis confirmari nobis petimus. Archimandritae, Hegumeni, Monachi, vulgo Czerncy et monasteria eorum obedientiae Epporum, qui in dioecesi cujuslibet fuerint, pristino more subsint. Ad judicia Tribunalis regni more et consuetudine Regni duos quoque ex Spiritualibus Religionis nostrae deputandos esse petimus, qui tanquam defensores jurium et libertatum nostrarum sint. Archimandritae, Hegumeni, Presbyteri, Diaconi aliique Spirituales eodem honore ac reverentia ab hominibus, quo caeteri Religionis Romanae homines prosequantur, iisdemque libertatibus ac praerogativis fruantur et gaudeant secundum privilegium Serenissimi olim D. Vladislai Regis. Praeterea a contributionibus Regni publicis, quas hucusque unusquisque nostrum officialium Spiritualium pendebamus, ut temporibus perpetuis, exceptis his, qui bonis haereditariis utuntur, liberi et immunes simus, idque Constitutionibus Regni publicis sanciri et describi petimus. Monasteria et templa ritus graeci ne ad templa Romani ritus convertantur. Collegia sive Confraternitates speciales non ita pridem a Patriarchis constitutae et a S. R. Majestate confirmatae, quemadmodum Vilnae, Leopoli, Brestae et alibi ut integrae et illaesae maneant ita tamen, ut obedientiam Summo Pontifici nobisque Eppis Religionis Graecae praestare teneantur sintque astricti. Scholas, *Seminaria graecae Slavicae linguae extruere* ubi commodius videbitur, ut liberum nobis sit, sic et officinas imprimendorum librorum,

Digitized by Google

quae quidem omnia sub obedientia Epporum sint. Porro quoniam Presbyteri Religioni nostrae dediti nobis debitam obedientiam praestare recusant, petimus, ut libera penes nos maneat eos puniendi potestas in eoque a Capitaneis S. R. Majestatis ne impediamur. Homines saeculares ne se in curam Ecclesiarum ritus nostri ingerant, sed hae potestati ac jurisdictioni Spiritualium subjaceant praecipue vero Cathedrales Ecclesiae.

Vide: Thomae a Jesu Opera omnia, Coloniae Agripinae 1684. De conversione omnium Gentium procuranda. Lib. VI pag. 140—146.

Diplomata regia, quae hos articulos confirmant:

Zygmunt III z Bożej łaski król polski, Wielki Xiążę Litt. Ruski, Pruski, Mazowiecki, Zmudzki, Inflantski, a Szwedzki, Gotski, Wandalski Dziedziczny Król. — Oznajmujemy tym listem naszym terazniejszym i na potym będącym, komu by to wiedzieć należało; iż My król czując być powinność naszą, abyśmy chwałę Bożą zawżdy rozszerzali, i o pomnożenie jej z pilnością się starali, do której zgoda i jedność wiary jest wielce potrzebna, a widząc w państwach naszych między duchownemi i świeckiemi stany poddanemi naszemi tak w wierze, jako i ceremoniach, a najwięcej w kalendarzu i w odprawieniu świąt wielką różność, częstokroć napominaliśmy duchownych zwłaszcza starszych wiary greckiej, Wielebnych Metropolitę i Episkopów, abyśmy do tej zgody z kościołem rzymskim, która pierwej w zjednoczeniu bywała, gdyż kiedykolwiek doskonale skłonili, i starali się też o to, jakoby za pomocą Bożą do zjednoczenia i zgody między ludźmi tych dwóch wiar rzymskiej i greckiej w państwach naszych przyjść mogło, tylko przełożone duchowne w państwach naszych wielebni w Bogu Archiepiskop i Episkopowie wszyscy mianowicie Michał Rahoza Archiepiskop Metropolita Kijowski, Halicki i wszystkiej Rusi, a Hipacius Prototroni i Episkop Włodzimirski i Brzeski, Cyryl Terlecki

Digitized by Google

Exarcha Episkop Łucki i Ostrogski, Nataniel Sielicki, Archiepiskop Połocki, Witepski i Mścisławski, Leon Pelczycki Episkop Piński i Turowski, Dionizy Zbirowski Episkop Chełmski i Belzki, Gedeon Bałaban Episkop Lwowski i Kamieniecki, wszyscy jednostajnie zezwoliwszy i będąc przychylnemi ku jedności i zgodzie z kościołem rzymskim, przysyłali do nas króla z tym, iż oni obwarowawszy sobie wcale wszystkie ceremonie i obrzędy cerkwi Bożej według zwyczaju starodawnego cerkwi wschodniej jako za jedności bywało, a najwięcej w odprawywaniu Mszy ś. i Sakramentów ś. i innych ceremonij zdawna zwyczajnych, gdzie to im obwarowano od nas będzie, a potem i od Najśw. Ojca Pasterza naszego najwyższego Papieża rzymskiego, chcąc być pod posłuszeństwem jego, i onemu jako starszemu Pasterzowi cerkwi Bożej zwierzchność przyznać, i pod rozkazaniem jego być, i z kościołem rzymskim zgodzić się pozwolili. A tak my Król widząc przedsięwzięcie ich być słuszne, i do rzeczy zbawiennych potrzebne, to od nich z wdzięcznością przyjmujemy; a iżby za takową chęć swoją łaskę naszą królewską ku sobie znali i zawżdy jej byli pewni, tedy tym terazniejszym listem przewilejem naszym im samym i wszystkim wielebnym Archiepiskowowi i Episkopom pomienionym, Archimandrytom, Ihumenom, Kapłanom i wszystkiemu duchowieństwu cerkwi wschodniej greckiej i ruskiej we wszystkich państwach naszych warujemy, upewniamy i słowem naszym królewskim świątobliwie przykazujemy i obiecujemy sami za siebie i za najjaśniejszych sukcessorów naszych Ich Mciów królów polskich i wielkich Xiążąt Litt, iż choćby na tych pomienionych Archiepiskopa i Episkopów od daty tego listu przewileju naszego, od Patryarchów greckich i Metropolitów jakiejkolwiek przyczyny i klątwy ku niebłogosławieństwu na nich wyjęte i wydawane były, tedy to im samym Archiepiskopowi i wszystkiemu duchowieństwu ich bynajmniej nigdy niwczym szkodzić nie ma, i takowych listów zaklętych aby w granice

Digitized by Google

państw naszych wydawane nie były, z pilnością przestrzegać każemy i obiecujemy słowem Naszym Królewskim dla wszelkiego oskarzenia i klątwy i ogłoszenia, by dobrze przeciw stanowi ich według praw duchownych i świeckich było, dla wszystkich takowych przyczyn tych godności Archiepiskopii i Episkopij ich, na których mieszkają z nadania naszego i przodków naszych, od nich tego nie odbierać, a za ich życia inszym osobom nie dawać, ale zachować ich obiecujemy wcale z przymnożeniem łaski naszej i pomnożeniem uczciwości w pokoju na tych Episkopiach jako zwierzchnych przełożonych pasterzów cerkwi Bożej i bogomodlców naszych, póki ostatniego życia ich stawać będzie, a po życiu ich, i przyszłym Archiepiskopom i Episkopom, którzy na miejsca ich następować będą, takowąż łaskę naszą nieodmienną im obiecujemy, i ku temu zawżdy u nas króla wolne ucho, i przystęp sami przez siebie a nie przez przyczyny inszych mieć mają, i *we wszystkich swobodach i wolnościach, zacności, uczciwości i Prerogatywach według tego, jako IchMc. Stanu duchownego rzymskiego mają, i onych wszystkich zachować mamy, i słowem naszym królewskim obiecujemy sami za siebie i za najjasniejszych potomków naszych gdyż te wolność z dawna jeszcze od przodków naszych, a osobliwie od świętej i sławnej pamici przodka naszego króla natenczas węgierskiego i polskiego, Wielkiego Xiążęcia Litt. Władysława nadaną, jako to nam jest pokazano, gdy się cerkiew grecka z kościołem rzymskim na concilium Florentskim zjednoczyła, mają też* i teraz do tejże jedności i zgody przodków swoich, którą byli natenczas przez Metropolitę kijowskiego Izydora z kościołem rzymskim przyjęli, nawracając się, i w zgodzie i jedności pod jednym pasterzem widomym cerkwi Bożej, któremu ta zwierzchność zawsze należała, to jest pod świętym Papieżem rzymskim być shcą, słusznie i przystojnie takową łaskę i baczenie nasze królewskie znać mają, przydając jeszcze *nadto im i każdemu, ktoby się do takowej jedności i porządku przychylił swobody i wolności po*

temuż jako Ich Mć. duchowni rzymscy mają, tak i oni mają mieć, to my obiecujemy jeszcze i inszemi przywilejami naszemi nadawać z przymnożeniem łaski naszej królewskiej, a to wszystko obiecujemy My Król za nas i za najjaśniejszych potomków naszych królów Ich Mciów polskich i wielkich xiążąt litt. tym wszystkim wielebnym zwyż pomienionym Archiepiskopowi, i Episkopom wcale dotrzymać do ich życia, a po ich życiu wszystkim napotym będącym, którzy na miejsca ich następować będą; a na utwierdzenie tej rzeczy daliśmy im ten nasz list przywilej podpisawszy go ręką naszą królewską do którego i pieczęć naszą koronną przywiesić rozkazaliśmy. Pisan w Krakowie roku od Bożego narodzenia 1595. miesiąca Julia 30. dnia. — Sigismundus Rex. Locus Sigilli.

Жикгмонтъ III Божею милостїю Король польскїй и прч. Ознаймȣемо тымъ листомъ нашимъ, всѣмъ вобецъ, и кождомȣ зъ особна, комȣ тое вѣдати належитъ, Дȣховного и Свѣтского Станȣ людемъ. Ижь донесли до насъ ѹнижоние прозьбы Велебный Адамъ Ипатїй прототроний Владыка Володомирскїй и Берестейскїй, а Кирилъ Терлецкїй Єѯархъ Владыка Лкцкїй и Острогскїй, именемъ велебного въ Бозѣ Михайла Рагози Архиепископа Митрополита Кїевского, Галицкого и всеѧ Рȣси также тежь именемъ всѣхъ преложоныхъ Старшихъ Єпископовъ, Архимандритовъ, Игȣменокъ и всего Дȣховенства Законȣ Греческаго рȣскаго, въ потребахъ певныхъ и справахъ Религїи ихъ около зъедноченїѧ ихъ съ костеломъ Повшехнымъ, и порадкȣ певного постановленѧхъ которые до ствержєнїѧ станȣ, и поволанїѧ ихъ належатъ обычаемъ нижей описанымъ. Напередъ просили абы метрополїа, Владицтва и иншїе Религїи Греческое Дȣховенства не были даваные тôлько людемъ Рȣского народȣ, и ихъ власнои религїи. Также абы отъ нихъ чотери особы годные до таковое владзы обрани, съ которыхъ абы одинъ на таковїи Оурѧды черезъ

Digitized by Google

насъ былъ подаванъ, а тотъ абы найдалѣй до трохъ мѣсяцей на станъ духовный свѧтити сѧ былъ покиненъ, чого имъ позволимо и потвердимо, коли до едности Костела Повшехного Римского, и до послушеньства его пристанутъ, и трвати къ немъ неодмѣнне и стале будутъ. Также и о посвѧщенію преложенихъ на Зверхности вышшей менованой Духовной найдалѣй трохъ мѣсяцей, отъ дати узнаваемо быти речь покинную, и утверженую постановленіемъ Продковъ Нашихъ. О мѣстце въ Раде, о томъ когда тая едность, дасть П. Богъ статечне сѧ замкнетъ, хочемо, и обецуемо на соймѣ съ Паны Радами нашими и съ Станы Речипосполитой до того належачими трактовати, кгдижъ то есть речь власне соймови належачая. Надто абы Владза жадная иншая такъ Духовная яко и Свѣтская за тымъ зъедноченіемъ не была надъ ними, абы инныи люде а звлаща зъ Грецїи и откулѧ колвекъ которые бы оныхъ отрывати отъ того свѧтого спокою, албо якимъ колвекъ способомъ трудинти хотѣли, не были до панствъ тоей речи посполитой припущени, або и домови которые бы сѧ зверхности ихъ зъ той мѣри противили, а до едности костела свѧтаго римскаго албо не хотѣли дати привести, альбо и перешкажовали тому всему, абы сѧ зверхностію нашою завѣгло, розкажемо противъ таковымъ универсали и Мандаты съ канцеларїи нашеи видати, и на потомъ абы таковыи розницы, которые бы единостайние ихъ въ вѣрѣ повшехной розумѣніе замѣшати могли, отъ обцыхъ людей вношоны и розсѣваны не были, хочьмо яко где потреба укажетъ ратовати и того не допущати; тое и урѧдомъ нашимъ абы того перестерегали пильне поручимо. Што стороны добръ церковныхъ, которые отъ продковъ ихъ рознимъ особомъ розданы, и заведены суть, на которые бы тые посесорове права не мѣли,

Digitized by Google

абы были до церкви приверненые, а тые которые бы право яков мѣли аренды нѣшто съ тыхъ добръ, которые держатъ, платили, а по зыстю ихъ зъ свѣта абы таковые маетности на церкви припадали. Также и о захованїю церквей при давномъ наданю ихъ въ добрахъ, на которые хотайбы привилея жадные не были, бы ся одно въ Евангелїяхъ вписани найдовали, позваляемъ абы о таковые добра отъ церкви отнятые, которые бы неслушне кто держалъ, вольно было позивати, и правомъ ихъ доходити. До плаченнїя аренды не здается намъ никого примушати лечь таковые добра, которыебы зъ правомъ своимъ посессорове теперешнїе держати до живота своего, а по смерти ихъ до церкви ворочатися маютъ, а мы ихъ никому другому отдавати, ани потвержати немаемо. Также и надания добръ церковнихъ такъ тыхъ на которыхъ права сутъ, якотежъ тыхъ, на которыхъ бы права не было, а только въ Евангелїахъ старыхъ найдовалися вцалѣ заховати хочемо. Добра и маетности церковныи абы по смерти метрополита и иншихъ преложоныхъ духовныхъ въ моци и шафунку капитули закону греческого дотоль зоставали, ажь отъ насъ урядъ кавючи кому поданый будетъ. Привилїй который отъ насъ даный уже маютъ, хочемо имъ въ цѣле заховати, и за позволенїемъ всѣхъ становъ речипосполитой на сеймѣ валномъ, вольно то имъ будетъ конституцїею собѣ варовати. До судовъ трибуналскихъ абы для перестереганїя справъ духовнихъ зъ посредку себе двохъ особъ яко и инные духовные религїи римскои выселжали позволяемо, о чомъ однакъ зъ преложоными духовеньства вѣри нашей католицкой зыйтися и порозумѣтися маютъ. Преложоные ихъ духовные, почавши отъ зверхного, и которыеколвекъ и на якомколвекъ степню духовеньства будучие, хочемо абы

въ пошанованю и поважению такомъ, яко и духовные вѣры католицкой были, кгды вже подъ зверхность столицы римской, и подъ послушеньство Отца святого Папижа поддадутся, и прилучатъ, о чомъ також зъ духовными нашими зыйтися и порозумѣти маютъ. Што ся дотычетъ абы монастыри и церкви рускіе на костели обороченыи не были, того въ добрахъ нашихъ королевскихъ закажемо, але въ маетностяхъ шляхетскихъ того учинити неможемо. Братства духовные церковные такъ яко отъ патріарховъ постановленые суть, и отъ насъ потверженые, абы подъ послушеньствомъ метрополита и иныхъ преложоныхъ своихъ духовныхъ вцалѣ зоставали, однакъ кгды ся перві подъ Зверхность костела римского прилучатъ, позволяемо и оныхъ при правахъ, которые отъ насъ на то маютъ, заховати хочемо. Зстороны закладанія школъ и семинарій греческого и словеньского языка, также абы имъ вольно было друкарни свои мѣти подъ власію метрополита и владыковъ позваляемо тымъ способомъ абы ничого тамъ противного костелови повшехному недруковано, але все розсудкови его подлегало. А штося дотычетъ; абы збытки и непослушеньства, которые ся отъ поповъ нѣкоторыхъ религіи ихъ греческой по мѣстечкахъ нашихъ и шляхетскихъ подъ заслоною и обороною нѣкоторыхъ урядниковъ нашихъ и иныхъ шляхетского стану людій дѣютъ, каратися и гамовати могли, того метрополитомъ, владыкомъ и иннимъ преложонымъ религіи ихъ не только не боронимо, жебы въ маетностяхъ столу нашого того перестерегали, и порадки добрые чинили: алетежъ и урядомъ нашимъ мѣстецъ оныхъ где потреба будетъ, абы имъ въ томъ вомочію были прикажемо, и инныхъ абы тому противныи не были, напомнимо. Радъи власть ихъ духовная, хочемо абы была цѣло захована, то есть

Digitized by Google

въ мѣстахъ королевскихъ церкви якеекольвекъ набоженьства ихъ власти метрополитовъ и Єпископовъ своихъ подлегали, аникто инный въ тое сѧ не вдавалъ, што тежъ и оурѧдомъ нашимъ роскажемо, коли будетъ потреба, абы того Владыкомъ и иннимъ преложонимъ ихъ помагали. Тое наконецъ имъ варуемо, абы жаденъ инный обчій человѣкъ опрочъ который отъ насъ на тое обранъ и потверженъ будетъ, жадной собѣ отъ кой иной зверхности надъ ними не привлащалъ, ани духовеньствомъ ихъ судити и справовати мѣлъ и могъ, овшемъ абы таковые до паньствъ нашихъ припущеные не были, пильно того перестерѣгати роскажемо. Абы тежъ до фундованѧ капитули при церквахъ греческой религіи прійти могло, жебы сѧ тымъ больше хвала П. Бога помнажала и оурѧдъ церковный тымъ лепѣй задерживалъ, коли сѧ што такого зъ добръ ихже монастеровъ подасть, рады хочемо быти до того прихильными, однакъ же такъ, абы и фундаціи старые слушною якою частію доходовъ были захованы, до чого тымъ большей и пильнѣй хочемо хутливими и ласкавыми показатисѧ онымъ кгды едность повшехнаѧ оутвержена, и въ цѣле захована будетъ, и послушеньство св. столицы апостольской римской отдано отъ нихъ и захована будетъ, што все на тотъ часъ оутвержаючи рукою нашою подписали есьмо, и печать такъ коронную, яко и В. К. Лит. притиснути розказали есьмо. Писанъ въ Краковѣ, року отъ нарожениѧ Сына Божого 1595 мѣсѧца Августа второго днѧ, и панованiѧ королествъ нашихъ польского 8. а шведского 2. року. Жикгимонтъ кроль."

Circa diploma secundum notamus: Hierarchia Ruthena in articulis regi Sigismundo III expositis petebat, ne monasteria et templa ritus graeci (Ruthena) ad templa Romani ritus (Polonica) convertantur. Ad hacc reposuit rex in illo di-

plomate, se quidem hoc posse in bonis regiis praescribere, *non autem in bonis Nobilium.*" Itaque ipse rex non poterat Hierarchiae Ruthenae contra nobilitatem Polonicam in bonum Ecclesiae Ruthenae auxilium praestare, quae itaque etiam post renovatam unionem cum s. Sede Romana in tuto non erat constituta. Et circa hoc habetur omni exceptione majus argumentum, nempe diploma regis *Sigismundi III* tanti fautoris unionis Ecclesiae Ruthenae! Adparet autem exinde, vera esse, quae supra dicta sunt et in sequentibus adhunc dicentur, quanta praepotentia gaudebat nobilitas Polonica et quidem non in bonum sed in perniciem non solum nationis sed etiam Ecclesiae Ruthenae!

Sub die 12 Junii 1595 celebrabant Metropolita et Eppi Rutheni Bresciae synodum, in qua exararunt sequentes literas:

Literae dominorum Archieppi Kijoviensis et aliorum Epporum Ruthenorum ad S. D. N. Clementem Papam VIII. super eorum unione cum s. Ecclesia Romana, latine versae;

Sanctissime Pater, Domine et Pastor supreme Ecclesiae Christi, D. clementissime.

Repetentes memoria consensum in omnibus atque unionem Orientalis et Occidentalis Ecclesiae, quam majores nostri sub obedientia et regimine sanctae sedis Apostolicae Romanae coluerunt: ex altera vero perpendentes animi dissensiones, et schismata, quae hodie invaluerunt, non potuimus propterea non maximo dolore affici, deprecabamurque assidue Dominum, ut nos aliquando in unitatem fidei aggregaret, expectantes, si forte superiores et Pastores nostri orientalis Ecclesiae, sub quorum obedientia hucusque fuimus, de ineunda unitate et concordia, quam in liturgiis quotidie a Deo efflagitant, cogitare serio atque diligenter in eam rem et curam incumbere vellent. Sed cum videremus frustra tale quidpiam sperari ab illis, non tam malevolentia et temeritate fortasse eorum, quam quod sub gravissimo servitutis jugo crudelissimi Tyranni, et a religione Christiana alieni gemant, tentare id quod

Digitized by Google

maxime vellent, nullo modo possunt: nos nihilominus, qui in his partibus sub dominio serenissimi Poloniae, et Sueciae Regis et Magni Ducis Lituaniae constituti sumus, liberisque nobis esse propterea licet, attendentes officium nostrum, neque nobis ipsis et ovibus gregis Christi. quarum cura ad nos spectat, obesse, conscientiasque hac in parte nostras, tot animarum interitu, qui ex dissensionibus his provenit, gravare nolentes, adjuvante Domino, ad unionem, quae antea inter Orientalem et Occidentalem Ecclesiam viguit, inque *Florentina Synodo* ob antecessoribus nostris constituta est, accedere decrevimus: ut vinculo hujus unionis adstricti sub obedientia adque regimine Sanctitatis Vestrae, uno ore et corde glorificemur et laudemus omnes divinissimum et sanctissimum nomen Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Ac proinde sciente volenteque Domino nostro Sigismundo tertio Dei gratia Poloniae et Sueciae Rege Magnoque Duce Lithuaniae, cujus etiam singulare ac sapientissimnm studium in hac re enituit: mittimus ad sanctitatem Vestram charissimos fratres nostros, Reverendos in Christo *Hypatium Pociey Protothronium* atque Episcopum Volodomiriensem, Brestensemque, et *Cyrillum Terlecki* Exarcham atque Episcopum Luceoriensem, Ostrogiensemque: quibus mandavimus, ut sanctitatem Vestram adent, ac (si quidem Sanctitas Vestra *administrationem Sacramentorum, ritusque et caeremonias Orientalis Ecclesiae integre, inviolabiliter atque eo modo, quo tempore Unionis illis utebamur, nobis conservare confirmareque pro se et successoribus suis nihil in hac parte innovaturis umquam dignetur*, suo et omnium nostrum, Archiepiscopi et Episcoporum totiusque Ecclesiastici nostri status et ovium commissarum nobis divinitus nomine sedi sancti Petri et Sanctitati Vestrae, uti summo Pastori Ecclesiae Christi debitam obedientiam deferant.

Quae omnia petita a nobis si obtinuerimus Sanctitati Vestrae cum omnibus successoribus suis, nos et successores no-

Digitized by Google

stri dicto audientes, subque regimine Sanctitatis Vestrae semper esse volumus. In quorum majorem fidem literas praesentes manibus nostris subscribsimus atque munivimus sigillis. Datum ex Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae die XII Junii, An. Dom. MDXCV juxta Kalendarium vetus. Sanctitatis vestrae

Humillimi apud Deum oratores et servi. Subscriptiones cum sigillis.

Micheal Dei gratia Archieppus Metropolita Kijoviensis, Haliciensis et totius Russiae.

Hypction Dei gratia Protothronius Eppus Vladimiriensis Brestensisque.

Cyrillus Terlecki Dei gratia Exarchia, Episcopus Luceoriensis Ostrogiensisque.

Gregorius nominatus Archieppus Vladica Polocensis et Vitebscensis.

Michael Kopestyński Eppus Premisliensis, Samborisque.

Gedeon Baluban Eppus Leopoliensis.

Dyonisius Zbirujski Eppus Chelmensis.

Leontius Pelczycki Eppus Pinscensis Turoviensisque.

Jonas Hohol Archimandrita Kobrynensis Ecclesiae s. Salvatoris.

Idem *Jonas Hohol* nominatus Eppus Pinscensis Turoviensisque.

Adnotatio. Gregorius nominatus Archieppus Polocensis et Vitepscensis nominatur aliquando etiam *Herman Zahorski.*

Contra suum subscriptionem in his literis excipiebat Eppus Leopoliensis Gedeon Boloban sub 1 Julii 1595 Vladimiriae coram Duce *Constantino Ostrogiensi*, *Damiano Hulewiez*, deputato Volynensi in Tribunali Lublinensi, *Butowicz* vexilifero Kijoviensi, principe *Dimitrio Kurczewicz Bulyha*, subcapitaneo Białocerkoviensi et aliis, suam subscriptionem in charta blanca alium in finem datam fuisse. (Act. Castr. Vladim. ad an. 1595 p. 491.) Sed Eppus *Cyrillus Terlecki* replicavit,

Digitized by Google

rem unionis Ecclesiae Ruthenae non fuisse ignotam Eppo Gedeoni Boloban. (Acta Castr. Luceor. ad an. 1595 p. 186.) Etiam Dux Constantinus Ostrogiensis cum numerosa nobilitate Ruthena sub die 25 Julii 1595 fecit protestationem contra unionem.

Circa finem mensis Julii 1595 parabant Eppi *Cyrillus Terlecki et Hipatius Pociey* iter *Romam*, ut Papae Romano nomine Hierarchiae et nationis Ruthenae in Regno Poloniae exhiberent subjectionem. Quum vero pecunia, quam Eppus *Cyrillus Terlecki* ex opignoratione bonorum Wodyrady obtinuerat, ad tegendas expensas hujus iteneris non sufficeret, ideo rex concessit dicto Eppo opignorare omnia bona Eppalia Luceoriensia ad tempus viginti annorum, (Lit. Sigis. III datae 28 Julii 1595 Act. Castr. Luceor. ex an. 1595 – 1597 pag. 130) et ut omnes requisitiones judiciales contra hunc Eppum usque ad reditum Roma sisterentur. (Lit. Sig. III datae 28 Julii 1595 Act. Castr. Luceor. ex an. 1595—1597 p. 128.) Post abitum horum Epporum Romam dedit rex Sigismundus III manifestum sub 24 Septembris 1595, quo declaravit, se summopere desiderare, ut ejus omnes carissimi subditi in una Ecclesia sub uno pastore laudent Deum uno ore et corde. Porro omnes catholici provocabantur, ut gaudeant et Deo gratias agant pro unione *fratrum suorum.* Denique concludit, deputatos Romam Eppos rogaturos esse Papam, ut relinquat ritus orientalis Ecclesiae intactos, et Papam certe id esse facturum. (Lib. terrestr. Vladim. ex anno 1595 ad 1596 pag. 104.)

Quum Episcopi Rutheni constituissent, non amplius rem unionis in secreto servandam esse, ideo desuper per Eppum *Pociey* informabantur et *Dux Constantinus Ostrogiensis* et confraternitates Leopoliensis, Brestensis, Luceoriensis et aliae. Eppus Pociey proficiscebatur ad Ducem Constantinum Ostrogiensem, habebatque cum ipso Lublini hac in materia colloquium, et conventum erat, ut in hoc negatio praevie a rege

Digitized by Google

Sigismundo III Synodus in Brześć celebranda convocaretur, cui non tantum Eppi et Clerus verum etiam saeculares ritus Rutheni et praecipue idem Dux interessent, ut communi consilio et unio ipsa et ejus conditiones decernerentur. Eppus Cyrillus Terlecki jam prius, Eppus vero Pociey post illud colloquium cum Duce Ostrogiensi Cracoviam ad regem faciebant iter. Rex Sigismundus III utrumque Eppum qua ablegatos Ruthenorum Romam ad Papam in negotio unionis illico expedire volebat. Eppus tamen Pociey remonstrabat, ut praevie hac in re Synodus in Brześć convocaretur. Remittebantur itaque praedicti Eppi domum hac sub conditione, ut si innotesceret regi, Ducem Constantinum Ostrogiensem unioni haud adversari, sed duntaxat Synodum praeviam desiderare, synodum literis regiis convocandam praestolarentur, sin secus, ad iter suscipiendum parati Cracoviam post quatuor hebdomadas propererent. Exarabantur insimul ad Ducem Constantinum a rege literae, ac bini senatores ad eundem mittebantur, qui illi persuaderent, ne unioni resisteret, sed potius eandem sua ex parte promoveret. Dux Constantinus desiderabat synodum, ad quam tamen inviabat *evangelicos*, qui recte eotum in *Torun* suum conventum celebrabant, atque per Aulicum suum *Laskowski* sub die 12 Augusti 1595 mittebat literas, in quibus declarabat, quod viginti aut saltem quindecem millia hominum secum ad synodum et propugnandam communem causam adducturus sit. Dum ejusmodi passus innotuerant regi, is Eppos Terlecki et Pociey ad se accersiri curavit, et eosdem non amplius synodum praestolari, sed Romam illico iter facere jussit.

Metropolita Michael Rahoza cupiens sedare nobilitatem Ruthenam, et praeprimis Ducem Constantinum Ostrogiensem placare, literis sub 12 Augusti et 28 Septembris 1595 ex Nogrodek scriptis asseverabat, se nihil de unione cogitare; deliberabat autem interea cum nonnullis ex nobilitate Ruthena

Digitized by Google

personis, quid in tamen arduis circumstantiis agendum esset, praesertim vero requirebat consilium *Theodori Skumin Tyszkiewicz, palatini Novogrodensis, qui unioni favebat.**)

Die 15 novembris ejusdem anni venerunt ablegati Eppi Rutheni Romam. Tertia die erant iidem excepti a Papa, et tradiderunt ei literas regis et quorumdam senatorum. Roma dederunt iidem Eppi ad Eppum Leopoliensem Gedeonem Boloban epistolam sub 29 decembris 1595, in qua scripserant: „Papa suscepit nos qua pater suos liberos cum ineffabili amore et gratia. Nos vivimus non procul a Palatio Suae Sanctitatis in pulchra domo omnibus neccessariis instructa ex gratia Papae. Permanemus jam per sex hebdomadas Romae, et adhuc non sumus admissi ad audientiam Papae, ut post iter requiescamus. Tandem ad preces nostras concessa est nobis audientia 23 decembris in majori cubili dicto Constantini, ubi Papa summas personas excipit. Papa in omni majestate occupavit sedem, et penes eum omnis senatus, Cardinales, Archieppi, Eppi. Separate sedebant legati regis Franciae et aliorum regum, in utraque parte cubilis sedebant altiores dignitarii, magnus numerus Cleri et nobilitatis Romanae. Introducti osculabamur pedes Sanctitatis Suae et dedimus literas Reverentiarum Vestrarum. Has literas legebat sacerdos Eustafij Wolowicz, sed nemo ruthenice intelligebat exceptis praesentibus multis Polonis et Lithvanis. Dein eaedem literae legebantur latine. Dominus Papa locutas est ad nos per unum subcammemarium suum, gratias agendo pro unione nostra et amicitia, appromittendoque conservationem ritus nostri in saecula. Tunc nos ex parte nostra et Metropolitae et omnium Reverentiarum Vestrarum legebamus nostras promissiones ego (Eppus Vladim.) latine et ego (Eppus Luceor.) ruthenice. Dein deposuimus juramentum pro Reverentiis Vestris et nobis, et

*) Apokrysis Christofora Filaleta w Wilnie 1595.

subscripsimus manibus Nostris. Sua Sanctitas licet prope stetimus, jussit, ut adhuc propius accedamus, et dixit ad nos: „Nollo Ego imperare vobis, sed imbecilitates et infiirmitates Vestras super me portare.“ 24 decembris in vigilia nativitatis ipsa sua Sanctitas celebravit vespertinum in nova Ecclesia s. Petri, cui interfuimus cum magno numero cleri, Cardinalium, Archiepporum ac Epporum, et quidem cum licentia Papae in ornatu nostro. Pro hac unione nostra et quod nobis in integrum liturgia et reliqui ritus relicti sunt, sit Deo honor et laus.*)“

---

*) *W Bogu wielebny Hospodynie Ojcze Episkopie lwowski*, *bracie nasz miły*. Dajemy Waszmości wiedzieć o sobie, i o tej świętej sprawie, o której za zleceniem i za mocą Waszmości mnie Łuckiemu daną. Sami ziechaliśmy tu do Rzymu, acz nie bliską mieliśmy drogę, gdzie musieliśmy wielkich prac i trudności podjąć, i za pomocą Bożą dojechaliśmy Rzymu w siedm niedziel z Krakowa wyjechawszy spieszno i ustawicznie jadąc, a wiechaliśmy Nowembra pietnastego, we środę byliśmy u Jego Świętobliwości przywitani dwa kroć, listy JK. Mości i Ichmćiów panów niektórych rad Jego Świętobliwości oddaliśmy, przyjął nas jako ojciec łaskawy dziatki swoje z taką miłością i łaskawością nieskazaną, czego teraz nie wypisujemy. *Mieszkanie.* Pałac dano nam niedaleko zamku Jmci, ochędożnie, obiciem i wszelakiemi potrzebami ozdobiony, dostatki też wszystkie, co jeno kolwiek do żywności należy, z łaski Jego Mości mamy i już tu w Rzymie sześć niedziel mieszkamy, nie chciał nas jeszcze Jego świętobliwość słuchać posłuszeństwa naszego, mówiąc: wypocznicie sobie dobrze po tej drodze; aleśmy często prosili, i uprosiliśmy, że nas Jego Świętobliwość słuchał. Miesiąca decembra dwudziestego trzeciego dnia, na sali wielkiej, którą zowią *Konstantynowa*, *gdzie najwyższych ziążąt przyjmuje*, *tam raczył Jego Świętobliwość na majestacie swoim światytelskim zasiąść*, *a przy jego świętobliwości senat wszystek kardynali*, *arcybiskupi*, *biskupi a osobliwie posłowie króla francuskiego i z inszych państw i insi przełożeni jako jest zwyczaj obopol siedzieli* wszyscy panowie, rady wielkie. Mnóstwo było panów duchownych, książąt rzymskich i szlachty, tamże gdy nas uczciwie

Digitized by Google

Itaque ablegati Eppi Rutheni *Hipatius Pociy* et *Cyrillus Terlecki* erant Romae humanissime excepti. In audientia publica die 23 decembris 1595 in palatio Vaticano in praesentia Cardinalium et Praelatorum exhibuerunt iidem Summo

było przyprowadzone, całowawszy nogi Jego Świętobliwości listy od Waszmości odalaliśmy, i spisy nasze jako się Wmć. ze mną Łuckim spisali, które w głos czytał Jmć Xiądz Eustafi Wołowicz dosyć znacznie, tylkoż krom naszych panów Polaków i krom panów litewskich, których jest tu dosyć, nikt po rusku nie zrozumiał, aleśmy mieli po łacinie przełożono gotowo, i skoro po rusku przeczytał pan Wołowicz, tedy zaraz po łacinie czytano, a po wyczytania Jego Świętobliwość przez jednego podkomorzego swojego uczynił rzecz do nas bardzo cudnie będąc wdzięczny z nawrócenia i przyjechania naszego, i obiecując nam wszystko wcale zachować i stwierdzić na wieki, a my tamże sami od siebie i imieniem Jegomości ojca metropolity i wszystkich Waszmościów profesyę, która już była nagotowaną, czytali ja Włodzimirski po łacinie, a ja Łucki po rusku i przysięgę na św. Ewangelii imieniem wszystkich Waszmościów i sami od siebie uczyniliśmy, i rękami naszemi podpisaliśmy, a Jego Świetobliwość kazawszy nam bliżej przystąpić, choć i tak blisko byliśmy, i nachyliwszy się sam do nas prawie ojcowsko, kilka wierszów mówił, między któremi i te słowa były: nie chcę więc ja nad wami panować, ale niemocy i krawkości wasze na sobie nosiś i inne, a nazajutrz to jest decembra dwudziestego czwartego dnia w wigilię Bożego narodzenia sam Jegomość nieszpor albo wieczernic w kościele nowym św. Piotra odprawował z wielkim mnóstwem duchownych, kardynałów, arcybiskupów i biskupów, których było bardzo wiele, gdzie i nas błogosławił. we wszystkich ubiorach naszych być, i dano nam miejsce wyższe wszystkich Biskupów, a potym i odtąd posłał Jegomość po nas, i dano nam miejsce podle Jego Świętobliwości bardzo blisko, a nie wolno przy Papieżu Jegomości żadnemu kardynałowi w koronie in szej być, tylko adamaszki białej prosto bez złota i bez wszelakiej kosztownej oprawy, a biskupi z płutna białego korony mają, a myśmy w czapeczkach kosztownych byli i

Digitized by Google

Pontifici *Clementi* VIII post osculum pedum: 1) Literas synodales Hiaerarchiae Ruthenae exaratas lingua ruthena et latina sub die 12 Junii 1595, (supra adductas). 2) Articulos pro unione perficienda, quos prius apostolico Nuntio in Polonia

---

w omofforach, z któregoż to takowegoż zjeznoczenia naszego, że nam wszystko wcale zostało tak służba boża, jako i wszystkie ceremonie, i obrady cerkwi Bożej, niechaj będzie cześć i chwała Panu Bogu naszemu, tu też będąc w Rzymie przez tak długi czas ustawicznieśmy nabożeństwa używali w cerkwi greckiej założenia śgo. Atanazego Alexandryjskiego, która jest wielkim kosztem zmurowana i nadana, aparatów kosztownych, ryz, patrachilów, porucżye, stychyrow, i dyakońskich ubiorów, kielichów i inszych potrzeb bardzo wiele, a wszystko po naszemu służą y greckim językiem Prezbyter z Diakonem tylko z większą uczciwością niżli u nas, dwa Episkopi Grekowie, a kollegium przy tejże cerkwi jest z pięćdziesiąt osób, co się uczą wszystkiego po grecku; wielkie nadanie mają i myśmy już dawszy posłuszeństwo służyli w tey cerkwi *Ja Włodzimirski na Boże Narodzenie Ja Łucki na śgo. Stefana* i z niemiśmy Liturgie święte odprawowali którzy nie inaczej służą tak, jak u nas, i z nami służyli jakoby właśni nasi Presbyterowie, żadnemi się rzeczami nie odmienili, lepjej pod jednym pasterzem najwyższym być, niżeli pod pięciu, albo pod sześciu, a w zgodzie i miłości z Ichmościami duchownemi rzymskiemi, od kórych i miłość i obrona cerkwiom świętym, i porządek da Bóg lepszy będzie. Co się nam natenczas za słusznie zdało Wmci bratu naszemu miłemu oznajmię przez pisanie, a gdy da Bóg tamże zaś nazad zwrócim do siebie, tedy o wszystkim po dostatku, ustnie waszmości oznajmiemy, a teraz tu tylko na tym zostało, że już za pomocą Bożą odprawiać się będziemy, i w drogę znowu wybierać się. Co daj Boże, abyśmy Wmść w dobrym zdrowiu oglądali, łasce i miłościom Wmść braterskim zalecamy się z Rzymu roku tysiąc pięćset dziewięćdziesiąt piątego miesiąca decembra dwudziestego dziewiątego dnia. U tego listu pieczęci na kustodyi przyciśnione dwie, i podpis rąk temi słowy Wmści życzliwy brat. Ippaty Episkop Włodzimirski i brzeski, Kirył Episkop łucki i Ostrogski.

Digitized by Google

obtulerunt, (supra etiam positos). Cumque Clemens Papa VIII in hac omnia consensisset, tum primo elicuerunt suo et suorum confratrum nomine desiderium suscipiendae unionis et obedientiae summo Pontifici nec non professionem fidei.

Sub die decimo kalendas Januarii 1595 exarbatur

Bulla Unionis Nationis Ruthenae cum Ecclesia Romana.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam.

Magnus Dominus, et laudabilis nimis in Civitate Dei nostri in monte sancto ejus. Civitas Dei supra montem posita, quae abscondi non potest, in qua gloriosa, et admiranda operatur Deus, et ipse fundavit eam Altissimus, sancta est Ecclesia una Catholica et Apostolica, aedificata a Christo Domino super beatissimum Apostolorum Principem Petrum, qui est fundamentum Ecclesiae, quod positum est a summo architecto Chisto Jesu, qui cum sit primarium fundamentum, et Lapis electus et angularis, qui portat et sustentat omnia verbo virtutis suae, idem ipse, qui vocat ea, quae non sunt, tanquam ea, quae sunt, et qui dixit, et facta sunt, Simonem Jonae filium hominem mortalem, et natura sua imbecillem singularis gratiae privilegio Cepham vocavit, hoc est Petrum, eique tantam fiirmitatem, et soliditatem dedit, ut esset petra immobilis, supra quam aedificavit Sanctam Civitatem suam, quae est Ecclesia Dei viventis, camdemque per legitimam Summorum Romanorum Pontificum successionem, in quibus Beati Petri auctoritas nunquam deficit, aedificat autem usque in finem saeculorum. Itaque per omnes aetates, et tempora ad hanc petram Fidei, Spiritu Sancto auctore, confluunt gentes, et in hanc Deo dilectam Civitatem per salutaris Baptismi januam introducuntur nationes et populi multi. Saepe etiam,

Digitized by Google

qui fallaciis hominum et Diaboli insidiis seducti per devia aberrantes, et perniciosa schismata sectati inseruerunt se doloribus multis, et ab hac Sancta Civitate descesserunt, iidem Divinae misericordiae abundantia per resipiscentiam, conversionem, et poenitantiam tamquam ex fluctibus emergunt, et erroribus ac schismatibus damnatis et repudiatis iterum in hanc sanctam Civitatem a Summo Romano Pontifice, qui illius Claves habet, reducuntur, et ad pristinam unitatem magno Ecclesiae Catholicae gaudio revocantur. Et ne veterem antiquitatis memoriam repetamus, novissime his diebus nostris illustre reconciliationis, et reversionis ad Catholicam Ecclesiam exemplum extitit Ruthenorum Episcoporum: qua in re abundantes divitias bonitatis Dei erga humilitatem nostra magnoscimus, qui cum ita disposuerit, ut Pontificatus Noster in tam multas Christianae Reipublicae calamitates, et tantam temporum accerbitatem incideret, saepe etiam secundum multitudinem dolorum in corde nostro consolationibus suis laetificat animam nostram. Antea siquidem Rutheni Episcopi, atque ea omnis copiosa et clara Natio cum Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum Matre et Magistra non communicabat, sed proprii sermonis, atque idiomatis usu, retento Graeco ritu, vivibat, et luctuosum Graecorum schisma sequebatur: ex quo sane schismate, quod intimo cum dolore commemoramus, innumerabiles aerumnae, et miseriae ad nobilissimam Graecorum gentem tanquam a fonte quodam promanarunt.

Nuper vero Venerabilis frater Michael Archiepiscopus et Metropolita Kijoviensis, Haliciensisque, ac totius Russiae, et cum eo plerique ejus comprovinciales Episcopi, videlicet Venerabilis frater Hypatius Protothronius Episcopus Wlodimiriensis, et Brestensis, Cyrillus Exarcha Episcopus Luceoriensis, et Ostrogiensis, Gregorius nominatus Archiepiscopus electus in Episcopum Polocensem, et Vitebscensem, Leontius Episcopus Pinscensis, et Turoviensis, qui paulo post ex hac vita decessit, et Dionysius Episcopus Chelmensis, et

Digitized by Google

Belsensis, et deinde Jonas Archimandrita Kobrinensis electus in Episcopum Pinscensem, et Turoviensem in locum demortui Leontii praedicti, hi omnes divina Spiritus Sancti luce eorum corda collustrante, coeperunt ipsi secum cogitare, et inter se multa consultatione, et prudenti abhibita conferre, et serio tractare, se, et greges quos pascerent, non esse membra corporis Christi, quod est Ecclesia, qui visibili ipsius Ecclesiae capiti Summo Romano Pontifici non cohaererent, et propterea spiritualis vitae influxus se non posse capere, neque crescere in charitate, cum ab eo essent disjuncti, ex quo secundum Deum pendet totum corpus compactum, et connexum per omnem juncturam subministrationis in mensuram operationis uniuscunjusque membri: quin etiam se omnibus animae periculis, et insidiis Principis tenebrarum tanquam Leonis rugientis propositos esse, qui intra ovile Christi, intra Arcam salutis, et intra Domum illam non essent, quae est aedificata supra petram, quam flumina, et venti irruentes nequeunt prosternere, in qua sola domo Agnus ille ad vitae fructum comeditur, qui tollit peccata mundi. Quamobrem pro concilio, et salutari deliberatione inter se statuerunt, ac firmirter decreverunt redire ad suam, et omnium fidelium Matrem Romanum Pontificem Christi in terris Vicarium, et totius populi Christiani communem Patrem, et Pastorem, longo quidem temporis intervallo post annos fere centum quinquaginta, et amplius postea quam primum a piae mem. Eugenio Papa IV in Generali Concilio Florentino Graeci recepti, et reconciliati Ecclesiae fuerunt. Hanc autem deliberationem, et decretum scripto tradiderunt et mandarunt, cui Michael Archiepiscopus, et omnes supradicti Episcopi subscripserunt, datumque est die secunda mensis Decembris anno 1594, in quo seipsos ad Romanae Ecclesiae communionem, et unitatem procurandam communi veluti vinculo obstrixerunt.

Quod igitur idem Michael Archiepiscopus, et Coepiscopi ejus supradicti salutariter statuerant, sedulo exequentes,

Digitized by Google

duos ex eorum numero delegerunt primarios Episcopos Venerabiles fratres Hypatium Protothronium Episcopum Wlodimiriensem, et Brestensem, et Cyrillum Exarcham Episcopum Luceoriensem, et Ostrogiensem praestantes viros, et zelo Dei praeditos, qui cum Romam advenissent, secum decretum illud detulerunt, de duo supra diximus, Michaelis Archiepiscopi, et Metropolitae, et sua, et aliorum Episcoporum, qui superius enumerati sunt, manu subscriptum. Et literas praeterea ad Nos scriptas attulerunt, datas ex Regno Poloniae, et Magno Ducatu Lithuaniae die 12 Junii anno Domini 1595. juxta Kalendarium vetus, quibus infrascripti Episcopi subscripserant, Michael Archiepiscopus Metropolita Kioviensis, et Haliciensis, ac totius Russiae, Hypatius Protothronius Episcopus Wlodimiriensis, et Brestensis, Cyrillus Exarcha Episcopus Luceoriensis, et Ostrogiensis, Gregorius nominatus Archiepiscopus electus in Episcopum Poloccensem, et Vitebscensem, Leontius Episcopus Pinscensis, et Turoviensis postea defunctus, Michael Episcopus Premisliensis, et Samborensis, Gedeon Episcopus Leopoliensis, Dionysius Episcopus Chelmensis, et novissime Jonas Archimandrita Kobrinensis, electus postmodum in Episcopum Pinscensem, et Turoviensem loco praedicti Leontii Episcopi, ut praefatur, defuncti.

Cum igitur duo supradicti Episcopi, et Oratores Hypatius, et Cyrillus benigne a Nobis in conspectum, et colloquium nostrum essent admissi, easque literas ab ipsis quoque subscriptas Nobis reddidissent, Nostram atque Apostolica Sedis gratiam humiliter petierunt, seque intra gremium Catholicae Romanae Ecclesiao recipi, et tanquam membra iterum capiti uniri supplicarunt, salvis eorum ritibus, et caeremoniis in Divinis Officiis, et Sacramentorum administratione, et alias juxta unionem celebratam in Concilio Florentino inter Occidentalem, et Orientalem Graecorum Ecclesiam: vicissim obtulerunr se paratos omnes haereses, et schismata damnare, omnesque errores detestrari, quos damnat, et detestatur Sancta Catho-

Digitized by Google

lica Romana Ecclesia, et eos praesertim, quorum causa hactenus ab eadem Romana Ecclesia separati, et disjuncti fuerunt. Tum etiam Fidei Catholicae profesionem rite facere, ac Nobis denique uti vero Christi Vicario, et Sanctae Apostolicae Sedi obedientiam, et subjectionem debitam praestare, et perpetuo spondere. Attulerunt iidem Episcopi praeterea ad Nos literas charissimi in Christo Filii Nostri Sigismundi Poloniae et Sveciae Regis, qui ut est egregie pius, et Catholicae Religionis propagandae cupidus salutare hoc negotium de Ruthenis ad reconciliationem, et unitatem Catholicae Ecclesiae recipiendis magnopere Nobis commendavit, quod et alii fratres Nostri Catholici Episcopi Poloni fecere, hoc est dilectus filius Noster Georgius Cardinalis Racivilius Episcopus Cracoviensis, Joannes Demetrius Archiepiscopus Leopoliensis, et Barnardus Episcopus Luceoriensis.

Nos igitur, qui per Dei gratiam nihil magis optamus, aut quaerimus, quam animas Christo lucrari, eorum petitionibus, et oblationibus intellectis, et consideratis, eas etiam a Venerabilibus fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationi Sanctae Romanae, et universalis Inquisitionis praefectis diligenter considerari jussimus; cumque omnia acurate excussa, et examinata essent, et duo Episcopi supradicti Hypatius, et Cyrillus tam suo proprio, quam Michaelis Archiepiscopi, seu Metropolitani, et Coepiscoporum suorum nomine, quae ad haeresum, errorum, et schismatis condemnationem, et detestationem pertinebant,. rite prestitissent: item prompti essent publice fidem Catholicam ex formula praescripta profiteri, ac Nobis, et sedi Apostolicae veram obedientiam exhibere, ob eas causas statuimus ad Dei gloriam Ruthenos Episcopos, et Nationem ad corporis Ecclesiae, et Romanae Ecclesiae communionem, et unitatem admittendos, et recipiendos esse. Quod ut more magis solemni, et majori cum laetitia spirituali fieret, certo constituto die, hoc est hodierno,

Digitized by Google

qui est tertius et vigesimus mensis Decembris anni praesentis 1595. sacro Sabbathi quatuor temporum, et vigiliae Natalis Domini Nostri Jesu Christo geminato jejunio, Venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales, eorumque amplissimum Collegium in Nostrum Apostolicum Palatium, et in Aulam, quae dicitur Constantini, hujus rei causa congregaverimus, quibus nobiscum de more considentibus, multisque Praesulibus, Praelatis, et Aulicis honoratis viris, et familiaribus nostris praesentibus, et astantibus, duos supradictos Episcopos Ruthenos Oratores introduci mandavimus, qui ad pedes humilitatis nostrae provoluti, se ad corporis Ecclesiae catholicae, et Romanae Ecclesiae unitatem, et obedientiam recipi, et admitti iterum suppliciter petierunt. Tum jussu nostro lecta est deliberatio, et decretum supradictum Michaelis Archiepiscopi Metropolitae, et Episcoporum Ruthenorum, qui ei subscripserunt, quique supra singillatim nominati sunt, de petenda, et quibusvis impedimentis remotis firmiter efficienda cum Romana Ecclesia ejusmodi reconciliatione, et membrorum ad caput suum nova unione. Lectum est autem primo loco Ruthenico sermone, ut conscriptum est, deinde lecta est versio latina ad verbum. Tum lectae sunt etiam literae de eadem re ad Nos a praedictis Michaele Archiepiscopo Metropolitano, et Episcopis Ruthenis scriptae, de quibus supra diximus, et eodem plane modo, primum quidem Ruthenico sermone, deinde ex latina versione ad verbum sunt lectae, mox ab uno ex Secretariis nostris domesticis clara voce ipsis Episcopis, et Oratoribus latine significari jussimus, quantam animus noster laetitiam caperet, et exultaret spiritus noster in Deo salutari nostro propter Ruthenorum hanc saluberrimam deliberationem, quantum ipsi deberent Deo bonorum omnium auctori, qui Spiritus Sancti afflatu hanc eis mentem dedisset, ut veteres errores agnoscerent, et detestarentur, et ad petram Fidei, ad Romanam Ecclesiam, Caput, Matrem, et Magistram omnium Ecclesiarum redirent.

Digitized by Google

Tum illi statim Hypatius, et Cyrillus tam suo proprio nomine, quam uti Oratores, et Procuratores Michaelis Archiepiscopi, et Coepiscoporum suorum supradictorum fidem Catholicam juxta formam professionis fidei orthodoxae a Graecis faciendae ab hac Sancta Sede prescriptam integre, et de verbo ad verbum professi sunt, Nobis et Apostoiicae Sedi debitam, et perpetuam obedientiam, et subjectionem prestierunt, qu am Nos una cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus recepimus, atque haec omnia Archiepiscopum, et Episcopos Ruthenos eorum collegas, ac Clerum, et Populum rata, et grata habituros, et eamdem fidei professionem facturos, atque obedientiam praestituros, omnia denique per ipsos eorum Oratores, et Procuratores, atque et promissa confirmaturos, et observaturos bona fide, et corde sincero coram Deo, qui judicaturus est vivos et mortuos, jurejurando promiserunt. Primus autem Hyppatius Episcopus fidei orthodoxae professionem fecit latina lingua, quod ipse latine nosset, juxta formam praedtctam: legit autem eam clara voce de scripto integre in eum, qui sequitur modum.

Sanctissime, ac Beatissime Pater. Ego humilis Hypatius Pociey Dei gratia Protothronius Wlodimiriensis, et Brestensis Episcopus in Russia, Nationis Russorum, seu Ruthenorum, unus ex Procuratoribus Reverendorum in Christo Patrum Dominorum Praelatorum ejusdem nationis, Venerabilis Michaelis Rahosa Archiepiscopi Metropolitae Kijoviensis, et Haliciensis, ac totius Russiae, et Georgii Archiepiscopi denominati electi in Episcopum Polocensem, et Vitebscensem, et Jonae Hohol electi in Episcopum Pinscensem, et Turoviensem, et Michaelem Kopysteński Episeopi Premisliensis, et Samboriensis, et Gedeonis Balaban, Episcopi Leopoliensis, et Dionysii Zbiruisky Episcopi Chełmensis, ab eis specialiter constitutus, et missus una cum Reverendo in Chrtsto Patre Domino Cyrillo Terlecky Exarcha Episcopo Luceoriensi, et Ostrogiensi ejusdem Nationis altero ex Procuratoribus dictorum Dominorum

Digitized by Google

Praelatorum et Collega meo ad ineundam et suscipiendam unionem Sanctitatis Vestrae, et Sanctae Romanae Ecclesiae, atque ad deferendam debitam obedientiam ipsorum omnium, et totius Ecclesiastici eorum status et ovium eis commissarum nomine, huic Sanctae Sedi Beati Petri, et Sanctitati Vestrae, uti Summo Pastori Universalis Ecclesiae ad pedes Sanctitati Vestrae positus, ac infrascriptam Sanctae Orthodoxae Fidei professionem juxta formam Graecis ad unitatem dictae S. R. E. redeuntibus praescriptam facturus et emissurus tam procuratorio nomine praedictorum Dominorum Archiepiscopi et Episcoporum Ruthenorum meorum principalium. quam etiam meo proprio simul cum praedicto Domino Cyrillo Exarcha Episcopo Luceoriensi, et Ostrogiensi Procuratore et Collega meo polliceor, et promitto, quod ipsi D. Archiepiscopus et Episcopi illam ratam et gratam habebunt ac suscipient et acceptabunt, et intra tempus competens ratificabunt et confirmabunt, atque de novo juxta praedictam formam de verbo ad verbum facient, et emittent, et eorum manu scriptam, et sigillo obsignatam ad Sanctitatem Vestram et hanc Sanctam Apostolicam Sedem transmittent, prout sequitur: (*Omittitur professio Fidei, quia reperitur impressa*).

Tum Ruthenica lingua conscripta, et similiter ab ipso subscripta pro eo lecta est a dilecto fiilio Eustachio Volovitio *Canonico* Vilnensis Ecclesiae ejusdem linguae perito. Deinde Cyrillus Episcopus eamdem Orthodoxae Fidei professionem fecit ad eandem prorsus formam, prout Hypatius Episcopus fecerat Ruthenice scriptam, eo quod linguam latinam non calleret. Sed, et latine scriptam, ac ab ipso subscriptam ejus nomine legit dilectus filius Lucas Doctorius *Canonicus* Luceoriensis, hujusmodi sub tenore, videlicet: Sanctissime, ac Beatissime Pater. Ego humilis Cyrillus Terlecky Dei gratia Exarcha Episcopus Luceoriensis, et Ostrogiensis in Russia, nationis Russorum, seu Ruthenorum, unus ex Procuratoribus

Digitized by Google

Reverendorum in Christo Patrum Dominorum Praelatorum ejusdem Nationis, videlicet Michaelis Rahosa Archiepiscopi Metropolitae Kioviensis, et Haliciensis, ac totius Russiae, et Gregorii Archiepiscopi denominati electi in Episcopum Polocensem, et Vitebscensem, et Jonae Hohol electi in Episcopum Pinscensem, et Turoviensem, et Michaelis Kopysteńsky Episcopi Premisliensis, et Samboriensis, et Gedeonis Balaban Episcopi Leopoliensis, et Dionysii Zbiruiski Episcopi Chelmensis, ab eis specialiter constitutus, et missus una cum Reverendo in Christo Patre Domino Hypatio Pocici Protothronio Wlodimiriensi, et Brestensi Episcopo ejusdem Nationis, altero ex Procuratoribus dictorum Dominorum Praelatorum, et Collega meo, ad ineundam, et suscipieneam unionem Sanctitatis Vestrae, et S. R. E. atque ad deferendam debitam obedientiam ipsorum omnium et totius Ecclesiastici eorum status, et ovium eis commissarum nomine huic Sanctae Sedi Beati Petri, et Sanctitatis Vestrae, uti Summo Pastori Universalis Ecclesiae ad pedes ejusdem Sanctitatis Vestrae positus, ac infrascriptam Sanctae Orthodoxae Fidei professionem, juxta formam Graecis ad unitatem dictae Sanctae Romanae Ecclesiae redeuntibus praescriptam facturus et emissurus, iam proprio nomine praedictorum Dominorum Archiepiscopi, et Episcoporum Ruthenorum meorum principalium, quam etiam meo proprio simul cum praedicto Domino Hypatio Protothronio Wlodimiriensi, et Brestensi Episcopo Procuratore, et Collega meo polliceor, promitto quod ipsi Domini Archiepiscopus, et Episcopi illam ratam, et gratam habebunt, ac suscipient, et acceptabunt, et intra tempus competens ratificabunt, et confirmabunt, atque novo juxta praedictam formam de verbo ad verbum facient, et emittent, et eorum manu subscriptam, et sigillo obsignatam ad Sanctitatem Vestram, et hanc Sanctam Apostolicam Sedem transmittent, prout sequitur. Firma fide etc.

Quare nos commisimus, et mandavimus dilecto filio nostro Julio Antonio Presbytero Cardinali Sanctae Mariae Transtibe-

Digitized by Google

rim Sanctae Severinae Majori Poenitentiario nostro, ut eosdem Hypatium et Cyrillum Episcopos, et Oratores, ac eorum comites, familiares, et domesticos tam Presbyteros, et Clericos, quam etiam laicos, et alias quascumque personas dictae Nationis Ruthenorum Romae praesentes a quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis, in quas propter praemissa, seu schisma, haereses, et errores praefatos, quibus forsan adhaeserint, quomodolibet incurruerunt, auctoritate nostra in utroque foro absolvat in forma Ecclesiae consueta, nec non cum eisdem Episcopis, ac eorum comitibus, familiaribus, et domesticis, et quibusvis aliis personis, Presbyteris, et Clericis super irregularitate per eos praemissorum occasione contracta, quodque clericali charactere, quo antea rite insigniti fuerunt, illiusque privilegiis uti, ac in omnibus etiam sacris, et Presbyteratus Ordinibus antea rite susceptis etiam in Altaris ministerio ministrare, seu dicto charactere, qui insigniti non sunt, insigniri, et si idonei fuerint, ad omnes etiam Sacros et Presbyteratus Ordines praedictos promoveri, et quaecumque, et qualiacumque Beneficia Ecclesiastica cum cura, et sine cura, etiamsi canonicatus, praebendae, dignitates, personatus, administrationes, vel officia existant, sive si jam obtineant, sive si eis alias in futurum canonice conferantur, recipere et obtinere, et quoad vixerint, retinere; nec non cum eisdem Episcopis, ut Ecclesiis, quibus canonice praesunt, seu praefecti fuerunt, praeesse: et munere consecrationis per eos antea rite suscepto uti, et ad alias similes Cathedrales, vel etiam majeres etiam Metropolitanas Ecclesias transferri, et illis praeesse, libere et licite possint et valeant dicta auctoritate dispenset.

Ipsis vero Hypatio, et Cyrillo Episcopis, et Oratoribus facultatem et potestatem dedimus, cum in Russia fuerint, absolvendi eadem nostra Apostolica auctoritate eodem modo ab excommunicationis, suspensionis, et interdicti sententiis, cen-

Digitized by Google

suris, et poenis Michaelem Archiepiscopum et caeteros Episcopos supradictos. Ac similiter cum praefatis Archiepiscopo, et Episcopis super hujusmodi irregularitate praemissorum occasione per eos fortasse contracta dispensandi. Ac insuper, ut iidem Archiepiscopus et Episcopi supradicti sic absoluti, et cum quibus, ut praefatur, fuerit dispensatum, unusquisque in propria Civitate et Dioecesi, vel in sua jurisdictione omnes, et singulos tam Presbyteros et Clericos, quam alias quascumque etiam laicas utriusque sexus personas, qui, quaeve ad hujusmodi unitatem S. R. E. venerint, vel eam amplexi fuerint, in praedicta forma Ecclesiae absolvere, nec non cum Presbyteris, et Clericis praedictis super irregularitate per eos, vel eorum aliquem occasione praemissorum quomodolibet contractam quoad Ordinum exequutionem, quam quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum retentionem, vel assequutionem dispensare pariformiter eadem nostra auctoritate possint, quemadmodum etiam aliis literis Nostris in forma Brevis latius continetur.

Ut igitur de Ruthenorum ad Romanam Ecclesiem reditu, et reconciliatione ad posteritatis memoriam certa et perpetua extet testificatio, hac nostra perpetua constitutione Venerabiles fratres Michaelem Archiepiscopum Metropolitam et caeteros Episcopos Ruthenos supradictos, qui decreto consenserunt, et literis ad Nos missis subscripserunt tam praesentes, quam absentes, una cum omni eorum clero, et populo Nationis Ruthenae, seu Russae, quae ad temporale dominium et ditionem Charissimi filii nostri Sigismundi Poloniae, et Sveciae Regis pertinet, ad laudem et gloriam Sanctae et individuae Trinitatis, Patris, Filii et Spiritus Sancti, ad incermentum et exaltationem Fidei Christianae intra gremium Ecclesiae Catholicae et unitatem S. R. E. uti membra nostra in Christo recipimus, unimus, adjungimus, annectimus et incorporamus, *atque ad majorem charitatis Nostrae erga ipsos significationem omnes sacros ritus et caeremonias, quibus Rutheni Episcopi,*

Digitized by Google

et Clerus juxta Sanctorum Patrum Graecorum instituta in Divinis Officiis, et Sacrosanctae Missae sacrificio, ceterorumque Sacramentorum administratione, aliisve sacris functionibus utuntur, dummodo veritati, et doctrinee Fidei Catholicae non adversentur, et communionem cum Romana Ecclesia non excludant, eisdem Ruthenis Episcopis, et Clero ex Apostolica benignitate permittimus, concedimus, et indulgemus.

Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Omnes igitur unanimes uno spiritu benedicamus Deum coeli et Patrem misericordiarum, qui facit mirabilia magna solus a saeculo, qui corda filiorum ad patrem convertit, oves Christi ad ovile reduxit, membra capiti iterum conglutinavit. Benedictus Deus, qui semper cogitat cogitationes pacis, et vult omnes salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Benedicti sint fratres nostri Michael Archiepiscopus Metropolita, et Coepiscopi ejus Rutheni, qui aures suas non oburaverunt ad voces Domini, sed illi ad ostium cordis stanti et pulsanti aperuerunt, per ipsius gratiam, qui dat velle et perficere pro bona voluntate. Det illis Deus obundantiam coelestium donorum, et conservet, et corroboret in hoc sancto proposito cum omni clero et fideli populo, ut permaneant in charitate et obedientia S. R. E. Matris suae, ut agnoscant, et perpetuo confiteantur magnitudinem divinae misericordiae erga ipsos, et ambulent in via Domini conservantes unitatem spiritus in vinculo pacis nobiscum, ut filii nostri dilecti, quos singulari nostro cum gaudio suscepimus in Domino. Ita Christus Dominus pro sua immensa clementia Ruthenorum exemplo Graecos omnes ab Orthodoxae Fidei tramite aberrantes, qui eos in erroribus sequuntur, permoveat, qui Ruthenis ipsis in hac reconciliatione praeire debuerant, qui tamdiu duplici gravissima jugo animae, et corporis premuntur, quorum calamitatem dies et noctes lugemus, et ut ipsi sectentur unitatem, et pa-

Digitized by Google

cem, ac erroribus et tenebris rejectis amplectantur veritatem et lucem, et revertantur ad Nos, qui intra cor nostrum in visceribus Jesu Christi eos recipere optamus, ut in omnibus glorificetur Deus et Pater Domini Nostri Jesu Christi, et fiat unum ovile, et unus Pastor. Amen.

Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, et sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae obsignatis eadem prorsus fides in judicio et extra illud ubique locorum habeatur, quae iisdem praesentibus haberetur, st forent exhibitae, vel ostensae.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam etc. nostrae receptionis, unionis, adjunctionis, annexionis, incorporationis, permissionis, concessionis et indulti infrigere etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae 1595. Decimo Kal. Januarii Pontificatus nostri Anno IV.

Breve Clementis VIII ad Archioppos et Eppos Nationis Ruthenae:

Venerabiles Fratres, Salutem et Apostolicam benedictionem. Benedictus sit Pastor ille bonus, et princeps pastorum, qui animam suam posuit pro ovibus suis, qui venit, ut eas dispersas adduceret, et congregaret ut omnes unum sint, sicut Ipse et Pater unum sunt. Benedictus sit ipse, qui dives est in misericordia, et secundum divitias bonitatis suae fecit vobiscum, et replevit nos gaudio spirituali propter conversionem vestram ad hanc vestram Matrem carissimam Sanctam Romanam Ecclesiam, quae est Magistra, et Mater omnium Eccelsiarum, quae materno affectu, jam pridem hoc expetebat, et assidue precabatur a Patre luminum, qui dat Spiritum bonum et Sapientiam his, qui invocant eum in veritate. Deus enim ipse, coelesti sua luce, corda vestra illustravit, ut veterum errorum tenebris disjectis agnosceretis, quia unus est Deus et una fides, et una Ecclesia Catholica,

Digitized by Google

et Apostolica, supra unum Petrum Apostolorum Principem fundata, cui Christus ipse; qui portat omnia Verbo virtutis suae, immobilis petrae firmitatem dedit, cui oves suas et agnos credidit, jussitque ei, ut ipse confirmaret fratres suos Episcopos: qui in partem sollicitudinis vocantur, et veluti caput, omnia membra regeret; unum est enim vissibile caput ecclesiae Catholicae, unus in terris Vicarius, aeterni Sacerdotis, et Episcopi animarum nostrarum JESU Christi, summus Romanus Pontifex, Beatissimi Petri Apostoli successor, cui qui non adhaeret, longe a via salutis aberrat, et qui cum eo non colligit, dispergit. Recte igitur Fratres et pie, ac prudenter Spiritu Sancto auctore, statuistis venire ad montem Domini, et ad Domum Dei Jacob, ut doceret vos vias suas, et ambularetis in semitis ejus. Misistis enim ad nos Oratores vestros, pios et religiosos homines, et Dei zelo praeditos, Venerabiles Fratres, Hypatium Vlodimiriensem, et Brestensem, et Cyrillum, Luceoriensem et Ostrogiensem Episcopos. qui Literas vestras Nobis reddiderunt, quibus significatis, cupere vos vehementer, Corpori Christi, quod est Ecclesia Catholica, adglutinari, et ad nostram et Romanae Ecclesiae communionem, admitti, quemadmodum olim Majores vestri in Sacra generali Synodo Florentina admissi sunt. Ac propterea, vos iisdem Episcopis et procuratoribus vestris, mandata dedisse, ut vestro et eorum proprio, totiusque cleri, et populi notionis vestrae nomine, Sactae Sedi et humilitati nostrae, uti summo Pastori Ecclesiae Christi, debitam obedientiam deferrent. Nos igitur, qui pro nostro pastorali officio, nihil aliud quaerimus, quam animas Christo lucrari, et fidem Catholicam propagare, eosdem vestros Coepiscopos tanquam Nuntios pacis, omni cum humanitate excepimus, idque tanto impensius, quod carissimus Filius noster Sigismundus Poloniae et Sueciae Rex, de vestra salutari deliberatione ad nos scripserat, totumque hoc conversionis Vestrae, et membrorum ad caput conglutinationis pium negotium accurate commendaverat, quod nonnulli item

Digitized by Google

Venerabiles Fratres nostri, Poloni Episcopi fecerunt: quare petitionibus, et oblationibus vestris consideratis, quus iidem Episcopi, et Procuratores Vestri detulerunt, et omnibus, gravi et prudenti consultatione examinatis, et deliberatis, tandem ad lauden et gloriam Dei omnipotentis, ad Sanctae Ecclesiae exaltationem, et fidei Catholicae incrementum, statuimus vos et clerum populumque vestrum intra Ecclesiae Catholicae gremium recipere, et ad nostram et Sanctae Romanae Ecclesiae unionem admittere, quod ut ritu magis solemni fieret, certo praestituto die, qui fuit tertius et vigessimus, proximi mensis Decembris, Sacro quatuor anni temporum jejunio, et vigilia Natalis Domini insignis, Venerabiles Fratres nostros, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, eorum sacrum et amplissimum Collegium convocavimus, quibus nobiscum considentibus, multis etiam praesentibus Praelatis et viris honoratis Aulae Romanae, duos Episcopos et Oratores vestros introduci, vestrasque Literas et Decretum de Unitate cum Romana Ecclesia petenda, et obedientia Nobis, uti Capiti, et summo Ecclesiae Pastori praebenda, clara voce legi jussimus, primum Rutheno vestro sermone, deinde Latino, mox iidem Episcopi duo, Catholicae fidei professionem, de scripto fecerunt, tam suo, quam Vestro nomine, omnesque haereses et Schismata, et errores detestati sunt, et eos praesertim, qui vos hactenus a Sancta Romana Catholica Ecclesia seperarunt et disjunxerunt, et nobis, qui licet indigni et meritis impares, Deo temen ita disponente, Beati Petri locum, et auctoritatem tenemus, Successoribus nostris et Sanctae huic Apostolicae Sedi perpetuam obedientiam praestiterunt, quam nos, una cum iisdem Fratribus nostris Cardinalibus accepimus et duos Episcopos Oratores vestros, et te Frater Archiepiscope, et Vos omnes Episcopos corpore quidem absentes, sed spiritu praesentes, uti Fratres, et membra nostra una cum clero et populo vestro, complexi sumus caritate sincera in visceribus intimis JESU Christi tanto nostro cum gaudio, et omnium

Digitized by Google

qui aderant, quantum ne cogitatione quidem facile quemquam aestimare, nedum verbis exprimere satis licet. Ergo in aeternum benedicta sit sancta et individua Trinitas, quia fecit nobiscum misericordiam suam. Fratres vero nostros, Hypatium et Cyrillum Episcopos, Praelatos nostros domesticos, et Assistentes fecimus, qui saepius nobiscum interfuerunt ad Sacrum et tremendum Sacrificium, et solemnes divinorum officiorum functiones, et praecipue in Basilica religiosissima, ad venerandum corpus Principis Apostolorum, ut verae unionis et communicationis in Christo manifesta signa exstarent. Eosdem autem cum opus fuit, benigne ad nos privatim etiam admissimus; et dum hic fuerunt, omni cum humanitate tractari jussimus, et discedentes omni erga Vos et illos benevolentiae significatione prosecuti sumus. Quae enim expetere visi sunt, libenter, quantum cum Domino licuit, concessimus. Ritus enim et ceremonias vestras, quae fidei Catholicae integritatem et mutuam nostram conjunctionem nequaquam impediunt, eadem ratione et modo, quo a Concilio Florentino permissum est, et nos quoque Vos retinere permisimus. Sigismundo Regi, Filio nostro carissimo, vos et Ecclesias vestras, earumque Bona, efficaciter commendavimus, atque ab eo petivimus, ut non solum Vos et vestra sua ope et auctoritate tueatur, sed etiam ut Vos ornet, et amplificet, et Senatoribus Regni adscribat, quamdiu in Ecclesiae Romanae obedientia et fidei Catholicae integritate permanseritis, quod Deo auxiliante perpetuum fore speramus. Quo de negotio scripsimus etiam diligenter ad complures Regni Senatores Ecclesiasticos et saeculares. Denique quantum cum Domino potuimus, operam dedimus, ut viscera nostra paterna Vobis ostenderemus, quod multo copiosius referere Vobis poterunt Episcopi ipsi Oratores et Collegae Vestri, qui visitatis de more Beatorum Apostolorum Petri et Pauli liminibus, et caeteris almae hujus Urbis Basilicis et Sanctorum Martyrum Reliquias pro cultu venerati, ad Vos cum nostra bene-

Digitized by Google

dictione revertuntur, quorum zelum et prudentiam, et in agendo sedulitatem, in Domino commendavimus. Reliquum nunc est, ut Vos, quae Romae acta sunt, a Procuratoribus vestris eadem animi alacritate et sincere relata habeatis et confirmetis. Cujus rei causa volumus, ut tu Frater Archiepiscope, nostra etiam auctoritate suffultus, Synodum Provincialem indices, et Episcopos tuos convoces, ut singuli profiteamini in publico Conventu fidem Catholicam ex eadem formula integre, quemadum Episcopi duo Oratores vestri hic professi sunt. Haec enim fidei professio, quam Sancta Romana Ecclesia docet, fides est Petri et Apostolorum, fides est Petrum et Orthodoxorum quam nisi quisquam fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit, cum eodem modo nobis et huic Sanctae Apostolicae Sedi, veram obedientiam spondebitis; et de his omnibus, quae a vobis in Synodo acta erunt, literas ad nos dabitis, rite conscriptas et publica auctoritate communitas, ut ad perfectae conversionis Vestrae et ad Ecclesiam Catholicam Romanam aggregationis et unionis testificationem et ad memoriam posteritatis perpetuam in nostris archivis, et Tabulariis conserventur. Scripsimus autem et ad Latinos Episcopos, Fratres nostros Archiepiscopum Leopolis, et ad Episcopos Luceoriensem et Chelmensem, ut in eadem Synodo vestra interesse velint, ut haec inter fratres unio tanto profundiores caritatis radices agat, et tanto firmius in Domino coalescat. Agite igitur Fratres, confitemini Deo Coeli et coram omnibus viventibus, date gloriam Nomini Ejus, qui fecit mirabilia magna solus, qui Vos in viam pacis et salutis direxit, et Vos nobiscum conjunxit et statuit supra petram pedes vestros, ut non essetis veluti parvuli fluctuantes omni vento doctorinae, sed ut vivi perfecti in planitudinem Christi, stabiles essetis in fide, et nobiscum una ambularetis in Domo Dei, cum consensu. Conservate hanc mentem, Fratres, conservate pacem et caritatem, quae est vinculum perfectionis, conservate Sanctam humilitatem,

Digitized by Google

quae diaboli machinas prosternit, et Domino summopere placet qui dixit: Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. Pascite gregem vestrum, verbo et exemplo, et docete eum viam bonam et obedientiam erga Apostolicam Sedem et Romanam Ecclesiam, ut cum eo ad gaudia aeterna perveniatis. Postremo, orate pro nobis, ut gravissimum hoc Pastoralis officii onus in hac temporum acerbitate, ipso adjuvante, qui dat omnem sufficientiam, et infirma corroborat, ad ejus gloriam fortiter sustineamus. Gratia DEI sit vobiscum Fratres, quibus nostram Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris, die VII Februarij MDXCVI pontificatus nostri Anno Quarto. *Silvius Antonianus.*)

Bulla Clementis VIII. Concedens potestatem Metropolitis totius Russiae, electos seu nominatos suffraganeos Episcopos confirmandi, instituendi et consecrandi, Literasque confirmationis et consecrationis in sua Curia pro iisdem expediendi.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem, eos qui pravis schismatum erroribus relictis, ad S. Matris Ecclesiae unitatem redierunt, specialibus favoribus prosequi, ut illi in ejusdem Ecclesiae fide et obedientia eo constantinus perseverent, quo cumulatioribus beneficiis se affectos esse perspexerint. Cum itaque Venerabiles Fratres, Hypatius Protothronius Vlodimiriensis et Brestensis, ac Episcopi Nationis Ruthenae seu Russiae suo et Venerabilium Fratrum, Michaelis Archiepiscopi Metropolitae Kijovien. et Halicien. et totius Russiae, Gregorij Archiepisc. nominati, electi in Episcopum Polocen. et Vitebscen., Michaelis Eppi Premislien. et Samborien. Gedeonis Leopolien., Dionysii Eppi Chelmen. et Belzen., Leontii Eppi Pinscen. et Turovien. postea defuncti, etiam Jonae Archimandritae Kobrynen. Ecclesiae S. Salvaroris, deinde electi in Episcopum Pin-

Digitized by Google

scen. et Turovien. loco dicti Leontij Eppi defuncti nomine, qui antea cum Romana Ecclesia non communicabant, sed proprii sermonis et idiomatis usu retento, Graeco ritu vivebant, ad nos et ad Sedem Apostolicam nuper accesserint, ac tam privato amborum, quam praedictorum Michaelis Eppi. et aliorum Episcoporum communi et procuratorio nomine, se et illos, in ejusdem Ecclesiae gremium recipi, et tamquam membra suo capiti uniri supplicaverint, ac omnes suos, et ipsorum errores, haereses et schismata damnaverint et detestati fuerint; fideique Orthodoxae professionem juxta formam Graecis ab hac Sancta Sede praescriptam, integre et ad verbum fecerint et emiserint, nobisque et Apostolicae Sedi debitam obedientiam et subjectionem praestiterint et perpetuo praestare promiserint; Nosque more pii Patris ipsos, universumque eorum clerum et Populum, Ruthenae seu Russae nationis in ejusdem Ecclesiae gremium recepirimus et tamquam membra in Christo Unitati Ecclesiae restituerimus et incorporaverimus; ac praeterea ad nostram erga ipsos charitatem ostendendam magis, omnes Sacros Ritus et caeremonias, quibus idem Archiepiscopus seu Metropolita, Episcopi et Clerus praedicti juxta SS. Petrum Graecorum instituta in Divinis ac Sacrosanctae Missae Sacrificio et Sacramentorum administratione aliisque sacris functionibus utuntur, dummodo veritati et fidei Catholicae non adversentur, ac communionem cum Romana Ecclesia non excludant, et Apostolica benignitate eadem permiserimus, concesscrimus et indulserimus, aliaque fecerimus, quae in nostris sub plumbo confectis Litteris, Dat. 10 Cal. Jan. praesentis anni plenius continentur. Cupientes nunc eosdem, ulterioribus gratiis prosequi cum Provincia Russiae seu Ruthena longo intervallo a Romana Curia distet, et propterea Episcopis, qui pro tempore eliguntur, valde incommodum futurum sit, ad Apostolicam Sedem pro suae Electionis Confirmatione accedere, seu etiam alios, qui eorum nomine hujusmodi confirmationem petant, et ad eandem Sedem transmittere, eorum in

hac parte commodis et indemnitati, quantum cum Domino possumus consulere volentes, motu proprio et ex certa scientia nostra, ac de Sedis Apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus et ordinamus, ut quandocumque posthac, aliquas ex praedictis eorum Cathedralibus Ecclesiis seu Sedibus Episcopalibus Vlodimirien. etiam invicem Pinscen. et Turovien. pariter invicem Premislien. et Samborien. similiter invicem Chelmen. et Belzen. et invicem Leopolien. Camenecen. invicem perpetuo, vel aliis unitis seu annexis Pastoris solatio destitutas seu vacantes, juxta morem eorum, seu modum illis permissum, electus seu nominatus fuerit, a praedicto Archiepiscopo Metropolita Kijoviensi et Haliciensi nunc et pro tempore existenti, auctoritate et nomine Sedis Apostolicae, confirmari vel instituti, eique munus Consecrationis impendi possit, et debeat ac ut, si electus, seu nominatus et confirmatus, vel institutus ab eodem Archiepiscopo, Metropolita vel de ejus licentia ab alio Catholico Antistite ejusdem nationis, gratiam et communionem Sedis Apostolicae habente duobus vel tribus Episcopis Catholicis ac similem communionem habentibus, assistentibus, munus consecrationis hujusmodi suscipere, idemque Antistes illi dictum munus impendere valeat, super quo ipsi tam in Episcopo pro tempore electo seu nominato et confirmato, quam Archiepiscopo Metropolitano pro tempore existenti, plenam amplam et liberam potestatem per praesentes concedimus et indulgemus. Verum cum Sedes Archiepiscopales, seu Metropolitanas Ecclesias Kijovienses et Halicienses praedictas, similiter invicem perpetuo, vel alias unitas sive annexas per obitum vel alias quovis modo quandocunque tam forsan in Romana Curia quam extra eam ubilibet, Pastoris solatio destitui seu vacare contigerit, volumus, et pari modo et auctoritate perpetuo statuimus et ordinamus, ut is, qui in Archiepiscopum seu Metropolitam juxta eorum morem, seu modum illis permissum, pro tempore similiter electus seu nominatus fuerit, electionis seu

Digitized by Google

nominationis suae confirmationem et institutionem seu provisionem nec non muneris consecrationis licentiam, a Nobis et a Romano Pontifice, pro tempore existente petere et obtinere omnino teneatur et debeat. Volumusque et similiter perpetuo statuimus, ut literae confirmationis, seu institutionis et provisionis hujusmodi et licentiae praedictae in eadem Curia, officiales, ad quos spectat, per viam secretam gratis expediantur, decernentes sic et non aliter, quoscunque judices et Commissarios, quacunque auctoritate et dignitate fungentes, sublata eis aliter judicandi et interpretandi faculate et auctoritate, judicari et definiri debere; irritum quoque et inane, si secus super his a quoque, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari non obstantibus quibuscunque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus et Sinodalibus Conciliis, editis Generalibus vel specialibus Constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem praesentium exemplis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, et sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae obsignatis, eadem prorsus fides in judicio et extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur iisdem praesentibus, si essent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam vivorum statutorum ordinationis, concesionis, indulti, Decreti, et voluntatis infrigere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicae, Millessimo quingentesimo nonagesimo sexto, Septimo Kalend. Martii, Pontificatus nostri, Anno quinto. L. Cardinalis Prodatarius. M. Vestrius Barbianus.

Porro Clemens Papa VIII scripsit ad regem et ad complures regni senatores ecclesiasticos et saeculares, ut non solum Eppos Ruthenos et causas eorum tuerentur, sed etiam illos ornarent, amplificarent et *senatoribus regni* adscriberent.

Digitized by Google

Exemplar talium literarum ad *Hieronymum Eppum Kujaviensem* sequitur:

Venerabili Fri Hieronymo Eppo Cujaviensi-Clemens P. P. VIII. — Venerabilis Fr. salutem et Aplicam benednem. Misericordia Domini plena est terra, et Miserationes ejus super omnia opera ejus. Ecce enim Deus Noster tenebras convertit in Lucem, et eos, qui longe erant, prope ad nos adduxit, ut sint unum Nobiscum in Fide et charitate. Etenim ut novit Frnitas Vra, Fres Nri Michael Archieppus et ejus Eppi Rutheni miserunt ad nos Oratores suos praestantes Viros Hypatium et Cyrillum Eppos, qui supplices a nobis petiere, ut eos ad gratiam et communionem Nram et hujus S. Apostolicae sedis admitteremus, se enim omnes veteres errores abjicere, Romanam Ecclesimm omnium Ecclesiarum matrem et Magistram agnoscere, paratos esse Fidem Catholicam profiteri, Nobis debitam obedientiam praestare, et Summam Romani Pontificis in Ecclesia universali potestatem aperte confiteri, quae cum omnia publice ac rite essent executi tam suo quam Procuratorio nomine Archieppi et Collegarum suorum insuper promisissent, illos pariter quaecunque ab ipsis Romae acta essent, eodem modo in Russia rata habituros, et confirmaturos nos vicissim qui licet immeriti illius locum in terris tenemus, qui venit quaerere ut salvum facere, quod perierat, Viscera Paternae dilectionis iis aperuimus et intra sinum Romanae Catholicae Ecclesiae illos recepimus, et admissimus et omni significatione amoris prosecuti sumus haec enim. membra olim divulsa nunc per Dei gratiam suo Capiti conglutinata quam arctissime nobiscum conjungi optamus. Quamobrem Tibi etiam magnopere commendamus Ruthenos Eppos, ut eos omnibus in rebus, quibus potius poteris aut pro tua authoritate et zelo sane plurimis adjuves et faveas, nominatim vero in eo operam tuam adhibeas, ut inter Regni senatores connumerentur, quamdiu tamen fidem Catholicam inviolatam servaverint, et summo Pontifici atque huic S. Sedi obedientiam tribuerint.

Digitized by Google

Qua de re scripsimus accurate ad charissimum Filium Nrum Sigismundum Regem, ex eo autem multa bona proficisci posse, si tam insigni beneficio Eppi illi et eorum Natio obstringatur, Tu pro tua prudentia optime intelligis. Tibi vero Frater quem sincero corde semper amavimus, et cujus virtutem plurimi semper fecimus, Nram Paternam et Aplicam benedictionem impertimur, Tibique coelestis gratiae operam precamur, ut gregem tibi creditum ad aeterna coeli pascua perducas. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris. Die 7 Februari 1596. Pontificatus Nri Anno quarto.

Intercessio haec Papae Clementis VIII et aliorum posthac Pontificum Romanorum per duo saecula nullum effectum sortita est, ad finem primo saeculi XVIII in comitiis sic dictis constitutionalibus unico Metropolitae *Rostecki* dabatur in senatu post omnes Polonicos Eppos locus, quod videntes disuniti sarcastice deridebant.*)

In memoriam hujus facti jussit *Clemens* Papa VIII excudi numisma, quod continebat ex parte una suam effigiem cum inscriptione: „Clemens VIII. Pfex Max.," alia vero ex parte Ruthenos ante solum Pontificis flectentes cum inscriptione: „Ruthenis receptis 1596.**)"

Hoc numisma dedit adversariis unionis in specie autem Protestantibus ansam, comparandi unionem Ruthenam cum captivitate Babylonica, siquidem iidem Protestantes in Polonia eotum ubivis dispersi Romam novam Babylonem appellabant. et aegreferentes augmentum Ecclesiae Romano-Catholicae per accessum Ruthenorum ad unionem, non intermittebant eandem omnibus modis praepedire.

Post reditum ablegatorum Epporum Ruthenorum *Hipatii* et *Cyrilli* Roma anno 1596 Clerus Polonicus in Ecclesiis suis persolvebat Deo gratias pro restituta unione Ecclesiae Ruthe-

*) Apocrysis Vilnae 1597. **) Bar. Annal. Eccles. Rom. 1716 Tom. VII. pag. 681.

Digitized by Google

nae; attamen tristissima experientia, multis historicis monumentis probata, quae jam adducta sunt, et adhuc adducentur, docet, eundem clerum sua ex parte parum aut nihil praestitisse in bonum unionis Ecclesiae Ruthenae, maxima autem damna eidem intulisse, siquidem non solum deprimebat Clerum Rutenum catholicum verum etiam tractabat unionem Ruthenae Ecclesiae qua medium facilius perducendi Ruthenos unitos seu catholicos ad ritum latinum, eosque polonisandi, et tali ratione suam jurisdictionem dilatandi. Qua ratione factum est, ut contra mentem concilii Tridentini*) clerus Polonicus, proprias oves habens, alienis autem ovibus praeesse quaerens, suorum curam negligeret, quod historia Polonica undique probat, utque non dilataret regnum divinum, sed latinisatione et polonisatione Ruthenorum catholicorum duxerit laborare in putativum bonum regni Poloniae et in secunda primum linea in bonum Ecclesiae catholicae secundum conceptum suum vix probandum: *„Ruthenos debere fieri prius Polonos, ut sint dein boni catholici.“* Quare etiam factum est, ut Rutheni catholici Eppi, occupati defensione ritus sui graeco-catholici contra praepotentiam cleri Polonici, quem adjuvabant reges, magistratus et nobiles Polonici. non possent omnibus viribus, et omni Apostolico zelo pro dilatatione unionis cum s. Sede Romana desudare, et quidem tanto minus, quod schismatici eis miserum statum hujus unionis objicerent, et defectum charitatis Latinorum (Polonorum) erga unitos seu catholicos Orientales monstrarent, ac in sequelam horum unionem Ecclesiasticam perhorrescerent. Haec ex apologeticis scriptis unitorum et disunitorum Ruthenorum tum etiam ex ipsis relationibus et querelis unitorum Epporum datis Romam colligi possunt.

Una ex parte schismate Orientali occaecati altera autem ex parte a Latinis nominatim vero Polonis scandalisati adver-

*) Sess. XIV. cap. VIII.

Digitized by Google

sarii unionis Ecclesiasticae omnes huicce stabiliendae ponebant obices, quas eo fidelius juxta scripta*) illorum adversariorum exhibendas esse duximus, quanto magi Nostra interest, ut partim cognoscatur infundata oppositio Orientalium contra unionem Ecclesiasticam, quaesita aliunde, non vero in ipso objecto fidei catholicae contenta, et ut altera ex parte innotescant durissimae circumstantiae, in quibus pro unione Ecclesiastica laborantes Eppi Rutheni versabantur.

Recte sub initium an. 1596 convocabantur a rege *Sigismundo* III comitia regni, ad quae comparens nobilitas Ruthena omnem movere coepit lapidem contra unionem Ecclesiasticam licet mox ad ritum latinum transire, et sese nationalitati Polonicae adscribere duxerit. In comitiis constituerunt Dux *Constantinus* Ostrogiensis et princeps *Georgius Drucki Horski* oppugnare unionem. Ex nobilitate terrae Cracoviensis et Palatinatuum Kijoviensis, Volhynensis, Polocensis, Novgorodensis Trocensis, Braclaviensis, Minosceosis et Vitepscensis formabatur deputatio ad regem, et eidem faceret remonstrationem contra unionem. Petita adversariorum continebant haec duo principaliora puncta: 1) Ut Eppi faventes unioni deponerentur. 2) Ut in eorum locum substituerentur Eppi tenaces professionis orientalis in fundamento confederationis Varsaviensis ex 28 Januarii 1573 et diplomatum priorum regum confirmatorum juramento ipsius regis *Sigismundi III*. Hoc petitum exhibuit regi personaliter dux *Constantinus Ostrogiensis*. Verum rex

*) Vide: Protestatio ducis Coostantini Ostrogien. data 5 Maji 1596. Protestatio principis Drucki—Horski data 6 Maji 1596. Literae synodi orthodoxae Brestensis datae 9 Octobris 1596 Ejusdem synodi protestatio contra unionem data 9 Octobris 1596 Omnia haec acta inserta erant in libros tribunalis Novogrodecensis (Novogrodek) et in librum Castrensem Vladimiriensem ex an. 1596 pag. 489. Instructio data deputatis ad regem a praedicta synodo sub 9 Octobris 1596 (Lib. Castr. Luceor. Ad an. 1629 p. 614).

Digitized by Google

stetit firmiter in proposito suo instaturandi unionem Ecclesiae Ruthenae cum s. Sede Romana. Die ultima comitiorum declararunt deputati Rutheni et Dux *Constantinus Ostrogiensis* regi, senatui et comitiis, nationem Ruthenam non esse agnituram Eppos *Hipatium Pociey* et *Cyrillum Terlecki* nec non eorum Eppalem jurisdictionem. Insimul conscripserunt iidem deputati protestationem *contra oppressiones*, quas experiuntur clerus et populus Ruthenus, et commisserunt eam legere in comitiis in facie regis *Martino Buchowecki*, Scribae Palatinatus Posnaniensis. Sed comitia opposuerunt sese lectioni hujus protestationis, quae dein ad acta comitiorum Varsaviensium inferebatur. Similes duas protestationes dederunt deputati Rutheni ad acta castrensia Rudziejoviensia, unde earum copiae acceptme mittebantur in Palatinatus Ruthenos.

Extunc rex *Sigismundus III.* declaravit sese defensorem et protectorem Epporum Ruthenorum, qui ad unionem accesserunt, et invitabat ad eandem omnes Ruthenos, Metropolitae autem *Michaeli Rahoza* demandavit, ut convocaret synodum Brestiae (Brześć Litewski). Insuper dedit rex sub 21 maji 1596 Eppo *Cyrillo Terlecki* literas, quibus renovavit ejusdem confirmationem in Eppatu Luceoriensi et Ostrogiensi. Mox etiam et quidem sub 29 maji 1596 dedit rex manifestum, quo subditos suos certos fecit, de renovata unione Ecclesiae Ruthenae cum s. Sede Romaea, et quo ad pacificandos Ruthenos significavit, Eppos Ruthenos Romam ablegatos *nullam innovationem* exinde adtulisse: „Eppi, scribit rex, nihil novi Roma adtulerunt, nihil saluti vestrae contrarium, nullam innovationem in vestris antiquis ritibus Ecclesiasticis, sed omnia vestra dogmata et omnes vestri ritus Ecclesiastici intacti sunt relicti conformiter canonibus apostolicorum conciliorum et antiquae doctrinae ss. Patrum Graeeorum, quorum nomina vos colitis et quorum festivitates vos celebratis.“ Manifestum hoc per extensum sonat:

Digitized by Google

UNIWERSAŁ ZYGMUNTA III

na Synod Brzeski.

Z ksiąg grodzkich zamku Łuckiego.

Zygmunt III. Bożą miłością król polski Wielki Xiążę litewski, ruski, pruski, zmudzki, mazowiecki, inflantski, a szwedzki, gocki, wandalski, dziedziczny król, wielebnym, jaśnie wielmożnym, urodzonym i sławetnym wszystkim w obec i każdemu z osobna, duchownego i świeckiego stanu wiary i zakonu greckiego ludziom szczerze i wiernie nam miłym łaskę naszą królewską. Przykładem dawnej i starożytnej zgody kościoła wschodniego z kościołem zachodnim, za którą państwa i królestwa do wielkiej a niezwyciężonej sławy przychodzili; także przykładem inszych wielkich cesarzów, królów i monarchów potężnych, którzy kilkakroć te kościoły jedność z sobą rozerwaną zawżdy z wielką pilnością i staraniem one zgody w klubę łączyli i przywodzili. I my pragniemy i życzymy sobie tego, abyśmy z ludźmi temi, których pan Bóg wszechmogący z przejrzenia swego świętego, i za wolnym ich samych obraniem władzy i zwierzchności naszej hospodarskiej podał i poręczył, w jedności i społeczności jednemi usty i jednym sercem imie Boskie wielbili i za dobrodziejstwa nie ogarnione dziękując, tym potężniej okrucieństwu pogańskiemu zastanawiali się. Ponieważ to jaśnie i w mniejszych rzeczach każdy widzieć może, że zgodą małe wielkiemi urastają, a w niezgodzie i największe giną i upadają; tąż za rozerwaniem i rozłączeniem cerkwi greckiej z kościołem rzymskim osądzić się może; że wszystek gniew Boski na ludzie się wylał. Nieoszacowane rzeczpospolita chrześciańska szkody a i nieopłakaną zgubę państw zniszczenie wielkich i sławnych królestw okrótną ludzi zacnych, krajów obfitych i znamienitych w rękach pogańskich niewolą odnosi i zażywa,

Digitized by Google

że po tenczas tym większe uciski utrapienia za niezgodą chrześciańską, a potężnością nieprzyjacielską, którzy chwałę boską wyniszczyć wszystkiemi siłami starają się ponosi. Jakoż panując nam szczęśliwie na tych państwach w koronie polskiej i W. X. L. między innym obmyśleniem spraw rzeczypospolitej nie mniej do tego umysł nasz skłonili, jakoby ludzie religii greckiej w państwie naszym do pierwszej i starożytnej jedności z kościołem powszechnym katolickim rzymskim pod posłuszeństwem jednego zwierzchnego pasterza przywiedzieni byli i już za zgodą osób duchowieństwa greckiego starszych przełożonych waszych wyprawieni byli Posłami do świętego ojca papieża, ku stolicy apostolskiej rzymskiej. Wielebni Ipacy Episkop Włodzimirski i Brzeski, i Kyrył Terlecki exarcha episkop łucki i ostrogski, którzy u ojca świętego bywszy i z wielką pociechą was wszystkich ludzi zakonu greckiego, odprawieni będąc, nazad się powrócili. Zkąd nic nowego, i zbawieniu waszemu przeciwnego, a na koniec od ceremonii waszych cerkiewnych zwykłych nic rożnego uprzejmościom i wiernościom waszym nie przynoszą. Ale według dawnej nauki Ojców świętych greckich, których imiona uprzejmości i wierności wasze wielbicie i dni święcicie i wszystko według świętych Soborów apostolskich wyroków, wam cale zachowano. Co wszystko ci mianowani posłowie dostateczniej uprzejmościom i wiernościom waszym ku pomnożeniu chwały imienia boskiego i ku dalszej za pomocą jego świętą was wszystkich ku pocieszę odnieść potrzebują. Zaczym i niemało ludzi znacznych wiary greckiej pragną tak świątobliwego zjednoczenia. Prosili nas, abyśmy dla prętszego przyprowadzenia do skutku tej sprawy, Synod złożyć rozkazali. Tedy my hospodar pozwoliliśmy wielebnemu Kyr Michałowi Rahozie Metropolicie kijowskiemu i halickiemu i wszystkiej Rusi jako zwierzchnemu i przełożonemu w wierze waszej greckiej pasterzowi, aby Synod uprzejmościom i wiernościom waszym ludziom tej religii greckiej, a wiernym i miłym

poddanym naszym na pewnym miejscu w mieście naszym brzeskim na czas, który wielebności jego i duchownym przełożonym starszym najsposobniejszy zdawać się będzie, przez listy swoje złożył, będąc pewnemi, że uprzejmość i wierność wasza gdy się porachujecie, nic potrzebniejszego, ważniejszego i pocieszniejszego pożądać sobie nie możecie nad tę świętą jedność starodawnej powszechnej wiary, która miłość, zgodę i pokój spólny między narodami zatrzymywa i mnoży, i całość rzeczypospolitej i wszystkich inszych tak ziemskich jako i niebieskich pociech strzeże. Na któryto Synod wolno będzie każdemu z wierności waszych religii greckiej przybyć, i tym świątobliwym sprawom przysłuchiwać się, jednak że aby każdy, jako najskromniej być może przyjeżdzał, nie biorąc z sobą zgrai niepotrzebniej. Chcemy też i to mieć, aby oprócz katolików rzymskiego kościoła i greckiej cerkwi, którzy do tej cerkwi i jedności należą, insi ludzie różnej wiary, także ani postronni tam na ten Synod jako nienależni, nie byli przypuszczeni. Spraw do Synodu nienależących tam też nie wnoszono i nie umniejszywano. A między inszemi powinnościami napominamy szczerość i wierność waszą, aby jako na każdym miejscu, tak i tam zwierzchności naszej prawa i pokoju pospolitego, powinne i przystojne uszanowanie z każdej miary było, i aby wszystko w zgodzie, miłości, z wielkim błogosławieństwem bożym, naszą i wszystkiej rzeczypospolitej osobliwą pociechą odprawowało się. Uprzejmie tego od pana Boga uprzejmościom i wiernościom waszym winszujemy i żądamy. Pisan w Warszawie lata bożego narodzenia tysiąc pięćset dziewięćdziesiąt szóstego. Miesiąca maja dwudziestego dziewiątego Dnia.

His quidem literis provocabatur Metropolita *Michael Rahoza* convocare Brestae Synodum, definire pro eadem diem, et specialibus scriptis invitare fideles suos, ut in eadem Eppi *Cyrillus Terlecki* et *Hipatius Pociey* de missione sua Romam rederent rationem. Rex porro desiderabat, ut ad illam sy-

Digitized by Google

nodum venirent, quicumque vellent, fideles orientales sed sine omni strepitu et sine caterva armatorum et cum exclusione acatholicorum. Synodus deberet tractare solummodo materiam unionis Ecclesiasticae, exclusa omni alia materia. Venientes ad Synodum requirebantur praestare regi omnem debitum honorem, non turbare pacem et tractare hoc magnum negotium cum amore, cum respectu ad benedictionem divinam, ac in gaudium regis atque totius reipublicae. Tandam concludit rex, se sperare, ejus fideles subditos post maturam deliberationem non esse aliquid aliud inventuros magis utile et salutare, quam unionem Ecclesiarum, quae promovet inter populos pacem et amorem, conservat integritatem regnorum et etiam alia praebet terrena et coelestia gaudia.

Praehabito hoc manifesto indixit Metropolita *Michael Rahoza* synodum in urbem *Brestam* pro die 6 Octobris 1596, ad quam ex utraque parte tam illi, qui contrariebantur unioni quam illi, qui pro eadem erant, magno convenerunt numero.

Ex parte priorum erant: Eppus Leopoliensis *Gedeon Boloban*, Eppus Premisliensis *Michael Kopysteński*, Exarcha Metropoliae Kijoviensis *Nestor Kozmycz*, Archimandrita Kijovopeczarensis *Niceforus Tur*, archimandrita Suprasliensis *Hilarion Masalski*, Archimandrita Pinscensis *Eliseus*, hegumem monast. Salvatoris in Dubno *Basilius*, monasterii Wydubyscensis *Nikon*, multi decani et parochi. Sedes Patriarchalis Constantinopolitana eotum vacabat, et administrabatur a Patriarcha Alexardrino Meletio, qui nomine suo qua vicarium suum generalem misit ad synodum Brestensem *Nicephorum*, Protosyncellum Ecclesiae Constantinopolitanae, aderat porro *Cyrillus Lucaris* eotum academiae Ostrogiensis rector, Protosyncellus Patriarchae Alexandrini, dein Patriarcha Constantinopolitanus. Ex laicis aderant: *Dux Constantinus Ostrogiensis*, princeps *Alexander Polubeński*, Castellanus Novogrodensis, *Theodorus Ursul*, *Czaplicz*, *Joannes Volynec Czerncycki*, *Demian Pawlowicz*, *Andreas Bohowitin*, *Jacko Butowicz*, *Żdan Borowicki* et

Digitized by Google

alii deputati nobititatis Palatinatuum civitatum et confraternitatum ex Lithvania *Szyman Cywiński*, ex terra Russiae (Halicia) *Gregorius Boloban*, ex terra Brestensi *Basilius Adamowicz Starowolski*, ex terra Pinscensi *Dyonisius Slobodski*. Parte ab altera aderant: Metropolita *Michael Rahoza*, Eppi *Hipatius Pociey* Vladim., *Cyrillus Terlecki* Luceor., *Hermogenes* archieppus Polocen., *Dyonisius Zbiruyski* Chelmensis et Belzensis, *Joannes Hohol* Pinscensis, multi archimandritae, hegumeni, decani, parochi, monachi, diaconi, porro qua legati regii, princeps *Christophorus Radziwil* Dux et Palatinus Trocensis, *Leo Sapieha* cancelarius M. ducatus Lithvaniae, *Demetrius Chalecki* Vicethesaurarius M. Ducatus Lithvaniae, Capitaneus Brestensis, *Demetrius Sulikowski* Archieppus Leopoliensis r. l. *Bernardus Maciejowski*, Eppus Luceoriensis r. l., *Gomoliński*, Eppus Chelmensis r. l., Jesuita *Petrus Skarga* et alii inisgnes utriusque status ecclesiastici et saecularis.

Adversarii unionis obmovebant sequentia: 1) Eppi, qui abdicarunt Patriarchae Constantinopolitano, deponendi sunt. 2) Synodus Brestensis convocata sine consensu Patriarchae non potest statuere de unione cum Ecclesia occidentali. 3) Ecclesia Ruthena in Polonia nacta est privilegia a regimine Polonico, confirmata confederationibus et juramentis regum, ideo conservari debet in referentia sua ad Patriarcham Constantinopolitanum et in integritate rituum suorum. 4) Kalendarium vetus secundum canonicas definitiones ejus festorum et secundum decreta regis Stefani Bathory retinendum est.*)

---

*) Стефанъ Божиею милостїю кр. пол. вел. кв. лит. рускїй, прускїй, жомонтскїй, мазовецкїй, ифлайскїй, седмигродскїй и прочая. Княземъ и паномъ, воеводамъ, каштеляномъ, маршалкомъ; старостамъ, державцамъ, урядникомъ земскимъ и дворнымъ, всѣмъ вобецъ такъ стану духовного якъ свѣтского а менованите войтомъ, бурмистромъ, радцамъ мѣсте нашихъ

(Qnoad calendarium pertractabatur res Romae; quum vero punctum hoc sinistram apud omnes invenerit impressionem, fuit etiam a defensoribus unionis rejectum.)

віленьскомъ бѹдѹчимъ. Ижъ есмы календаръ новопоправленый въ паньствахъ нашихъ приняти казали: вчомъ нейдетъ намъ о тое, абысмо обходовъ и святъ греческихъ албо ꙗкихъ иныхъ набоженствъ заказовати мѣли. О чомъ есмы ани мыслили, але ѹчинилисмы то для порядкѹ и справъ речи посполитои. Про то вольно есть и маетъ быти каждомѹ набоженства и вѣры своей ѹживати, свята святити и обходити. Я за тое они ни ꙗкои трѹдности, принагабаня, шкоды и грабежовъ терпѣти не маютъ, кгдыжъ люде греческого канонѹ до тоей поправы календара нового безпризволеня старшого патріархи своего кгвалтомъ примѹшани быти не маютъ. Для чого хочемо мѣти и приказѹемо вамъ, абысте имъ святъ ихъ обходити и святити не заборонѧли, перекface и перенагабаня ани грабежовъ за тое ани деспектовъ жадныхъ не чинили, постерегаючи того, абы покой и згода меже рожными въ вѣре и набоженствѣ захованъ былъ. Кгдыжъ есмо еднако повинни всѣхъ подданыхъ нашихъ правомъ згодою змоцненными заховати и подобороною покою отъ насъ Господара поприсягненою. Чого ꙗкъ въ всѣхъ справахъ такъ и втомъ никды ничимъ нарѹшити нехочемо. Писанъ рокѹ отъ нарожения сина Божего ѧ҃фпд мц҃а генваря к҃а дня. Стефанъ кроль. Левъ Сапѣга писаръ.

Stefan z Bożej łaski król polski, wielki książę Litewski, Ruski, Pruski, Mazowiecki, Zmudzki, Inflantski i Siedmiogrodzki.

Wszem w obec i każdemu z osobna a zwłaszcza województwa ruskiego i bełzkiego obywatelom tak duchownego jako

Metropolita *Michael Rahoza* detrectabat die praefixa ad Synodum comparere, diffidens nobilitati.

Adversarii vero unionis convenerant sexta octobris 1596 in quadam ampla domo ad synodum et expectabant Metro-

---

Post unionem in Synodo Brestensi anno 1596 renovatam usque ad primam Poloniae divisionem anno 1772 praeerant Hierarchiae Ruthenae, communionem cum s. Sede Romana habenti, sequentes Metropolitae: 46 Hypatius Pociey, excipiens Metropolitam Michaelem Rahoza an. 1698; 47 Josephus Velaminus Rutski 1613; 48 Raphael Korsak 49; Antonius Sielawa 1642; 50 Gabriel Kolenda 1664; 51 Cyprianus II. Zochowski 1676; 52 Leo I Zaleński 1694; 53 Georgius II Winnicki 1700; 54 Leo II Kiszka 1713; 55 Athanasius Szeptycki 1729; 56 Florianus Hrebnicki 1747; 57 Felicianus Wolodkowicz 1762. Documenta mox adducenda sunt ex temporibus horum Metropolitarum, testanturque eorum et aliorum Epporum Ruthenorum coaevorum Apostolicos labores circa dilatationem unionis Ecclesiae Ruthenae cum s. Sede Romana, necnon circa conservationem ritus graeco-catholici et jurium ejus.

Dilecto Filio Joanni Felici Herburt Paulus PP. V.

Dilecte Filii, Salutem et Apostolicam benedictionem. Solatium non mediocre Nobis attulit, quod ut audivimus pro-

Digitized by Google

fitearis te non modo filium hujus Apostolicae Sedis devotissimum, sed Religionis Catholicae zelantissimum. Augeat Dominus in animo tuo hunc adeo laudabilem pietatis affectum. Sicut ex ipso haud vulgarem nostram charitatem tibi concialiasti. Nunc Fili! cum intellexerimus, quantum molestiae dilectis filiis Ruthenis adimeretur, qui Se ad unionem Sanctae Romanae Eccleciae adjunxerunt, si eorum piis desideriis faveres, sitque nobis maxime cordi, horum filiorum nostrorum consolatio, in tua erga Nos filiali observantia confisi significare tibi voluimus, praestiturum te Nobis Officium gratissimum, si in omnibus, quae poteris, illis opitulatus fueris. Quod ut sedulo facias hortamur, et Benedictionem nostram Apostolicam tibi paramanter impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris XVIII Kalendas Decemb. MLDXV 1615. Pontificatus nostri Anno undecimo.

Petrus Strozza.

Sanctissimo Domino Nostro Paulo V. Christi Domini Vicario, Successori Divi Petri, Pastori Universali Opt. Max. Pontifici Romano, Domino D. Clementissimo etc.

Sanctissime ac Beatissime Pater!

Sacros pedes Sanctitatis Vestrae humillime deosculor.

In literis Sanctitatis Vestrae ad me datis, agnosco eum, quem Christus Dominus Vicario Suo a Patre promisit et misit Sanctum Spiritum, video in nominando clementiam: sentio in monendo gravitatem: admiror in offerendo humanitatem, idque eo magis, quod facili conjectura assequor eos, qui detulerunt nomen meum Sanctitati Vestrae in causa Russiae unionis; id egisse, ut Sanctitatem Vestram adversam, acerbam et inhumanam cognoscerem. Sed quia is, Cujus in terra locum tenet Sanctitas vestra, est ipsa veritas, ideo dedit eam mentem Sanctitati Vestrae, ut more ipsius clementissime peccatorem me reciperet, et vicissim a me intelligeret, quae fortassis delatores mei Sanctitatem Vestram celarunt. Catholicus, Beatissime Peter, Sedi apostolicae Romanae addictissimus, si unioni

Digitized by Google

non favet, perversus est, si impedit, impius est, si adversus illam est, sceleratus est. Quid ergo testor Eum, qui videt non sicut homo, qui videt in abscondito, qui oculos carneos non habet. Testor dicta publice et privatim mea, me in unione constituenda cum istis convenire, sed in modo ac ratione plane et toto coelo quod ajunt dissentire. Possent, Beatissime Pater! aliae etiam inveniri et forte non contemnendae rationes ad firmam unionem faciendam, quas tempus omnia videns, omnia audiens, tempus edax rerum et invidiosa vetustas nos docent, si Sanctitati Vestra probarentur. Cognovit haec ipsa navis Petri, cujus Sanctitas Vestra clavum tenet, soepius bonam causam male tractatam amitti. Ante Leonis X. tempora quae in Asia et Africa jactura, post ipsius tempora, quae in Europa? Perhorresco cum Angliam, Galliam, Germaniam cogito! Fuitne causa bona? optima. Erratumne fuit in doctrina? minime; ea est coelo et terra firmior: forte bona causa male tractata fuit. Quid enim Authori Sacratissimae nostrae fidei magis contrarium quam potentia et vis? Sed haec videre mihi ut homuncioni et dolere ut non ignaro mali licet: statuere est Sanctitatis Vestrae, quid in Petra stat. Ab hoc malo amplissima Regna haec, quae uno nomine Poloniae nunc vocantur, quod hactenus libera fuerunt, laudamus prudentiam Majorum nostrorum, nobis gratulamur; sed ne apud nos quoque incendium exoriatur, vehementer metuimus. Jam Beatissime Pater, proximis Annis hoc in negotio suppositi sunt ignes cineri doloso. Inter eos, qui timent, ne flama erumpat, et Patriam damno afficiat, ego sum unus parvus quidem nunc, cum ita fata tulerunt et Reipubilcae et mea, sed majoribus illis ortus, de quibus dici possit: Fuimus Troes, fuit Illium et ingens gloria. Qua lege itaque et ratione Servus sciens et non faciens apud Dominum excusatus erit? Russi gens mea est, Russia Patria nostra communis, adfinitates cum illis infinitae, subditi fere omnes Russi, vi rem geri video: vis excitat tumultum, tumultus periculosissimus. Regnum Russiae maximum, sex Palatinati-

Digitized by Google

tibus constans, qui non Provinciis sed Regnis aequiparari possunt. Vicinae nobis sunt Gentes Hungaricae Mesicae, Bulgaricae Graecae, Moschicae inumerae, omnes ejusdem fidei, omnes ad bella natae. Si paccatis et convenientibus modis et tali Spiritu plenis, uti Sanctitatis Vestrae sunt ad me literae, unio Ruthenorum ageretur, spem haberemus futuram firmiorem Pauli V, temporibus quam Eugenii IV, quae nunc orbem christianum et maxime patriam nostram turbat. Habet Sanctitas Vestra manum a corde meo, ita Haebrerorun Sapientes epistolam vocant; ne autem longo sermone Sanctitatem Vestram quamvis in e maximi momenti morer, peto ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Cardinali Montalto, ut amplius Sanctitati Vestrae referat, quod puto illius Celsitudinem facturam, cum non modo Protector Poloniae sit, sed etiam arbitror meminisse, quod ante annos aliquot, nomine divi Clementis VIII. dederit ad me literas, quibus intentionem meam, si bellum Ferrariense durasset, abunde laudavit, et mihi gratiam Sancta Sedis Apostolicae obtulet. Deus Opt. Max. Sanctitatem Vestram diu incolumem universo orbi servet, et universum orbem det Sanctitati Vestrae obsequentem. Iterum Sacros pedes Sanctitatis Vestrae ego, conjux, liberi et universa familia mea osculamur, et bedictionem Apostolicam imploramus. Data in arce mea Dobromiliensi die V Augusti MVCXVI.

Sanctitatis Vestrae D. D. D. mei Clementissimi minimus servus et obedientissimus filius — Herburt Dobromilski.

Grus Spiritualis seu vigilantia Pastoris, continens literas de Unione Schismaticor. Ruthenorum cum Catholicis optanda. Cracoviae in Officina Francisci Caesarii AD. 1617.

Adamo Constantino et Paulo Janussio Ducibus in Ostróg Comitibus in Tarnow dedicatus.

Breve Pauli V. de non mutando ritu.

Paulus V. Papa. Ad perpetuam rei memoriam. Solet circumspecta Romani Pontificis providentia, si quae aliquando super literis ab Apostolica Sede emanatis dubia oriantur, suae

Digitized by Google

declarationis oraculo tollere, et alias providere, prout temporum et personarum qualitatibus debite pensatis conspicit in Domino salubriter expedire. Alias siquidem felicis recordationis Clemens Papa VIII. praedecessor noster bonae memoriae Michaelem Archiepiscopum, et Metropolitam Kijoviensem et Haliciensem ac totius Russiae, et cum eo plerosq. ejus comprovinciales Episcopos, et alios tunc expressos, una cum omni eorum Clero et populo nationis Ruthenae seu Russiae, qui cum Romana Ecclesia non communicabatur,... intra gremium Ecclesiae Catholicae et unitatem S. R. E. uti membra sua in Christo sub certis modis et forma recepit, univit, adjunxit, annexuit et incorporavit, prout in dicti Clementis Praedecessoris nostri sub plumbo, sub data Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae MDXCV. decima kalendas Januarii, Pontificatus sui Anno quarto, expeditis literis plenius continetur; cum autem sicut Venerabilis Fratris Josephi Archie iscopi moderni Kijoviensis et Haliciensis nomine nuper expositum nobis fuit, non desint, qui veritatis ignari, aut ab aliis in errorem inducti, sibi persvadeant, Romanam Ecclesiam per unionem praemissam eorum Ritus et ceremonias in Divinis officiis et Sacramentorum administratione tollere et extinguere voluisse, unde scandalum multorum provenire dignoscitur; eapropter nos ex pastoralis officii debito inimico homini, bono semini superseminandi zizania occasionem auferre et errorem hujusmodi ex mentibus hominum evellere, ac scandalis occurrere volentes nec non literarum praefatarum tenorem praesentibus pro expresso habentes, supplicationibus dicti Josephi Archiepiscopi nomine, nobis super hoc humiliter porrectis inclitati, omnes Sacros Ritus et ceremonias, quibus Episcopi Rutheni et Clerus juxta Sanctorum Patrum Graecorum instituta in Divinis officiis, et Sacrosanctae Missae sacrificio, caeterorumq. Sacramentorum administratione, aliisq. sacris functionibus utuntur, dummodo veritati et doctrinae Fidei Catholicae non advesentur et communionem cum Romana Ecclesia non ex-

Digitized by Google

cludant, per unionem praemissam tollere, aut extinguere Ecclesiae Romanae intentionem, mentem, et voluntatem non fuisse, nec esse, neque id dici, aut censeri potuisse, nec posse, quinimo dictos Ritus Eisdem Ruthenis Episcopis et Clero, ex Apostolica benignitate permissos, concessos, et indultos esse, sicut ex literis praedictis, et Concilio Florentino apparet, et ex instituto Collegii Graecorum Urbis nostrae, in quo Alumni de ritibus hujusmodi servandis, sicut accepimus, juramentum praestant, tenore praesentium declaramus et decernimus, non obstantibus consvetudinibus et ordinationibus Apostolicis caeterisq. contrariis quibuscunq. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris. Die decima Decembris MDCXV Pontificatus nostri Anno undecimo.

S. Cobellucius.

Informatio data ab Episcopis Ruthenis sub Metropolita Rutski Romam S. Congregationi praepositae negotiis Ruthenorum in materia Religionis et Unionis propagandae.

Illmi et Rndmi DD: Antistites propagandae Fidei.

Ut primum inaudivimus, a Sanctissimo institutam esse Congregationem prop. Fidei Catholicae, incredibile dictu, quantum gavisi sumus, magna quippe spe solamur sub Vestro bene auspicato initio, et nostros labores promovendos, et Unionem Sanctam a Clemente VIII. Fel recor. ad emolumentum gentis Ruthenae his terris Aquilonaribus inradicatam Vra Cura et Sollicitudine reflorendam. Hactenus enim Schismaticorum conjurationibus, odio implacabili, vulgi persecutionibus, spoliationibus bonorum, mestibus, carceribus, conviciis, calumniis, turbinum forensium impetibus, templorum eversione, haereticorum molitionibus, si non poenitus oppressa, ac certei suppressa fuit. Nec desunt Catholici nominis proceres, qu haec studia Schismaticorum, qua connivendo, jam juvando foveant, reliqui adsunt horum spectaculorum admiratores, tantum qui vere manum et linguam serio moveant, non sunt,

Digitized by Google

vix aliquis inter Spiritaales, soli S. Sedi omne debemus, quod adhuc unio non collapsa, quae Brevibus suis ad singula fere Comitia Regni missis promovet, et maxime per nuntios suos hoc in Regno residentes. Ex Saecularibus solius potissimum hactenus Serenissimi Regis enituit pro nobis constantia. Solus se admodum strenue tum Catholicis quibusdam nobis adversantibus tum Schismaticis et diversarum sectarum Statibus pro integritate Privilegiorum Unionis opposuit, licet Respublica turbata, ac ipsemet vix securus vitae esset, tandemque pervicit, ne quid in praejudicium Unionis pro Schismaticis in comitiis decerneretur. Ideo et Sedi Applicae et Serenissimo finem gratiarum actionis nunquam faciemus, idque ut nobis praebeat Sa. Cong. prop. fidei, plurimum rogamus, et quia putamus interesse S. Cong. scire, quid impediat in unaquaque provincia propagationem fidei, et quid ad propagandam Unionem juvat, ideo boni consulet nobisque ignoscet, si in ejusmodi impedimentis exponendis et remediis suggerendis fuerimus longiores vel importuniores. Quemadmodum enim interest Sae Congregationi nosse, quid obstet, quominus progressum habeat unio, ita nostrum est quaerere remedia, cum ab omnibus, tum potissimum ab iis, qui profitentur propagationem fidei impedimenta maxima, quominus Unio Ruthenorum inter Ruthenos, Moshos et alios linguae Slavoniae homines felices progressus habeat, ad quinque capita reovcantur hoc ordine:

1mum. Ex porte oppugnantium Unionem haereticorum et schismaticorum.

2dum. Ex parte Catholicorum Ritus Latini frigide defendentium Unionem.

3tium. Ex parte Transeuntium ex Ritu Graeco ad Latinum.

4tum. Ex Occasionibus, quae in dies subministrant Ruthenis male opinandi de candore Latinorum in negotio Unionis.

5tum. Ex parte Nri, vires scilicet debiles ad promovendum tantum negotium, quae auxiliis indigent.

34

Digitized by Google

Primum Impedimentum.

Schismaticorum cum Haereticis in oppressionem Unionis conspiratio non tantum illa generalis, qua omnes consentiunt in unum ad oppugnandam Ecclesiam Orthodoxam, sed peculiaris facta ab ipsis in forma solemni in ipsorum Conciliabulis incipiendo a Torunensi an. 1595. tunc scilicet, quando incipiebat Unio, quando omnium sectarum haereticarum homines in Regno hoc existentes convenerunt, et conspirarunt. Haec liga strictius postea Vilnae inter Schismaticos et Calvinistas in particulari primarios hujus Regni Senatores ab utrinque facta et Scriptis adinvicem firmata est. Quae maledicta conspiratio multum nos afflixit, dum potentia saeculari, qua polebant illi foederati, sanctum Dei negotium in ipsis illius initiis opprimere conati sunt. Et primo quidem coeperunt ab Eppis, quorum duos, qui Unioni subscripserant, (quorum uterque jam descendit ad inferos) de Leopoliensi Balabano, et Premisliensi Apostatis loquitur) minis et terroribus ab Unione apostatare fecerunt, cum aliis vero Eppis, quoniam id ipsis non successit, bona eorum Eppalia diripuerunt, uti fecit Dux Ostrogius Palatinus Kijoviensis, avellendo bona ab Eppatu Ostrogiensi, asserens haec fundata fuisse ab Antecessoribus Familiae ipsorum, unde medietas Eppatus Luceoriens et Pinscensis ablata est nempe ad Cathedram Turoviens. spectans a Chodkieviciis nunc post mortem ipsorum jam ad tertios haeredes illa bona devoluta sunt, eosque jam Catholicos, et tamen restituere nolunt. Unius Eppi, qui redditurus obedientiam Clementi VIII iverat Romam, possesionem invaserunt, pecuniam et omnem suppellectilem domesticam, quam habuit copiosam diripuerunt, et ulterius sevire parati erant, nisi Serenissimus Rex et Senatus Catholicus, qui initio Unionis fervens fuit, se opposuissent illis serio, et Deus ipse eliminavit eos ita, ut intra 20 annos, qui ab hac conspiratione elapsi sunt, sex Principales et primariae authoritatis et potentiae Senatores et 24 ex nobilitate, qui communi consensu ad op-

Digitized by Google

pugnandam unionem ex Schismaticis et Haereticis delecti ac nominati erant, tam brevi tempore interierint omnes, ut ne unus quidem remanserit, Unio autem s. manet, et sic hic primus Satanae impetus abiit in vanum, alio igitur medio nos est aggressus, et quidem efficatiori potentia scilicet civium pecuniaria, nam licet cives prout sunt inferioris conditionis, ita minoris potentiae, quam nobiles, modus tamen procedendi illorum contra nos nobis erat plurimum damnosus. Is porro fuit tallis.

Fecerunt sibi primo in omnibus civitatibus confraternitates sub praetextu piorum operum ad idem inducentes, condiderunt sibi leges, crearunt officiales, fecerunt contributionem ex facultatibus suis generalem in principio, postea singulis septimanis semel convenientes contribuunt, et si aliqua extra ordinaria necessitas ipsis acciderit, extraordinariam contributionem indicunt, in contione ex ambona populo publicant, aliis quidem persvadendo, illos autem, qui confratres sunt, obligando, ut tantum dent, quantum a consultoribus impositum fuit. Tanta est vis harum contributionum, ut sola confraternitas Vilnensis, quae est caput aliarum, dicit se exposuisse ab initio Unionis ad oppugnandam eam in parata pecunia 200000 flor. Tantus est fervor ad malum et obedientia, ut quandoque publico confraternitatis edicto, quilibet confratrum vigesimam partem omnium, quae possidet, dare jubet, et dat, unde quandocumque volunt, pecuniam ingentem congregant. Tales confraternitates sunt multiplicatae per alias civitates minores, et nunc ultimo Kijoviae, et formam quandam novae Reipublicae pestilentissimae crearunt, quae nos multum affligit, et Regnum turbat vehementer. Quando indicuntur generalia Regni comitia, ipsi etiam clam sua conventicula habent, pecuniam coacervant, ad omnes particulares conventus nobilitatis, qui sex septimanis praecedunt comitia, suas mittunt literas et nuntios cum quaerelis et invectivis contra nos. Habent enim ex nobilitate suos ferme in quovis districtu fau-

Digitized by Google

tores non tantum Schismaticos, sed etiam Catholicos, qui ipsorum causam agunt strenue, ut scilicet nunciis in instructionibus apponatur, quatenus desideria eorum promoveant in comitiis. Hoc ubi con ecerint, legationem grlem ad comitia instruunt, cui praesident nobile ab illis pretio conducti, adsunt causidici, et quidquid ad ciendas turbas, et opprimendos Unitos spectat, adhibetur, et ubi venerint ad comitia, primo M reshalcum Nuntiorum, hoc est Directorem honorario singulari pertrahunt ad sua vota, postea nuntios principaliores, qui majoris authoritatis inter alios esse videntur, liberaliter in illos elargiendo, in partes suas nituntur traducere, tandem Officiales Regni, adeunt etiam principaliores Senatores. Nos autem ex parte altera soli comparemus, nullo humano praesidio, sed solo Domino muniti, et ita horrende jam aliquoties in Comitiis afflicti sumus. Hinc iste secundus modus oppugnandi unionem majora nobis damna intulit, quam primus: licet enim personae sint ordinis longe inferioris, quam Nobiles, ut diximus, quia tamen habent modum congregandi magnam pecuniam, et huic obediunt omnia, plurimos nobiles habent pro parte sua. Item quia iste modus est intra civitates, ubi Ecclesiae Nostrae Cathedrales consistunt, et Clerus earum, Nobiles autem pro more gentis nostrae non manet in civitatibus, sed soli cives, mercaturam exercentes, et diversa artificia, longe plus nobis damni inferunt. Bis jam magno impetu nos aggrediebantur, primo per conversationem, quam habebant in civitatibus cum clero nostro perque fraudulentas suas machinationes tempore comitiorum Anno 1609, quando principaliores nostri ad comitia iverant, avocarunt a nobis clerum saecularem non tantum Vilnae, excepto Monasterio SSmae Trinitatis, sed per alias etiam civitates et oppida magna incredibilique usi celeritate, missis multis suae farinae junioribus mercatoribus per omnes partes magni Ducatus Lithvaniae. Sic enim discurrebant: Non possumus abstrahere Eppos ab unione, abstrahamus Clerum eorum. Ipse Clerus aget postea

Digitized by Google

contra Eppos, et nos illis sumptus et consilia suppeditabimus, et successit illis; avocarunt enim a nobis, hoc est, eb antecessore Metrop. Cathedram Vilnen. et Kijovien. tum collegiatas Novogrodens.et Minscens. Grodnen. et Curiam ipsius Vilnae occuperunt, quod postea magnis impensis et turbatione vitaeque discrimine, ac amissione digitorum manus Antecedaneus Metrop. recuperavit, reliqua necdum recuperata sunt, interim tot artibus ad forum saeculare evocabamur, praesertim tunc, quando tribunal Lithvaniae majori ex parte erat haereticum propter Mareshalcum, quando erat haereticus, condemnabamur. Secutae post in omnes Nos conspirationes civium schismaticorum, ut monasterium occuparent violenter, quod per dolos suos habere non poterant, unde civitas tota nocte erat in armis. Horum omnium erat spectator R. D. Petrus Arcudius Theologus Cardinalis Burglesii. Ille oretenus refert, quanta ista tempestas fuerat. Alter impetus primo deterior anno 1620. Cum intellexistent abstrahendo clerum a nobis nihil se profecisse, videbant enim illos perfidos, qui ad partes ipsorum transibant, partim a nobis fuisse ejectos et alios in locum ipsorum suffectos, partim in gratiam praevia poenitentia receptos, excogitarunt modum ipso Diabolo suggerente, quo ante biennium nos horrende oppugnare coeperunt; crearunt scilicet tot Eppos et Metropolitam, quot sumus nos Uniti in hoc Regno, rati per hanc viam Unionem s. funditus evertendam iri, si scilicet illi Pseudo - Eppi occuparent Cathedras Nras. Et quidem falsis ipsorum relationibus plebs tota propemodum crediderat, Nos scilicet in comitiis, in quibus tunc fecimus exauthoratos, et ipsos suffectos esse. Quod brevissimo tempore promulgarunt per universum Regnum tam verbo in concionibus, quam literis et Nunciis suis in omnes partes Regni missis, etiam passim et quidem ac omnibus obedientia ipsis deferabatur, Synodos Kijoviae celebrabant et 4. Religiosos nros ex Ecclesia Cathedrali extractos compedibus junctos carceri mancipaunt. Quod quia non usque adeo successit, eam enim, quam potuimus curam in supprimendis his factionibus adhibuimus, quae in hoc ne-

Digitized by Google

gotio haberi modo poterat, ad ultimum opposuerunt nobis potentiam Kozakorum, qui tunc numerabantur ad 80000. sperantes per illos se potituros Eppatibus Nostris. Regem enim et Rempublicam in gratiam vel potius ob terrorem ipsorum hoc certe concessuros autumabant. Insinuabant se ergo Pseudo Metropolita cum quibusdam primariis Ecclesiasticis in consilia Kozakorum, quod nunquam antea fuit, persvaserunt praeterea, ut nomina sua scriberent in cathalogum Confraternitatis Kijoviensis, et quibus modis poterant demereri Kozakos, demerebantur, et trahebant in suas partes, habentes enim locum in consilio Kozakorum, quidquid libebat, facile persvadebant, et ita ad diversos Regni Senatores nuntios miserunt, cum senatoribus autem haereticis clandestina consilia per nuncios citro utroque missos moliri coeperunt, ad conventus nobilitas districtuales comitia praecedentes, ut pro iis intercedrent, miserunt, tandem ad comitia legationem in amplissima forma Kozacis ipsis instigantibus expediverunt, exponendo sua merita, et in praemium horum primum, quod petebant, erat, ut uniti degradarentur, et qui erant recenter consecrati, ad Eppatus eveherentur, et licet hoc per Dei gratiam, et inexpugnabilem fortitudinem Serenissimi Regis Nri non obtinuerint, tamen obtinuerunt, ut ad futura Regni Comitia ista controversia indecisa maneat, et in futuris certo determinetur. Hoc impedimentum ex parte Schismaticorum facile tolletur, si confraternitates malignatium, quae sunt seminaria omnium turbarum in Regno, tollerentur. Media, quibus id perficeretur, nos Illmo Nuncio suggeremus. Kozaci etiam facille acquiescent, si Pseudo Metrop. et Pseudo Eppi publica authoritate condemnabuntur, et complices eorum. Quod si Domini Senatores et Officiales Regni volurint, in proximis Comitiis hoc fieri possit. Kozaci fere enim omnes sunt Athaei et non curant Religionem, sicut antea nunquam curabant, nunc ante biennium curam coeperunt, quando illi noviter consecrati eos excitarunt, qui si non excitabunt, Kozaci quiescent. Porro illos excitandi ademetur facultas, dum amovebuntur et condemnabuntur, quod facile fiet, si Dni Senatores, et Regni officiales

Digitized by Google

vellent, sicut factum est, quod fieri impossibile videbatur, cum initio Unionis Nicephorus quidem Graecus, qui a Graecis venerat, ad turbandos Unitos abstractus erat, a latere potentissimi tunc Principis Ostrogiensis Palatini Kijoviensis et ad perpetuos carceres in Prussiam ablegatus, quando etiam piae mem. Cardinalis Maciejovius serio Regem juvabat, aliosq. Eppos ac Senatores ad id excitabat, facta sunt omnia, nihilominus interfuit supranominatus Dnus Arcudius. Quod vero attigerit patrocinium Haereticorum, fatemur, quod in conventibus Nobilium multum potuerunt Haeretici, nullus tamen negabit, multo plus et sine comparatione posse catholicos, modo velint esse animosiores, et ferventiores, vel si essent aequanimosi et ferventes ad bonum, prout Haeretici ad malum, reprimerent facile omnes eorum impetus in Comitiis, ut nec hiscere auderent jam pridem Schismatici, si non indulgeretur ipsis a Catholicis. Unum ad huc superest medium, quod a quibusdam primariis Senatoribus in his ultimis comitiis primum Serenissimo Segi postea Nobis proponebatur. Schismaticos jam esse lassatos in via, qua ambulant, et toti Regno in dies ob importunitatem, et pertinatiam suam redditos esse odiosos velle in aliquo honesto medio acquiescere. De articulis vero fidei nulla jam in hoc Regno apud doctiores Schismaticos est dubitatio, et jam forte de Primatu Papae licet adhuc de isto articulo in particulari decertavimus cum ipsis per libros, quos ab ipsis lacessiti jam conscripsimus sex hoc triennio, sed ad ultimum libellum hucusque nondum responderunt, et ut audivimus, respondere non cogitant. Remanere ergo videntur soli respectus hominum, qui in hominibus, quibus non est, adeo cordi salus animae multum possunt durum, scilicet deserere Patriarcham, quem defenderunt, hucusq. tam strenue svadebant ergo Senatores, ut mitteremus aliquem ex Nris pium doctum, in rebus agendis dexterum ad Patriarcham Constantinopolitanum, qui manendo ibi aliquantisper, et intellecta prius ipsius dispositione proponeret, ut ipse suis Schismaticis

Digitized by Google

in Russia, ex quibus multum percepit lucrum, (non permittunt etiam tam facile et publice intrare Regnum Graccis, sicut antea passim permittebant) persvaderet, ut consentiant nobiscum acceptando Concilium Florentinum, quod ab utraque Ecclesia celebratum est, nullam faciendo mentiorum ulluis in particulari et quia pecuniam multum possunt ibi velle, nos ipsi Patriarchae offere pro una vice notabile honorarium. Insuper postea eos, qui venient pro elemosina, ad nos l bere, volendo nos juvare, quilibet pro posse suo et nisi hoc fecerit, interiturum Ritum Graecum in Russia, nos etiam cum Ecclesis Eppalibus, et Clero nostro a Monasteriis migraturos ad Latinos, et alios, qui nobiscum venire nollent, vi tracturos, vel si remanserimus in Ritu, nunquam cogitandum est ei, ut quicumque regnant reges catholici in hoc regno, et quousque erunt uniti, licet in numero exiguo, non futuros ipsius obedientiae Eppos, adjungi possunt etiam respectus servitutis Turciae, propter quam Moschis difficiles erit additus ad Constantinopolim, ideo nostra aetate a quodam Patriarcha obtinuerunt, ne ipsorum Metropolita mittat pro confirmatione Constantinopolim, quanto magis nobis id tribuendum est, qui contingui sumus huic nro infenissimo hosti, sicut et omnibus Christianis. Discutiat ergo hoc etiam medium Sta. Congregatio, nos interim adhuc expiscabimur ab illo duce, qui nunc Constantinopoli a Regno Poloniae legatione functus est, itemq. ab aliis rerum peritis, sed etsi omnibus id videretur faciendum, non aggrediemur, antequam a Sta. Congregatione probatum non intelligemus, et emissarium Nrum per Romam mittemus, ut Sta. Congregatio adjungat et alterum socium ex sua parte pro consilio et auxilio, et quod magis est, ne in talibus a minus peritis erretur. Nec hoc omittendum putamus, quod in praesentibus Comitiis a Republica propositum est medium pacificationis nostrae cum ipis, Synodum scilicet, hoc ipsi non acceptarunt insalsas afferendo excusationes, disputare se scilicet nolle nobiscum, Synodos autem sine disputatione esse non posse, item Syno-

dos esse necessarias illis, qui dubitant in fide, se autem non dubitare, praeterea se timere potentiam Catholicorum, item si esset Synodus, deberet praesidere Patriarcha Constantinopolitanus et nullus a Summo Pontifice, praeterea ut nullus ex Latinis interesset.

Secundum Impedimentum.

Catholici Ritus Latini saeculares fere omnes, et major pars Ecclesiasticorum non tantum nos non juvat in promovenda unione, sed favent Schismaticis aliqui aperte, clam alii; in comitiis certe vix unum, vel alterum invenire possumus patronum, qui serio causam nostram agere velit, imo quando prodimus in publicum, invehuntur contra nos, quasi nos opprimeremus schismaticos, et turbaremus pacem reipublicae, non posse propter nos quiete transigi comitia, ut accomodemus nos illis. Quaerelis schismaticorum, etiamsi falsissimis, credunt; nostram defensionem vel non audiunt, vel si audiunt difficulter. Notum hoc erat sat abunde Rdmo Dosttalerio Eppo S. Angeli, qui per octo fere annos munus Nuntii Aplici obibat hoc in regno; vidit ipse, quantam injuriam patiamur a catholicis, doluit et multis senatoribus id exprobravit. Credimus ipsius informationes in hoc negotio facile haberi posse Romae, prasertim apud Illmum cardinalem de Terres, ejus successorem, sed quia ipse brevissimo tempore moratus est in Polonia, nec sub eo ulla erant comitia, neque nos propter distantiam adire eum potuimus, ideo a nobis in hoc informari non poterat, sed ut arbitramur, debet esse D. Fontanelli, qui erat auditor pie functi Illmi Dosttalerii; huic certe nota sunt omnia, nisi nos clementia divina extraordinarie juvisset, et nuntius apostolicus predictus paterne nos fovisset, ac rem nram apud D. D. Senatores egisset, quandoque nocte intempesta, vel summo mane adeundo eos cum magno licet incommodo suo et molestia ipsorum, abjecissemus forte animum, et unio ruere debuisset. Cum lacrymis revocamus nobis in memoriam fervorum catolicorum praesertim initio unionis, ac

Digitized by Google

praesertim Cardlis Macejovii, qui transigebant omnia nostra negotia nobis non laborantibus, quandoque nec scientibus; iniqua supervenerunt tempora, in quibus nos per se nostris impensis et laboribus sudantes fere sanguinem, debemus agere omnia sine auxilio eorum, qui nobis auxiliari tanquam in communi Ecclesiae negotio ex juistitia etiam, non tantum ex Charitate tenentur. In quo magis nos affligit, quod in comitiis licet aliquando loqui volumus, ut reprimamus adversarios, illis datur copia loquendi contra nos quodlibet publice in facie Regia, nobis denegatur, quod cum expostulamus, causam reddunt, quia non sumus senatores, aut dicamus per nuntios, isti autem non loquentur, vel quia non sunt bene informati de rebus nris, vel quia nolunt, dicentes: se sat habere, quod agant sine nobis, vel se nolle invidiam per alienum negotium, quasi vero Unio cum catholicis non sit commune negotium sed alienum, conflare, vel appromittunt, et non prestant, et ita schismatici scribunt contra nos constitutiones et legunt publice nemine contradicente cum magna injuria nra, et quod majus est ecclesiae et sanctae sedi Apostolicae, semper enim in talibus constitutionibus continetur aliquid, quod noceat unioni, et quia caute scribitur a schismaticis, ne intelligatur a catholicis, hi non advertunt, nisi jam post comitia, quando non datur facultats corrigendi. Facimus quidem nos post comitia protestationes, sed hae vel nullum vel vix exiguum valorem obtinent. Dum examinamus causas hujus tepiditatis, inveninimus istas. 1m. est malum quoddam internum politicum, scilicet tineam rerum publicarum, et vermem insensibiliter consumentem regna, quomodo non tantum nos premimur, sed et universus status ecclesiasticus ritus latini. Sed quia D. D. Eppi latini sunt senatores, et praeterea potentes, defendunt sua, nos autem destituimur eorum auxilio, omnibus injuriis hominum et temporum exponimur ac opprimimur. 2da. Antiqua latinorum in hoc regno aversio a Ruthenis, et contemptus ipsorum, qualem patiebantur, dum essent adhuc Schismatici, remanet et

Digitized by Google

nunc idem; non omnes enim sunt theologi, etiam ex ecclesiasticis, qui bene intelligant, posse stare unitatem fidei cum diversitate ritus, et nos jam esse diversos a schismaticis; apud alios autum non est error in intellectu sed in voluntate, quod scilicet hoc negotio non excitantur. 3tia. Non desunt et quidem ex ecclesiasticis majoribus ac minoribus, qui sunt pastores animarum, et ex ipsis Eppis ac multis religiosis, qui dicunt nobis quandoque audientibus: melius destruere unionem Ruthenorum, quam provehere illam. Haec cum audimus, dolore dissolvimur, quod non tantum schismatici sint hostes unionis, sed etiam fratres nri ejus Sae. Matris Ecclesiae filii. Quomodo ergo consistemus, si tam a sinistris quam a dexteris erunt adversarii nobis, et revera talia verba digna sunt seria animadversione apud Sanctitatem suam; quis enim unquam catholicorum diceret: melius est esse extra quam intra ecclesiam? Item quare membra debent contrariari capiti? si Summi Pontifices approbarunt unionem Ruthenorum, et nunc approbant, defendunt, promovent: quare membra non idem faciunt? sed e diametro contrarium? et ne hoc gratis dicere videatur, quadruplici se moveri ratione ad id dicunt. 1mo, ex quo coepit ista unio in regno, factae statim turbationes in comitiis et extra. Respondemus; hae turbae semper erant in ecclesia sed ab Haereticis et Schismaticis et ministris sathanae, ergone deseri debet causa Religionis et cura animarum? quinimo eo gratius Deo opus est, quo majori odio daemon prosequitur illud; beatitudo est pati persecutionem propter justitiam, docente Magistro veritatis, cui ipsi obedire deberent. 2do. Ajunt illi: quia post unionem Schismatici redditi sunt magis inimici Ecclesiae, quam erant ante. Respondemus. Erat odium sed occultum ante unionem, non se prodebat, tamen quantum nunc fertis armatus in pace, possidebat eos, propterea quies videri poterat: ubi autem daemon de sua possessione expelli coepit, instigare suos, in furorem agere, turbare, et tumultus excitare, modo hac modo alia via aggres-

Digitized by Google

sus est. Sed hoc magis commendare Unionem, quam odium ei concilliare deberat. Objiciunt: antea Rutheni convertebantur ad ritum latinum, et fiebant Catholici, nunc non convertuntur. Respondemus: nec Summus pontifex intendit id, ut Rutheni convertantur ad ritum latinum, sed permaneant in suo, modo fiant catholici, et hoc esse unitum. 3tio Asserunt, quia unio non dilatatur, et tanta mala causat. Respondemus. Dilatatur per Dei Gratiam plus quam meremur apud Deum. Viginti sunt enim anni et aliquot et fere omnes Eppi sunt, sunt autem septem cum suo Metropolita (uno eopoliensi excepto) vere catholici, s. sedi Apostolicae obedientes, magni autem semper erat momenti habere sua capita ecclesiae, clerus eorum sequitur illos. Primo enim regularis scti. Basilii magni, quod omnibus constat, ac etiam saecularis in simplicitate sua sequuntur Pastores suos, veniunt ad synodos, quae quotannis celebrantur, ab ipsis consecrantur, per parochias locantur, s. Chrisma accipiunt, visitationibus subjiacent etc: Congregatio Vilnen S. Basili M. tam bene procedit, ut incipiat habere theologos in lingua graeca et latina peritos, quod nostra et Patrum nostrorum memoria in Russia visum non est; ex statu saeculari tres habemus senatores unitos, unum scilicet palatinum, duos castellanos; schismatici vero jam nec unum habent; non deest nobilitas, et quidem ex primariis, sed etsi nec hoc esset, viginti anni non sunt saeculum praesertim in tot contradictionibus, ac impedimentis, in illis vero vel tenuissimis hominum adjumentis, quid mirum, quod unio ulterius non procedat? imo divinae providentiae, non humanae industriae vel potentiae adscribendum est, quod unio tot machinis oppugnata, non sit expugnata. 4to. Plurimi sunt, qui dicunt: melius esset ecclesiae, si unus esset ritus quam multiplex. Respondemus. Hoc non contineri expresse, nec in scriptura nec in conciliis aut ss. Patribus, nec est ulla determinatio Summorum Pontificum, imo in contrarium omnia facile invenientur; ipse enim Christus Dnus ecclesiam suam talem

Digitized by Google

esse voluit, ad quam per diversitatem linguarum gentes in unitatem fidei congregarentur, in quo facile continetur ritus devervitas, ex illa enim multiplicitate linguarum usus ecclesiae afflatu Spiritus s. delegit certas principaliores, quae aliarum matrices essent, et reliquas in se eminenter continerent, una ex his est: lingua sclavonica, a ss. Pontifice Adriano hoc priviligio donata, ut in illa sacrum missae officium caeteraque divina officia decantarentur; testis horum locuples est beatus Cyrillus, qui nobis ex lingua Graeca in nostram nativam transtulit Luturgiam, et integrum divinum officium, et ipse primus Romae in ecclesia S. Petri missiam sclavonica lingua cantavit, licet et tunc contradicebant plurimi tanquam rei novae, sed authoritate Summi Pastoris contradictiones sublatae. Totam hanc historiam fuse habemus descriptam in libris novis ruthenis, cum diem obitus hujus S. celebramus, sicut et dioecesis Gnesnen et tota major Polonia celebrat, ac officium particulare SS. Methodio et Cyrillo recitat. Corpus hujus S. conditum est Romae in ecclesia. S. Clementis. Qualia tunc motiva erant B. Papae Adriano decernendi taliter, eadem et forte majora nunc manent, tolli ergo non debet; de lingua autem Graeca, et ejus ritibus, ex quo nos ritus Nros hausimus, nemo dubitabit, quia ipsa aeterni Patris sapientia peculiater honoravit, dum illam esse unam ex tribus in titulo sacratissimae suae Crucis esse voluit, sicut hanc abolere esset magno totius Christianitatis scandalo et damno, ita et illam, quae duae pro una reputantur, et ritum eundem constituunt. Dixerit quis, unitatem fidei in deversitate ritus non facile posse retineri, ac contra posse fidem fluctuare in ritu eodem, patet ex haeresibus recentioribus in occidente, et antiquioribus in oriente, sicut e contra potest retineri in ritibus diversis fides eadem, ut eorum, de quibus in actis Apostolor. qui erant Cretes, Arabes, et ex aliis plurimis nationibus eorundem, erat anima una, et s. Basilius Epla 70 ad Eppos Italiae et alia itidem Epla ad occidentales de suis temporibus testatur, tum denique ex

exemplo primitivae Ecclesiae, universalis in diversitate Ritus per aliquot saecula in charitate conjunctae liquet; sed etsi vel maxime in hoc Regno abolere Ritum meum vellent, non possent, solos enim nobiles ad Ritum latinum trahere valerent, rusticos vero, quorum sine comparatione major est numerus, nunquam etiam perinde, quia lingua haec ipsis est usualis et connaturalis, quorum tamen salus aeque curanda est, ut sint in gremio Ecclesiae unius, etiamsi in alio ritu existant, sed etsi Russi etiam per impossibile possent trahi ad ritum latinum, tollere tamen Ruthenum non expediret propter magnam et certam spem in vastissimo et populoso satis imperio Moscovitico, qui omnes sunt ritus Graeci, et iisdem literis sclavonicis utuntur in Sacris, quibus nos, et sunt ferme unius linguae nobiscum, ut nihil dicam de Bulgaria et Serbia, magna parte Hungariae et Transylvaniae, licet et illi jam his conveniant cum Moscovitis, nihil etiam dicamus de Valachia, et Moldavia, licet et ibi lingua sclavonica majori ex parte divinum officium paragitur, sed etiamsi nec ista spes esset, tolli tamen non deberet, quia ad id, ut ad unitatem ritus populi in tam amplo Regno adducantur, longo necesse est tempore, et interim infinita multitudo hominum in pertinatia sua morientium periclitaretur in salute, qui per unionem manendo in suo ritu salvari poterant. Hae omnes rationes nunquam Deum et animas pretioso Ejus sanguine redemptas amanti persuadere poterunt, melius esse sine unione, quam cum ea. Quaerent Catholici, quid ad unionem promovendam prodesse poterit? Respondemus: Posse illos facere duo, et utrumque valde neeessarium; 1mum, ut eam defendant in comitiis; 2dum, ut promoveant illam quilibet in suis bonis. Quoad comitia non permittant nuntii ullas constitutiones scribere de religione Graeca, quamquae hactenus scriptae sunt (sunt quatuor) in praejudicium unitorum latae sunt, prout examinanti patebit; rationem in promptu habebunt, si dixerint se esse ad comitia a fratribus suis ex districtibus missos propterea, ut omnium

ordinum, et statuum jura sarta et tecta coservent; proinde etiam unitorum, qui sunt incolae hujus regni fratres ipsorum, et membra Reipublicae, prout ipsi sciunt; lex Polona est, neminem captivabimus, nisi jure victum, quantum magis codemnabimus? proinde si volunt non uniti, ut unio tollatur, non per acclamationes, ut consueverunt in comitiis, non parte absente, uti faciunt in consessu nuntiorum, ubi nullus ex nris Eppis adest ob causas legitimas, nec tumultuarie, ut solent in conclusione comitiorum, sed agant via juris ordinaria, citent unitos, producant contra illos jura sua, et permittatur id vicissim unitis, judicet rex cum senatu et deputatis Nuntiorum, prout mens est judicare in comitiis, cognoscant jura utriusque partis, quae erunt potiora, secundum illa conservetur haec pars, penes quam talia erunt, altera vero perpetuo sileat, et non amplius turbet. Si taliter dixerint nuntii, optime fungerentur officio suo, et majorem Schismaticis favorem non tantum secundum conscientiam, sed etia secundum politicum statum, et jura regni non permittant. Scimus equidem, quod istud judicium non pertineat ad comitia, nec quoad personas nras Ecclesiasticas, quae comitiorum juri non subjacent, nec quoad bona Ecclesiastica, ubi scilicet parti competant, nec quoad actionem, hoc est unionem, haec enim ad judicium ipsorum non pertinet, tam forte ratione legitimationis et cognationis jurium, tum quia rex et respublica conditores et interpretatores jurium se profitentur; aliqu custodes immunitatum cujusvis status, quae emanarunt a regibus Poloniae judicari possunt, utri parti haec jura serviant. Qua in re audacter procedimus, quia scimus penes nos esse jura, et penes nonunitos nulla, vel valde debilia, aut jam sublata. Licet ergo facta cognitione jurium, morum, nullum decretum ferrent, tamen habebunt occasionem aequissimam, imponendi adversariis silentium ostendendo, quod cum defendent nos, defendent non personas, sed jura nra, quae a M. D. Lithvaniae principibus et regibus Poloniae emanarunt, quae sunt data Unitis, non Schismaticis. Praeterea R.

Digitized by Google

latini DD. Episcopi, Senatores hujus regni, semper habent familiares suos clientes inter nuntios, quando isti contradicent, nihil possunt alii concludere, etiamsi aliquot tantum contra totum nuntiorum congressum contradicere vellent. Quo vero ad privatas eorum possessiones hoc dicimus: Si vellent catholici latini, intra annum unum vix alicubi intra regnum schisma apparet, quod sic deducitur. Libertates nobilium in hoc regno tales sunt, ut in bonis suis sint Domini absoluti, et possint facere quidquid ipsis videtur, praesertim in rebus ecclesiarum Ruthenorum, in quas majorem sibi potestatem usurpant, quam in Ecclesias latinas; possunt ergo uno verbo sine ulla difficultate quilibet ex nobilibus, tanto magis senator ex bonis suis patrimonialibus sacerdotes schismaticos ejicere, et unitos introducere, et tunc ex Palatinatibus Kijoviens. Volhyniens. Podoliens. ubi maxime viget nunc schisma, et multa sunt ipsorum monasteria, vix aliquot remanerent de ministris schismaticis, nec possunt domini bonorum a suis subditis vel a quovis alio hoc nomine citari ad jus, quia non habent schismatici talia jura, ex divina enim providentia factum est istud, ut omnia jura et immunitates Ecclesiasticis et Ecclesiis Ruthenis data sint his, qui erant in unione, quod satis abunde in proxime praeteritis comitiis anno 1623 celebratis, ipsis Schismaticis audientibus et contradicere non valentibus probavimus.

Dicunt isti domini, timere se potentiam Kazakorum, sed quare non timent alii, qui ita faciunt, et quidem multi, et satis aperti, non tantum viri, sed etiam aliquae aliae viduae ordinis senatorii, et a Kozacis nec hae nec illi patiuntur, praeterea si nolunt vel non audent aperte, faciant oculte, et facere sine ullo strepitu possunt, prout quidam primarii, qui populosas civitates et amplissimas facultates in illis partibus habent, nobiscum agerunt, et transegissent, si tantum numerum operariorum et talium habuissemus, quot et quales illi desiderabant; cognoscebant ipsi exacte, quod subditi ipsorum non

Digitized by Google

discurrent de articulis fidei et controversiis inter Catholicos et Schismaticos, sed suos Parochos sequentur, dummodo in Ecclesiis ipsorum et ritibus exterioribus nihil mutaretur, et si quando nollent, tunc facere possent, ut autem benevole velint, inducendi sunt svaviter, et potenter per DD. Episcopos hujus regni, qui tum ex eo, quia sunt principes senatus, quam inde, quia sunt pastores ipsorum, possunt et tenentur hoc ipsis inculcare; juvasset, si per Dieceses publicari facerent, et concionatoribus tam per civitates quam per parochias in villis residentibus declarari, in excommunicationem Bullae coenae Dni incurrere eos, qui promovent Schismaticos, eosque fovent, et qui non impediunt, cum possunt. Item ut confessarii suis poenitentibus inculcent, in quo moneantur religiosi hujus regni PP. Soc. Jesu, PP. Dominicani et PP. Bernardini, hae enim religiones circa curam animarum plurimum hoc in regno occupantur. In particulari autem possunt scribi Brevia ad DD. Eppos Vilnen., Luceorien., Premislien. Chelmen., Camenecen., Kijovien., quorum Eppatus plurimos, et quidem majori ex parte habent Ruthenos, Eppi autem Vilnen. studium in promovenda unione laudabile est, multum enim nos juvat, et est magnae authoritatis non tantum in Lithvania, sed etiam in Polonia, juvabit autem multo plus, ubi hoc suum studium suae Sanctitati et s. congregationi gratum esse intellexerit.

Tertium Impedimentum.

Qui transitum Ruthenorum promovent, publicae unitatis argumente potissimum innituntur; ajunt enim: Concedendum esse transitum Ruthenis ad r. Latinum, ut secure consulatur saluti animarum spirituali; cum apud Ruthenos ob inopiam Pastorum idoneorum periculum sit, ne invalide administrentur sacramenta. Ut talibus sufficienter respondeamus, ostendemus primo talem licentiam transeundi non esse cum bono unionis, nec utilem religione Christianae esse, ipsis Latinis noxiam, nobis

Digitized by Google

domnosam, transeuntibus superfluam. 2 d o ad rationem, qua se d id moveri asserunt respondebimus.

Non esse cum bono unionis.

Patet inde, quia est contraria Unioni, nam Unio ex natura sua partes, quas unit, in sua integritate conservat, non interimit, alioquin non erit unio, sed amissio, et alterius partis destructio artificiosa, ita se res habet tam in naturalibus quam in moralibus. Hanc unionem Ecclesiasticam in particulari inter Graecos et Latinos sitam in eo esse judicarunt antiqui Christiani, ut unusquisque in suo ritu permaneat sub obedientia Pontificis. Et hic fuit semper veterum quoque gravissimorum Ecclesiae Pastorum Romanornm Pontificum sensus, quod colligitur ex bullis nonnullis, et capitulis in jure canonico; sed clarius ex Leone IX. epistola ad Michaelem Cerularium, quam recitat Baronius sub anno 1063 verbis sequentibus:— „Cum intra et extra Romam plurima Graecorum reperiantur Monasteria sive Ecclesiae, nullis eorum adhuc perturbantur vel prohibentur a paterna traditione seu consvetudine, quin potius svadetur, et admonetur eam observare; scit namque, quam nihil obstant saluti Credentium diversae pro loco et tempore consvetudines, quando una fides per dilectionem operans bona, quae potest, uni Deo commendat omnes.“ Quin etiam edicto publico utriusque Ecclesiae in concilio Florentino praecipitur expressis verbis, ut unusquisque sacerdos in suo ritu serviat Christo Domino. Si de sacerdote ita conclusum, cur idem intelligi non debet de plebe? Intellexerunt illi SSmi Patres vim et pacta unionis exigere ab utraque parte hoc ipsum; unionem enim inire est non solum non prohibere ritus, sed etiam ad illos non prohibendos se ipsos obligare, nec solum non impendire illos, sed etiam obligare se ipsos, ad non impediendum, imo potius ad promovendum. Practicatur hoc forte et hodie in Graeco Collegio Romae, nostro certo tempore practicatum fuit, et quidem ex instituto piae mem-

Digitized by Google

Gregorii XIII. fundatoris dicti Collegii, ut alumni postquam finiverint studia, et si fuerint saeculares, praestent solemne juramentum de promovendo r. Graeco, et de non transeundo ad latinum. Denique Paulus V. Papa Breve super hoc suum edidit, quod est tale. — Paulus Papa V. ad perpetuam rei memoriam. Solet circumspecta Romani Pontificis providentia, si quae aliquando super literis ab Aplica Sede emanatis dubia oriantur, suae declarationis oraculo tollere, et alias providere prout temporum et personarum qualitatibus debite pensatis conspicitur in domino salubriter expedire; alias siquidem fel. recor. Clemens Papa VIII. Praedecessor noster bonae memoriae Michaelem Archiepiscopum et Metropolitam Kijovien. et Halicien. et totius Russiae, et cum eo plerosq. alios comprovinciales Eppos et alios tunc expressos una cum eorum clero et populo nationis Ruthenae seu Russiae, quae cum Romana Ecclesia non communicabat, sed Graecorum schisma sequebatur, intra gremium Ecclesiae catholicae et unitatem S. R. Ecclesiae uti membra sua in Christo sub lectis modis et forma recepit, univit, adjunxit, annexit et incorporavit, prout in dicti Clementis praedecessoris sub plumbo desuper sub data Romae apud S. Petrum anno incarnationis Dnicae 1595. decimo kalendis Januar. Pontificatus a. IV. expeditis literis plenius continetur. Cum autem sicut V. fratris Josephi Archieppi moderni Kijovien. t Halicien. nomine nuper expositum fuit, non desint, qui veritatis ignari, aut ab aliis in errorem inducti sibi persvadeant, Romanam Ecclesiam per unionem praemissam eorum ritus et ceremonias in divinis officiis, et sacramentorum administratione tollere et extinguere voluisse, unde scandalum multorum provenire dignoscitur. Eapropter Nos ex pastoralis Officii debito inimico homini bono semini superseminandi zizaniam occasionem auferre, et errorem hujusmodi ex mentibus hominum evellere, ac scandalis occurrere volentes, nec non literarum praefatarum tenorem praesentibus pro expressis habentes supplicationibus dicti Josephi Archiepiscopi nomine

Digitized by Google

Nobis super hoc humilliter porrectis inclinati, omnes sacros ritus et ceremonias, quibus Rutheni Eppi et Clerus juxta SS: PP. Graecorum institutum in divinis officiis, et sacrosancto sacrificio caetorumque sacramentorum administratione aliisq. sacris functionibus utuntur, dummodo veritati et doctrinae fidei catholicae non adversentur, et communionem cum R. Ecclesia non excludant, per unionem praemissam tollere aut extinguere R. Ecclesiae intentionem, mentem et voluntatem non fuisse, nec esse, neque id dici, aut censeri potuisse, neque posse, quinimo dictos ritus eisdem Ruthenis Eppis, et clero ex Aplica benignitate permissos, concessos et indultos esse, sicut ex literis praefatis et concilio Floren. apparet, et ex instituto collegii Graecorum urbis Nostrae, ubi alumni de ritibus hujusmodi servandis, sicut accepimus, juramentum praestant, tenore praesentium decernimus et declaramus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Aplicis, caeterisque contrariis quibuscunque. Dat. Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die 10. Xbris anno 1615. Pontificatus Nri anno XI. S. Cobellucius. Ex his satis abunde constat non fuisse, nec esse mentem Summorum Pontificum, tollere ritum graecum, sed potius illum promovere, ut permisso transitu non aliter tolleretur, ac periret iste ordo, ex quo ad alium ordinem liber esset transitus. Praeterea si liceret illa transeundi facultas, interiturum ritum graecum, sic demonstratur—Ex scholis latinorum ducenti fere juvenes nobiles Ruthenorum transiverunt ad ritum latinum. In aulis et militia totidem. Jam queritur: post decennium quid remaneret ex nobilitate apud Ruthenos? Dicetur, manebunt rustici. Contra est. Ruet tamen unio, quia rustici non defendent unionem a schismaticis; viles quippe sunt, et mancipia, depressionem a suis Dominis sustinentes in hoc regno majorem, quam in toto orbe terrarum, imo nec ipsi permanebunt in unione, sicut enim facile exemplo adducuntur ad unionem, ita facile ad schisma regredientur propter suam simplicitatem, incapacitatem et animum abjectum, eamque

Digitized by Google

partem, quae erit potentior, sequentur. Porro hoc dato schismatici potentiores essent unitis, quia haberent nobiles tiame. Deinde schismatici potentissimum et unicum medium opprimendi unionem assumpserunt comitia, in quibus, ut habeant pro se eventum, alia media, ut ostensum im primo impedimento coordinant, unde si uniti nobiles in ritu suo non habebunt, quis eos defendet, in comitiis autem nisi ex nobilibus nuntii omne efficiunt supposito, quod latini vellent defendere. Statim o jicient ipsis schismatici: quid vobis ad Ruthenos, vos inimici estis nri unitorumq., dum ritum eorum tollitis, non defensores, sed destructores ipsorum estis. At longe melior defensionis nrae ratio esset, si schismaticorum nuntiis nros ex nobilitate opponeremus. Et haec est principalis ratio, propter quam schismatici ducti zelo retinendi ritus fugiunt unionem, in qua vident apertam portam exeundi ad latinos, et clausam, ne veniant latini, acsi interitum ritus. Non equidem negamus suam Sanctitatem pro protestate sibi a Christo concessa posse permittere Ruthenis, ut sine peccato transeant ad latinos; verum rogamus, ut consideret, an hoc expediat facere: multa potest tollere sua Sanctitas, multa instituere, sed quia non expedit, non facit. Prudentissimi quoq. svadent, quae protinus auferri non possunt, comittenda esse tempori, optimo magistro, ut emendet. Denique constitutiones regni exigunt, ut Episcopatus Rutheni et Abbatiae non conferantur, nisi nobilibus, et ritus omnino Graeco Rutheni hominibus; si nulli erunt nobiles apud unitos, conferentur Eppatus schismaticis nobilibus, vel deficientibus talibus candidatis idoneis, vacabunt, et sic ruet unio, si Eppos proprios habere non poterit. 2do quia ista licentia transitus est et erit semper nutrix dissensionum, odiorum, querelarum inter nos et Latinos, illi quanta poterunt vi ad suos ritus Ruthenos pertrahere conabuntur, illi vero quantum poterunt, resistent, et quomodo ergo Ruthenus erit cum latino in confidentia? quomodo unionem et pacem colent intre se? Latinus ut pertraheret Ruthenum ad suum Ritum, vituperabit

Digitized by Google

Ceremonias Graecorum; hic ut retineat suos in nativo Ritu, laudabit suum, et Latinum improbabit, et ita ex alieno incommodo, quisque suum commodum parabit, taliter autem consensio animorum nullomodo retineri poterit inter illos, nihil in communi consuletur, nihil ad omnium salutem referri poterit, nulla totuis corporis Ecclesiae cura istiusmodi hominibus erit, hoc solum utile cuique erit, quod alteri nocebit. Et veremur vehementer, ne imbecilitate humanae inconstantiae eo res deveniat aliquando, ut liberos, propinquos, et affines suos Rutheni non amplius mittant ad scholas Latinorum, vel conciones, ne mox ab ineunte aetate Ritus Latinos imbibant, hoc autem si fuerit, non videmus, quomodo pacem inter se colere poterimus. Magna enim est vis, et magnus zelus, ut religionis ita est Ritus. Exemplorum instar sint ordines religionum zelantes quoque pro suo instituto, et pro sententis Theologicis doctorum sui ordinis, etsi existant in eodem ritu, non licet tamen ex uno ordine ad alterum convolare, vel instituta alterius vituperare. Quid mirum si idem defectus et eadem imbecilitas reperiatur inter duos ritus discrepantes, et quod sicut licentia, sic transitus ipse, qui plerumque solet esse causa dissensionis sanctionum a SS: Patribus Graecis institutarum, ac receptarum, potest esse, majorum instituta tueri in sacris ceremoniis retinendis sapientis est, et Patrios Ritus deserere aut violare ubicunque gentium nefarium habetur. Cum praeterea S. Sedi compertum sit, in observantia r. Graeci prout a SS. Patribus traditi, et a primitiva Ecclesia instituti omnia sancta contineri, externisque signis durabilitas Ecclesiae Catholicae deducitur, unde concluditur licentiam transitus nihil aliud esse nisi pacem et unionem animorum inter Orthodoxos intestinis odiis et dissidiis ac querelis materiam perpetuo ministrare, alere, et fovere, praedictaque absurda inde sequentia admittere. Quod experientia multis jam notum est, erant enim aliqui Schismaticorum, de quibus convertendis multum laboravimus, postea ubi facti sunt Catholici, et erant

Digitized by Google

valde necessarii ad promovendam unionem, abstracti sunt a Latinis cum magno nostro dolore et exprobratione non unitorum, ut Sakowicz, qui postea calumnioso libro Ritum nativum adorsus est opugnare. Cum ergo semel constitutus, ac omnium consensu probatus Ritus nr. sit, ne posthac vituperetur, et condemnetur, per vos SS. Patres custodes sacrorum cavendum est, ut omnes aditus odiorum et quaereltarum intercludatur, et praesidia unionis muniantur.

Non esse licentiam transeundi utilem Rei Christianae.

Demonstratur primo, quia res catholica inter Ruthenos hac licentia destruitur, et detrimentum ingens patitur accedentibus indies nobilium Filiis ad latinum. Aqua vino admixta reddit illud moderatius, sic in replica, atque ipsa Ecclesia nobiles admixti plebejorum temeritatem reverentia sui reddunt moderatiorem, et ut compertum est omnibus, Ecclesiam stare cum Religione Plebejorum, tum maxime nobilium, eamque firmiorem esse, et fortunatiorem, quae plures habet ex Potentioribus Sectatores, ita nemo negabit ad propugnandam conseruandamque in hisce septemrionis partibus inter schisma et haereses religionem Christi permagni interest, ut habeamus ex nobilibus unitos, quorum exemplo caeteri conserventur, et abhorrentes unionem, vel eam revereantur, aut comprimantur. Nam si in temporali Republica homines nobiles et praedivites utilissimi prae aliis judicantur, ita in Ecclesia, quia sunt veluti capita, quae alia membra delegunt, velut ossa fortissima, quae mollem carnem plebejorum hominum fulciunt, atque sustentant, apud Jeremiam Threnorum, cum populus judaicus captus in captivitatem Babylonicam desperaret, se ad antiquam libertatem redditurum, causam suae desperationis reddit in hunc modum: — audi (inquit) cur putem me in pristinum statum non restituendum, quia omnes magnificos meos dominos de medio mei, qui erant quasi vinculum connectens membra Reipublicae, et quasi basis, et firmamentum ejus, unde au-

Digitized by Google

xilium aliquod sperare potuit, ablatos cerno. Ita nunc Graeci, et nos paulo post dicemus, vel jam dicere possumus. Homines non habemus, qui rem christianam inter Ruthenos promoveant; a latinis deserti sumus, ut plurimum Juventus nobilis, splendor et praesidium nostrum, ademptum est nobis per scholas et in scholis. 2do quia impedit conversionem schismaticorum, qui maxime hoc abhorrent, et removentur ab amplectenda unione, ut tandem gradu facto latini evadant. Et certe quam diu licentia haec durabit, frustra volumus, ut reliqui schismstici in septemtrione ad unionem redeant; semper nobis ad unionem invitantibus respondebunt, sicut nunc respondent: Assecurate nos, quod post accessum ad unionem cum liberis nostris tuto permanebimus in ritu nostro. Jam vero si feratur decretum, nullum praetextum habebunt permanendi in suo schismate, et nos molestandi sua hac responsione.

Esse latinis ipsis noxium hunc transitum.

Deducitur primo inde, quia plurimum detrahit famae et aestimationi latinorum Ecclesiae, atque ipsius catholicae fidei dignitati, cum enim passim Rutheni ad r. latinum admittantur, quanta est occasio obtrectandi longe lateque deffusae latinorum celebritati adversariis nris et latinorum, dum subito crebris fama rumoribus falsa, involens veris per totam Russiam, et Moscovian divulgatur: deceptos Ruthenos esse a Latinis, qui sub splendido praetextu unionis sensim sine sensu minuuntur, ac pereunt contra pacta unionis per indulgentiam Sm. Pontificis facultatis transitus ad Latinos. Fama malum vires acquirit eundo. Providendum ergo a Sanctitate sua, ne hac concessione publica Latinae Ecclesiae existimatio amplius laedatur, laceretur, et in majus odium veniet. 2do. Quia per illam magnum scandalum datur Ruthenis unitis pusillis, esto illud sit passivum, conquaeruntur illi semper excitantibus Schismaticis fidem semel datam violari, se contemni, quia Latinis non permittitur transitus ad nos, et a nobis liber est ad illos, praecon-

Digitized by Google

ceptam habent opinionem, quod unio, quae utrique parti non est aequalis, non est vera unio, sed unius potius partis oppressio, quid aliud est (inquit) unito ad Latinos transire, et non vicissim licere, quam nostra suffodere, ut ait Tertullianus, ut vestra aedificetis, atque hac durante transitus licentia desperant meliora, ut solent miseri, et quod nimis metuunt, nunquam amoveri posse, aut tolli putant. Prona est timori semper in pejus fides, ajt Seneca in Socrate. Inde turbatio, scinditur in certum studia in contraria vulgus. Ex hoc etiam livor oritur perpetuae quaerele, aversio quaedam animorum. Odimus accipitrem, quia vivit semper in armis. Huic illorum opinioni praeconceptae difficile est satisfacere. Si respondemus quod non est aequalis transitus, nostrorum ad Latinos, ac eorum ad nos, quia in posteriori nullum est periculum salutis animarum imo plurima auxilia, sicut in priori ob defectum idoneorum Pastorum, non inquam vulgus hoc capiet, potiusque exacerbabitur, quam placabitur. Quomodo inquiet, tot saeculis, et quae ratio esse potuit, quod tam Latinis ad nos, quam nostris ad ipsos communi decreto canonum transire non licebat. Vehementer obsecramus, ut sancta Congragatio paululum consideret, quodnam sit omnium Ruthenorum animos a Sede aplica alienari, qui unionem reddi odiosam, quam facile levitas humani ingenii maxime laesi migrat in hostem, quid aperire Schismaticis januam ad subsanandum nobis, quanta pietatis ruina inde sequatur, quam acerbum sit ab his, quorum nos fidei credidimus sperni, et tot damnis, quae infra enumerabimus affici, quam durum pati, extorqueri sibi de manibus tantam multitudinem, quasi praedam partam tot annis, tot laboribus, haec inquam consideret, et simul auxilium in pendenti periculo ferat, nec rem non tam Ruthenam, quam Catholicam pessumiri sinat; interim uno verbo sit dictum a nobis per modum corollarii supposita vulgi pertinatia, nunquam e it fictus affectus inter partes in ritibus discrepantes, si non sit jus aequale, adeoque leges, et Summi Pontifices transire ad alterutram partem sanctissime prohibuerint.

Digitized by Google

Licentiam ejusmodi esse damnum nobis ex multis liquet

Ex hac facilitate transitus, quae istis paucis contigerunt mensibus enarramus: Tempore mox praeteritorum comitiorum, aliqui ex monachis S. Basilii et quidem, superiores ipsorum et alii cum illis institutum et disciplina regularis videbantur aspera caeterisque prae ambitu conarentur praecellere, turbarunt vehementrr duo monasteria sibi vicina consultantes, imo concludentes transitum ad aliquam religionem diversi R. Latini, quod partim processit ex pusillanimitate; putarunt enim in dictis comitiis unionem penitus sublatam iri, post comitia vero cum intellexerint necdum Nras res esse paccatas, pertaesi continuarum, quibus nos affligunt, molestiarum, at quia diminuebatur numerus unitorum per transitum liberum, nec auxilia a Latinis videbant, in eodem proposito confirmati sunt, et quidem hoc clam facere conabantur, sed prodiit res in publicum, tum per literas, quibus aliorum monasteriorum monachos in suam societatem pertrahere nitebantur, quam per scriptum inter fratres sparsum, quibus rationibus ad id faciendum ipsi movebantur, eo res devenit, ut petierint admitti ad unam religionem latini Ritus praevia dispensatione Suae Sanctitatis, quod ipsis ab illa religione denegatum est, confugerunt ergo ad alio, ubi habent sibi abdictos, qui promittunt dispensationem a Sua Sanctitate pro impiis impetrandam. Si hoc ad effectum deducerent, adferrent ruinam unioni majorem. quam si universam suam potentiam evomeret infernus contra illam, et quidem persenserunt id Schismatici, et eosdem religiosos hortati sunt, ut potius migrent ad Latinos tempestive, antequam per vim ejiciantur e monasteriis. Plurimis ergo evenerat id ex pusillanimitate, nonnullis ex desiderio vitae lexioris, cum enim vigeat in hoc Nro Ordine perpetua abstinentia a carnibus, ad quam et ipsi Eppi obligati sunt, praeeligunt sibi potius esse in quavis religione R. Latini, et jam de facto a PP. S. Francisci conventualibus erant acceptati, nou nulli enim,

Digitized by Google

quibus quavis est o' edientia, et praemit metus disc plinae Claustralis, nisi mitius agatur, cum illis statim minantur transitum, gravia haec sunt nobis, et valde damnosa, nunquam enim disciplinam religiosam nisi libertati transitus occuratur, retin bimus, vel laxatam in statum pristinum restituemus. 2do. Haec licentia facit ruinam Ecclesiarum nostrarum, cum non sint, qui veniant ad eas tempore solemnitatum Ruthenis partim transeuntibus ad Latinos, partim in schismate remanentibus; et hae Ecclesiae inornatae stant, cum a quibus ornari deberent non juvantur. Ornat ex suo pauperculus pastor aut colonus seu rusticus manens in unione vix cibario pane abundans, et aquae potu. Ornarent autem nobiles, si non transirent ad r. Latinum, si non ex pietate, saltim pudore, si ego cooperior serico, altaria autem Dei mei tantum pannoso. Ex quo hinc etiam sacerdotis majestas eo dejicietur, ut unus sine veste incedat, alter mendicetur, cui malo antea occurrebatur opulentiorum liberalitate; ut enim sacerdotibus Latinis nimiae opes invidiam, ita nostris nimia inopia contemptum pariunt. 3tio. Quia est ruina jurisdictionis Nrae, quod exinde patet: Si enim singulis annis centum ad minimum nobiliores transeunt in toto regno, plebei enim si non plures saltim totidem post aliquot annos; quae tandem pastoribus Nris oves ramanabunt? Infinitum tantum non exhauritur. At Rutheni cum sint pauci praesertim nobiliores statim deficient, et nunc fere jam sola restat turba servitutis exercendis eolendisque agris deputata, vel saltim tam pauci nobiles, ut si conferantur cum tempore anteacto nulli censeantur. Quomodo patres habebimus sine filiis (ut verbis Optati utamur), principes sine tyronibus, magistros sine discipulis, antecedentes sine consequentibus, quietem sine domo, hospites sine hospitio, pastores sine grege, Eppos sine populo, aliis transeuntibus ad atinos, aliis in schismate permanentibus, caeteris ad partes haereticorum abeuntibus? quomodo nobis illud quadrabit actorum 20: Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Eppos,

Digitized by Google

regere Ecclesiam. Dei, quam acquisivit sangvine suo? Esto nos adhuc habeamus aliqu s, et qui post nos relinquentur, quid habebunt? Bonus autem civis nonmodo cogitat, quam civitatem, sed etiam qualem relinquat; quomodo observabitur decretum conc. Trident. sess. 24. capit. 13. de Reform. ubi ajt in his civitatibus, et locis, ubi nullae sunt parochiae, vel Parochiales Ecclesiae certos non habent fines, nec eorum rectores proprium populum quem regant Episcopi pro tutiori animarum eis commissarum salute distincto populo incertas, ac proprias parochias, unicuique suum perpetuum peculiaremque parochum assignabunt, qui eas cognosere valeat; si cuivis Rutheno arbitratu suo integrum erit, ritui suo valedicere, certe nullibi populum, quem regamus, habebimus certum et perpetuum, non complectetur Nra Ecclesia misera oves, nisi instabiles et vagas, de quarum manendi vel abeundi voluntate nihil certi statui poterit, soli Latini in hoc erunt felices. Magnum inconveniens et pessimum Ecclesiae regimen putant doctores, si omnibus liberum esset eligere confessarium, et subjicere se cui quis vellet, Suarez— tom 4. diss 16. sect. 3. Nr. 21. multo certe magis inconveniens est licentia relinquendi suos ritus, et subiciendi se quibus vellet. Ideo quantum ex Historiis et decretis colligitur, nunquam ita factum fuit in Ecclesia. Hinc conc. Trid. sess. 14. capit. 9. de reform. ajt: Jure optimo distinctas fuisse dioeceses et parochias, ac uniquique gregi proprios adhibitos pastores et inferiores Ecclesiasticos praelatos, qui suarum quisque ovium curam habeant, ut ordo Ecclesiasticus non confundatur. Porro licentia transitus hanc distinctionem semel factam poenitus tollit et confundit, et eadem licentia multum contraria convenienti regimini animarum, quomodo poterimus munere nobis injuncto fungi, et baculo pastorali, quem gerimus? quomodo oves ad bona pascua adducemus, et renitentes revocabimus censuris et aliis poenis Ecclesiasticis? Simul enim ac hoc fecerimus, aut transibunt, aut minabuntur transitum. 4to Putamus notum esse

Digitized by Google

Romae, quod ante paucos nnos fel. memoriae Hipacio Po- ciejo, Metropolitae uni ex authoribus unionis S. Vilnae in Li- thvania contigit ab unio sicurio schismatico, qui ausu nefario sceleratas in ipsum injecit manus, amputatis tribus digitis manus, quam ut ictum gladii, ad caput vibrati averteret, op- posuit. Quod etiam accidit moderno Metropolitae in Russia rubra, ubi per pulsum camparum seditio in plebe facta, gladii vibrati bombardae contra ipsum directae erant, quod moderno Eppo Polocensi, Mohiloviae in alba Russia, ubi appropinquanti ad civitatem, dum visitaret doecesim portae sunt clausae, tor- menta bellica abjecta, et plebs armata jam famulos retrude- bant, jam Eppum in aditu prohibebat. Quid etiam primo unio- nis authori Rohosae Metropolitae, qui in civitate ducali Slu- censi lapidibus impetitus, et ferme obrutus erat, nisi illum rheda, qua vehebatur, texisset; unde etiam a Dno hujus loci in memoriam hujus facti poena pecuniaria in singulas domos imposita est, quam etiam nunc dominus loci licet sit haereti- cus, qui in illa bona successisset, exiget ad ipsis fideliter. Immaginetur nobiliores ex nostris jam transiisse ad Latinos (quod certe factum et brevi perficietur, nisi Sanctitas Sua obi- cem posuerit) et solos remansisse schismaticos, quid fiet quae- ro? nonne omnium hominum praesidio destituti, hactenus dura semper et aspera passi, misere vexati et fessi, schismaticorum et haereticorum manibus, et crudelitati exponemur? Cum vo- luit Deus Judaem hostili pede conculcari, eripiebat illi de medio fortes et electos, et qui praesidium ac decus erant, fu- turique videbantur hostibus obstaculo, in quos festinanter irru- erent, et impingerent. Ut ergo estis in religionem catholicam et in pietatem eximie affecti, ita et illos, qui religionis et pie- tatis causa multa subeunt, non permittatis pede schismatico- rum et haereticorum conculcari, quin potius illos toto animi conatu defendatis et adjuvetis, hoc autem efficietis, si relin- quetis, qui nobis sunt contra illos scutum. 5to: Quia schisma- ticorum et haereticorum ludibrio expositi sumus cum irrisio-

Digitized by Google

ne, videntes enim illi nos spoliari a Latinis exultant, et insultant, cum magno plebeculae scandalo, et inquiunt quibus confidebant, cesserunt in praedam et filiis suis repente orbati sunt, omnia bona vobis cum unione adventitia sperabatis juventutis retentionem in vestris ritibus contra haeriticorum fraudes, priviiegium canonis et fori immunitatem Ecclesiasticam, securitatem bonorum vestrorum, sed quam decepti sitis, videtis imo novissima vestra pejora sunt prioribus, eripiuntur vestri filii a Latinis sub pulchro nomine Unionis, unum aperte vobis proponitur, alterum celatur. Proponitur vobis esse Graecorum bonas eeremonias, et sanctas, posse vos in illis permanere sine ullo salutis dispendio, unicuique jura sua integra et inviolata relicturos; speciosa sunt haec, atque sub his celentur videtis, hoc non est unionem habere, sed potius insidias occultas fovere, appagete cum ae lenione, latet anquis in herba. Quam dolemus miseram vicem vestram, vel hoc solum nomine, quod ab his hoc patiamini, quorum fiducia nos deseruistis, et vestri patriarcham, a quibus nihil nunc opinantes, spoliamini, et opprimimini, et quid eo magis dolemus, quod hoc non advertatis, sed bene est, quod hujus vestrae scissionis Deus paenam exigat per ipsos vestros amicos. Hae inquam et his similes voces multum nos affligunt, et pusillos turbant. Sua Sanctitas ora impudentium hominum liberali edicto claudat, et occasionem horum tollat.

Esse licentiam hanc transeuntibus superfluam et non necessariam demonstratur.

Ut estendamus transitum hunc superfluum, simul ad rationem, qua moveri se asserunt ad id respondebimus; quod erat 2do loco dicendum prout proposuimus initio hujus 3tij impedimenti, motivum propter quod hic transitus permitteretur, defensores non tantum statuunt in inopia idonerum in ritu rutheno pastorum, sed multa alia pueris et adolescentibus, qui in scholis latinorum versantur, a condiscipulis irri-

Digitized by Google

siones, a praeceptoribus persvasiones et munuscula, quae ipsi magni faciunt, confiteri enim debent secundum regulas patrum Soc. Jesu singulis mensibus ibidem in Collegio, et sic asvescunt ab ineunte aetate ad ritum Latinum, quamvis in iisdem civitatibus sint etiam Ecclesiae nostrae, et in illis confessarii uniti in fide non suspecti, ad eos igitur pro confessione et communione remitti deberent, prout de facto fit Vilnae. Adultis non conjugatis est motivum aula et militia, ubi vel non sunt vel raro sunt sacerdotes Rutheni uniti; sed his non concedimus, quando petunt facultatem a nobis ut confiteantur apud sacerdotes Latinos, et communicent, ubi non habent copiam proprii Presbyteri uniti tantisper, donec redeant quilibet ad locum suum, et ad sacerdotes suos, sed quia paucissimi sunt, qui facultatem a nobis accipiunt, propterea postquam semel confessi sunt et communicarunt a Latinis, deseruni ritum suum; providendum ergo esset, ne ulli liceat confiteri apud Latinos sine facultate Loci Ordinariorum unitorum. Kalendarii diversitas multos abstrahit unitos a rito suo, nostri enim antecessores, qui unionem renovarunt, non conformarunt se Ecclesiae Romanae in Kalendario, consulendo Plebi infirmae, in quo eidem indultum est a Clemente VIII, cujus diversitatem et nos cuperemus auferri, sed putamus nondum expedire, praescinderetur enim spes ad conversionem simpliciorum schismaticorum, quinimo daretur occasio aversionis totalis a nobis. Illis, qui inserviunt dominis Latinis, concedimus absolvere festa secundum Kalendarium novum, et qui non possunt habere propriam culinam, nisi domini sui Latini, ut observent jejunia Latinorum, quousque ipsis serviunt, et haec est praxis nostra, quam examinari et approbari si est bona, prout nobis videtur, cupimus; aliis motivum est rigor jejuniorum in ritu Graeco, quem ut fugiant, transeunt ad Latinos. Praeter enim Quadragesimale jejunium, sunt tria alia, sed in his facilius dispensamus saecularibus etc. Ut autem satis fiat illis, qui asserunt necessarium esse transitum ob inopiam ope-

Digitized by Google

rariorum idoneorum apud Ruthenos, ita respondemus. 1mo. Concedat Sua Sanctitas religiosis tantum Latinis auxiliari nos in audiendis Confessionibus Ruthenorum, aliis vero Latinis solum in articulo mortis, vel ad summum in quavis necessitate, ut annue confessionis supposito difficili accessu ad suum ministrum idoneum, sicut apud Latinos; quando parochus est ignorans, seu ineptus ad sacramentum confessionis administrandum, ad summum si habet oves ejus tanquam carentes proximo judice, non vero tanquam omnino proprio carentes pastore, et ideo tenentur semper licentiam ejus postulare, quanto magis asserendum id est de Ruthenis, qui volunt transire ad Latinos propter pastores nostros ineptos ad sacramentum, hoc tantum administrandum. 2do confirmetur praxis Epporum unitorum, de qua supra, secundum quam cuivis unito concedatur, uti consilio et auxilio spiritualium Latinorum, dummodo a suis pastoribus petant facultatem, et non permutent suum ritum.

Quodsi hoc fecerit sua Sanctitas, utriq. parti satisfaciet, Latinis illis, qui desiderium juvandi omnes, atque ad Christum perducendt habent, et qui erga Ruthenos tanto ardentius inflammantur, quanto vident eos a reliquis ob defectum idoneorum pastorum inferiores eam sitim adimplere poterunt in primis christianam doctrinam eos docendo, illorum excipiendi confessiones et si opus fuerit, baptisando, in allis juxta ritum suum relinquendo illos, quo ad Festa scilicet et jejunia, officia divina etc. quae ad Ritum pertinent idque eousq., donec apud Ruthenos erit sufficientia Pastorum. Cessabunt quoq. ex parte Ruthenorum illa omnia incommoda, quae supra numeravimus, reddent eos benevolos, ut recte de Latinis sentiant, excitabit tanta sua in illis begnitate incredibilem laetitiam erga omnes Latinos, mirabilem affectum, claudet ora obtrectantium Sedi Aplicae et unioni, auferet occasionem turbandi oviculas sibi unitas, quae sine Dei offena, et fructum injuria possunt omitti, (omittuntur NB: in hac informatione) exprimitur ulterius

Digitized by Google

dus instituendae juventutis R. G. unita , supplicaturq. quatenus Sua Sanctitas tum Romae, tum etiam in Regno Poloniae erigere faciat collegia, in quibus erudiantur praedicti juvenes, certo promovende unionis praesidio futuri, ex his enim eligentur Metropolitae, Eppi aliiq. Rutheni Praelati ad Hierarchiam spectantes, et pertinentes, (tota haec scriptura, quia per amanuensem erronee scripta est, ideo omittitur.)

Quartum impedimentum.

Primo praeposterus quorundam Latinorum Catholici nominis sensus, quo licitum sibi persvadent, bona Ecclesiarum ritus nostri vel convertere in usum suum, vel applicare ad usum Ecclesiarum Latinarum propria authoritate, quod in multis locis factum est, et nunc fit, imo auferuntur integra monasteria, in quibus asservant suos famulos, equos etc. Monachis autem dant, quae volunt, propterea plurima monasteria desolata, in quibus nec ullus Monachus reperitur, deniquae in ipsos Episcopatus jus vindicant sibi. Abstulerat Dux Ostrogiensis Archi-Schismaticus ex odio Unionis medietatem Eppatus Luceoriensis, item medietatem Pinscensis, Metropolitae etiam nonnihil, ipse mortuus est, et filii ejus, omnia bona ipsius devenerunt in alias familias, quarum omnes sunt Catholici, restituere autem nolunt, jura sibi supra illa bona monstrari cupiunt, quae nos non habemque ex eo, quod in antiqua illa simplicitate apud Ruthenos non scribebantur fundationes et privilegia, qualiter nunc, nisi in codice evangeliorum, quod ex usu Ecclesiae Graecae semper est supra altare, et hoc semper Christiani firmum et ratum habebant. Talibus inscriptionibus in evangeliis robur ablatum est in comtiis anno 1607 ad instantiam horum Dominorum, idq. propterea, ne jure ipsos super hisce bonis conveniamus, de possesione tamen illorum honorum ab Ecclesia omnibus constat, maxime vero modernis Catholicis Possessoribus. Faciunt ipsis aliquando scrupulum confessarii, sed parum, ut videmus, proficiunt, quia

Digitized by Google

hucusque tenent, et disponunt illis prout volunt. His scandalis occurreret Sua Sanctitas, si prohibuerit sententia decretoria, ut sine consensu Aplicae Sedis nullus audeat usurpare sibi, vel applicare ad usus Ecelesiarum Latinarum bona Ruthenae Ecclesiae, et qui secus faceret, incurreret censuram soli Pontifici reservatam, tam is qui applicat, quam qui acceptat. Rogamus etiam Sedi Aplicae, ut non prius consentiat, quam habuerit informationem Metropolitae super eo, item si injuxerit nuntio suo Poloniae, ut ii, qui hactenus usurpant et acceptant, citentur et judicentur ab illo, etsi deprehenderetur, quod possideant bona Ruthenorum, cogantur restituere. Sunt quidem prohibitiones antiquae Ecclesiae, ne a atinis Ecclesiastica Bona usurpentur, sed quia plerique male supponunt, bona Ruthenorum non numerari inter Ecclesiastica, propterea magno unioni erit bono, si declarentur esse talia et prohibeatur Latinis, ne ea acceptent. 2do Erroneum quod dam judicium, quod non tantum sacerdotes, sed etiam Eppi legitime consecrati, eo ipso quia Rutheni, licet sint Catholicissimi, et usque ad sanguinem pro Ecclesia laborantes, inferiores tamen sint Latinis etiam titularibus Eppis, qui nec senatores sunt, nec ullam in hoc regno aut mundo exercent jurisdictionem spiritualem, sed sunt tantum suffraganei, vel vicarii in spiritualibus Epporum Dioecesanorum, cui malo jam in parte dignata est Sua Sanctitas occurere, sopiendo controversiam cum suffraganeo Vilnensi praecedentiae cum Metropolita. Sacerdotes nostri a quovis percutiuntur sine excommunicationis reatu, hoc est a suis dominis, qui jus patronatus habent, carceribus mancipantur, et aliis poenis afficiuntur Nonnulli nobiles in eam jam post unionem factam devenerunt impietatem, ut eos laborare tanquam subditos cogant, etsi noluerint, puniant. Consuletur huic malo, si declarabitur, illos etiam includi in canone. Si quis etc. Tenuissima provisio Presbyterorum saecularium ritus nostri magnum est inter alia impedimentum, quaere unio non procedat; non facile emergunt, quorum virtutibus obstat

Digitized by Google

res angusta domi, propterea non audent cum ea libertate peragere munia parochalia, sicut deberent, insurgendo fortiter contra schismaticos, habentes respectum apud dominos, in quorum bonis manent, itemq. Parochianorum, ex quorum oblationibus et elemosinis vivunt; provisiones enim ipsorum tales sunt, ut ipsi suum agrum, quem habent, colere debeant, et vivere in sudore vultus sui, comedendo modicum panis, unde nec ad libros, ut possint docere alios, nec ad officium divinum, ut illud absolvant, prae isto labore possunt vacare. De Eppis et Metropolita notum est, illos authoritatem publicam modicam aut nullam in regno habere; a comitiis enim palam excluduntur, nec ipsis licet in propria causa ad defendendum suam innocentiam etiam tunc, quando accusantur, publice tanquam turbatores pacis publicae quidquam dicere, et magnae id felicitati ducitur, si cui nostrorum permittuntur aliquot verba in conventibus nobilium, vel absunt, ne dishonorentur, dum locus ipsis sessionis non conceditur etiam ab ipsis Catholicis, vel si absunt, cum damno unionis absunt, tunc enim omnia statuuntur contra unitos, nemine contradicente, vel si locum honorificum pro suo statu in talibus conventibus habere volunt, obsequiis suis, precibus et ferme pretio emere hanc gratiam coguntur. In comitiis cum magno facultatum et valetudinis dispendio omnino venientes, post terga senatorum inter alios sacerdotes simplices r. Latini cum magna indignitate et vilipendio status sui hierarchici, cum irrisionibus et exprobrationibus schismaticorum, et magna aversione pusillorum a S. unione consistunt. Commodissime posset occurri his inconvenientiis, si latini Eppi nostros fraterne honorarent, secus autem fit, aliquando canonicus praefertur in consessibus Eppo nro, ipsis ita volentibus et jubentibus; si vero ex necessitate aliqua veniunt ad ipsos nostri Eppi, facilius quis ex clero latino etiam inferiori admittetur, quam nostri, licet sint Eppi ejusdem Ecclesiae Romanae, in quo frequenter rumpuntur interiora nostra, non propterea, quasi aegre feramus sed, quia ho-

Digitized by Google

mines simus, humani nihil a nobis alienum putamus, neque omnes perfecti sumus. Satis est, quod hucusqe talis indiscretio non avertit nos a s. Unione, nec avertet Deo propitio unquam, etiamsi tanquam purgamenta omnium reputabimur. Saltim laborare pro unione in comitiis difficile est sine ipsis; per ipsos enim omnia peragere, proinde ipsos audire et alloqui debemus. Committatur ergo a Sua Sanctitate Nuncio Poloniae, ut procuret apud Eppos Latinos honorem congruum Eppis Ruthenis, secundum quod videbitur ipsis expedire ad Dei gloriam et unionis incrementum, si enim honorabunt nos Eppi Latini praestabit id et clerus eorum, tum et status saecularis; nunc autem vident nos villipendi, propterea nonnulli non reputant nos pro veris Eppis sed quibusdam Chore-Eppis, vel alicujus ordinis inferioris, et propterea in communi colloquio non vocant nos Eppos sed Vladicas, et sacerdotes nostos Popones. Statutum est, ut Presbyteri Rutheni licet nullos subditos habeant, sed ipsi agrum colant, solvant tantum, quantum rustici, et quid detestabilius ibidem additum est, ut etiamsi nullos agros habeant, quos colant, tamen ratione officii divini et administrationis Sacramentorum solvant certum censum, qualis tunc imponetur, quod de ministris haereticorum nunquam scriptum in hoc Regno reperitur; quasi vero isti pauperes sacerdotes deterioris conditionis esse deberant, quam ministri haereticorum, et qua conscientia ab administratione Sacramentorum exigitur census? Per Dei gratiam est unio, et habemus jura tam antiquiora post concil. Florentinum concessa, nimirum privilegia Vladislai II! anno 1443, tum recentiora, dum sub Clemente VIII renovabatur unio, quod in omnibus libertatibus immunitatibus coequati sumus cum clero latino; talia enim expressa privilegia a regibus habemus. Hinc emanarunt multa alia nobis injuriosa et valde damnosa: 1mo. Si vacat aliqua parochia, ille, qui non vult subesse Episcopo ordinario suo in unione existenti, sine consensu et scitu ejus currit ad cancellariam regiam, obtinetq. privilegium advitalitii proponatus, hoc

Digitized by Google

est sacerdotii; sic enim tempore schismatis per contemptum vocabatur, et obtento tali privilegio non vult subjacere Eppo, et ad jus saeculare citari non potest, quia intercedit privilegium regium; judicio autem Ecclesiastico non obeditur. Facile huic occurretur, si regentes cancellariae, qui sunt spirituales, attenderent, ne hoc fiat in posterum, facient autem libenter moniti a Nuntio Aplico. Hinc etiam manat, quod parochi latini accipiunt decimas a Ruthenis, etiamsi ibidem sit Parochus Ruthenus ordinarius ipsorum, alicubi iidem parochi accipiunt decimas ab ipsis presbyteris Ruthenis; praetendunt quidem quasdam rationes, si tamen ponderentur, levissimi sunt momenti, majoris certe momenti sunt jura nostra, quippe inixa legi Divinae, ut quaevis ovis agnoscat Pastorem suum, et vocem ejus audiat, et illum lacte suo pascat, et lana cooperiat, non alienum; quidquid secus fit, videtur praeter jus Divinum fieri et violenter. *De omnibus his miseriis siluimus hactenus, tum ut paci, et fraternae charitati consuleremus, tum ut committeremus tempori et circumstantiis optimo magistro, ut emendet; sed praecipuis amissis per transitum ad latinos, exspoliati omnibus ornamentis, coepimus advertere, omni humano auxilio nos destitui, radices malorum pullulare, et incrementum in dies accipere, unde veluti ex somno expergefacti sentimus, unde excidimus, et praeteritum statum cum praesenti conditione comparando, recordatione ipsa affligimur, et compellimur obviare, ne malum ulterius serpat.*

Quintum impedimentum.

Conjuctio intima praesentis, et subsequentium Metropolitarum cum Nuntiis Apostolicis ad progressum unionis valde est necessaria; cum enim solus Metropolita immediate subest Summo Pontifici, caeteri vero Eppi ipso mediante stringantur iis vinculis firmissimis, qualis ut plurimum est nexus amoris, operae praetium etiam esse putatur, ut praesenti Metropolitae liceat sibi assumere Coadjutorem, quod jam concessum habuit

Digitized by Google

a praedecessore Suae Sanctitas vivae vocis oraculo, illudq. a moderna Sanctitate petit confirmari, non tantum enim debilitas valetudinis Metropolitae, qui jam ferme paralitycus est, praesefert necessitatem, sed etiam ut futurus praesente vivente notitiam et authoritatem sibi comparet facilius adeundi senatores, officiales regni, ipsumq. serenissimum regem possit, et illis per se, non per alios necessitates Ecclesiae suae proponere, quod nobis concessum benignitate majestatis, semper enim conceditur privata audientia non tantum Metropolitae, sed etiam Eppis Nris. (NB. Explicat ulterius necessitatem coadjuioris, qui vel ex eo concedendus est, ut schismatici omnem spem deponant, videre aliquando suum his in oris Metropolitam. Tum conqueritur de summis expensis Metropolitae, quas sulus pro tuendis negotiis religionis facere cogitur, nullo Eppo adjuvante. Accusat Eppos de neglientia, quod malunt domi delitescere, quam Metropolitano in comitiis suffragari, accusat etiam dehoc, quod Eppi publice manducent carnes, quo non solum schismatici verum et uniti scandalisantur, quamvis enim Metropolita super hoc dispensaverit, non aliter tamen, nisi cum infirmis. Vult reformationem religiosorum ordinis S. Basilii magni, quam fieri hac methodo, ut patres Carmelitae discalceati habitum S. Basilii suscipiant, et sint magistri in vita spirituali, atque reformatores ordinis, certo persvadet. Tandem de reformatione cleri cogitat; supplicat sancte congregationi de propaganda, ut dignetur hic in Russia in loco, qui Ruthenis commodior videbitur, numerosum aliquod collegium excitare, quod erat quidem promissum a Clemente VIII tunc, quando a Ruthenis ipsi et successoribus ejus obedientia, et jam certa pecunia, pro qua hic in regno bona aliqua possiderentur, erat assignata, prout recordantur aliqui nunc etiam in urbe residentes, ad quos magis hoc tum spectabat, in particulari autem Dnus Petrus Arcudius; sed mortuo Summo Pontifice dicta promissio finem suum hucusque sortita non est. Ulterius vult distingeere clerum, scilicet uxoratos familiae do-

mesticae curis occupatos non esse eapaces ad promovendam unionem, adeoque in sua simplicitaie reliquendos, donec vivant. Celibes desiderat, quamvis adhuc non sint, et hos vocant regulares clericos, atque summos ex iisdem in Ecclesia Dei fructus hierarchiam Ruthenam habituram esse divinatur, totumque profectum eisdem verbis, quibus in epistola informativa sequenti, praesens opus concluditur.

Ex compendio Epistolarum Velamini in Strunie asservato Nr. 07. Litera D.

Velaminus Metropolita de statu Russiae dominum Menti qui fuit primus secretarius sacrae congregationis propagandae fidei, judicem informat. Die prima Julii millesimo, sexcentesimo, vigesimo quarto.

Rutheni sive Russi vastissimo tractu in longum totumq. se extendunt, multosq. non principatus solum, et ducatus, sed et regna sub se habebant olim. Et etiam nunc nomine Russiae non modo censetur Podolia, Volhynia, et triplex Russia alba, nigra et rubra (ab habitu indigenarum maxime plebis sic dictae) sed etiam ipsum imperium Moscoviticum, unde nunc Russiae totius provinciae partim subjacent magno Moscoviae duci, et omnes sunt schismaticae, partim serenissimo regi Poloniae, et majori ex parte sunt unitae cum S. Romana Ecclesia, et ad obedientiam S. Sedis Aplicae receptae fel. mem, Clemente VIII pontifice maximo, dum habita in Russia omnium Epporum Synodo, et in hoc unum conspirantibus omnium animis Romam sunt missi Hipatius Vlodimiriensis et Cyrillus Luceoriensis Eppi, qui nomine sui Metropolitae, et aliorum suorum Co-Episcoporum totius Russiae publicam detulerunt obedientiam Sedi Aplicae in consistorio publico in sala Constantiniana, de quo Baronius in additione ad Jh. VII et novissime pater Thomas a Jesu Carmelita discalceat in opere de procuranda salute omnium gentium lib. 6to, part. 4 et aliis. Atquae ita nunc Ruth. Eppi septem cum octavo totius Russiae Metropo-

litano Archi-Episcopo inquam Kijovien. singulis tribus annis Summo Pontifici obedientiam deferunt.

Tota vero Russia includens etiam Moscoviam subjacebat olim in spiritualibus cum omnibus suis Eppis dicta, archiepiscopo Kijovien., a tempore, quo fidem christianam receperunt, usq. ad concilium Florent. in quo Isidorus Metropolita Russiae creatus cardinalis simul cum Bessarione Graeco cum rediisset unitus jam cum Romana Ecclesia, a Moscovitis occisus est, in quo Boterus in suis relationibus universalibus libro 1mo Vide Russia.

Episcoporum vero Ruthenorum regi Poloniae subjectorum dioeceses, tam longe lateq. diffunduntur, ut praeter Ecclesias cathedrales collegiatas, et monasteria, quae ibi frequentissima sunt, octo millia parochiarium sub se complectantur. Tanta enim est vastitas Russiae, ut sola per se contineat tot animas ritus Graeci, quod in universo regno Poloniae sunt animae ritus latini.

Quod spectat ad propagationem fidei catholicae in Russia, tale Deus optimus maximus incrementum illi dedit his viginti annis, ut fere triginta civitates sint cum S. Romana Ecclesia unitae. At inter alias insigniores Vilna Metropolis magni duc: Lithvanae, nullum admittit ad Senatum civitatis, nisi Catholicum, nullum item ad sodalitates civium et artificum, nisi qui probatus fuerit unitus cum S. Romana Ecclesia, Novogrodecum Metropolis Russiae nigrae idem omnino strictissimae observat. Et propterea quoniam ibidem nulla alia sit, reliqui praeterquam Monachii Rutheni S. Basilii; hi religiosi scholas publicas tenent pro juventute in pietate et studiis formanda. Magno bono illius regionis Luceoria Metropolis Volhyniae, ubi residet Eppus Luceoriens. Catholicus sensim sine sensu schisma deponit. Idem dicendum est de Halicia, Metropoli Rodoliensi; idem brevi sperandum est de Kijovia Metropoli Russiae albae et Leopoli Metropoli Russiae rubrae, ut interim taceam Vlodimiriam, Chełmam, Polociam, Premisliam, Pins um

Digitized by Google

quae civitates sunt residentiae propriae Epporum, nempe Eppi Vlodimiriensis, Chelmensis, Poloceusis, Premisliensis, Pinsensis, qui omnes Eppi viri catholicissimi suut, et nuperrime ad S. congregationem de propaganda fide Literas communes scripserunt, et subscripserunt. Magni momenti sane est habere sana capita Ecclesiae. Dicti Eppi ita Archi-Eppo Kijoviensi suo Metropotitano subordinantur, ut hic solus a SSmo Dno Nro confirmari debeat. Reliquos vero Eppos primo ipse proponit serenissimo regi Poloniae, tanquam jus patronatus in omnia bona Ecclesiastica habenti, deinde ab eodem approbatione accepta, consecrat eosdem sine ulla dependentia in hoc a Romana curia ex confirmatione privilegiorum Ecclesiae Ruthenae facta fal. mem. Clemente VIII.

Inter clerum Ruthenorum sicuti et totius Russiae ritus Graeci onoratiores sunt Monachi S. Basilii M., qui etiam soli ad omnes dignitates Ecclesiasticas majores assumuntur. Sacerdotes enim saeculares sunt conjugati; et hac de causa ex antiquissima Orientalis Ecclesiae consvetudine, a majoribus Ecclesiae Praelaturis excluduntur. Tales monachi in Russia uniti cum S. Romana Ecclesia jam in bono numero viginti et amplius occupant Monasteria, non recipiunt illi antiquiores monachos licentiori vitae asvefactos, sed novos religiosos conquirunt, qui sunt tabulae rasae, in quibus inscribi possit quodlibet, etiamsi diutius Operarii expectari debeant, scholas tenent, pro juventutis institutione, controversias publice suis unitis saecularibus legunt, verbo Dei et sacramentis pascunt populos etc. Horum exemplo inductus clerus saecularis in simplicitate sua sequitur suos Eppos, veniunt ab synodos, quae quotannis celebrantur, ab Eppis̃ consecrantur, per parochias, per Ecclesias cathedrales et collegiatas locantur. Chrisma accipiunt. Visitationibus subjacent Epporum. Ex statu denique saeculari senatores regni sunt tres Rutheni catholici u n u s palatinus, duo castellani; schismatici autem nec unum ex suis in senatu ha-

Digitized by Google

bent, nec deest nobilltas, et quidem ex Primariis, quos brevitatis causa omittimus.

Media vero, quibus Russia juvari possit, optime persequitur praesens Russiae Metropolita in Libello ad sm. Congregationem de propaganda Fide directo. Et quoniam praecipuum illius punctum est de seminario pro Ruthenis erigendo, non abs re hic verba ipsa ex illo sunt referenda; sic igitur dicit: Paucitas idoneorum operariorum in clero saeculari praemit nos vehementer eoque magis, quod novam nobis optulit messem Dominus messis, ducatum scilicet Smolenscensem, et Severiae nuper a Moschis receptum.... et reliqua libelli illius usque ad verba illa: Porrigite ergo nobis auxiliatrices manus vestras, qui aliunde post Deum auxilium habere non possumns.... deinde haec, quae sequuntur. Praedictae enim, nationes omnes per nullum Latinorum ex schismate ad unitatem fidei catholicae converti poterunt, nec modo possunt, nisi per Ruthenos unitos magnam quippe a atinis habent aversionem et similium facilior transmutatio est, quam dissimilium. Porro Rutheni, ut dictum est, cum omnibus illis communionem et in paucissimis differentem linguam habent vulgarem, libros autem et lingvam literalem, qua sacra peraguntur, ceremonias denique omnes easdem, et in nullo differentes.

Utilitates dicti Seminarii isthaec sunt, introducetur per istos seminaristas clerus saecularis coelebs, quod a plurimis non modo annis, sed saeculis in ritu graeco auditum non est, et tamen a multis desideratum est, et nunc ab ipsismet Ruthenis uniti praesertim unice in votis habetur. Successu temporis res procedet ultra, ut habeamus etiam clericos religiosos, quod nec cogitatum est forte in ritu unquam graeco, non tamen propterea timenda est aliqua difficultas. Multa enim a nobis tempore unionis facta sunt, quae primo vehementer a schismaticis improbabantur, nunc autem probantur, imo ipsi idem apud se facere caeperunt; idem fieret de clericis religiosis, quanto autem bono fidei catholicae id fieret, dici vix potest.

Digitized by Google

Isti clerici non conjugati taliter formati collocarentur a nobis in omnibus Episcopatibus nostris penes Ecclesias cathedrales, et collegiatas per oppida, quia majores communiter habent provisiones, et commoditates, quam aliorum nostrorum parochorum. Ex his essent visitatores Ecclesiarum per villas, et sacerdotum in illis, magnum hic profecto accederet s. unioni stabilimentum et ornamentum. Hinc mitterentur scholarum magistri per particularia loca Russiae ad instituendam juventutem in literis, simul pietate, fide, quod praestârent ipsi commodissime et svavissime ratione status sui. Ibi parati essent sacerdotes, quin petantur a diversis dominis, petuntur autem in dies, cum quibus facilius tunc transigi possit de meliorandis fundationibus, si viderent digniores, quam fuerunt antecessores. Ex ejusdem seminarii alumnis implerentur monasteria monachiis bonis, et plurima alia bona ex tali institutione alumnorum in omnes partes Russiae possent emanare: unde certissime promittere possumus, quod brevi tempore per hoc medium ruet schisma in universo regno, quilibet enim ex dominis concedet libenter tales satius in bonis suis habere sacerdotes, quam quales habuit modo, et meliorabuntur provisiones, quid ergo restat aliud, quam ut ad effectum perducatur.

Hoc ipsum vero ut assequamur ad pedes Vestros Cardinales amplissimi provoluti supplices oramus verbis, quae ex abundantia cordis procedunt et verbis non nostris, sed S. Patris nostri Basilij, quibus in simili necessitate scribens ex sua Graecia ad Eppos Italiae et Galliae utebatur. Pirrigite manum in genua depressis, commoveantur erga nos fraterna vestra viscera, praefundantur commiserationis lacrymae dimidium orbis errori immersum, nolite contemnere, ne feratis ut fides apud eos extinguatur, apud quos primum eluxit. Sic Basilius. Et primum quidem apud Ruthenos eluxit fides catholica, non schismatica, per viros catholicissimos, et S. Sedi Aplicae devotissimos, Methodium et Cyrillum, qui nobis ex lingua Graeca in nostram nativam transtulerunt Lyturgiam et totum divi-

Digitized by Google

num officium et ipsi primi Romae in S. Petro Missam Ruthenam celebrarunt, ad quorum instantiam lingua sclavonica a S. Pontifice Adriano hoc privilegio donata est, ut in illa sacrum missae officium, et aliae laudes divinae decantarentur. Totam hanc historiam fuse habemus descriptam in Libris nris Ruthenis, et diem obitus horum SS. celebramus, sicuti et dioecesis Gresnensis, et tota majo Polonia celebrat, et officium particulare SS. Cyrillo et Methodio recitat. Corpus dicti sancti est conditum Romae in Ecclesia S. Clementis. Sunt et alia verba ejusdem S. Patris in alia epistola itidem ad occidentales scripta vehementer, et ista accomodata praesenti petitioni nostrae obsecramus, ut vel nunc tandem manum orientalibus porrigatis Ecclesiis, quae jam velut in genua depressae inclinantur. Ita alloquebatur antecessores vestros Pater noster, et obtinuit, quod petiit. Obtineamus et nos filii ejus cum ore Patris nostri alloquimur vos, vos zelatores fidei catholicae, vos columnas S. Ecclesiae, vos lumina christianitatis: Ecce in manibus vestris stabilimentum unionis et interitus schismatis. Jam igitur sicuti oculi servorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri in manibus vestris, videntes reposita esse talia bona nostra in illis , ereamus, illa benignitate vestra infallibiter nos accepturos — Hactenus verba dicti libelli.

Ex archivo S. Nunciaturae Poloniae.

De laboribus unitorum, promotione, propagatione, et protectione Divina unionis ab initio ejus usque ad haec tempora Jacobi Susza Episcopi Chełmensis anno Dni 1664.

Conqueruntur Rendmi Eppi uniti coram Deo, coram Ssmo Dno et S. Romana Ecclesia, conqueruntur inquam admirabundi, passim spargi in nostra patria nonnullos dominos spirituales latinos procurare apud S. Sedem, ut nos uniti Eppi tollamur, bona nostra Episcopatibus Latinis incorporentur; maneant religiosi et presbyteri saeculares, sed subsint eorum jurisdictioni

Digitized by Google

imo nonnullorum vox est (ut auscultamus) ut poenitus tollamur ex eo, quod nihil in promotione unionis laboremus.

Hujus nostrae opinionis, exceptis continuis vocibus, forte est argumentum. Siquidem post Berestecianam expeditionem nonnulli spirituales non modo senatoribus sed etiam regi serenissimo suaseruntur, ut tolleremur. Et inde factum, quod Eppatus Chelmensis unitus moderno Eppo solum in administrationem erat datus. Statutum enim fuerat, ut latino Chelmensi incorporaretur. Atque ideo (revellatum est id ab isto clero latino Chelmensi) defunctum olim Methodium Terlecki Eppum Chelmen., inhumatum ex Ecclesia cathedrali, quam schismatici tunc tenebant, acceptum, et Crasnostaviae per capitulum latinum in sepulcreto Epporum latinorum sepultum. Ajebant enim, uti ultimum Eppum unitum per sepulturam Eppis latinis esse incorporatum, ita etiam Eppatum istum incorporandum. Sed mutatione bellorum subsequente et iterum hydra Cosatica resurgente, cum urgerent schismatici Chelma expulsi, post Berestecianam expeditionem, ut eum reciperent Eppatum, moderno Eppo advitali privilegio potius, quam schismatico expulso Balabano collatus est. Palamque nonnulli a clero latino Chelmen. dixerunt: Se non potuisse eum deglutire Eppatum, quod unitus modernus quasi in ore illis pro osse haeserit. Ubi maxime notandum, quandocumque in Republica aliquid statum est contra unitos, nunquam id Deum benedixisse, perque eosdem Cosacos brevi Rempublicam perturbatam fuisse. Et sic de aliis unitorum Eppatibus vacantibus facere volebant.

Falluntur autem in accusatione, quod nihil in promotione unionis laboremus. Per hosce 69 annos ab inchoata unione. utiq. semper Dei gratia fides sancta in Lithvania et Russia per unitos propagata est.

Accipiamus Metropoliam solam ; in Lithvania extenditur haec a Podlachiae finibus usque ad palatinatum Polocen. per milliaria germanica circiter 70, in quo tractu nobilissima civitas Vilna cum aliis civitatibus seu oppidis tam regiis quam

Digitized by Google

magnatum villisque millenis et millenis, ubi nulli schismatici soli uniti permixti latinis, (Vilna excepta) reperiuntur; nisi forte apud haereticum aut schismaticum nobilem in villa aliqua, quod est rarissimum. Vilnae autem cum ab initio unionis vix 10 uniti fuerunt, a schismate recedentibus omnibus nunc possunt numerari ad 10 millia. In eadem Metropolia tendendo per Vilnensem palatinatum et Novogroden. versus Berestensem per milliaria plus quam 40 plurimae sunt civitates et oppida, villae similiter millenae et millenae, ubique sunt uniti, nulli schismatici, nisi in villa aliqua haeretici aut schismatici nobilis, quod etiam est valde rarum. Per eundem Vilnen. palatinatum versus Minscen. et per Minscen. versus Mscislavien. ac alios palatinatus tendendo per milliaria germanica plus quam 50 excepto ipso Minsko, ubi etiam frequentes sunt schismatici, alibi ubique uniti, rarissimi schismatici, id apud dominos haereticos et schismaticos. Hoc sentiendum de Metropolia versus alias partes et adminimum parochi presbyteri uniti numerantur 600 ad Metropoliam in Lithvania pertinentes: non enim hic loquimur de Metropolia circa Kijoviam ipsam et in Ukraina existente.

Archieppatus Polocensis a limitibus Curlandiae et Livoniae Polocen., Vitebscen., Mscislavien. palatinatus includens, in latum et longum ad 100 milliaria extenditur germanica; regales multas et opulentas, atquae magnatum Lithvaniae possidet civitates opidaque et villas millenas millenasque, nec non ad mille parochias habet, sanguine B. Martyris Josaphat Kuncze-wicz Pastoris sui vigilantissimi celeberrimus, et licet per Rempublicam titulus Mscislavien. Eppatus schismaticis cum ereptis aliquibus bonis a nostris religiosis Mohyloviae in electione Vladislaviana et coronatione concessus sit, longe temen maxima nobilium civium praecipue villanorum unitorum pars in eo, quam schismaticorum, etsi in civitatibus nonnullis disuniti sint frequentiores.

Digitized by Google

Eppatus Pinscens. usque ad tempora Cosatica, nullibi nisi in civitate Pinscen. habuit schismaticos, et sicubi schismatici vel haeretici nobiles in bonis suis eos aluerunt. Extenditur ad 40 milliaria in longum et latum nunc parochos ad 10 habet continuis Cosacorum schismaticorumque incursionibus depopulationibusque magna ex parte labefactatus.

Smolenscen. Archieppatus collateralis Polocen. a serenissimo rege Sigismundo III. Moschis anno 1610 cum ducatu Smolenscen. ereptus, unitis 1625 proxime statim post martyrium B. Josaphat quasi sanguine ejus proximo corripiente collatus est, ac longe lateque per ducatum Severiae extensus plus quam 600 parochos habuit, nullosque etiam in civitate Smoleńsko schismaticos, ubique unitos, hoc autem difficilius, quia in confinibus Moschoviae Smolenscensem et Czerniechoviensem continet palatinatum. Hoc de Archieppatibus et Eppatibus in ducatu Lithvaniae et provinciis Russiae ad eum pertinentibus. Accedimus ad Russiae provincias regno Poloniae unitas, inquibus:

Primus Eppatus Vladimiriensis sese offert in Volhynia. Hic tum in partibus regni Poloniae tum in partibus M. Ducatus Lithvaniae subjectis suam exercet jurisdictionem. In partibus regni Poloniae a Polonae provinciae finibus palatinatu Russiae terraque Chelmensi per Volhyniensem palatinatum, territorium autem Vladimiriense et Cremenecense usque ad palatinatum Braslavien. et Podolien. extenditur per 60 milliaria germanica et transcendendo Chelmen. terram per palatinatum M. ducatus Lithvaniae Bresten. totumque Podlachien. et districtus seu territoria Branscen., Bielscen., Mielnicen., Drohicensem aliosque ad illum pertinentes versus Prusiam plus quam 60 milliaribus germanicis in longum vadit, in latum vero plerumque a 20 parochos adminimum praecipue in hac terrarum regni Poloniae desolatione ad mille habet. Civitates multas et oppida regia magnatumque variorum, et villas quam plurimas includit, rarissimos autem schismaticos

Digitized by Google

plurimos unitos continet, quanquam in majoribus civitatibus numero praevalent schismatici

In Luceoriensi Eppatu et Ostrogiensi, qui etiam est in Volhynia, licet Eppatus iste tempore Vladislavianae electionis schismaticis cesserit, tamen quia multa bona sunt catholicorum ducum, magnatum, nobilium, inveniuntur in eodem et nobiles uniti, et cives et oppida, villaequae multae nec non monasteria aliqua unitis suberecta ita, ut etiam modo in summa Volhyniae desolatione, ac inter meros schismaticos reperiantur circa 100 parochiae monasteria 7 succensis aliis. Administratio Eppatus hujus quoad unitos pertinere solet ad Zydyczynen. archimandritam, qui communiter solet esse Episcopus, nam pro separato Eppo Luceorien. unitorum bona sunt nulla, ut ex illis habeat sustentationem. Recens autem elapso tempore pertinebat ab Redum nostrum Premysliensem in Februario praesentis anni defunctum; qui in eodem Eppatu Luceorien. Dubnen. et Dermanensem habuit archimandriam ex eo, quia archimandriam Zydyczynen. non ita pridem schismatici unitis ereptam tenuerunt, nunc administratio illa ad modernum Eppum Chelmensem etiam Archimandritam Zydyczynen. devoluta.

Eppatus Chelmensis in Russiae palatinatu existens, terram totam Chelmen et totum palatinatum Belzen, palatinatus autem Lublinensis partem includit in longum et latum plusquam 50 milliaria germanica protahitur. Eppatus hic verssus Poloniam et ithvaniam nullibi schismaticos, ubique unitos habet, excepta Lublinensi civitate, versus Volhyniam alicubi et Podoliam ac districtus Leopoliensem, Premyslien. multas habet a schismaticis parochias per vim occupatas. In universum continet parochias ad 70 sub unione plusquam trecentas et plane majorem partem habemus. Dabitur autem paulo inferius, cur non sint omnes in obedientia. In hoc Eppatu frequentissimae sunt civitates et oppida propter terrae ubertatem, capitaneatus seu praefecturae Regales tredecem, exceptis aliis bonis rega-

Digitized by Google

libus, in eodem nobilissima civitas Zamoscium cum propugnaculo.

Eppatus Premislien. amplissimus, nobiles in eo quam plurimi Rutheni, si omnes essent obedientes, termille numerarentur Parochiae. Sed inquietissimus; a 50 enim annis unitorum cum schismaticis perpetua ibi esi concertatio. Unitus Eppus cathedra pulsus toties et toties iterumque eam recepit. Nupernus vero mortuus per 12 annos Eppatum regens in villa debuit propria cathedram locare. Extollitur hic Eppatus in longum latum plus quam 100 milliaria germanica, nam etiam Hungariae nonnullae et Scepusien. capitaneatus non procul Cracovia civitate ad eum pertinet. In hoc Eppatu oeconomia regia Samboriensis aliquot supradecem civitates continens ad 400 autem villas. In hoc sita Premislia civitas celebris et nova Samboria, bene ambae unitae, Jaroslavia, Sanocia, Soncia, et Stryi aliaeque regales civitates cum capitaneatibus plurimaque oppida dominorum, millenae et millenae villae. In hoc plurimi sunt schismatici et ideo mirabilia perpessi uniti, ut ex infra dictis patebit.

Fuerunt insuper in Podolia, quae ad Leopolien. schismaticum pertinent Eppatum Szarogroden. in civitate domini Zamoyscii uniti in remotissima ab unitorum Eppatibus regione usque ad ipsam Cosatiam. Fuerunt etiam in Ukraina post Boristhenem in palatinatu Czernichovien. habebantque ibi multas parochias et archimandriam Czernichovien. Sed per Cosaticum bellum amiserunt. Fuerunt et Kijoviae tenueruntque Metropolitanam Kijovien. cathedram. Sed tempore electionis Vladislavianae inviti amiserunt. Habuerunt ibidem nobilissimum monasterium Pieczariense, Kiriloviense et Vidubiense, sed per eandem vim schismaticam sub eandem electionem perdiderunt. Fuerunt denique non nulli uniti apud quosdam nobiles unitos clam etiam in palatinatu Braslavien in Ukraina, ut dicitur campestri ante Boristhenem.

Digitized by Google

Haec omnia de dilatata unione dicta sunt satis. Quomodo ergo haec sine labore unitis venerunt? Et audet nos aliquis dicere nihil laborare aut laboravisse? Ad octo millia, ne dicamus, plura parochiarum habuimus, et nunc habemus ad sex: somniantibusne nobis ista in manus venerunt, quando unio primo facta est? Omnes religiosi, omnia monasteria, Clerus totus, plebs plurima, nobilitas frequens, duces et principes, Russiae, magnates tam Russiae quam Lithvaniae ab omnibus Eppis recesserunt, et paucissimi penes obedientiam illorum turbantibus ubique schismaticis, haereticis, Cosacis permanserunt ac demum vix tres monachi Metropolitae adhaeserunt. Quando vero ei succedens Rdmus Pociej circa s. hanc unionem laborare caepit, pernecessarium esse videns ad populum convertendum habere religiosos, monasterium primum apprehendit Vilnense, juventutemque collegit. Ex quo prodiit B. Martyr Josaphat vir excellmus, Josephus Rutski, columna unionis, et plurimi alii a doctrina et pietate commendatissimi religiosi, ex quorum numero varii ad Eppatus ad praelaturas sunt assumpti, ex hoc monasterio variae etiam monasteriorum nostrorum ductae sunt coloniae.

Atque ut ordine ipso procedamus, nec ipsum Michaelem Rohozam, primum unitorum Metropolitanum sileamus, qui per supra dictum Hypatium Pociej, Eppum Vladimirien., de saeculari senatore castellano videlicet Brestensi ad Eppatum assumptum Clementi olim VIII et Cyrillum Terlecki Eppum Luceorien. obedientiam praestitit. Hic dum Dioecesim suam visitat, ac inceptam promovet unionem, in Slucko civitate Radzivilliana a populo insolenti lapidibus impetitus nisi ab aliis piis defensus fuisset hominibus, periisset, senio tandem confectus, brevi ex vita et Metropolia cessit.

Successor ejus Rdmus Pociej cum plurima habeat sui zeli testimonia, etiam in synodis Latinorum Eppatuum Regni Poloniae typo datis, testatus est suam Aplicae Sedes fidelitatem. Unionis vero s. promotionem, quando sub annum 1609.

Digitized by Google

Vilnae in praesentia serenissimi regis Sigismundi III et Reipublicae Polonae pariter atq. Lethvaniae multorum senatorum publica in processione a quodam instructo per schismaticos pedite vulgo haydone framea exacuta, in collum vibrata, cum manum dextram unaque baccillum suum, quem tenuerat, opposuiscet, digitos tres amisit, vestis collare cum torqueo aureo illi dissectum parumque abfuit, quin decollatus fuisset. Digitos hosce Josephus Rutski, Vilnensis tunc monasterii superior, de terra collegit, ad Ecclesiam sancttsstmae trinitatis Ruthenorum detulit, in altari coram vbli sacramento reposuit. Collectisque religiosis patribus et concurrente magno populo pro hac in pastorem suum visitatione gratias agens „Te Deum laudamus“ solemniter cecinit. Memoriale hujus tragediae etiam nunc superest argentea tabella expressum, atque iconi miraculosissimae beatae Virginis Vilnen. ab eodem Rdmo Pociej appensum, cum hoc lemmate: *„Castigans castigavit me dominus, morti autem non tradidit me.“* Praelati istius zelosissimi extant typo tradita monumenta: Quinque capita Gennadii, scholarii patriarchae Constantinopolitani in slavonicum versa; de unione conclusa in Synodo Florentina. Defensio ejusdem synodi itidem slavonica contra Basilii Surazki calumnias et figmenta. Senodus Brestensis ab initio hujus unionis in ditionibus regni Poloniae recepta. Harmonia caeremoniarum catholicae Romanae et Graece Ecclesiae Slavonice et Polonice. Discursus civis Brestensis cum confratre schismaticorum Brestensi Slavonicus. Refutatio Polonica cujusdam anonymi schismatici Philareti, et similia praeter alias lucubrationes, privatim contra varios schismaticos scriptas, et tomos plane concionum, quas ipse habebat manuque propria scripserat.

Quot autem iste praelatus sua resolutione receperi Ecclesias, et in unione retinuerit, quot homines varii status et conditionis ad s. unionem a schismate converterit frementibus variis ducibus, magnatibus, nobilibus schismaticae Russiae et civitatum variarum confraternitatibus, mirum certe est, et dictu

Digitized by Google

perquam difficile. Anno 1600 ad judicia comitiorum regni cum omnibus Eppis nostris a schismaticis evocatus, omnes Eppatus et quaecunque tenuerunt uniti, ime etiam disuniti, decreto comitiorum lucratus est.

In ipso schismaticis nido Kijoviae cathedram Kijoviensem monasterium Pieczariense, et alia monasteria cum summis vitae periculis ad mortem suam tenuit, defenditque; laborum quoque ejus supersunt testes tot constitutiones regni, in quibus dum eum ut pastorem unionis vigilantissimum potentia sua schismatici opprimunt, tot contra unitos prodeunt leges, contra quas a Republica movente ipso protectationes factae, ipse vero semper in promotione nuionis s. audentior et ardentior factus ibat victorque per ea totius regni volitabat.

Successit illi tanto parente filius Josephus Velaminus Rutski, de cujus hic ad ritum nostrum vocatione utpote miraculosissima scribere longe operosum esset, erit locus alibi hac super re dicendi. Hic factus Metropolitanus tot imprimis dignos Eppatibus praefecit praelatos, ut nullis doctrina cederent Eppis, quorum etiam alii nobilissimi in patria fuerunt. Evexit enim ad Premisliensem Krupecium, ad Luceoriensem Poczapowscium, ad Vlodimiriensem Morachowscium post eum Bacovecium, ad Chelmensem Athanasium Pakosta et post eum Methodium Terlecki, ad Pinscensem Paisium Hohol post eum Gregorium Michałowicz, deinde Raphaelem Korsak, qui post Metropolitanus fuit, ad Polocen Btum Martyrem Josaphat Kuncevicium, post eum vero Antonium Sielava, ac demum ad Smolenscensem Archi-Eppatum Leonem Kreuza. Monasteria partim a schismaticis recepit, partim noviter fundata non sine labore suo vidit, videlicet virorum Vilnen. Polocen. Minscen. Novogroden. Supraslien. Czerejen. Brasławien. Mohilovien. Pustynen. Mscisławien. Smolenscen. Czerniechovien. Trocen. Grodnen. Czerolonen. Volnen. Kobrynen. Leszczynen. Zyrovicen. Bythenen. Zydyczynen. Dubnen aliud Salvatoris. aliud crucis Dermanen. Drohobuzen. Szumscen- Stozeczen. Dobrotworen.

Digitized by Google

alia autem post illum fundata vel recepta sunt, enumerata enim vero omnia retinemus exceptis illis, quae per bella moderna aut delata sunt, aut erepta, ut Szumscen, Smolenscen, Czerniechovien, Pultinen et Mscislavien, Mohilovien item Leszczynen, Dobrotworen exceptis aliis, qsae recentim habuimus fundata, et schismatici violenter nobis ademerunt. Ejusdem tempore virginum monasteria fundata sunt: Vilnen, Polocen, Novogroden, Grodnen, Pinscen. Dupplex Minscen, Orszan. Recepta autem a schismaticis duo sub Ostrogio Rozuvien, quod est igne deletum, et Dubnen, quod permanet. Ejus tempore tot viros egregios in religione habuimus, et scriptis et contionibus et vitae sanctimonia celebres. Ille idem cum quatuor religiosos ad cathedram Kijovien. misisset, unus eorum Antonius Grekowicz a Cosacis raptus hieme sub glaciem nudus in Borysthenem pro unione missus, et demersus digiti utriusque manus illi abscissi, cum glaciem apprehenderet. Alter vero Laicus Mattheus nomine in sylvis capite deorsum nudus suspensus, quatuor diebus perduravit, tandem a muliere quadam peccora pascente religiatus, esto ad se rediit, tamen usque ad mortem et signa suspensionis et defectum in capite habuit. Alios autem quatuor nempe Alexandrum Szkoldycki, Ignatium Stoponicz, Mattheum Laicum, Jacobum Kostonicki clericum iidem Cosaci arripuerunt et Trechmiroviam ad monasterium suum Cosaticum, in quo omnia spolia sua de hostibus percepta dicabant, deduxerunt cathenis et torquibus, inedia et carceribus permedium annum praesserunt occisuri alias, nisi a rege Sigismundo severis literis increpati eos dimisissent.

Ejusdem quoque tempore Kijoviae uniti Praetor civitatis cognomine Batilia Archipresbyter Kijovien. et duo Presbyteri saeculares cum eo a Sahaydaczny Duce Cosacorum ad Borecium, Pseudo - Metropolitanum Kijovien schismaticum adducti cum eum pro pastore non recognoscerent, ac ad Josephum Rutscium tanquam verum suum pastorem appelarent omnes

Digitized by Google

decollati sunt. In loco decollationis per multum temporis deleri sangvis eorum non poterat, et noctu soepissimae luminaria ardere videbantur. Et licet fimo locus toties repleretur, fimus noctu abiciebatur, et sanquis apparebat. Haec miracula etsi nota variis fuerint, ex unius tamen religiosi schismatici, et Archidiaconi Metropolitae eorundem Kijovien. Mohyly postea ad unionem conversi jurejurando asseverata, modernus Eppus Chelmensis audivit, adjecitque ille plurimos hos vidisse, et post soepe narrata audivisse. De his caesis fuerat et contio Polonica composita, commemoratur quoque in processu B. Martyris Josaphat, si bene meminimus.

Similiter ejusdem Rutscii tempore Matthaeus Archipresbyter Szarogroden pro unione s. a quodam Colonello Cosacorum quaesitus, non negavit; primo ad scalas pedibus sursum suspensus nudus gravissime caesus, tandem decolatus est; poena Dei Colonellum cum omnibus ejus Cosacis subsequente nam incrastinnm a Tartaris cum tota sua legione deletus est. Cum vero quodam in loco sepultus esset, tumulus ejus adeo inprofundum descendit, ut in hiatu illo oculis fundus adspici non posset. Imago hujus Presbyteri, apud regem serenissimum Vladislaum IV in conclavi ipso honoris ergo posita fuit.

Ejusdem itidem Rutscii Metropolitani uniti temporibus, Antonius Rudkiewicz religiosus basilianus in Premisliensi dioecesi tertio die paschatis in Ecclesia ipsa ad altare super Tyram fluvium post veterem civitatem Samborien in quadam villa existente, cum missam celebraret, securibus a schismaticis dissecatus est, et occisus. Breviter hic commemoro non nullos viros praeclare sanctos tempore ejusdem Metropolitae florentes. Et primum quidem Laicum quendam tempore cujus mortis comparuit S. Basilius cum S. Petro eidem dicens: en primum s. Petre ex renovato hortulo meo habes flosculum. Qui Laicus post haec dicta, et superioribus relata brevi expiravit. Fuit et alius Laicus Zyroviciis frater Marcus vir castissimus, 24 annis sacristiae Bmae Virginis Zyrovicensi inserviens. Ad-

Digitized by Google

icio Hieroteum Cisowicz superiorem et magistrum novitiorum Bytheniensem, qui etiam miraculis claruit, uti expulsione demonum, variis visionibus, replicatione in duobus locis sanatione nonnullorum. Modestiae silentii, mortificationis, contemplationis studiosissimus fuit, et mirabilis prudentiae in regendis sibi subditis. Hic Zyroviciis. praevisa ante morte (pro qua studio ad locu hic miraculosum Zyrovicen postquam omnibus quasi moriturus Bythenii valedixisset, discessit cum praeclara et mirabili dispositione mortuus est. Ejus corpus, cum sepueretum Zyrovtciis in Ecclesia pro religiosis extruetur post 20 annos in terra integerrimum et albissimum inventum est. Uti etiam Theodori Mileszkiewicz seniculi excellentissimi et de cathedra Vladimiriensi per eruditionem juvenum, concionesque et varia catholica servitia meritissimi, qui simul atque in Eppatum Chełmen. post Athanasium Pakosta anno 1626 consecratus est, eadem die mortuus est utpote etiam tempore consecrationis aegerrimus existens. Ejusdem pariter Rutscii tempore a schismate conversus vir. Excellmus Tyszkiewicz, archimandrita Les·.czynensis sanctissime vixit, et miraculosissime mortuus est. Similiter magnus vir Simeon Jackiewicz regibus serenissimis Vladislao IV et Joanni Casimiro notissimus nec non variis Lithuaniae proceribus. Hic in vita sua propter virtutes hoc elogium a magno viro societatis Jesu Nicolao Lancicio meruit, nullum esse hoc tempore in toto orbe catholico sanctitate majorem. Qui tandem plurima perpessus a suis persecutoribus annis et meritis plenus anno 1653 infra octavam paschatis, cum confessione totius vitae peracta (in qua confessarius materiam gravis peccati nullam invenit), Venerabile sacramentum sumere deberet, omnibus jam viribus destitutus divino quodam amoris affectu vividus factus, se ipsum ornavit in terra constitit, venientemque cum sacra Eucharistia sacerdotem ubi vidit, genibus flexit, et post debitas a sacerdote peractas aliquo tempore preces, eandem suscepit, et tum dictis, credo, spero, doleo, amo, exnunc expiravit, miracula quae-

Digitized by Google

dam in ejus sepultura contigerunt, de quibus in vita ejus conscribenda brevi patebit. Corpus ejus integerrimum hucusque manet, licet in humidissimo loco et calce repleto fuit, de quo etiam in vita latius. Non commemoramus alios viros egregie probos, et juvenes, et senes, quia in opus grande haec informatio excresceret. Solus Smotricius schismaticorum princeps et Archieppus memor in mente haereat, apud S. sedem ab eodem Rutscio ad unionem s. conversus et receptus, qui quanta floruerit sanctitate, mors ejus demonstravit, cum breve sanctissimi olim Urbani VIII post 5 horas ub exitu animae ei admanus impositum digitis ita constrinxerit ut nemini etiam vi summa extrahenti, extrahere permiserit, soli Rutscio post multas septimanas coram plurimo schismatico populo nobilibusque et vario clero demiserit accipiendum. Cujus etiam vita et hoc ipsum brevi latius ordinabitur.

Quot autem Rutscius animas converterit, testatur solus status Metropolitanus, ubi rarisimi disuniti: testantur aliae Dioeceses, quas ille vel per administrationem tenuit, vel uti pastor visitavit, certe non solum tres milliones, ut quodam probatum est sed etiam plures ad S. Ecclesiae gremium reduxit. Et quidem zelum ejus variis in occasionibus pro catholica fide susceptum et religiosorum ac presbyterorum in ejusdem dioecesi nec non manifesta Dei adjutoria zelo isti cooperantia, difficile est paucis comprehendere. Cursim aliqua enumerabo: Vilnae eo monasterium dirigente, dum schismatici conspirati quadam hyeme, sub tempus antelucani matutini, tempore ipsius Doxologiae, et omnes arreptos occidere volunt religiosos, et monasterium cum Ecclesia occupare caeteraque id genus facere moliuntur. Ille ipse et B. Martyr Josaphat cum religiosis tanto tumultui prudentissimi et celerrimi ocurrere. Magistratus et palatini Vilnen implorato et praestito auxilio. Dum idem scelus ibidem alia vice schismatici attentare intendunt, Rutscio cum fratribus ad arma Dei et supplicationes concurrente vidit Virgo Basilissa Sapiezanka Senatorii ordinis sanctimonia-

Digitized by Google

lis nostra, et Vilnen. monasterii virginum superior 40 s. Martyres in aere contra schismaticos armatos, viderunt. hoc et schismatici, quare etiam exterriti continuo pedem retrotulerunt.

Novogrodeci, cum prae simplicitate Ruthenorum totam civitatem Arianismus occupasset, ejus labore et religiosorum, quos congregavit, perfectum est, ut nec unicus Ari anus manserit. Quinimo decreto Reipublicae illo instante, si qui fuerunt, obstinati illic pulsi sunt.

Cum eandem Leopoli zelaret unionem, et procedere ad schismaticorum Ecclesiam quasi occupandam videretur, nobiles et cives tumultuantes cum armis ipsi occurrerunt, dispersisque asseclis Rutscii in illum ipsum ex bombarda globis duobus onerata jaculati sunt. Qui sancta cruce dum se ipsum munit eademque bombarda explosa in varias rumpitur partes, nec Rutscium aut ullum quampiam laedit. Ac demum magistratum in sceleratorum hominum poenas exardescentem placcat hostiqusque suis omnia benignissime condonat.

Visitat ille Volhyniam et Stepantum Ducum ab Ostrog civitatem ingreditur, tumultu populus excitato, ad eum cum insectari lapidibus sordibusque impetere cum grandi vociferatione scommatibusque coepit, ut occisus fuisset, nisi in adjutorium capitaneus arcis ejus accurisset. Projeceret tunc quidam ex populo ferreum accutum Ligonem in ipsam Rutscij rhedam, stantem in futero penes rotam, ut moris est, satellitem ferme decolavisset, nisi ille satelles inclinato capite ictum fefelisset, ita ut ligo ille ferreus accumine suo in columnellam ferream rhedae impegerit. Ex clero autem Rutscii et lapidibus aliqui et baculis excepti sunt.

Post Vladislavianam coronationem terribilis exorta est contra unionem persecutio, ut ubique in Russia quacunque se extenderat unio, monasteria et Ecclesiae variae unitis per commissarios plebemque armatam illis assistentem eripiebantur. Rutscius in sua Dioecesi alibi per se ipsum, alibi per

Digitized by Google

Religiosos, alibi per saeculares sacerdotes strenuissime Ecclesias defendit. Notum est, quando dux Radzivillius haereticus posteau dx exercituum et Lithvaniae Primas aliquot centenis peditum armatus et pluribus millibus Civium Vilnensium stipatus, Ecclesias Vilnae vellet recipere, illico praesente Rutscio indutis sacris vestibus religiosos et sacerdotos saeculares in foribus Coemeteriorum et Ecclesiarum constiterent, priusque occidisse quam Ecclesias eripi permiserunt ac infectis rebus adversarios recedere compulerunt. Viderunt hoc spectaculum alii commisarii in civitate Minscen. quando religiosi et sacerdotes saeculares cum omnibus suis unitis longe potentioribus schismaticis sese objecerunt, sanguinem suum potius Deo dicaturi quam Ecclesias amissuri. Idem fuit Grodnae, Slonimi et Novogrodeci, sed hic operae praetium mirabilem Dei protectionem unitorum commemorare. Elegerunt schismatici commisarium quendam potentem. qui plusquam haereticus fuit imo semiatheus. Hic dum se praeparat Novogrodeci ad recipiendas ab unitis Eeclesias, Arii sordida morte effluentibus viseeribus in cloacam emisit animam. Corpus ejus in Novogrodensi palatinatu dum vult uxor sepelire in suis bonis, in transitu Ecclesiae jussit campanas pulsari, sed impio homini neque campanae obedivere, esto omnibus viribus hominum pulsare volentium moverentur zelum ejusdem Rutscii, et sanctae promotionem unionis frequentissimi ejus ad varia judiciorum subselia excursus probare possunt toties in comitiis, toties in tribunalibus regnii et Lithvaniae, toties in aliis judiciis defensa s. fides. Bona Ecclesiastica juridice lucrata, Ecclesiae aedificatae. Novitiatus religiosorum erectus, in quem RRPP. Societatis Jesu ab eodem ad erudiendos religiosos nostros in spiritu introducti. Ita ut ille optimus pastor variorum etiam monasteriorum superiores et in religione provectos aetate ad religiosum spiritum hauriendum ad hunc novitiatum exercendos miserit. Ille idem ab alienatis nobilibus, sangvine sibi junctis, Bona sua

Digitized by Google

haereditaria Metropoliae incorporavit. Innumera alia omitto, alias enim tota vita ipsius esset exponenda.

Obiit Rutscius sanctissime anno 1635 Februarii 20 in Monasterio Dermanensi non sine aliqua veneni a schismaticis propinati suspitione. Corpus ejus e dicto Monasterio in fine Aprilis anni ejusdem eductum, ut Vilnae sepeliretur in via Pinsci duabus septimanis ad videndum hominibus expositum sine mutatione, sine fetore populi concurrentis, ipsorumque schismaticorum veneratione cultum exosculatum. Vilnam tandem deductum cum totius cleri Vilnen Latini et Rutheni necnon religiosorum omnium magnatum, nobilium, civium, populique uniuscujusque sexus solenissima processione ab Ecclesia s. Petri in Antokole suburbii Vilnen locata, ferme per unum milliare Germanicum ad aedem SSmae Trinitatis unitorum allatam et sepultum usque ad Moschi invasionem, anno 1655 factam, integerrimum, albissimum, tractabile ac molle permansit. A Moschis (quia etiam Rutscius ex atavo suo Vellamino de ducibus Moschoviae descenderat) acceptum est Vilna una cum corpore itidem integro patriarchae Moschoviensis Ignatii et in Moschoviam delatum est.

Et quia obiter hic Ignatium patriarcham memoravimus Sigismundo ille III. regi Poloniae sub annum 1610 capto Smolensco cum liberam ei daret optionem in suis ditiontbus manendi aut in Moschoviam redeundi, libere se subdidit memorato regi, nollens amplius in schismate manere, velleque se potius unionem amplecti, de qua jam in Russia existente bene sciverat, multisque annis in monasterio Vilnensi SSme Trinittis ex provissione regia Rutscio convixit. Post sepulturam Rutscii vir quidam probus ex RR. PP. carmelitis discalceatis vidit inter B. Martyrem Josaphat et virum plane divinum Smotrycium gloria magna fulgentes, majore tamen illis praecellentem in medio Rutscium, quod postea sat probatae etiam virtutis viro patri Simeoni Jackiewicz superiori Bytheniensi nostri ordinis, de quo supra diximus, revelavit, pervulgatumque hoc est

Digitized by Google

in nostra religione. Et quidem multa talia per incuriam nostrorum incognita abeunt. Quod Cyrillum Terlecki Eppum Luccorien. unitum concernit, qui cum Hypatio Pociey obedientiam Clementi olim VIII detulit., bene ille spartam suam in unione s. promovenda tuitus est. Nam exurgentibus undiq. schismaticis, protegente viro regiae proximo potentia duce Basilio Constantino ab Ostrog. (primus hic ad unionem cum Romanis Ruthenos stimulaverat, ab Haereticis ab unione Romana, perlevi nostrum data occasione abalienatus eandem multum persecutus est) et tandem brevi, etiamsi de sangvine suo duos filios, nepotes duos egregios duces familiae suae, ditissimis etiam familiis junctos habuerit, divinitus plane totaliter deletus est, et alienis familiis longe amplissimam ducibusque extraneis aequalem facile haereditatem suam devolutam tradidit possidendam (exurgentibus inquam undique schismaticis praecipue Gedeone Bałabano Eppo Leopoliensi ducis memorati confessario, qui, primum in unionem manu sua subscripta consenserat, post ab unione recesserat, ita se strenue gessit dictus Cyrillus tum in varios schismaticos tum in Gedeonem Bałabanum, ut eum proxima sedis suae Luceoriensis Archimandria Zydyczynen expulerit, atque cum nepoti suo ille itidem in religione schismatica appelato Gedeoni eandem archimandriam cessisset, adeo inobedientem praessit, ut infami ipso per leges regni facto, etiam archimandriam ademerit, dicto Bałabano Eppi Leopoliensis nepote cum vita sua aufugiente. Qualem zelum promovendae s. unionis B. Martyr Josaphat monstraverit, hic, ne jota quidem addi volo, cum probe s. Ecclesiae jam inclaruerit. Successor ejus Antonius Sielava 32 annis Polocensem rexit sedem. Semper et ille defensioni s. unionis incubuit, et feliciter Dei gratia eandem usque ad Vladislavianam electionem et coronationem promovit. Polociae, Vitebsci schismaticos eradicavit et a rege serenissimo Sigismundo, ne schismatici illic Ecclesias haberent, obtinuit. Quod etiam succedens Vladislaus quartus privilegio suo contulit. Nihilomnus post ea revaluerunt schis-

Digitized by Google

matici et Polociae unam Ecclesiam obtinuerunt non tamen Vitebsci. Hic idem tot sacras aedes aedificavit, cathedram suam excellenter reformavit, ornamentis ditavit, jure bona vindicavit, clerum excoluit. Contra schismaticos opuscula quaedam scripsit, multumque post Vladislavianam coronationem in defendendis Ecclesiis pro schismate concessit, uti Mscislaviae, Mohiloviae, Vitepsci, Polociae et alibi desudavit. Mohyloviae cum per suos religiosos monasterium defendisset praevalentibus schismaticis unam et alteram amisit Ecclesiam, religiosi vero ad suum monasterium pertinens portorium amiserunt, quod diplomate regio Eppo schismatico Mscislaviensi et Mohyloviensi dicto cessit cum reditibus annuis mille ducentorum scutorum.

Terribilis hic Dei vindicta super schismaticos post ademptam unitis Ecclesiam SS. Trinitatis contigit. Nam anno 1636 Ecclesia dicta recepta, variisque circum circa in territorio Mohyloviensi erreptis, cum primo Ecclesiae illius pavimentum parietes, laqueor et altare ipsum faeminae lavissent, ipso die SS. Trinitatis, quod in ritu graeco secunda die pentecostes celebratur, tota civitas effusa, viri faeminaeque splendide ornati, cum clero suo schismatico ad eam possidendam processionabilitier iverunt. Et quia per medium civitatis Borysthenes fluit, cum navibus duabus hippaginibus variisque Cymbis trajecerunt, atque in Ecclesia illa suas devotiones triumphantes peregerunt. Atque dum laeti redeunt repente in medio fluminis, turbine consurgente, cum navibus hyppaginibus, et cymbis momento eversi, plusquam mille perierunt. Extracta cadavera quingenta circiter, alia urinatores extrahere nequiverunt, quod terribilium quasi satyrorum aspectu ad cadavera considentium prohibiti fuissent. De eodem Archieppo Polocen. infra erit occasio dicendi. Circa annum 1625 a Sigismundo III rege Poloniae Archi-Eppatu Smolenscen. unitis tradito praefectus fuerat Leo Kreusa Archimandrita Vilnen. s. theologiae doctor vir zelantissimus. In rudissimos sane Moschovitarum Presbyteros

Digitized by Google

sua dexteritate, et morum comitate omnes ad obedientiam s. unionis pellexit, et tam felix fuit, ut nullus Smolensci et in tota ejus dioecesi schismaticus compareret. Multa etiam iste bona Ecclesiae vindicavit, saluti animorum semper incubuit, libellum dictum unio contra schismaticos edidit, qui ab omnibus unionis seu gemmae nomine intitulatus. In disputationibus cum haereticis, tam Arianis quam Calvinis et Luteranis felicissimus. Concionator excellens, multisque bonis factis plenus dierum vita decessit.

Eundem Archieppatum in obedientia semper et s. fide catholica successor ejus Andreas Złoty Kwasniński, usque ad occupationem a Moschis Ducatus Smolenscen. et Severiae retinuit. Schismaticos intrudentes se Smolenscum diligentissime prohibuit. Imo cum quidam nobiles schismatici in suo fundo Ecclesiam sibi erexissent, igne subjecto combusit ac in variis judiciorum subseliis a schismaticis, quod exercitium eis liberum fide suae non permitteret, toties turbatus semper fortissime restitit, victorque evasit. Occupato Smolensco cum optio deretur libere manendi, suaque etiam sub ditione Moschorum exercendi, ut regi domino suo fidelis subditus sic s. Matri Ecclesiae obsequens filius, omnibus spoliatus exivit.

Eadem sors laborum tam Raphaelem Korsak quam successorem ejus Pachomium Orański Eppum Pinscen. praessit. Siquidem et illi post coronationem Vladislavianam multum a schismaticis, qui per commissarros suos Ecclesias ipsis eripere conabantur, passi sunt. Quibus non ereptis conventicula sua, primo in privatis domibus peragebant, tandem publicam Ecclesiam sub confraternitatis nomine in fundo nobilium schismaticorum erexerunt. Populumque innocentem turbaverunt. Ereptum tunc temporis non adeo procul a civitate Pinscensi unitis Monasterium Leszczynen, quod hucusque perduellis schismaticus Juhalski tenuit. Notus fuit s. Ecclesiae Romanae Raphael Korsak postea Metropolitanus Kijoviensis qui multum in perficienda B. Martyris Josaphat Beatificatione laboravit, multis

Digitized by Google

ille insuper concionibus claruit et scriptis nonnullis in defensionem unionis editis, bene de Ecclesia unita meruit. Mortuus Romae ad aedem SS. Sergij et Bacchi unitorum ibidemque sepultus. Similiter Pachomius Oranski suo Eppali Officio non defuit, et Libellum sat bonum in defensionem unionis intitulatum *speculum unionis* luci tradidit. Haec de unitis antiquioribus in regno Poloniae et ducato Lithvaniae quondam existentibus. Jam vero post Vladislavianam coronationem quod non actum in aliis provinciis regno Poloniae subjectis? Kijovia expulsi uniti, cathedra cessit Kijoviensis disunitis et Monasteria nonnulla. Cessit etiam Luceorienssis Eppatus, in quo piae memoriae Hieremias Poczapowski cum per totam vitam suam zelosissime tempore Sigismundi regis unionem promoveret, omnes ferme civitates et oppida et villas eidem subjecit. Cathedram excellenter reformavit, bona mirabiliter jure vindicavit cum summo discrimine vitae suae et injuriis in corpore acceptis. Concionibus frequentissimis ad convertendum populum usus est, atque opuscula contra schismaticos edidit.

Ad extremum quando schismatici tempore Vladislavianae coronationis Luceoriensem Eppatum sibi vindicarunt, impatientes morae, praecipue Athanasius Puzina nominatus schismaticorum Luceorien. Eppus invitatum cum ad quandam confessionem, quasimodo amico veneno inescarunt. Ex quo statim aegritudine gravi distentus, post duas excessit septimanas cum certissimis veneni signis.

Haec nobis omnia permittente Deo pro unionis promotione obveniunt. Joachimas Moruchowski vir doctissimus, regiae Majestatis secretarius post Pociej Vladimiriensi Cathedrae suffectus, quantus zelator fuerit unionis quicunque vel leviter eum novit potest optime attestari. Cathedras ille Vladimiriensem et Brestensem insigniter reformavit, imaginibus ornavit, sacris vestimentis plurimis praeciosissimis ditavit, in villis Eppatus sui varias Ecclesias a fundamento erexit, similiterque

Digitized by Google

imaginibus sacris et fundationibus ac apparatibus ditavit. Pro juventute exercenda scholas tenuit. Praeceptores providit. Capitulum ordinavit et fundavit. Cujus tempore miraculosissima ibi extitit Icon Virginis, cujus devotionem ita promovit, ut in confraternitatem a Summis Pontificibus Romae obtentam inscriberent sese nonmodo nobiles Rutheni et Latini praeter cives et populares homines sed etiam principes et duces Zaslauscii a Koszer Sanguscii aliique magnates nobilissimi. Contra schismaticos scripsit multa, et edidit, ut *parigariam* contra eorum lamentum; liber est justae magnitudinis, doctrinae excellentis de omnibus controversis fidei nostrae inter schismaticos articulis. Similiter de causis ruptae unionis Graecorum cum s. Romana Ecclesia, tum etiam verificationem defensae unionis, aliaque nonnulla opuscula.

Clerum frequenti synodorum celebratione variisque ad mores reformandos statutis, legibus reformavit ac unionem sanctam longe lateque in sua dioecesi variis ex locis pulsis schismaticis propagavit, ac in pace annis plenus cum desiderio omnium magnaque sanctimoniae opinione decessit.

Ejus successor Josephus Baccovieccius ex aulico regio et notario Russiae ad eundem assumptus Eppatum incidit in tempora Vladislaviana, qui et ipse multa passus multumque desudavit cum eriperentur illi variae a schismaticis per commissionem Vladislavianam Ecclesiae. Et vero cum aliis in locis defendisset, in aliis prae violentia schismaticorum succubuisset, ad cathedram Brestensem defendendam in persona sua cum omnibus descendit, usque ad ultimum eam tuiturus spiritum. Ecce commissarius vir magnae notae palatinus Bełzenzis Leszczyński haereticus calvininus cum Brestam etiam pervenisset, et in crastinum recipere cathedram illam vellet, pridie vespere sub noctem in sella sedens elanguit, corruit et extinctus est, atque ita schismatici rebus infectis abscesserunt. Vindicavit etiam iste Eppus bona quaedam jure tribunalitio a potentissimis ducibus Zaslaviensibus ad cathedram Vladimiriensem pertinentia

Digitized by Google

Post Pseudo - Eppum disunitum Kopystynski Premislien., qui ab initio unionis s. Romanae Ecclesiae obedientiam cum aliis nostris Eppis redidit, et rursus recessit, Athanasius Krupecki itidem ex Aulico regio et regente Russiae in cancellaria regni Poloniae, ad Eppatum Premyslien et Samborien promotus, ne unicum quidem in suo Eppatu unitum invenit. Vir apostolicus, sanctitatis eximiae, abstinentiae magnae, ab anno 1613 sui in Eppatum ingressus per 43 annos, quibus eam rexit, carnes non gustavit. Elemosinarius magnus, qui non solum peccuniam et cibos ad sustentationem etiam sui neccesarios sed etiam soepe soepius vestes et indusia exuens in pauperes clam erogavit. Pernox et perdius in sacris orationibus quotidie sacrum Eucharisticum faciens antiquorum mirabilium Patrum imitator somni modicissimi, vestibus usus simplicibus lectisterniis duris, concionibus asidue incumbens.

Quanta autem a schismaticis perpessus sit, difficile dictu. Nam frequentissime per civitates Eppatus sui discedentem non modo clamoribus plebs schismatica excipiebat, sed etiam variis jactibus lapidum et sordium impetebat. Ut quandoque ad domus catholicorum coemeteriaquae parochorum Latinorum, vel Religiosorum de curru fugeret. Evenit etiam aliquando, ut in lutum in quadam civitate a schismaticis intrusus fuerit· Quandoque a concitato populo adeo grave fustuarium excepit, ut insanus populus pro occiso eum reliquerit, qui tamen quasi de somno evigilans a Deo confortatus ex nunc convaluit. Hoc ex ore ipsius proprio modernus Eppus Chelmensis audivit. Nihilominus nunquam hic eggregius pastor promovere s. unionem in tot persecutionibus desiit, ac multos variis in locis ad unionem lucratus est, obedientesque sibi usque ad mortem habuit. Et numerabantur ad minimum sexcentae Parochiae obedientes. Jure multa bona vindicavit, nonnulla autem regali Samboriensi oeconomiae quidam antea capitanei Samborienses et oeconomi regii Eppis Premisliensibus Ruthenis per vim adempta incorporarunt. Ille itaque usque ad eo thesau-

Digitized by Google

rarium regni Poloniae Danilowiczium capitaneum Samborien. jure tribunalitio pressit, ut ad infamiam deduxerit, quod ille jure jam vindicata non rediderit. Verum tamen potentia regis Vladislai praepediente ad exitum hoc opus non deduxit.

Post coronationem Vladislavianam, si quis Epporum tam praecipue iste plurima perpessus est. Nam exceptis variis Ecclesiis, quae per commissionem Vladislavianam ei sunt a schismaticis ereptae, quia Eppatus Premislien. in duas partes per constitionem regni divissus erat, ita ut aliam teneret schismaticus, alium unitus, post mortem vero uniti, hoc est, Krupecii totaliter cederet disunitis. Ideo partem suam disunitus Eppus Hulewicz occupare volens monasterium s. Salvatoris ad Eppatum eum pertinens anno 1633 die 10 Junii cum 20000 nobilium Ruthenorum civium et Rusticorum evasit sepes monasterii diruit omnes cellas, granarium, penu caeteraque omnia ad rem familiarem attinentia uno impetu in suam potestatem redegit. Confugientibus famulis et amicis Krupecii ad turrim ejus loci muratam (ubi post strenue se per 10 circiter dies non sine mutua caede defenderunt) Krupecius autem ipse tum divina celebrabat, auditoque tumultu, fores Ecclesiae obserari jussit, sacrumque incoeptum, jam enim communio fuit, finivit brevi. Sed schismatici fores Ecclesiasticas securibus exsecarunt, et tumultuatim Ecclesiam invaserunt, Huleviccium introduxerunt. Krupecio vestimentis sacris induto imprimis schismaticus nobilis Markiewicz ad pectus duo pistoleta globis onerata apposuit, quae quidem ignem dederunt, non tamen exploserunt. Tum iisdem pistoletis, dum vult caput Eppo concutere, alii autem dissecandum, occidendum clamitarunt. Disunitus ipse Hulewicz periculum advertens pallio eum Eppali contexit et ne hoc scelus attentarent, exclamavit, ac ad sacristiam quantotius introduxit occlusitque, in qua miser Krupecius nec edens nec bibens ad mediam sedit noctem, sedatoque jam plebis insolentis tumultu disunitus Hulewicz silenter eum eduxit. Carosae ejus propriae equis subditorum junctis

Digitized by Google

impositum post unum milliare sine pileo vesticula una tectum evehi praecepit, qui tandem derelictus solus noctu, parochum Samboriensem prope existentem adiit, carozzam autem, stramen in ea rutscii accendentes, cum impetu in Tyram profluentem detruserunt. Sed post modum adeo Krupecius fortiter jure egit contra suos invasores, ut praeter cives et rusticos ad 200 nobiles banditos et infames cum ipso Huleviccio effecerit. Demum constitutione regni 1647 Eppatum suum perpetuis temporibus, ut ad unitos spectaret, formavit. Hulevicius propter spoliationem thesauri Ecclesiastici ad 700 millia constantis, ut est in protestatione Krupecii etiam suis schismaticis exosus, quod illa omnia successu temporis cum suis asseclis numerosis abligaverit, tandem in infamimam incidens extinctus est.

Quodad Chelmensem Eppatum, is nescimus qua providentia Divina a Florentina synodo incipiendo atque ab anno 1440 uno post Florentinam habet quaedam jura, quod inibi unio fuerit, et privilegium datum unitis a Vladislao III Jagiellonide rege Hungariae et Poloniae Budae anno 1443tio. Chelmenses Eppi conservarunt, renovarunt, confirmarunt imo sub Alexandro rege Poloniae et duce Lithvaniae anno 1504to Petricoviae deinde Eppus Chelmensis Jonas Sosnowski idem privilegium unionis confirmavit sub Sigismundo I rege Cracoviae anno 1543, rursum Eppus Chelmensis Zacharias sub rege Sigismundo Augusto confirmavit anno 1567. Tandem succedente unione confirmarunt alii Eppi praecipue tamen Chelmensem usqse ad modernum inclusive regem. Unionis hujus initio, quae nunc etiam durat, fuit zelantissimus Eppus Dionysius Zbirujski ut aparet ex protestationibus Ejus contra turbantes in choatam unionem. Is ubique retinuit potestatem in Chelmen. dioecesi nec ullibi fuit schisma ad vitae ejus extrema. Secutus eum Arsenius Andrzejowski, is quoque totum ferme Eppatum sub unione habuit, ni etiam inciperent gliscere fortiores turbae schismaticorum Leopoli et e Volhynia instantium. His successit Athanasius Pokosta ex religiosis nostris Basilianis per Rut-

Digitized by Google

scium reformatis vir divinis humanisque literis eruditus, juris civilis patrii peritissimus. Hic cum esset adhuc simplex religiosus Minsci in Lithvania superiorem monasterii agens, mirabiliter schismaticos compescuit. Bona apud magnates vindicavit ita, ut quod habeat nunc monasterium Minscense, illius labore partum habet. Factus Eppus vigilantissime in dioecesi sua unionem s. propagavit, et ut schismaticis circumquaque in dioecesim irruentibus obviaret, omnes civitates regias, quas adminimum in Chelmen dioecesi numerare est decem, praeter civitates et oppida magnatum pluresque decanatus rurales quolibet anno invisens in iisdem decanatibus synodos particulares annuatim in quolibet decanatu celebravit. Adeo vero hic Eppatus per injuriam temporum et Epporum injuriam desolatus et depaupertatus fuerat, ut unicam solum baberet villam. Athanasius autem sciens, nullo jure duas villas a magno viro Daniłoviccio regni Poloniae Thesaurario, capitaneo Chelmen. parente illius, qui supra memoratur, occupatas, ea in recuperando usus est arte, ut primum capitulares sacerdotes, clanculum in aulam earum villarum immiserit, eamque et villas per modum hospitis occupaverit, praesidibus post jus et potestatem regendi ademerit: tandem ipse eodem modo easdem Villas possedit. Quod postea, quam rescivisset Thesaurarius, aulam et villas militibus obvallare frequentibus sclopetorum fragoribus hospites terrere et expellere conatus est. Sed Athanasius cum suo clero fortiter agere, pectus cum cruce posita in pectore exponente atque ut pectus et crucem globis tangerent, dictitare in omnibusque eventibus strenue se defendere. Nec prius exire se velle declaravit quam per pedes vivus aut mortuus extraheretur. In hac obsessione rerumque variarum penuria ad sex perventum septimanas, et Athanasio Eppo juri suo per ministros juris regalis consulente, adeo Thesaurarius territus, ut componere cum eo, et abscedere illinc debuerit. Et sic duas illas villas Eppatus Chelmensis possedit.

Digitized by Google

Per administrationem post mortem Athanasii brevi subsecutam plane viri Ecclesiastici, et desideratissimi aliquanto tempore hunc Eppatum Rutscius tenuit et Theodorum Mileskiewicz virum egregium, seniculum ad eum promovit, qui statim in consecratione sua mortuus est, ut supra. Post cujus mortem Methodium Terlecki Basilianae nostrae religionis excellentem virum pro eodem Eppatu regi serenissimo Sigismundo commendavit, et privilegium pro eo obtinuit.

Hic ante aditam possesionem S. R. Ecclesiae bene commendatus fuerat, quandoquidem in studiis adhuc Viennae existens in Hungariam ad Russianos et Valachos ritus Graeci montis Felletrii in regnis Croatiae, Carnioliae et Slavoniae degentes, soepius frequentans, tempore studiorum vacantium multos ad fidem s. convertit, et a barbarie illa, quam habuerunt, expolivit. Tandem studiis peractis, ut prosperius rem ageret, licentiam a Smo. Urbano VIII Romam adiens super idem sanctum opus impetravit. Quem Sanctitas Sua missionarium et apostolum ejus gentis faciens, cum variis gratiis suis dimisit, ut patet tum ex alliis tum ex brevi, quod incipit.

Omnium hominum saluti pro suo Apostolico munere pro videre cupiens *ettc. ettc.* Datum Romae d. 25. martii 1629 anno. Huic praelato ad genua Smi provoluto, Idem Sms. Urbanus VIII talia dixit verba: „O mei Rutheni, per vos ego orientem spero convertendam; multa ille bona in memoratis partibus fecit, atque ab illo in haec usque tempora inibi et per Ungariam frequentissimi sunt uniti et Eppus, qui ejusdem temporibus privatum sacerdotem egit, conversos illos unitos nunc regit. De quo nunc in literis suis anno Dni 1662 Munkaczoviae datis Stephanus Milleus societatis Jesu confessarius et concionator principissae Rakociae commemorat.

Posteaquam vero idem Methodius factus esset Eppus Chelmen. plane in Vladislaviana incidit tempora videbaturque schisma omne suum virus in eum Eppatum exeruisse. Commisarii a Vladislao rege per schismaticos obtenti totam eam

Digitized by Google

Dioecesim mirum in modum afflixerunt. Accurente Eppo et strenue pro suo ovili sese gorente, dum commissarii voce palam clareque edixissent, ut qui nollent esse uniti, vaderent ad ipsos, qui vellent esse uniti, vaderent ad Eppum. Itaqae diversus est ex nunc populus, contigitque mirabili divina dispositione, ut uniti stetissent ab Eppi dextera, disuniti et quidem plures a sinistra. Pernegante porro Eppo Ecclesias disunitis, Commissarii per vim in suburbio Ecclesiam Asumptionis B. V. Mariae eripuerunt. Sed postquam hoc significatum est Eppo, cum clero et populo nobilitateque occurrit, Disunitos ex Ecclesia resolutissime expulit. Commisarios verbis pastore dignis, praecipue cum ex illis Catholici quoque essent, bene excepit, denique nobilitas populum tumutuantem etiam verberibus sedavit. Cum ignominia tum commissarii recesserunt. Protestationes solum utrinque de violentia ad acta castren. porrectae conantibus postmodum schismaticis Chelmensibus novam sibi erigere Ecclesiam emptaque exoposito dictae Ecclesiae area convectaque materia rem aggredi molientibus Eppus, et materiam omnem ad cathedram suam devexit et aream Xenodoxis donavit, evicitque tandem idem Eppus per multa jura cum civibus transacta, quos per totum schismatis sui tempus ad nullam admisiert Ecclesiam, ut postmodum ejurato schismate obedientiam suam pastori detulerunt cum talibus conditionibus, per acta publica castrensia Chelmensia roboratis pro se et successoribus suis, quod nunquam ab unione recessuri sint sub confiscatione bonorum et expulsione de civitate.

Similiter cum Crasnostaviae in altera terrae Chelmen. civitate praecipua iidem commissarii violenter Ecclesias eripuissent, Eppus iterum disunitos repressit. Iterumque violenter eripientes ita jure oppressit, ut alii decollari debuerint, alii ad columnam legati virgis caede aliis manus abscindi aliis bona confiscari omnes vero Eppo multa millia solvere.

Quapropter disuniti victi ad preces recurrere, Eppum conciliare, qui licet multos annos in jure transierit, multum

Digitized by Google

in illud aeris effuderit, dimissis omnibus injuriis non solum Ecclesiae sed etiam suae personae illatis, benigne omnes recepit, revocatione schismatis, confessione et communione illis injuncta, demum ut Ecclesiam et campanile tegerent, quae tempore schismatis eorum destructa erant, praecepit. Addita tamen eadem juridica obligatione, quam fecerunt Chelmenses, ut in castro eam Krasnostaviensi publicis actis inscriberent, et factum est.

Idem fuit cum oppido regio Tyszovecensi, quando ibidem commissarii receperunt Ecclesias, quia et ipsum postea jure victum sub iisdem obligationibus obedientiam eidem detulit. Pari ratione oppida regia Parcoviense, Ostrovien. per commissarios ab ejusdem Eppi obedientia exempta, ad obedientiam sui coegit, et obligationes supradictas in scripto ab eis accepit. Hrubieszovia vero cum ad commissariorum injuriam Ecclesias recipientium cives insolentiam suam adijecisset in jubileo lac rato, foribus Ecclesiae effractis aliisque perpetratis per viam juris idem Eppus evicit, ut multi deberent capite plecti et bonis privari. Sed quia consulendo sibi pastorem suum deprecati sunt, et velle se in unione fidei s. esse declaraverunt, nonmodo obligationem similem, quae ab aliis civitatibus et oppidis facta est, accepit, verum etiam poenitentes eo modo Ecclesiam adire jussit. Congregati in curia civitatis cives, et bene ornati viri, pariterque foeminae cum filiis, et filiabus bini et bini saccis tecti, cereos in manibus tenentes, per totam civitatem usque ad Ecclesiam, quam despexerant, processerunt. Ante portam coemeterii genuflectere omnes de mandato Eppi ab Archipresbytero jussi, quaesitique, qui essent, et unde venirent, et quid vellent? humillime responderunt, se esse inobedientes pastori suo oves, poenitentia vero ductos petere, ut a schismate absolverentur, ac ad unionem s. reciperentur. Tum ab Archipresbytero pro rei exigentia moniti, a schismate absoluti, saccis objectis cum gaudio in Ecclesiam atque ad unionem s. recepti.

Digitized by Google

Spectator hujus transactionis multus populus fuit varii status hominum, et multis eo locis confluens. Multas is Eppus a schismaticis eodem modo ereptas recepit Ecclesias, cum Belzensibus autem civibus, (quorum civitas Palatinatus, et Capitaneatus Belzensis, et alterius tituli hujus Eppatus sedes est, Socalensibus, Buscensibus et aliis opidaneiis regiis usque ad mortem suam litigavit, ut ad obedientiam deduceret. Tractus harum civitatum cum adjacentibus oppidis et villis adminimum 20 aut pluribus in longum et latum extenditur leucis. Socalii ante ipsam Cosaticam idem Eppus magnum vitae in propugnanda fide periculum subiit, quippe rebelles Socalienses conductis militibus Moldaviensibus, cujusdam nobilis loci capitanei etiam lapidibus cum explosione bombardarum, jaculatione sagittarum impetitus est. De quo extant incepta jura atque per mortem ejus Eppi infecta. Antea vero post ipsam Vladislavianam coronationem cum Ecclesias ille idem Eppus Socalienses a commissariis schismaticorum defendisset, Socalienses vero pauci obedientes fuissent; iterum impetrata commissione a rege serenissimo Vladislao Ecclesias cum commissariis schismaticis pariter catholicisque circa annum 1644 recipere aggressi sunt, strenue se illic dafendentibus populo et sacerdotibus unitis plebs male sana per fenestras, per effractas postas ingressa, sacerdotes sacris indutos, venerabile sacramentum tenentes nullo habito respectu, nulla facta divinis mysteriis reverentia lacerarunt, conculcaverunt, pixis sacra excussa, dicunturque efferati homines in tumultu, etiam venerandum Christi corpus conculcasse, (est hoc ipsum in protestatione contra illos facta). Egit jure multum defunctus Eppus sed interveniente Cosatica rebellione cessare debuit, ipseque tandem mortuus est, fatalibusque causa ipsa concidit.

In alia Ecclesia ibidem unitis erepta cadaver recens mortui presbyteri sub idem commissariorum Ecclesias erripientium tempus inhonestissime tractatum et erutum canibus esca fuisset, nisi pii sepeliissent homines. Sed Deus judex et vin-

Digitized by Google

dex impiorum, cum inter arma Cosatica silerent jura, levi data occasione Socalienses cives disuniti a nobilibus Polonis in Cosacos tenentibus plurimi excisi sunt. Etenim inventa una et altera falcium tonna in quadam Ecclesia Socaliensi a quodam mercatore Volhynien, ne in via amitteret, depositarum paratarum insidiarum suspecti facti, nocte intempesta a nobilitate illa in lectis accepti, decapitati cum quibusdam etiam suae farinae religiosis, et in Bugum fluvium projecti. Quo facto quis non videat vindictam a Deo insolentiam, quam super pastore suo et in unionem s. Socalien. exercuerunt. Praecipue vero id temporis perierunt, qui memorata superius scelera patraverant.

Idem Eppus dum suam dioecesim visitaret, in villa Maszovia ducum quorundam Volhyniae parochianorum magno tumultu schismaticorum, quos ad unonem reducebat, exceptus est, et parum abfuit, quin perierit. Vulnerati sunt ibi non modo famuli ejus, sed etiam capellanus vir magnus et concionator in regno Poloniae et Lithvaniae ducatu celeberrimus ordinis nostri P. Licinius. Quinimo etiam ipse Eppus duo vulnera in capite, tertium in corpore suscepit. Deducta post ad jus causa tribunalitio decreto multi debebant decollari, ad 15000 Scutorum solvere, omnia pepercit, quando obedientiam rediderunt. Extant etiam nunc jura hac super re in archivio Chelmensi. Alia vice cum a Palatino Russiae post castellano Cracoviensis Jacobo Sobieski discederet (ubi de Leopolien. Rutheno Eppatu vacante, ut unitis ejus intercessione conferatur, agebat) parum abfuit, quin a rusticis schismaticis in sylvis occisus fuerit. Multa ille alia bona in effundendo sese et exviscerando pro s. catholica fide fecit. Et ut ei coronidem imponamus, brevi post coronationem Vladislavianam Varsavia Kijoviam discendens Mohyla Metropolitanus schismaticus Chelmae condescendit, atque ad praecipuam civem Chelmen. tum temporis schismaticam devertit. Ipse hoc inaudito exnunc residentia sua movens ad hospitium atque ad Mohylam cum

Digitized by Google

ministeriali regni et nobilibus tanquam testibus accessit, et salutanti Mohylae manumque danti dare recusans, hisce verbis eum allocutus est: quid hic lupe facis? venisti turbare ovile meum contestatusque coram ministeriali et nobilibus de hac turbatione, atque ut civitate excederet quamtotius, admonuit. Perterritus Mohyla vix respondere potuit. Excusatusque est rotam fractam, et reparandae ejus causa accessisse qua reparata neque prandio sumpto cum trepidatione discessit. Ante ipsam plane Cosaticam et initiis ejus cathedram suam, in qua B. Virginis Mariae imago est miraculosa, juxta traditionem a sancto Luca depicta in cupresso pulchro reformavit. Cosaci eum fugientem, donec in tutum se recepisset locum, per multum spatium itineris prosecuti sunt, ut caperent. Ex incommodis fugae et aliqua tristitia propter combusta et devastata bona in morbum incidit et mortuus est junii 7ma anno domini 1649. Haec de unione ante Cosaticum.

De rebus unionis sub bellum Cosaticum.

Exoriente cosatica, quot et quanta uniti toleraverunt mala in deffendenda s. unione, non est hujus temporis sufficienter et exacte universa exponere: nonnulla solum hic attingenda, separata de iis contexatur historia, nullus Eppatus, nulla Ecclesia, nullum monasterium partim a Cosacis, partim a Moschis intacta fuere. Incensae cathedrae, aulae Epporum deletae, igne et ferro funditus ablatae villae, partim occisi partim in captivitatem abducti subbiti multarum Ecclesiarum tam privatarum quam cathedralium nec non monasteriorum erepti thesauri, monasteria ipsa cum variis Ecclesiis igni tradita, plurimi mere pro unione tam sacerdotes saeculares, quam religiosi monachi imo ipsi laici convulnerati, despoliati et caesi, alii autem incommoditatibus hostibus extincti. Sacerdotes e clero saeculari, de quibus scire licuit, plusquam 100 pro fide sancta vario tormentorum genere e vivis sublati. De caeteris occissis etiam inquirere hisce temporibus utpote multis par-

Digitized by Google

tibus per hostem occupatis perarduum. Plures vero variis in locis mirabilibus tortos modis nec extinctos numerare licet. Religiosos unitos alios globis sclopetorum dijasculatos alios capite plexos, alios igne ustos variisque tormentis probatos, et occisos pro sancta unione ut exactissime novimus, 40 recensemus. Fuerunt etiam e locis plurimi partim odio unionis partim extorquendorum thesaurorum causa, excogitatis enecti cruciatibus, nihilominus inventi alii, qui pro sola confessione fidei sanctam vitam et lucem amisserunt. Sed hoc totum patebit ex historia, licet non sufffciente, exceptis autem Smolenscen. et Polocen. Archieppatibus et monasteriis aliquibus, partim in illis, partim in aliis Eppatibus existentibus, quae totaliter, vel in hostico nunc sunt vel a schismaticis semel occupata tenentur, Eppatus Chelmen, Premislien. Pinscen. continuae horum temporum subjacerunt vicisitudini. Chelmensis sub ipsam transactionem Zborovianam anno 1649 die 7 Junii, ut dictum, zelosissimo pastore Methodio Terlecki orbatus habuit successorem Athanasium Fhurs OSBM religiosum; sed isto per octodecem septimanas durante iterum vacavit, procurantibus unitis, ut alicui personae conferretur, non est collatus nisi ad brevem moderno Eppo Chelmen. administrationem; et succedentibus anno 1650 in Januario regni comitiis per legem schismaticis instante duce Cosacorum Chmielnicio reditus est. Hinc evenit, ut schismaticorum Metropolita Sylvester Kossov Varsaviam per Lublinum transiens primo Lublini unitis religiosis violenter expulsis, Ecclesiam cum monasterio recepit. Qui illic in exilio animabus servientes in domo Benefactoris sui domini Danielis Jeło Maliński, castellani Belzensis, Poloniae senatoris uniti, per unum et medium annum ex elemosina victitarunt. Schismaticus autem Metropolitanus ulterius contendens Crosnostaviae virum optimum Presbyterum expulit, qui peculio suo partim amisso, partim aliqua ex parte erepto, cum schismatici venerabile sacramentum in humili ambona deposuissent, ipse cum fletu et reverentia accepto illo

Digitized by Google

cum pixide ad Romanam Ecclesiam detulit, ibique sacro peracto consumpsit, schismaticis non se subdidit, sed ab administratore promotus apud catholicum quemdam parochiam accepit.

Crasnostavia Chelmam descendens idem Metropolitanus triduo se defendentes unitos praecipue vero administratorem tunc, modo autem Eppum Chelmen summa cum violentia ejecit et extraxit. Nam juxta rei veritatem ac conscientiam referendo, dicto anno post comitia Februarii 12 religiosi pariter schismatici, pariterque Metropolitani famuli cum 50 circiter militibus haereticis conductis domum administrationis invaserunt, administratorem, cum verbis nudis s. Ecclesiam, locum ipsum ad cathedra existentem et Eppatum modeste quidem sed juridice defenderet, primum manibus arripuerit nec avellere mensa, quam fortiter apprehenderet, valentes, manubriis securium duo satellites Metropolitani inter cingulum administratoris implicatis violenter avulserunt, et ad parietem capite, deinde ad fornacem alliserunt, tandem per fores postibus effractis cum impetu extruserunt. Administrator visis dragonibus cum sclopetis et lyctis accensis sponte jam exiturum se exclamavit, non auditus tamen, imo pugnis hic et illic incussis propulsus per pedes et manus per longam aream nudo capite laceratisque vestibus extractus est. Ac cum rediens ad se bis diceret gloria tibi Jesu, a satellitibus verbis inhonestis compellatus et pugnis percussus monte caemeterii depulsus. Res administratoris cum suppellectili damestica direptae; dolorosum fuit, tunc unitis nullum ex clero latino Chelmensi latum esse subsidium, quin potius quaedam probrosa in unitos ridentium et laetantium de nostra ruina probrosa, inquam, dicta verba inter caetera in hunc fere sensum: videbimus, quid nunc venerabilis factura est Unio, quando suo expelletur loco. Sed constantia nostra et ipsi et hostes confusi. Sunt sic in exilio, in domibus privatis unitorum civium, cum peculialiter destinatis 4 partim religiosi, partim saeculares sacerdotes cum admini-

Digitized by Google

stratione et cum aliis 8 tam cantoribus quam servitoribus, uno et medio anno uniti vixerunt, neque unionem s. promovere cessaverunt. In Ecclesia enim Xenodochiali Latina vacua, et in qua vix annua solet peragi devotio, quotidie divina officia et sacrificia celebranda praecipuos in s. unione per totum tempus exilii retinuerunt cives, et sub obedientia Metropolitani uniti ad 150 cum parochiis retinuerunt presbyteros. Multa tum temporis constantiae specimina ediderunt cives, ediderunt presbyteri uniti, administrator cum religiosis et presbyteris Chelmen manens in continuo invasionis, convulnerationis, abreptionis, imo mortis metu perduravit; fuerunt, qui etiam ex presbyteris a famulis schismaticorum colaphisarentur.

Erepta unitis miraculosa imagine a schismaticis ad Poloniae regem accurit administrator, et per commissarios ejusdem majestatis iterum recepit, cum qua ad castra Polona sub Beresteczko ire jussus, cum serenissimus Tartaros et Cosacos adjutorio Virginis Bmae in praesentia istius imaginis gloriosissimae profligasset Eppalem Cathedram Chelmen. cum Bonis ad illam pertinentibus, variasque Ecclesias ac omnes fere parochias, quae olim Methodio Terlecki fuerunt obedientes, administrator per se ipsum suosque religiosos recepit. De quibus omnibus latius idem administrator in sua historia.

Sub eadem comitia Premislien. quoque schismatico Winnicio per privilegium redditus Eppatus. Quare Athanasius Krupecki a schismatico Winnicio iterum invasus est, captus, incarceratus, amissisque omnibus, et ipsa cathedra, vix vita integra ergastulo pedes investis omnium inops noctu evasit. Ac tandem casu obviante principe Hieremia Wiszniowiecki palatino Russiae curro subministrato ad quoddam ejusdem Eppatus praedium evectus, et praesidio munitus est. Multa illic ejus famuli passi sunt praecipue quidam jurista unitus dictus Wojarski; bono peculio in parata peccunia argenteisque vasis et vestibus amissis catenis occulto in loco per medium annum

Digitized by Google

praessus vix tandem connivente custode investis et nudipes effugit.

Athanasius triumphantem de Cosacis et Tartaris regem Leopolim adit, pro Eppatu sibi erepto supplicat, et licet comissionem de vindicando Eppatu obtinuerit, judicibus catholicis parti schismaticae faventibus, imo donaria magna accipientibus usque ad mortem suam non recuperavit, promovere tamen s unionem, quoad vixerat, non cassavit.

Mortuo illo schismaticus residuum Eppatus illius violenter occupavit. Corpus . thanasii, in quandam brevem tumbam non imposuit, sed membris etiam confractis intrusis, nec sepeliit. Casu quodam illa postea succensa Ecclesia omnia combusta, corpus autem ejus cum tumba licet ab igne ambita fuerit, integrum permansit; post ea per successorem ejus Procopium Chmielowski recepto illo praedio et Ecclesia aedificata auditi sunt cantus luce clara in ejusdem Ecclesiae copula tam musicae instrumentalis, quam vocalis dulcissimi idque per soepe. Imo vero in festo Epiphaniae Dni sub tempus sacri hominibus plurimis existentibus tanta illic resonantia audita est, ut cantores ipsos cantus ille aureus obtuderit.

Et quia sic ipsa re durante in successorem Athanasii insidimus, multa ille quoque a schismaticis in vindicando et tuendo Eppatu pertulit. Atque imprimis Krupecio promovente anno 1651 memoratus Chmielowski privilegium pro coadjutoria et postmodum pro successione in Premislien. Eppatum obtinuit, consecratusque ab Antonio Sielava Metropolitano commissam sibi quoque dioecesim Luceorien. quo ad unitos in ea existentes habuit et usque ad mortem suam hoc ovile sibi commissum cum multa schismaticorum persecutione tenuit strenueque defendit.

Quo ad Premisliensem Eppatum quondo Premisliam ingressus est, cathedramque recipere a schismatico Winnicio voluit, per commotionem plebis tumulto excitato vix ac ne vix quidem ab occisione evasit, cumque rebus infectis civitate ex-

Digitized by Google

cessisset, schismatici eum per duas circiter leucas insecuti sunt, ac per 12 ferme annos in Eppatu vivens cathedram nunquam obtinuit propter insolentiam Cosacorum. Et pugnando repugnando cum schismaticis et schismaticis nullum hic Praelatus in vita sua respirium habuit. Plena erant subselia judiciorum Castren. Terrestrium, Tribunalitiorum, Regalium, comitialium, in quibus cum auctione sumptuum, detrimento valetudinis imo discrimine vitae suae toties et toties negotia sua cum schismaticis peregit. Jamque decreto comitiali ante annos 5 regnique constitutione propter eosdem Cosacos redditum erat ejus Eppatus reliquum schismatico Winnicio, sed ille ut in contumatiam decretum ferretur, suumque robur imminueret, ex commitiis abscessit. Et tandem cum Winnicius ad recipiendam villam Walawa vigore decreti comitialis cum capitaneo Premislien. vi armata descendisset, ille collectis unitis sacerdotibus plus quam 30 variisque satellitibus, a nobilitie subministratis ac demum religionis nonnullis Basilianis ad latus suum praesentibus ita sese defendit, juridice quidem primo emissis ex vallo villae personis, qui possessionem denegarent, deinde si violenter vellent accipere, declaravit se cum suis omnibus, quos ad 300 congregatos habuit, paratum in defensione s. Ecclesiae, occumbere, viderentque capitaneus et alii commissarii utrum et ipsi sani evasuri essent. Ad confirmationem ejusmodi animi explosa parvula tormenta, et minora sclopeta. Hac illius resolutione infectis rebus Winnicius Pseudo-Eppus cum tota sua colluvie discessit; constantia sua et comitate erga sacerdotes idem Praelatus effecit, ut plurimi magnates in suis bonis praeteritis duobus annis suos parochos Ruthenos ei subjecerint, quos ille cum omnibus parochiis partim per suos commissarios in suam obedientiam recepit, partim etiam per se ipsum. Nam ad graviores viros et celebriora loca esto infirmus et confractus per longa itinera cum notabili valetudinis detrimento descendit. Ecclesias parochiales recepit, atque in his laboribus, ne memoremus ejus laudabiliter in religione juniorem

Digitized by Google

peractam aetatem anno praesenti Februarii 22, relicto per privilegium successore, mortuus est

Pinscensis Eppatus per sylvam Kijovien. palatinatui contiguus frequentissime hisce temporibus expositus fuit Cosacorum praedae. Non est nostrum referre, quid nobilitas loci, quid civitas adversi tulerit, quod solam unionem concernit, multis hic cruciatibus Cosacorum uniti sacerdotes affecti sunt, cathedra desoluta et combusta est, monasterium virorum unitis ereptum, virginum funditus cum Ecclesia igne deletum. Seniculae virgines aliquot relictae, fugientibus tempestive aliis, omnia indigna passae, fidem suam sanctam vita tueri paratae fuerant, non absumptae hostis gladio incommoditatibus hostilibus tandem absumptae sunt. Eppus tum loci fuerat Pachomius Oranski, per privilegium regale jam tum coadjutor Metropoliae creatus, vir e praecipua nobilitate Volhyniensi, nepos Kisielii Palatini Kijovien in ipsa Cosatica persecutione extinctus, prius tamen cathedra sua a Cosacis combusta ex fundamento erecta et ornata. Successit ei Smoleńsko pullsus Andreas Zloty Kwasniewski, Archi-Eppus Smolenscen. uti exul in Eppatus hujus administratione per Antonium Sielawa Metropolitanum unitum collata. Hic quomodo fuerit afflictus, toties Eppatu isto per schismaticos et Cosacos praecipue Tukalscium pulsus, vel strictim enarabimus. Sacerdotes enim Tukalscius ab obedientia ejus toties et toties vi et metu revulsit, qui tamen clam suum pastorem recognoscebant. Illum ipsum, sub capitis poena Eppatu discedere jussit. Bona omnia Eppalia ademit, unico praediolo ad instantiam ipsorum Cosacorum pro sustentatione permisso. Verrum ille et hoc relicto ad benefactores commovit, atque ex eo loco saluti suorum identidem prospexit. Quae tunc acta sint cum monialibus ordinis nostri, sacerdotibus unitis civibusque, percenset in literis suis ad modernum Eppum Chelmen datis.

Religiosa nostra Euphrosina Trysnianka, virgo gravissima Octoagenaria et amplius ex familia Senatoria Trysnarum

Digitized by Google

Sapieharumque prognata, Pinscensis Monasterii Superiorissa, pridem defuncta. Legantur ejusdem literae in Latinum idioma transversae, quas in fine separatim subjicimus, ex quo intelligetur, si fragilis sexus Deo adjutore tantopere sanctam defendit unionem fidemque catholicam, quanto magis nostri praelati religiosi et presbyteri.

Quoniam vero supra de Antonio Sielawa Archieppo Polocen quaedam dicenda promissa, hic studio promissioni illi stamus. Is post Metropolitanum Raphaelem Korsak Metropoliam accipiens, simulque Archi-Eppatum Polocen de voluntate Sedis Aplicae retinens, ab initio Metropoliae usque ad finem vitae suae per annos circiter 15 variis invaletudinis et quidem gravibus praessus defectibus. Tandem membris contractus pedibusque destitutus et visu orbus factus est. Nihilominus parsimoniae et mediocritati stundens debitorum per antecessorem suum contractorum 5 millia ducatorum auri circiter exsolvit, bona Metropoliae onereta aere liberavit, summam pro bonis quibusdam venditis Metropoliae a Rutscio Metropolitano relictam 50000 Florenor. Polonicalium integram imo cum fructu aliquot annorum non percepto conservavit. Cathedras Meteopolitanas Vilnensem et Novogrodensem igne succensas pulchre reparavit, pro noviciatu ordinis nostri Vilnae erigendo 25000 floren. Polonicalium pro sacello BM. Josaphat, *in quo sex sacerdotes coelibes perpetuo Deo inservirent*, aut in defectu eorum sex religiosi basiliani, 14000 fl. Polonicalium pro monasterio Minscensi monialium, quod ipse e cocto latere erexit, ad sustentationem earundem 20000 floren polonicalim. Pro monasterio itidem Minscen. virorum floren 4000 Polonicalium, ubi enim sepeliri voluit, et pro ejus anima in perpetuum quaedam devotiones peragerentur, instrumentis publicis inscripsit, in bonis immobilibus magnatum Lith. deposuit, actis publicis roboravit. Polocen Archi-Eppatus Coadjutore Nicephoro Łosowscio, Archimandrita Zydyczynen per Cosacos pulso, et prae incommodis fugae estincto, viro alias probo et erudito, initio

Digitized by Google

ipsius Cosaticae assumpsit iterum in coadjutorem dicti Archi Eppatus Gabrielem Colenda O. S. B. M. in coadjutorem Metropoliae, Pachomium Orański Eppum Pinscensem. In comitiis regni Varsaviae anno 1650, in quibus primum res unionis periclitari coeperunt, esto infirmus et praessus supra nominatis defectibus omnem lapidem pro defendenda unione, collectis ad ea comitia omnibus fere praelatis, movit. Senatores, Eppos, nuntium aplicum piae memoriae de Torres, regem ipsum serenissimum adiens: solicite pro unione S. deprecatus est. Et esto plurima inconvenientia eo metropoliam et religionem dirigente facta sunt, ea tamen ex defectibus valetudinis et adlatus ejus praelatorum haerentium regimine profluxerunt. Incrudescente rebellione et Moscho insurgente, Polocia profugus in metropoliae bonis aliquantisper moratus, quasi proximae mortis conscius testamento res suas disposuit. Bibliothecam nobilem, argentea vasa, aulea duplicia sacro Ziroviensi loco donavit, in fuga a Moschis senio, aegritudine praecipue tamen hostium terrore insequentium Tykocani in Podlachia ultimo suae dioecesis oppido extinctus, et ad Suprasliense postea monasterium delatus ad tempus corpore suo in Ecclesia requiescit.

Assumptus, ut diximus, pro coadjutore Polocensi Gabriel Kolenda, qui licet humanae fragilitati et aliis subjectus nota s. Sedi fecerit, praeclara tamen aliqua in promovenda unione s. monstravit. Primo enim adhuc privatus existens solertia sua et resoluto ad mortem animo Beresvecense monasterium e potenti nobilium quorundam, in suam haereditatem illud cum Bonis convertere volentium, manu eripuit. Ecclesiam illic egregiam aedificavit. Monasterium ex fundamentis erexit. Quin etiam Bona Archi-Eppatus Polocen aliqua tempore ipsius Antonij Sielava jure vindicavit, B. Martyris Josaphat Corpus et tumbam argenteam 15000 scutorum constantem a Casimiro Leone Sapieha Litth. Procancellario Martyri consecratam et alios Ecclesiae Polocen Thesauros e medio plane Moschorum (seniculo Antonio aegro alibique existente) evexit. Cum Mo-

Digitized by Google

schus aliquas provincias Lithvaniae, Suecus aliquas occuparet, et ille huc illuc profugus declinaret, quidam Latinus magnae notae Eppus ejus consangvineus ad sui consortium in Prusiam, quae jam Sveco cesserat, eum invitabat, jamque Succiae regni subscripserat, ipse non solum ad eum ire noluit, verum etiam graviter eundem hujus inconstantiae reprachendit, ideo ut prae apprehensione mortuus sit. Maluitque profugus variis in locis digna atque indigna pati, quam defectoribus Sae Rae Majestatis se conjungere, et notam sibi aliquam defectionis inurere. Magna tum providentiae divinae cum illo eadem dispositio manifestumque miraculum contigit. B. Martyre Josaphat. et S. Casimiro, quorum sacra Lypsana secum ducebat, intercedentibus (a moderno enim Eppo Vilnensi ejus afine tum vero capituli Vilnen custode concreditas S. Casimiri exuvias sibi cacteraque multa habuit), insiderat, ille cum dicta tumba divis Tutelaribus in exercitu Suecum, qui jamjam diripere omnia volebat. Quare memoratus coadjutor Archi-Eppatus Polocen Colonelos accedit, se ipsum, quis esset, manifestat, atque ut ad regem Sveciae ipsum ducerent, rogat. Sueci sub Titulo Archieppi Polocen moti, quasi magna pars regimini eorum per ipsum accessura esset, adjecto copioso ductore milite liberum dimiserunt, ipse vero ad tuta evadens loca per se ipsum coram rege Sveciae compariturum promittens militem eum dimisit, sed coram rege nunquam comparuit, et ad nobilitatem Samogitiae contra Svecos congregatam sese contulit, atque ita tumbam praetiosam et sacras reliquias variamque supellectilem Cathedrae Polocen nec non Vilnen salva vita „conservavit". Mortuo Antonio Sielawa cum Archi-Eppatum Polocesn a Moscho occupatum adire non posset, atque in exilio viveret, a Castellano Vilnen Chodkiewicz tanquam collatore, vacantem Archimandriam Supraslien. accepit, atque ab Emmo nunc Vidimio Poloniae tunc nuntio Apostolico investitus est.

Digitized by Google

Cujus monastesii bona reditusque libertates dum collator per se ipsum et suos famulos sibi regiminique suo subjiceret, dissiparet et destrueret, ipse vero toties et toties strenue ipso officio suo se opponeret et defenderet, ad hoc post multa deventum est, ut collator ad decollandum eum satellites submiserit. Pro libertatibus igitur Ecclesiasticis suam devovens animam in monasterio illo ac in suo cubiculo Deum invocans judicem rosolutissime flexit, collumque frameae paratum obtulit. Qua resolutione territi satelites ad Dnum suum accurrerunt, et de resolutione ejus stupentes retulerunt. Quocirca divina inspiratione motus et intrinsecus bene recollectus collator concordiam cum Archi-Episcopo inivit, gravare monasterium, fructusque adimere desiit, Villarum praesides a se praepositos amovit et intrudere se in regimen monasterii poenitus cessavit.

Iisdem turbis Cosaticis praecipue propter tristitiam ob amissum Cathedrae Vladimirien. thesaurum ad 150 millia scutorum constantem Josephus Bakowiecki Eppus Vladimiriensis consumptus est. Cui nepos illius magni viri Hipatii Pociej successit anno 1655 in Julio; hic in summo bellorum fervore Metropolitani Kijoviensis Joannes Michael Pociej continua ab hostibus fuga, oppressione schismaticorum cathedram Vlodimiriensem poenitus destructam non sine magno reformavit sumptu, Bresten vere collegiatam Ecclesiam a Moschis combustam, desolatam et in stabulam conversam pro omnibus Ecclesiis Latinis sumptu plane patrimonii proprii pulcherrime reparavit, caeterum unionis s. promotioni hinc periculosissimis temporibus ovile suum tuendo, saeerdotum mores per synodos excollendum, comitiis regni pro defensione ejusdem unionis frequentissime assistendo, non defuit.

Enim vero abunde satis S. R. Ecclesiae constantiam tacentibus nubis, quomodo tempore Cosaticae oppressi fuerimus, famosum enim est hoc, siquidem nullum bellum Cosaticum Moschoviticumque gestum, quo non impugnaremur. Videre fuit totum quasi infernum hac tempestate in nos armatum fu-

Digitized by Google

isse. Per annos 17 totque comitia regni, quid aliud actum, nisi ut unio toleretur, quae non lata contra unionem decreta, quae major unitorum derelictio esse potuit, quam cum per comitia regni, per juramenta regis, Senatorum et Reipublicae disunitis in rapinam traditi fuissemus. Et cum optio nobis in ritum Romanorum transeundi daretur, beneficiaque multa promitterentur, tantum abfuit, ut a constantia nostra demoveremur, ut etiam quaesiti a Republica, vellemusne pro communi Reipublicae bono possessionibus nostris Ecclesiasticis cedere et consequenter patria (cum ad ritum Latinum nollemus excedere), responderimus pro ejus tranquilitate cedere nos bonis paratissimos, patria autem pro salute animarum nobis commissarum nec velle nec posse, resolverimusque nos usque ad mortem etiam stipe emendicata nostris inservire velle ovibus. Et haec mens fuit non modo Archiepiscopo Polocen. jam tum Russiae nostrae administratori aliis Eppis, sed etiam omnibus, religionis plurimisque saecularibus Presbyteris. Suborta quidem fuerat de memorato superius Archieppo Smolenscen. cujusdam inconstantiae in fide suspicio, quod coram quibusdam magnis viris verbo solo unionis sublato, et salva fide manente velle se concordiam aliquam cum schismaticis inire professus fuerit, verum tamen id ipsum ille idem delevit sua constantia, de qua supra. Fueruntque tantum quaedam desideria in tanto periculo unionis ejusdem conservandae non evertendae,

Caeterum quidquid possunt, praelati uniti agunt, quo ad fidem s. promovendam Synodos quolibet anno pro excolendo clero instituunt, oves suas suosque religiosos vel dictos perbyteros visitant, libros pro unione fidei catholicae edunt, tum ipsimet concionantur, tum alios concionatores adhibent, devotionem omnibus viribus ovibus suis commendant, sacramenta s. frequenter percipienda indicant, Ecclesias suas partim e fundamento erigunt, partim desolutas reformant, saluti suorum invigilandae sese eviscerant, semper in judiciis variis in regni comitiis rebus defendendis unionis assistunt, valetudini suae

Digitized by Google

sumptibusque non parcunt, Bona suis Ecclesiis erepta etiam cum vitae suae periculo a variis juridice eripiunt, caetaraque possibilia pro animarum salute faciunt. Ut eam, quam nacti sunt spartam bene tueantur. Quinimo nisi obstacula tam a spiritualibus Latinis quam a saecularibus haberent, qui soepe soepius unitos eundem diabolum esse cum schismaticis dictitant. Parochos schismaticos in suis bonis propter suos ex illis Simoniacos proventus alunt. Jurisdictionem Epporum unitorum perturbant. Sacerdotes unitos variis modis et servilibus alicubi operibus agravant, ad judicia unitos occurentes opprimunt, plus favoris schismaticis propter tot et tantas corruptiones ostendunt, opprobriis inescant, bonorum ereptionibus Ecclesiarum Ruthenarum vel in Latinas vel in schismaticas conversionibus affligunt, jam dudum uniti de schismaticis triumpharent, et hoc gratiae divinae maximae est signum, et firmissimae unitorum fidei, quod uniti inter tot bella et secutas ex bellis persecutiones, quibus unitis ignis et aqua plane in patria sua bene natis interdicebatur, et tamen omnes stabiles et fideles cum s. sedi aplicae tum regi et Reipublicae permanserunt. Nec ullus religiosorum unitorum ad illam sectam transiit, licet omnes sedibus suis pulsi omnibus angustiis praessi, panem emendicato quaesiverint, cumque tot spirituales et saeculares senatores Latini in regem Svecum Rahoviumve subscribendo consenserint, protectionemque eorum imo Moschorum et Cosacorum literas salvi conductus tum ipsi tum religiosi alii varii ab illis accipiendo quaesiverint. Nostri nihil horum fecerunt neque propter dignitates Reipublicae aut aliquem favorem aut spem bene habendi, aut solatium aliquod extrinsecum sed propter solum Deum et pura intentione salvendae animae suae sibique commissorum, ut antea tot in malis perseveraverunt, ita nunc in Fide s. regis et Reipublicae fidelitate perseverant. Inveniuntur alii canonici, alii religiosi, alii saeculares Latini a fide ad Haereticos sub haec tempora transiisse, apud Moschos baptismum iteravisse, schisma suscepisse, uxores (et hoc fece-

Digitized by Google

runt religiosi et canonici) duxisse, idque non coacti, quia poterant ex Moschovitis partibus nunc libere cessisse, sicut nostri Religiosi cesserunt plurimique e clero, et cum cessisserunt spoliati fuerant.

Quod vero animae schismaticorum et variorum haereticorum sacris in locis unitorum convertuntur, non difficile esset recensere, nisi longiores essemus. Zyroviciis ad miraculosissimam virginis iconem tot et tanti haeretici, schismatici inducti celeberrimis virginis miraculiis partim ad unionem partim ad s. Romanam Fcclesiam transeunt. Notum est toti regno Poloniae magnoque ducatu Lithvaniae, quod undique locorum ad eum locum sacrum populi fiant concursus, numerare possit quandoque ad decem millia hominum pro festo aliquo confluentium. Quibus omnibus per sacram confessionem expiandis soli nostri continuo inserviunt religiosi; ipsi Cosaci venerationi s. imaginis et religiosorum illius loci observantia aliquando ad bonam redeunt frugem.

Evenit etiam, ut ubi quidam Colonellus eorum existens fassus sit, se missum a Tukalscio schismatico, ut omnes occideret religiosos, imaginem B. Virginis cum Thesauris expilatis acciperet, sed timore Dei et loci sacri veneratione perterritum se id patrare non potuisse, atque cum discantem ejus loci furtim secum abduxisset, in morbum gravissimum incidit, monente virgine, ut puerum illum pro ornamento Ecclesiae remitteret, alias morte omnino puniendum, trepidus ille cum donis remittere voluit, nisi schismatici praecipue Tucalscius phantasmati visionem illam adscribendo id illi faciendam disvasissent. Quare iterum in graviorem aegritudinem incidit, momenteque ac minante mortem iterum virgine cum bona elemosina puerum vestitum sericis ad dictum Zyrovicen. Monasterium remisit, patres deprecatus est, et convaluit. Quam magna huic loco sacro religiosi Latini varii faciunt impedimenta, non facile exprimi potest. PP. Franciscani, ut in patria nostra vocantur Bernardini, data opera uno miliari ab hoc loco sacrum

Digitized by Google

suum monasterium erexerunt, ut toties ac toties miraculis clarissimum in concionibus obgauniunt, populum a loco sacro reducunt, tabellas votivas intercipiunt.

Quidam habentes nobilem quendam, qui se in loci hujus collationem intrudebat, sui continuo favorem cum ad locum hunc nobis adimendum, sibi tradendum stimulabant, sed causa decisa est et collatio per decretum tribunalis Lithvaniae illius nobilis recisa. Nec cessarunt hi religiosi tentare hunc locum possidendum, donec misso quodam religioso suo gravi et probato, ut in oratione Deum consuleret, vellet ne illis locum tradere nec ne? et intellexit hunc locum pro defensione et promotione unionis a Deo excitatum atque ablato unitis loco miracula cessatura. Haec ille vir gravis religiosus, quem optime noveramus, excellenti nostro religioso Adriano Moser superiori nunc Zyrovicen et religionis vice provinciali aliaque jurejurando asseverans revellavit; recentissime B. Martyris Josaphat reliquias cum tumba dicta auferre nobis nonnulli conati sunt.

In hisce bellis PP. Franciscani iidem Grodnae imaginem B. Virginis miraculosam, quam Moschi unitis eripuerunt, arce occupata a nostris nulliter possederunt. Similiter pp. dominicani imaginem Virginis per Moschos in nostra Rozanen Ecclesia acceptam, ad se casu quopiam devolutam habent, nec extradunt, de quibus in petitis nostris Eppalibus latius. Consideret hic s. Ecclesia uti mater, quid nos rei sumus, Deus nobis et virgo favet, miraculosa tribuens loca, et religiosi Latini in nostris partibus nobis invident, et ex eo nos oderunt. Chelmae excepto, quod quotidie uti ad sacrum locum varii confluunt, schismatici alii convertuntur, alii emollescunt, et affectum ad unionem contrahunt, non ita pridem ibi stativa sua habentes duae cohortes Cosacorum, quia rebellibus se avulserunt, devotione sola illic fieri solita et frequenti verbi Dei auditione conversae sunt. Sub idem tempus ibidem cohors magni viri cujusdam Poloni hyemans permixtosque Polonos et Ruthenos schismati-

Digitized by Google

cos nobiles habens adeo devotionibus, concionibus nostrorum flexa fuit, ut nobiles schismatici milites 30 cum generoso famulitio suo ejusdem professionis conversi fuerint, ibique sacramenta toties et toties perceperint. Inventique sunt nonnulli; qui dixerunt, ab hinc se non verbis sed framea defensuros unionem.

Supremi judicis Cosacorum Zarudnii filius maturus llo in tempore dum ad comitia, in quibus constitutione regni sublata fuit unio, Varsaviam iret, Chelmam sub ipsam magnam parasceven descendit, ac illic per sacros illos dies devotioni vacans ad eo compunctus fuit, ut cum aliis 4. Cosacis oculte confessus sit et communicavit.

Frequentissimus et hic populi pro festis B. Virginis diebus fieri solet concursus, quinimo aliis quoque temporibus, quibus inserviendo bene ab unitis insudatur; anno elapso pridie virginis natali admiraculosam iconem in cathedra unitorum existentem, qui est loci hujus dies dedicationis, tot millia hominum ad conscientiam suam depurgandam confluxerunt, ut illis audiendis per duas dies 80 sacerdotes religiosi et saeculares tum ibi manentes tum ex devotione confluentes vix sufficere potuerint. Et de conversione schismaticorum continuando sacerdotes disuniti saepissime jam huic jam illi Eppo unito suorum pastorum malos execrati mores, obedientiam deferunt. Idem faciunt religiosi schismatici, qui ad nostros agnitis suis erroribus frequenter transeunt. Hoc quoque non parvi est momenti, quod schismatici ab unitis, tam scriptis et editis libris quam conversationibus et concionibus victi errores suos ab haereticis contractos damnarint, quippe de purgatorio, de sanctis in coelo, de damnatis in inferno, de azymis deque aliis erroribus poenitus jam in libris recenter a se editis, et in frequentibus nobiscum colloquiis nec hiscere audent, solumque contra primatum sedis aplicae et s. spiritus processionem ab utroque obganniunt; scimus eorundem disunitorum praelatos per crebras cum nostris velitationes ad id esse deductos, ut passim dicant se er-

Digitized by Google

rare, et de unione cigitare, timore tamen potentium saecularium, quos partim ipsi partim eorum antecessores in schismate roboraverunt. Scimus eorum nonnullos juravisse unionem, dum privilegia pro suis dignitatibus acciperent. In populo unito tanta nunc frequentia sacramentorum, ut qui Rutheni antea nec semel per annum Eucharistiam sacram sumerent, imo alii plerumque ad decrepitam aetatem sumendam protelarent, nunc quolibet Virginis et Christi Dni solemni festo aliisque annuis festivitatibus primisque mensis cujuslibet Dominicis confessionem simul et sàcram peragunt communionem. Et apud quos divina sacra vix semel in hebdomade fiebant, nunc singulos in dies multa quolibet in loco, nisi desint, sacerdotes peraguntur.

Apud quos antea Paganis aequalis fuit ruditas, nunc notitia Dei mandatorumque ejus cultura invaluit. Doctrina profloruit, morum probitas egregia introducta. Quibus omnibus stimulati schismatici ad omne suos inter introducendum aemulantur bonum, et haec omnia nihil aliud, sunt nisi fructus unionis.

Sed quid haec referamus? temporibus, istis cum maxime premeremur, ipse D. us clarissime sanctam protegere et promovere visus est unionem: ante ipsum initium Cosaticae Verna quidem simplex sed bonus in Russia versus Smolenscum posita a virgine sanctissima admonitus unionem fidei, ut omnes promoverent decereturque sacerdotibus Ruthenis, docerent in Ecclesiis rudem plebem, orationem dominicam, et virginis salutationem. Non placere autem Deo et sibi disunionem constantesque uniti forent si quae pericula in unionem ingruerent. De hoc gravississima sunt testimonia.

Circa initium Cosaticae eadem virgo ss. Vilnae schismatico cuidam ornati bono moraliter homini comparuit, et dixit, eum esse in mala fide, sed si vellet salvari iret, ad suum praeconem apuds. trinitatem unitorum manentem, qui fuit Zacharias Ilkowski, a quo de salute sua instrueretur. Cum ad monasterium Zyrovicen, Pinsco recedentes vellent accedere Cosaci, ejus-

dem initio Cosaticae, aliquot ante Leucis in campo aperto luce meridiana nisi sibi offusam esse nebulam, ut alter alterum non videret, ac tanquam in paludosi et lutoso essent loco, cum equis demergi, proinde poenitentia ducti in vocataque Virgine et signat cruce cum se non amplius ad spoliandum cum locum ituros promisissent, exnunc omnia illis disparuere reversique sunt. Quod sane etiam juramento probatum est.

Expulsis unitis Chelma atque in exilio a cathedra habitantibus permisit Deus, ut etiam unitis miraculosam imaginem schismatici eripuerint. Quam per commissarios suos instantibus unitis serenissimus modernus a schismaticis receptam in bellum contra Cosacos et Tartaros duxit, victoriamque profligatis utrisque gloriosissimam sub Beresteczko reportavit. Tartaricum sua e regione in Polonos id temporis moverent, ariolos suos consuluerunt utrum victoriam de Polonis adepturi essent, et responsum ab illis tulerunt. Ituri inquiebant estis in Polonos, inventurique in castris eorum virginem nigram, in cujus dextra sedet puellus qui non mere puellum sed Deum significat. Ab hac igitur Virgine ita fugietis, ut vix contra vos Poloni frameam stricturi sint. Haec captivus apud Tartaros post sex autem annos liber nobilis et miles Stanislaus Piasecki Polonus cum Chelmae esset, lacrimabundus coram imagine, retulit juramentoque super imaginem crucifixi confirmavit.

Haec autem quis non videret ss. virginem quasi in campum pro defendenda discendisse unione. Post eam enim victoriam rex serenissimus cathedram Chelmen. locum hujus sacrae imaginis et totum Eppatum unitis necnon alia loca extra Chelmen dioecesim restituit. Sub eadem bella in dioecesi pariter Chelmen. in villa Hrebenna ditionis regiae tenutae Zamoscianae non procul a Leopoli apud simplices sacerdotes unitos imago Bmae Virginis inclaruit, quae quandocumque Poloniae pericula ingruebant, lacrimata est. In festis quoque Virginis toties in Ecclesia dictae villae lumen clarissimum

Digitized by Google

visum est, miraculaque insignia et juramentis nobilissimorum virorum praeter plebem approbata.

Sub Slucko civitate ducum Radzivillorum in dioecesi Metropolitana in M.D. Lithvaniae ejusdem Virginis imago miraculose depicta, apud quemquam pauperem nobilem comparuit, quam ipsa ss. Virgo in Ecclesia unitorum propalam poni jussit, et omnes quidem tam Latinos quam unitos sacerdotes ad celebrandum admittere mandavit, schismaticos vero omnino prohibuit.

Sub Nowogrodeci celebri civitate Lithvaniae in eadem dioecesi metropolitana locus sacerrimus apud haereticum Tronckievicium vexiliferum Novogrodensem compariunt, qui quamvis omnibus viribus Ecclesiam Ruthenam unitam uti quondam fuit, aedificari prohibeat, nihilominus sub s. Barbarae nomine, ita enim ipsa martyr variis in dominibus visione mandavit, sacellum simplicissimum pro unitis vi hominum aedificatum plurimis miraculis clarere coepit.

Agnovit vim B. Virginis unitos protegentis Moschus non procul a monasterio Zyrovicen. toties et toties castrum palatini Vilnensis et ducis exercituum Lithae Sapieha Lachovicze dictum in anno 1659 ab initio aprilis usque ad festivitatem ss. Petri et Pauli oppugnans. Nam in aere imaginem Virginis Zyrovicien. illud castrum protegentem vidit, et hoc ipsum Praeses illius arcis Tudycki voto suo argenteo illic dedicato, expressit. Idem Moschus agnovit vim B. Martyris Josaphat Lithvanos et Polonos protegentem, unitos promoventem, quando sub ejus nominis tessera dux Sapieha cum exercitu Lithvano palatinus Russiae cum exercitu Polono Chovanscium ducem Moschoviticum cum 23000 militum selectissimorum eodem tempore profligaverunt.

Memorabile etiam illud est divini erga nos favoris, quod gravissimi viri et ex palatinatu Polocensi varii referunt, S. virginis imaginem, ad quam Epheti quodam s. Alexius oravit, postmodum B. M. Josaphat in cathedra sua existentem exor-

Digitized by Google

navit in Moschoviam ad principem urbe Moskvam Połocia delatam et in Ecclesia M. ducis ex opposito ejusdem collocatam fuisse noctu ad partem parietis locum mutavisse, cumque iterum eodem in loco posita esset, nocte ad ulteriorem locum decessisse. Ac dum tertio de voluntate ducis in eodem locata esset loco, in aditum Ecclesiae excessisse; monuit interim per somnium virgo Deipara ducem, ne suam imaginem amplius molestaret, sed ad locum Polocensem reduceret, alias morte puniendum. Qui divinitus factae monitioni obsecundans imaginem auro praetiosissimisque gemmis et lapillis ornatam Polociam sub annum 1660 remisit. Cui obviam Moschorum Eppis cum omnibus suis spiritualibus totaque civitate ad Leucam unam pedes processit, et solemniter in Ecclesiam cathedralem s. Sophiae unitorum ante introduxit. Atque ex hac s. imagine ab unitis antea culta spem reducendae Polociam unionis concipimus.

Longe celeberrimum divinae protectionis super nos illud habemus, quando Cosaci anno 1659 post sublatam a Republica in comitiis unionem post formatam, Russiae Rempublicam post concesas sibi et spiritualibus suis in senatu sedes, post tot e sui numero nobiles factos, post tot variis accumulatas possessiones, post tot collatas libertates, cum deberent et his gaudere, cum deberent ab unitis omnes Eppatus, monasteria Ecclesias, bona omnia recipere, derepente intra duodecim septimanas in viscera sua gladium victorem converterunt, de se ipsis multos occiderunt, novam rebellionem dejeceto suo duce, excussa Reipublicae Polonae obedientia formaverunt, Moscho se subdiderunt, et omnia obtenta bona subruerunt, unitos vero ab omnibus periculis liberarunt. Quod observantes regni senatores palam in senatu edixerunt, debere a republica unitos conservari siquidem quaecunque quandoque contra unitos, in gratiam Cosacorum et schismaticorum decrevissent, a Deo ipso semper fuisse reprobata, et Rempublicam dum pacem per haec quaerit, semper longe turbatiorem factam fuisse.

Digitized by Google

Denique pensandae sunt tam latae et longae unitorum dioeceses, de quibus altius tractavimus, tam multi populi, tam magnae civitates, tam multiplicia oppida et villae, tam frequentes parochiae, in quibus multos miliones hominum numerare possumus, quae omnia non sine labore, ut diximus, unitis obvenerunt. Si aliquo casu vellet nos aut Respublica aut s. Ecclesia, quod nunquam putavimus nec putamus, tollere (scimus enim tantam charitatem a s. matre Ecclesia nobis exhibitam fuisse, communicante Eminentissimo nunc cardinali, antea Nuntio in Polonia aplico Vielonio, quod bona nostra omnia dato censu peccuniario Cosacis voluit redimere, super quo ad ducem modernum Teteram Cosacorum tanq am ad notum suum et quondam discipulum jussus est scribere Reumus modernus Eppus Chelmen) si inquam aliquo casu tollendi essemus, timendum est, ne sublatis tot tantique populi mordicus dovotionibus ritibusque affecti Graecis, deficientibus pastoribus sensim ad schisma desciscant. Et qui modo per nostrae unionis regimen in officio et timore Dei retenti sunt, fidelesque patriae, obsequentes Reipublicae fuerunt, nullaque rebellione notati, postmodum sensim facti schismatici et conjuncti tot modernis rebellibus, gravissimum Reipublicae periculum. Si enim pars Russiae longe minor Ukraina tanta mala fecit, quanta fecisset tota schismatica facta, tota rebellibus conjuncta Russia? Itaque ex hoc patet unionem s. non solum saluti hominum sed etiam Reipublicae conservandae esse pernecessariam. Rememoro etiam haec quaedam data in informatione de Metropolia, schismaticos in punctis electionis Vladislavianae praecavisse, quod si aliquo casu nos uniti deficeremus, Bona omnia nostrarum Ecclesiarum ad illos devolvi debere, et hoc tribus aut pluribus regni constitutionibus sibi confirmarunt.

Verum his omissis patuit clarissime, unitos et promovisse sanctam fidem et promovere. Si qui autem ex nobis discoli inventi vel in hoc genere incurii neglientes, hoc humanum est. Ostendatur locus aut communitas, in quo talia quandoque non

Digitized by Google

fiant. Nostram autem neglientiam seu potius incuriam ipsorum Latinorum tam spiritualium quam saecularium nos in patria persequentium importunitas quandoque causat, ne animarum saluti incumbamus, vel incumbere possimus. Sed sint nostra aliqua mala, et in procuranda animarum salute aliqui defectus cum apertissimo pectore ad sedem aplicam pro remediis eorum mallorum recurramus, integritatis nostrae et sanitatis maximum indicium est.

Non ergo sancta Ecclesia audiat nostros, qui qui sunt illi accusatores; fortasse enim ad pauca respicientes, nec salutem animarum considerantes, sed utilitatem externam, ut bona nostra, quasi non satis haberent, possideant, talia enuntiant. Multum enim interest ut dicit philosophus, interdici, et esse verum.

Precanturque humiliter DD. Eppi, religiosi, clerus totus nomine totius Russiae unitae, ut sicut Rutheni in antecessoribus suis pro salute animarum suarum subditorumque suorum ad s. Romanam Ecclesiam libere accesserunt, atque a sanctissimis Clemente VIII et Paulo V in bulliś suis firmam et apostolicam promissionem inperpetuum dandi Episcopos et Metropolitanum et consequenter omnes cum ritu Graeco conservandi acciperunt, in perpetuum in suo statu conserventur. Quia non de nobis intelligentibus agitur, qui utrumque ritum sacrum callemus, sed de tot et tantis animabus simplicibus, quae sunt et in unione et in disunione, ne tali nostra permutatione illae sublatis pastoribus a fide recedant, istae in perfidia sua confirmentur. Utraeque milionibus suis infernum repleant, et hoc perficiatur, quod non potuerunt Cosaci, quod non posset ullus perficere Haeresiarcha, tot simul et semel in damnationem aeternam trahendo animas. Quae res certe cum Deum conservatorem regnorum infallibiliter offenderet, fortasse etiam statum qui se vult per sublationem unionis conservare. non conservaret, sed perderet.

Digitized by Google

Memoriale ad S. Congregationem de propaganda fide ratione variarum Cleri Rutheni Catholici imo et Epporum unitorum oppressionum (1644.)

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini! Antonius Sielawa Metropolita Russiae una cum caeteris Eppis et Clero Rutheno unito vobis patres Eminentissimi exponit humillime oppressiones atque gravamina, quae non privatim solum sed etiam publice in conspectu totius Poloniae cum maxima et irreparabili ipsorum etiam nonunitorum offensione sustinet, et in dies a solis Eppis Latinis Catholicis. Sedi Apostolicae subjectis divexatur, qui in synodo provinciali habita die octava novembris 1643 anno non dubitarunt ea decreta ferre, quae apertissime pugnant cum bullis Urbani VIII et aliorum decretis Summorum Pontificum, sacrarumque congregationum, ac demum cum ipso concilio Tridentino, aliisque canonibus s., sunt autem ea decreta, quae his ipsorum non immutatis continentur verbis.

1o. Monitos esse vult monetque s. Synodus, ne praerogativas et jura Epporum Clerique Romani sibi usurpent.

Satis vobis constat, patres Eminentissimi, Metropolitam unitum ejusque Eppos atque clerum iisdem gaudere privilegiis fori, immunitatis et libertatis, quibus gaudent sacerdotes et clerici latini. Quare cum ii catholici sint aeque ac Eppi Latini; non utique usurpant eorum privilegia ac praerogativas, sed potius Sedis Apostolicae mandatis et decretis pro dignitate obediunt. Quibus obedisse non videtur modernus Premisliensis Eppus latinus, qui per vim usurpavit sibi jurisdictionem in presbyteros Ruthenos aliosque ecclesiasticos, quibus legitimus Pastor non deerat.

2o. Ut a titulis Illustrissimoruum abstineant.

Utrum autem Eppi Rutheni abstinere debeant is titulis

Digitized by Google

quibus reliqui ordinis iniversi Eppi fruuntur, vos ipsi videtis Patres Eminentissimi.

3o. Torquibus aureiis nonnisi ad missam utantur.

In regno Poloniae ab immorabili tempore non solum Eppi latini ubique locorum utuntur aureis torquibus cum cruce pectori appensa, sed ipsi quoque latini ritus abbates, praeterea iisdem torquibus utuntur equites Melitenses. Cur autem Eppi Rutheni iisdem uti non debeant, non satis intelligitur.

4o. Monasticum s. Basilii habitum deferant.

Si eorum aliqui hujusmodi habitum non deferrent, non propterea eorum bonam apud homines aestimationem laedendam esse palam per hujusmodi legislatores, quibus nulla est ad id concessa authoritas, sed potius ab Eminentiis vestris vel ab Illustrissimo Excellentissimo Domino Sedis Apostolicae Nuntio ex consilio Christi Domini fraterne admonendos esse censerem.

5o. Decimas ex agris ipsorum clero latino nefas esse solvi aut reddi, non doceant, neque a suis popis docere permittant, neque quidpiam, quod juribus latinorum sacerdotum praejudicet, committant.

Oppositum plane probatum jam est coram tribunali Illustrissimi auditoris sacrae nuntiaturae, ostensumque, Ruthenorum decimas ad Ruthenos sacerdotes spectare, qui eorum animarum curam gerunt. Non dessunt tamen hodieque ex latinis sacerdotibus, qui per vim sibi vindicant decimas a Ruthenis, fragendo decreta Sedis Apostolicae et Illustrissimi Excellentissimi Nuntii in regno Poloniae existentis, qui ista omnia referre facile dignabitur vobis patres Eminentissmi.

6o. Quodsi in aliquo praemissorum vel similium deliquerint, coram Illustrissimo Domino Georgio Tyszkiewicz Eppo Samogitiae tanquam commissario a Sede Apostolica deputato convicti respondere judicatumque pati tenebuntur.

Digitized by Google

Nunquam reor Sedi apostolicae venit in mentem hujusmodi commissarius neque veniet in posterum, cum id apertissime pugnet cum dignitate Metropolitae, Archiepporum, Epporum Ruthenorum, qui soli Sedi Apostolicae ejusque Nuntio sunt proxime subjecti.

Contra vero clerum et populm unitum talia decreta in synodo Crasnostaviae non eodem quo supra anno a Paulo Piasecki Eppo ritus latini Chelmensi celebrata, constituta et publicata sunt — die 12. Apprilis 1644 — nempe post elapsum annum unum:

1o. Rutheni uniti quidem, sed clero universo et rei catholicae latinae majorem molestiam fecerunt quam olim disuniti eo, quod juventutem catholicam latinam corrumpunt, ad suos ritus trahunt, confessiones sacramentales facere apud sacerdotes latinos prohibent, et erroribus suis orientalibus eos imbuunt. — Quapropter prohibemus, ne ulla ratione ad suas scholos praesertim Chelmae catholicos latinos recipere possint, et ne quispiam parentum catholicorum latinorum sub poena excommunicationis per officium nostrum una monitione praemissa irrogandae mittere audeat, et etiam studiosis catholicis poenam interminamus, si ipsorum scholas frequentaverint. Et insuper declaramus, eos et eorum singulos inhabiles fore hoc ipso ad ordines sacros et beneficia ecclesiastica tanto magis, quod in vicinia habent scholas Zamoscenses, Lublinenses latinas catholicas, quibus commodius possunt erudiri. Ruthenis autem sufficit, ut suos Ruthenos erudiant, eorumque curam habeant.

2o. Idem Rutheni malitiose detrahunt clero latino catholico et praedicant suis populis, quod ipsi non debeant solvere decimas, quo delicto incurrunt in excommunicationem latae sententiae. Eos idcirco et eorum singulos in locis, quibus inhoc deliquisse deprehensi fuerint, excommunicatos denuntiari mandamus.

Digitized by Google

3o. Prohibemus etiam, ne ullus parochus seu ecclesiae catholicae latinae rector ullum ruthenum quantumvis unitum in sua ecclesia divina praesertim missam sacram sive latino sive graeco ritu peragere permitat. Et similiter ne ullus catholicus sacerdos latinus in synagoga ruthenica sacrum missae officium celebrare audeat sub poena suspensionis ab ordine suo sacerdotali et excommunicationis facto incurrendae.

4o. Prohibemus item, ne ullus catholicus latinus rutheno sacerdoti unito sacramentalem confessionem facere audeat, alioquin absolutionem a rutheno sibi inpensam sciat esse prorsus nullam.

5o. Matrimonia quoque catholici latini cum catholica latina sive unius conjugum catholici latini cum Ruthena persona nulla ratione possunt contrahi, nisi a suo sacerdote catholico latino proprio loci parocho. Quod si temerario ausu Ruthenus aliquis unitus sacerdos tali constitutioni nostrae contraire ausus fuerit, poena excommunicationis ac aliis in subsidium etiam adhibito brachio saeculari coerceatur.

Ex his itaque omnibus satis intelligitis PP. Eminentissimi, immerito praeter Sedis Apostolicae protectionem Ruthenos Eppos a latinis vexari, a communione ejusdem Sedis Apostolicae veluti Schismaticos separari et haberi, praeterea Sacerdotes Ruthenos tanquam illegitimos, dum iis licet cum Sede Apostolica unitis interdicitur absolvendi a peccatis ac matrimoniis assistendi potestas, demum eorum ecclesias vocitari synagogas necnon prohiberi, ne quis e sacerdotibus latini ritus sacrum habeat in Ecclessis ruthenis vel ruthenus in latinis. Insuper praecludi interdicto aditum juvenibus latinis ad scholas Chelmenses frequentandas, quae et Sedis apostolicae authoritate sunt confirmatae et erectae primario quidem in gratiam Ruthenae gentis secundario vero in bonum etiam latinae juventutis, cum eae scholae publicae sint, non privatae.

Quare is idem, qui supra Russiae Metropolita una cum caeteris Eppis et Clero rutheno unito supplicem hunc libellum

Digitized by Google

ad vos defert Patres Eminentissimi, rogatque obnixe, ut nullas esse velint atque declarent utriusque relatae Synodi constitutiones, quae et summo sunt impedimento nonunitis ad unionem catholicam suscipiendam et singulare afferunt praejudicium tum iisdem Eppis et Archieppis ruthenis unitis tum etiam bullis summorum Pontificum decretisque sacrarum Congregationum, quae omnia cognosci poterunt apud s. Congregarionem de propaganda fide et rituum. Quodsi etc. et quam gratiam Deus etc. Antonius Sielawa, Archieppus Polocensis Metropolitanus Russiae.

Desideria Epporum Ruthonorum in Regno Poloniae reperibilium per patrem Athanasium Czarkowski O. B. M. Generalem in urbe Procuratorem benignae s. Sedis resolutioni subjicienda:

1o. Quando quidem inter Ruthenos unitos proprii et nativi Ritus adeo notabilis invaluit contemptus, ut plurimi de utroque sexu in dies et momenta eundem ritum deserere, ad Latinum autem transire non vereantur, timendumque est ne hujusmodi stante licentia antiquissimus Graecorum Ritus in praelibato Regno totaliter aboleatur, Ecclesiaeque Ruthenae capacibus operariis et Ministris propriis destituantur. Tali vero libertati occasionem dedit decreti in Anno 1627 de non transeundo a Graeco ad Latinum Ritum emanati subsecuta expost ad solos Ecclesiasticos restrictio, idcirco Pater Procurator profunda cum demissione a s. Sede explorabit, utrum eundem Ecclesiae orientalis Ritum conservare et manutenere placeat nec ne? et in casu affirmativae resolutionis humillime supplicabit, ut nonsolum praefatum decretum ab Urbano VIII probatum per suprema oracula renovetur, verum etiam citata ad solos Ecclesiasticos restrictio eliminetur et tollatur.

2o. Ut crebrae populi Ratheni evitentur vexationes ex eo passim oriri solitae, quod Parochi Latini nullam circa animas Ruthenorum gerentes curam, ab iisdem Ruthenis decimas

Digitized by Google

et messalia variis in locis nulliter extorquent, dictus Pater Procurator ad s. Sedem debita cum submissione instabit, ut per generalem ejusdem resolutionem et decissionem conformiter ad decretum per D. Flaminuim Taca s. Rotae auditorem in Anno 1665 pro Dioecesi Chelmensi prolatum in quibusvis etiam aliis Dioecesibus a Rutheno populo Ruthenis, a Latino vero Parochis Latinis tanquam circa concreditas sibi oves laborantibus decimae et messalia, (ubi usus et consuetudo obtinet) reddi et contribui demandentur.

3o. Ad avertendos quotidianos contemptus et aggravationes Ruthenorum tum a Clericis quam a Laicis Latinis attentari solitas, occurrendumque variis contentionibus ratione praecedentia et uniformitatis vestitus inter utrumque clerum passim practicabilibus non intermittet Pater Procurator ostia supremi Pastoris pulsare, ut per nova et opportuna edicta inter Latinos et Ruthenos propter solam ritus diversitatem, nullam aliam intercedere, Clerum Ruthenum paribus ac Latinum immunitatibus, privilegiis et praerogativis gaudere non dedignetur declarare, ac insuper haec ipsa edicta et declarationem per cunctas Regni Poloniae Ecclesias si non quolibet mense, semel saltim in Anno promulgare et publicare mandet.

4o. Cum non raro contingat quod injuriati Rutheni in suis a judicia D D. Epporum Latinorum recursibus, ob respectum personarum ejusdem Ritus debitam justitiae non experiantur administrationem et quod majus est, intentatae per Ruthenos causae ad tres, quatuor et plures quandoque annos cum ultima querulantium extenuatione procrastinantur et protrahuntur, eapropter a prima in terris potestate efflagitandum est, ut particulariter propter Ruthenos et causas Ruthenorum judex aliquis in Regno praesenti delegetur et designetur, aut immediatus ad solam s. Sedem iisdem Ruthenis permittatur recursus, aut ad ultimum per Brevia ad D. D. Eppos latinos et alios dirigenda exactior propter hos ipsos Ruthenos justitiae administratio, et intentandarum per eosdem cau-

Digitized by Google

sarum intra tempus prout poterit brevius terminatio serio commendetur et demandetur.

5o. Quoniam per longam experientiam comprobatum est, ex divagatione Archieppatus Metropolitani Kijoviensis per varios Eppatus et cathedras plurima earundem cathedrarum in s. apparatu et archivis totius Hirarchiae exoriri damna, soepiusque accidit quod propter subsitentiam Archiepporum Kijoviensium circa aliquam cathedram Eppalem in confiniis Regni situatam ipsis Eppis quam caetero clero et populo Rutheno, ad eosdem Archieppos Metropolitanos valde difficilis et aliquando ob summam distantiam plane impossibilis redditur recursus, idcirco per soepe dictum Patrem Procuratorem nomine totius collegi Eppalis Sanctissimo Dno nostro enixe supplicandum erit, ut memoratum Archieppatum Kijoviensem alicui Eppatui in meditulio regni existenti, videlicet Vladimiriensi, Luceoriensi vel Leopoliensi ita, ut post decessum unius Metropolitani alter Eppus in Metropolitanum electus et a s. Sede confirmatus ad unam ex praedictis cathedram Eppalem pro semper designandam et determinandam se transferre debeat, per supremam auctoritatem adunare et annectare non dedignetur.

Caetera prudentiae et dexteritati Patris Procuratoris commendantes praesentia in majorem fidem manibus nostris subscribimus Dubnae die 19 octobris 1745 anno.

Copia Literarum tam ad Beatissimum quam etiam ad Sacram Congregationem de propaganda fide ab Excellemo Archieppo Metropolitano tum Illustrissimis Eppis Dubnae de die 19 octobris 1745 anno directarum. Beatissime Pater Domine Domine Clementissime.

Adunata Sanctae Romanae Ecclesiae Ruthena Hierarchia hanc apud praedecessores Sanctitatis Vrae promeruerat gratiam, ut tum solum circa pristinos Ritus et usus

integre manutenta extiterit, verum etiam contra quamvis sui ipsius diminutionem opportuna pro rerum exigentia remedia provisa habuerit, clara etenim hujus rei documenta, favorabile illud exhibet decretum, per quod F. R. Urbanus VIII ita Graecum firmaverat Ritum et hunc ipsum Ruthenis desererre, ad Latinum vero absque speciali s. Sedis Licentia transire non clericis tantum sed laicis quoque nulla prorsus deretur facultas. Remisit tamen ex post benignioris hujusce sancti rigor subsecutaque post paucos dies ad solos Ecclesiasticos dicti decreti restrictio minus constantibus viris ad mutatonem nativi Ritus adeo latam aperuit viam, ut nisi Sanctitas Vestra hanc suprema authoritate praecludere dignetur, brevi certe Graecorum Ritus in praesenti Poloniarum Regno abolendus timeatur. Accedunt et aliae etiam Hierarchici status nostri praessurae, dum complures Latinorum Parochi et Pastores Sacrorum canonum dispositiones et ipsam justitiam cuivis operario debitam mercedem attribui dictantem ab oculis amovendo, sine ullo circa animas Ruthenorum labore charitativa a Ruthenis subsidia, decimas et messalia propriis eorundem parochis debita violenter extorquent, admissumque per vicariam Christi potestatem ad paria cum Latinis privilegia et praerogativas clerum Ruthenum varia propositionum et gravaminum sorte agunt et persequuntur. Gravia haec gentis nostrae vulnera clarius revolvet, caeteraque adiiciet dessideria generalis Patrum Basilianorum Procurator, nos autem benignam propter eundem admissionem et opportuna a Sanctitate Vestri Probarmam circa oscula Sacrarum pedum humillime implorantes felix diuturnumque in Ecclesiae Dei regimen Sanctitati Vestrae ex animo apprecamur. Sanctitatis vestrare.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini Domini et Patroni Colendissimi.

Post redintegratam cum s. Romana Ecclesia Ruthenae gentis unionem peculiari semper Vicariorum Christi Protectione nostra gloriabatur Hierarchia, quosve ab ipsis orientalis

Digitized by Google

Ecclesiae primordiis Ritus et usus Sacrosancte observabat, eosdem Supremi Pastores per varia firmarunt decreta ac inviolabiliter tenere praeceperunt, non desunt tamen plurimi voluntatis propriae Sectatores, qui veneranda summorum Pontificum Sancita, nominatim vero decreti de non transeundo a Graeco ad Latinum Ritum in anno 1624 emanati subsequutam expost ad solos Ecclesiasticos restrictionem in suas partes trahentes sine ullo prorsus ad s. Sedem recursu et Lociordinariorum consensu Nativum praefatae Ecclesiae orientalis Ritum in dies et ita frequenter desserunt, ut non vane timendum sit, eundem antiquissimum Ritum si non totaliter in regno praesenti abolendum majori certe et nobiliori in parte non multos post annos esse defecturum, exponet cum particularibus collegii nostri dessideriis plures etiam alias Cleri et populi nostri injurias, Pater Procurator Ordinis Basiliani, quibus ut Eminentiae vestrae pro solita benignitate succurrere et remediari non dedignetur, dum humillime suplicamus, Sacram simul Eminentiarum vestrarum purpuram devotissime exosculamur et profundissima cum adoratione manemus. Eminentissimarum ac Reverendissimarum Dominationum Vestrarum etc.

Desideria Archiepiscopi Metropolitani Kijoviensis et totius Russiae coram Sanctissimo Domino pontifice Romano nec non Sacra Congregatione de propaganda Fide per Illum. Dominum Jacobum Costa, electum Episcopum Ripanum exponenda et promovenda. (1747.)

1o. Quoniam Ritus Graecus cum Sancta Romana Ecclesia unitus apud nonnullos Regni hujus incollas in summo est vilipendio, Personaeque Spirituales in tali ritu permanentes contra immunitatem iisdem debitam quasi semper variis gravaminibus opprimuntur, et ad Judices Saeculares persoepe evocantur. Proinde Illmus. Dnus. electus Eppiscopus Ripanus

uti asumptus Plenipotentiarius instabit ad Sanctissimum Dominum Nostrum Sacramque Congregationem de Propaganda Fide, ut ocurrendo tam gravibus Status Spiritualis injuriis antiquiora renoventur Privilegia, per novaque rescripta declaretur, Clerum Ruthenum iisdem Privilegiis Canonis, fori et immunitatis gaudere, quibus et Latini gaudent, diversitatemque ritus non obstare, quominus Personae Spirituales Ritus Graeci cum Personis Spiritualibus Ritus Latini omnimodam habeant aequalitatem. Pro faciliori autem talium rescriptorum observantia favebit idem Illmus. Plenipotentiarius Bullas Sanctissimi tam ad Serenissimum Poloniae Regem quam ad totam Serenissimam Rempublicam Polonam hoc in negotio efflagitare, et ad manus nostras transmittere.

2o. Ut succuratur defectui Subjectorum, quibus Ruthenae Ecclesiae maxime egent, exposcet Illmus Legatus renovationem Decreti, quo transitus Ruthenorum ad Ritum Latinum prorsus inhibeatur, simulque supplicabit, ut in posterum ad talem transitum consensus denegetur.

3o. Quandoquidem in Ruthenis hujusce Regni Dioecesibus vel maxime vero in Locis ad confinia Schismaticorum positis multi reperiuntur, qui recenter ad fidem Catholicam sunt conversi, vel in spe conversionis permanent, soepeque occurunt casus, pro quorum absolutione vel dispensatione non ita facilis ad Sanctam Aplcam Sedem datur accessus: idcirco Illmus Plenipotentiarus dignabitur instare, ut secundum antiquiorem praxim eaedem omnes facultates, quae ab incoepta hoc in Regno Unione Archieppis Metropolitanis concedebantur, nunc etiam et inposterum concedantur, ipsique Archieppo Metropolitano detur potestas, ut tales facultates etiam suis Suffraganeis Eppiscopis in toto vel in parte communicare valeat.

4o. Antiquissimus in hoc Regno abusus, quod Collatores Beneficiorum et Ecclesiarum ritus Graeci sine speciali aliqua solutione, (quam honorarium vocant), nullomodo concurrentes

Digitized by Google

praesentare volunt, et per hoc variae inter Eppos et tales Collatores oriuntur dissensiones, soepeque Ecclesiae Parochiales multo tempore vacare debent. Quamobrem ad avertendos conscientiae scrupulos vitandaque mala, quae ex hoc fonte exoriri possunt, exposcenda erit tam a Sanctissimo Dno Nro. quam a sacra Congregatione opportuna hac in re resolutio; vel enim praelibata Collatorum exactio permitti deberet, et per consequens in juramento, quod juxta Synodum Zamoscianam ante susceptionem sacrorum ordinum de nulla solutione ex ratione praesentationis subsequta unusquisque (non sine periculo perjurii) praestare debet, dispensandum esset: vel nova contra easdem exactiones remedia providenda forent.

5o. Cum immemorabilis his in oris sit consuetudo, ut Filii Presbyterorum Ruthenorum legitime procreati circa praesentationem Collatorum Patribus suis ad eadem Beneficia immediate succedant, nec ulla unquam quoad hanc rem oppositio a quopiam facta fuerit; proinde Illmus. Plenipotentiarius resolutionem expetere non gravabitur, an scilicet ex ratione miserabilis status praedictorum Filiorum memorata consuetudo sine scrupulo tolerari possit, vel potius pro abusu haberi deberet.

6o. Ad avertendam ulteriorem ruinam et desolationem Ecclesiae Leopoliensis sub titulo Assumptionis in coelum Beatissimae Virginis Mariae in ipsa civitate sitae, addet Illustrissimus Plenipotentiarius suas ad Sanctissimum Dominum Nostrum sacramque Congregationem preces, ut praelibatae Ecclesiae ejusdemque confraternitati modernus Archieppiscopus Metropolitanus, ejusdemque Successores Episcopi Leopolienses, (si non qua ordinarii et immediati Pastores) saltem qua delegati Sanctae Sedis Aplicae praeesse permittantur. — A. Szeptycki Archieppiscopus Metropolitanus totius Russiae. (L. S.)

Digitized by Google

Breve Pauli V concedens erectionem scholarum in partibus Russiae et earundem scholaribus indulgentias, concessas sodalibus clericorum regularium S. I.

Paulus Papa V.

Ad futuram rei memoriam.

Piis et devotis, venerabilis fratris Archi-Episcopi Kijoviensis et Haliciensis supplicationibus, nobis desuper humiliter porrectis, inclinati, eidem Josepho Archi-Episcopo, ac personis ab eo deputandis, ut in locis decentibus, et oportunis in partibus Russiae scholas, quascunque ad juventutem in bonis artibus, ac doctrina catholica erudiendam, sine temen alicujus praejudicio, construere, erigere, et instituere, ac earundem scholarum curam, et regimen, personis piis, et eruditis sibi bene visis, committere, et demandare libere, et licite possit, et valeat, apostolica auctoritate, tenore praesentium facultatem concedimus, et impertimur. Insuper, ut earundem scholarum scholares studiis alacrius insistant, scholis per dictum Josephum Archi-Episcopum, seu ab eo deputandum, vigore praesentium erigendis, et instituendis, illarumque scholaribus pro tempore existentibus, omnes, et singulas indulgentias, et gratias speciales, atiam per modum extensionis, et communicationis, vel alias quomodolibet scholaribus in sodalitate annunciationis beate Mariae Virginis in Ecclesiis clericorum regularium societatis Jesu instituta descriptis concessas concedimus, et communicamus, ac ad illas, et illos auctoritate, et tenore praesentis extendimus. Non obstantibus, quantum opus sit, nostra de non concedendis indulgentiis, ad instan. aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia decembris MDCXV. Pontificatus nostri anno II.

S. Cobellutius.

Breve Pauli V. declarans, Promotos Ruthenos ad cathedrales Ecclesias consecrationem libere et licite suscipere posse in assistentia Episcoporum Latinorum, et econverso Latinos in assistentia Episcoporum Ruthenorum.

Paulus Papa V.

Ad perpetuam rei memoriam.

In supremo apostolatus solio, divina dispositione, meritis licet imparibus praesidentes, ad ea libenter intendimus, per quae Ecclesiarum, Praesulum, praesertim in partibus remotis agentium, commoditati et conscientiae securitati, opportune consulitur. Sane venerabilis fratris Josephi Archi-Episcopi Kijovien. et Haliciensis, totius nationis Ruthenae ac Russiae Metropolitae nomine nobis nuper expositum fuit, quia nonnulli, de quorum personis cathedralibus Ecclesiis, in partibus Russiae, hactenus provisum fuit, licet juxta ritum Graecum, post unionem ejusdem nationis, cum Ecclesia Romana, ab Apostolica sede permissum vivant, tamen ob magnam Ecclesiarum hujusmodi distantiam, munus consecrationis, in defectu Episcoporum ejusdem ritus Latini, gratiam tamen, et communionem apostolicae sedis habentibus, et alias canonice, susceperunt. Cum autem sicut eadem expostulatio subjungebat, id inconsulta sede apostolica fieri posse quidam dubitent, Nobis propterea dictus Josephus Archi-Episcopus humiliter suplicari fecit, ut desuper providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur pro nostri pastoralis officii debito, omnem circa praemissa dubitandi causam tollere vollentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate apostolica, tenore praesentium decernimus, et declaramus, promotis ad cathedrales Ecclesias, in dictis partibus existentibus, et ritu Graeco a sede apostolica permisso in unione praedicta viventibus, consecrationis munus, assistentibus duobus vel tribus Episcopis ritus Latini, gratiam tamen et communionem sedis apostolicae ha-

Digitized by Google

bentibus, et econtra promotis ad cathedrales Ecclesias, ibidem existentes, qui ritu Latino vivunt, assistentibus duobus vel tribus Episcopis ritus graeci, in unione tamen praedicta viventibus, ac gratiam et communionem ejusdem sedis habentibus munus consecrationis impendi, et ab illis suscipi, dummodo alias canonice impendatur, libere et licite posse. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque. Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die X. Decembris. M. D. CXV. Pontificatus nostri anno undecimo.

S. Cobellutius.

Breve Pauli V declarans, clerum tam regularem quam saecularem, itemque populum nationis Ruthenae, communionem s. sedis apostolicae habentem, participare de omnibus gratiis et indulgentiis, quae in gratiam Christi fidelium a s. sede aplica conceduntur.

Paulus Papa V.

Ad perpetuam rei memoriam. Alias fel. rec. Clemens Papa VIII. Praedecessor noster bonae memoriae Michaelem Archi-Episcopum et Metropolitam Kijovien. et Halicien. ac totius Russiae, et cum eo plerosque ejus comprovinciales Episcopos, et alios tunc expressos, una cum omni eorum clero et populo nationis Ruthenae seu Russae, quae cum Rom. Ecclesia non communicabat — intra gremium Ecclesia catholicae et unitatem S. R. E. ut membra sua in Christo sub certis modo et forma excepit, univit, adjunxit, adnexuit, incorporavit, prout in dicti Clementis praedecessoris sub plumbo desuper expeditis plenius continetur. Cum autem ad augendam religionem et Christi fidelium animarum salutem indulgentiae, et peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes a sede apostolica dictis Christi fidelibus certa pia opera facientibus hactenus concessae fuerint, et in dies concedi soleant, et ab aliquibus, ut accepimus, revocetur in dubium, an clerus et populus nationis Ruthenae seu Russae intra gremtu Ca-

tholicae Ecclesiae, ut praemittitur, recepti, monachi quoque O. S. Basilii Magni ritus Graeci a sede praedicta permissi gratiam et communionem dictae sedis habentes indulgentiarum hujusmodi participes esse possint: nos pro nostro pastoralis officii debito omnem circa praemissa dubitandi causam tollere volentes, auctoritate apostolica tenore praesentium declaramus: clerum et populum nationis Ruthenae seu Russae intra gremium catholicae Ecclesiae, et unitatem S. R. Ecclesiae, ut praemittitur, receptos, unitos, adjunctos, adnexos, et incorporatos, nec non etiam dictos monachos ritus Graeci a sede tamen praedicta permissos gratiam et communionem ejusdem sedis habentes, uti verae ejusdem Catholicae Ecclesiae membra, indulgentiarum ac peccatorum remissionem quaruncunque, ctiam Plenariarum et in forma jubilei, ac poenitentiarum relaxatiorum, sicutl sunt caeteri Christi fideles tam saeculares, quam regulares, si ea, quae pro illis consequendis praescribuntur, adimpleverint, vere participes esse, quibuscunque, quae in contrarium facere videntur, nequaquam obstantibus. Datum Romae apud s. Petrum die 23. Deeembris 1616. Pontificatus nostri anno undecimo.

Decretum s. congregationis de propaganda fide habitae die 1 Junii 1626 in Palatio coram Sanctissimo de non prohibendis Latinis facere confessiones coram sacerdotibus Ruthenis, a suis Ordinariis approbatis, et econtra.

Referente eminentissimo Cardinali Bandino decretum fuit: non debere Latinos Episcopos prohibere subditis suis, ne confessiones faciant coram sacerdotibus Ruthenis unitis ab Ordinariis locorum adprobatis, et econtra Episcopos Ruthenos unitos subditos suos simili prohibitione ligare, ne confessarios Latinos approbatos ad expianda peccata adeant; Nam Rutheni uniti sunt vere Catbolici, et ubi ritus diversitas non repugnat, dissidia, discordias, inter Eos excitare, introducere, aut nutrire inconveniens et damnosum est.

Nicol. Lercarius Secretarius.

Digitized by Google

Decretum s. congregationis de propaganda fide habitae coram Smo. die 7. Februarii 1624, prohibens Ruthenis Laicis aeque ac Ecclesiasticis transitum ad Latinum Ritum.

Ad conservandam pacem et concordiam inter Ruthenos unitos, et ob alias gravissimas causas Sanctissimus in Christo P. et D. N. D. Urbanus divina providentia Papa VIII. De consilio et assensu venerabilium fratrum suorum S. R. E. cardinalium congregationis de propaganda fide decrevit, ne de caetero Ruthenis unitis sive Laicis sive Ecclesiasticis, tam saecularibus, quam regularibus et praesertim monachis s. Basil. M. ad Latinum ritum quacunque de causa etiam urgentissima sine speciali sedis Apostolicae licentia transire liceat, et proinde omnibus Archiepiscopis, Episcopis et officialibus Ruthenorum unitorum districte praecipiendo mandavit, ne deinceps licentias pro hujusmodi transitu subditis suis, cujuscunque gradus et conditonis existant, concedere praesumant, et Archiepiscopis, Episcopis, et aliis praelatis Latinis, et eorum officialibus, ne Ruthenos praedictos unitos ad Latinum ritum transire volentes, quovis praetextu, aut causa etiam cum licentia Ruthenorum Praelatorum suorum recipere audeant, sub poena nullitatis actus et aliis arbitrio Sanctitatis Suae et Romanorum Pontificum successorum suorum transgressoribus infligendis.

P. Cardinalis de Alteriis praefectus.

Breve Urbani VIII concedens adsolventibus exercitia spiritualia apud monachos O. S. B. M. nationis Ruthenae easdem Indulgentias, quas consequuntur absolventes apud clericos regulares soc. I.

Urbanus Papa VIII.

Ad futuram rei memoriam. Ad augen. Christi fidelium, nationis Ruthenorum unitorum, qui ut accepimus, apud dilec-

Digitized by Google

tos filios, monachos ordinis S. B. M. ejusdem nationis, etiam unitos, exercitia spiritualia exercere solent, devotionem, et animarum salutem, coelestibus Ecclesiae thesauris, pia charitate intenti, eisdem Christi fidelibus, qui exercitia spiritualia hujusmodi, apud dictos monachos per octo dies fecerint, et alia forsan pro infrascriptis indulgentiis consequendis. requisita adimpleverint, quod omnibus et singulis indulgentiis, ac peccatorum remissionibus et poenitentarium relaxationibus, quibus Christi fideles Latini, exercitia spiritualia praedicta apud dilectos filios clericos, societatis Jesu facientes, ex concessione aplica gaudent, pari modo fruantur et gaudeant, Apostolica auctoritate, tenore praesentium concedimus et indulgemus. Non obstat. Regula nostra de non concedendis indulgentiis, ad instar caeterisque confrariis quibuscunque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die VII. Jul. M. D. C. XXVII. Pontificatus nostri an. quarto.

Decretum s. rituum congregationis de non habenda alia ratione praecedentiae inter Episcopos Latinos et Ruthenis unitos, quam antiquitatis eorum promotionis, inter Parochos vero antiquitatis eorum Ecclesiis debitae.

In causis praecedentiae inter Epircopos Latini Ritus et Episcopos ritus Graeci uniti S. Rituum congregatio, alias censuit, nullam aliam rationem, caeteris paribus, inter illos habendam esse, quam antiquitatis, eorum promotionis, ad Episcopatum, et prout latius in literis ejusdem s. congregationis, ad Nuntium apostolicum Poloniae continentur. Sub data 16. Februarii 1630.

Julius Eppus cardinalis Sabellius.

C. Paulutius s. congr. ritum secr.

In causis praecedentiae inter Parochos Litanos et Graecos unitos, sacra rituum congregatio alias respondit: Ritui Graeco non obstare, quominus Parochi praedicti praeceden-

Digitized by Google

tiam Ecclesiis eorum debitam, inter caeteros Latini ritus Parochos assequantur.

Julius Card. Sabellius.
Paulutius Sac. Rit. Secr.

Decretum sac. congregationis de propaganda fide habitae die 28. Septemb. 1643 coram Smo.

Referente Eminentissimo D. Card. Pamfilio diversa decreta, congr. particularium Ruthenorum unitorum.

Sanctitas sua probavit decretum ejusdem congregationis patricularis diei 14. Augusti proxime praeteriti, quo decernitur Episcopos Ruthenos unitos esse Episcopos, et ut tales nominari, et haberi debere.

Probavit ejusdem congr. decretum, quo decernitur, Episcopos Ruthenos unitos posse in suis Episcopatibus, erigere scholas, pro insturenda in literis humanis et scientiis eorum juventute, et Ruthenos Ecclesiasticos gaudere privilegii canonis, fori, immunitatis, libertatis, quibus gaudent, sacerdotes et Ecclesiae Latini.

Et postremo probavit decretum ejusdem particularis congr. de confessionibus et aliis, de quibus in eo latius habetur.

Fr. Ant. Card. S. Honuph.
Locus Sigilli.

Decretum sac. Cong. generalis inquisitionis de non reconsecrandis schismaticis.

Feria 4. Die 29. septembris 1666.

In congregatione generali sanctae Romanae et universalis inquisitionis, habita in conventu s. Mariae super Minervam coram eminentissimis et reverendissimis dominis, sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, a s. sede apostoiica specialiter deputatis: Relato dubio proposito ab Episcopo Chelmensi in Polonia, de sacerdotibus a schismaticis consecratis, quos, ut

Digitized by Google

certitudinem habeat valoris sacramentorum, et sciat certo, cui conscientias ovium suarum committat, in sacris confessionibus, iterum reordinat ad omnes ordines, sed privatim, ne fiat scandalum schismaticis. Eminentissimi et reverendissimi domini Cardinales, Inquisitores generales praedicti dexerant, ordinatos a schismaticis non esse reordinandos, sed tantum egere dispensatione super irregularitate, juxta constitutionem Clementis VIII.

Pro domino Joanne Lupo s. Romanae et universalis inquisitionis

Franciscus Rivardius.

Breve Benedicti XIII cum Ruthenis ad Catholicam Ecclesiam redeuntibus circa bona Ecclesiis Ruthenis erepta relaxans in poena per canones constiiuta.

Benedictus Papa XII.

Ad futuram rei memoriam.

Aeterni pastoris, qui misericors et miserator existit, vices licet immeriti in terris gerentes, iis etiam, qui foris sunt, et a recta fide aberant, pietatis et misericordiae januam reseramus, ac poenas quas juris severitas in eos statuit, Apostolicae sedis clementia moderamur, ut ejus benignitate allecti ad catholicam Ecclesiam, extra quam nemo est salvus, reducantur, et Christo domino, qui eos proprio sanguine acquisivit, restituantur. Cum itaque, sicut dilectus filius Benedictus Trulevicz Monachus expresse Professus ac Procurator generalis ordinis Monachorum s. Basilii magni, Ritus Graeci uniti, nobis pro parte venerabilium fratrum Archiepiscoporum et Episcoporum Ruthenorum cum sancta Romana Ecclesia unitorum nuper proponi fecit, inter alias causas, quae schismaticos a reliquendo schismate, et amplectenda cum eadem S. R. E. unione retrahunt, et morantur, ea praecipue sit difficultas scilicet, quam uniti experiuntur in recuperandis bonis, quae

Digitized by Google

tam ante schisma, quam tempore schismatis possidebant, et ut plurimum occupata ac violenter erepta sunt, nedum ante lapsum, sed etiam tempore lapsus in schisma praedictum; cupiuntque Archiepiscopi et Episcopi praedicti hujusmodi impedimentum ad eorundem schismaticorum reductionem facilius obtinendam removere, ac opportune in praemissis a nobis provideri: Nos animarum saluti, quantum in Domino possumus, consulere, iporumque Archiepiscoporum et Episcoporum votis hac in re favorabiliter annuere cupientes, nec non praedictum Benedictum a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque Ecclesiasticis censuris, sententis et poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, horum serie absolventes et absolutum fore consentes, supplicationibus Eorundem Archiepiscoporum et Episcoporum nomine, Nobis super his humiliter porrectis inclinati, de nonullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris, Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, congregationis de propaganda fide negotis praepositae, super rebus Ruthenorum deputatorum Consilio, ut Uniti cum eadem sacra Romana Ecclesia, sive laici sive Ecclesiastici, regulares, vel saeculares cujuscunque status, Gradus, et Ordinis, etiam Episcopalis, vel conditionis fuerint, omnia Bona, quae ad eos tam ante schisma, quam eo perdurante alias legitime pertinebant, ac quibus etiam violenter spoliati fuerant, recuperare, possidere, illisque uti, frui, ac gaudere libere et licite possint, quin in futurum ex causa praedicti schismatis, vel quovis sub praetextu alicui liceat benorum ejusmodi recuperationem, illorumque pacificam possessionem et usum ipsis unitis quoquo modo impedire, minusque eadem Bona in illorum praejudicium retinere, authoritate Apostolica tenore praesentium misericorditer in Domino concedimus, decernimusque easdem praesentes Literas firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spec-

Digitized by Google

tant, et pro tempore spectabunt in futurum, plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscunque Judices, ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Apostolici auditores, ac dictae sedis Nuntios judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter contingeret attenari. Non obstantibus praemissis ac quibusvis Apostolicis et in Synodalibus, Provincialibus et universalibus Concillis edictis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Legibus quodque imperialibus, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatotis. Die XII. Augusti MDCCXXIV. Pontificatus nostri anno primo. Fr. Cardinalis Oliverius.

Decretum s. congregationis Generalis de propag. fide babitae sub die 4 Febr. 1676 decernens percutientes clericos Ruthenos excommunicationem incurrere.

Referente Eminentissimo Dno Cardinali Herlio s. congregatio declaravit, percutientes Clericos Ruthenos unitos, excommunicationem incurrere, cum clerici praedicti iisdem privilegiis canonis et fori, immunitatis et libertatis gaudeant, quibus clerici latini potiuntur. Datum Romae die 4. Februarii 1676. Cardinalis de Alteriis Praefectus. V. Cerrus Secr.

Decretum Ssmi Dni nri Benedicti P. P. XIV de Praecedentia inter Clericos Latinos et Graecos anno 1742 die 26 Maii emanatum.

Cum inter Latinos et Graecos Clericos in processionibus, sessionibus aliisque Ecclesiasticis solemnitatibus, quas ex consvetudine aut proprio arbitrio et voluntate promiscuo usu peragere solent, lites quandoque et controversiae, quibus charitas et mutua animorum concordia violatur, ob praecedentiae

Digitized by Google

ordinem exoriantur, quia Graeci Latinis, et Latini Graecis praecipuum locum dare renuunt, has in posterum dirimere atque amputare volentes, praecipimus in praecedentiis hujusmodi, nisi consvetudo aliter obtineat, non attendatur ritus Graeci et Latini diversitas, sed tempus ordinationis praedictorum clericorum, vel qualitas ecclesiasticae dignitatis, si aliqui eorum ea insigniti reperiantur, vel caeterae qualitates, quae jure suo in praefatis solennitatibus principem locum vendicare solent. Ex Bullario Benedicti XIV. in Piaseccio ad finem Libri Fol. 170 de tenore ingrossato, sub n. 17 possition

Instructio R. P. de La-Marsch S. I. Scholarum Varsavien. olim praefecti super prohibitione transitus Ruthenis a ritu Graeco ad latinum anno 1721 conscripta.

Quaeritur, an unitis Graeci Ritus his in Provinciis licitus sit transitus ad Ritum Ecclesiae Romanae?

Respondetur 1mo. Licet de Jure antiquo Ruthenis etiam unitis non fuerit prohibitum, amplecti Ritum Latinum nec ne de Jure novo Rutheno Unitis non conceditur a Ritu suo transitus ad Latinum, patet 1mo. Ex Decreto Sacrae Congregationis de propaganda fide authoritate Urbani VIII ex causa Rutheno unitorum 7ma. Februarii 1624 habitae, in quo decreto distincte praecipitur, ne ullus abhinc Rutheno unitorum ad Latinum Ritum admittatur, nisi specialis accedat licentia Sedis Aplicae videatur Nicolaus Scriptor Romanus in notabilibus V. Graeci numero 4o. ad conservandam pacem etc. De quo etiam testatur Illustrissimus Cyprianus Zochowski Metropolita Russiae in colloqu. Lubl. Fol. 50. Quanquam in decreto s. Congregationis de propaganda Fide, quod citatur a praedicto Illustrissimo loco citato prohibetur tantum Presbyteris et aliis Ecclesiasticis Rutheno unitorum, et praesertim

Digitized by Google

Monachis s. Basilii M. transitus ad Latinum Ritum sine licentia speciali sedis aplicae. De Laicis vero nihil habetur in hoc decreto habito 7ma. Julii 1624. Patet 2do ex Encyclicis admodum Rndi Patris Mutii Vitellesci in Poloniam et Lithvaniam 12 7bris 1629 datis, quibus hoc decretum jussu Sanctae Congregationis executioni mandatum serio commendat. Literarum ad Rndum Patrem Provincialem Lithvaniae tenor hic est: Accipio subinde Literas ab Illustrissimo Metropolita Russiae, quibus rogat, ut nostris isthic commendem unionem Ruthenorum cum s. Romana Ecclesia, et nominatum ut moneam nostros, ne facile eos, qui ab unitis ad Romanum ritum transire cupiunt, audiant aut foveant, sed potius hortentur, ut in suo ritu permaneant, quod cum etiam a sancta Congregatione, quae fidei propagandae praeest, mihi aliquoties commendatum sit, Reverentia vestra hoc ipsum Superioribus Provinciae suae valde commendet. Nec tamen quis existimet Rutheno Unitis omnem omnino additum praeclusum esse ad ritum Romanae Ecclesiae, haec idem admdum Rndus Pater Vitellescus subjungit: Quodsi tamen nostri probent futurum cum, majori Dei Gloria, si ad Romanum ritum traducantur, Reverentia vestra curet, ut rationes quibus id probari posset, Illustrissimo Nuntio aplico proponantur, rogeturque, utsi super hac re Judicium suum ad Smum Dnum Nrum et ad s. Congregationem perscribat. De mandato Sanctissmi Dni Nri Urbani VIII, quo Praelatis ritus tam Graeci, quam Romani sub poenarum comminatione injungitur, ut Rutheno Unitos in Patrio suo ritu constanter manutenere studeant, neque eorum ulli ex quacunque causa etiam urgentissima transitum ad Latinum concedant. Testis est enim omni exceptione major praeter Cardinalem Praefectum s. Congregationis, et ejusdem Secretarium, Admdum Rndus Pater Mutius Vitellescus in Epistola sua anno 1628 die 21 8bris, qua Societas tam Polona, quam Lithvana serio commenetur, ne unitum Gentis Ruthenae nulla ratione a ritu nativo ad Romanum traduci patiatur,

Digitized by Google

id quod ipsum Illustrissimus Nuntius tribus ab hinc annis omnium regularium praepositis obnixe commendavit. Pro hac doctrina de obligatione non concedendi transitus, sed ut quivis in suo ritu permaneat, potest etiam peti confirmatio ex praecepto Clementis VIII in Literis unionis sub ipso factae, quibus statuitur, ut quisque in ritu suae Ecclesiae permaneat, de qua testantur Theologi Romani et Lithvano-Poloni in Resolutione anni 1608; videatur etiam de hac materia Epistola ex mente admdum Rndi P. Generalis Societatis Jesu, per admdum Rndum P. Vicarium causata, data vero a Rndo Patre Provinciali ad singula Domicilia anno 1704 die 24 Febr.

Si dicas 1o. Ritus Latinus est perfectior quam Graecus?

Respond. Sit ita; tamen Pontifices prohibent, quia agnoscunt non substantialiter, sed accidentaliter esse perfectiorem, ritus quippe non substantiam, sed solemnitatem denotat; per tex. in Cap. Com. Secundum etc. Status Conjugalis est imperfectior Statu Religioso, neque tamen transitus pro libitu indulgetur.

Si dicas 2o. Privilegio licitum est renuntiare?

Respon. Licitum est renuntiare illi privilegio, quod tantum ipsius renuntiantis non vero alterius tertii aut communitatis favorem concernit. Favor vero a Sede aplica toti communitati Rutheno unitae conceditur, ut liquet ex Proemio decreti ad conservandam Pacem etc. et non dandam occasionem unitis deficiendi ad Schismaticos. Religioso item licitum est ex imperfectiore ordine transire ad alium perfectiorem, non tamen pro libitu suo et temere; unde hoc? Inde quia intervenit prohibitio habentis authoritatem prohibendi.

Si dicas. 3o. Decretum de non Transitu videtur non sufficienter promulgatum?

Respon. Videtur ignorantibus, qui non legerunt, non vero scientibus; multi incurii legum suarum puniuntur, etiamsi praetendant se eas non scivisse, non audisse, nec decreta

Digitized by Google

s. Congregationis de prop. Fide alia opus habent publicatione, nisi quod eorum copia authentica exhibeatur petentibus, aut per exemplaria fide digna intimetur, qualia sunt tum Pontificum Bullae, tum Decisiones Sacrarum Congregationum, ut probat ex praxi Curiae aplicae Vercelli Nr. 5to.

Si dicas. 4o. Saltim de Consvetudine seu usu contrario abrogatum est hoc Privilegium Graeco Unitis concessum?

Respond. Quod certo receptum sit decretum pro Graeco unitis latum, liquet ex stylo Consistorii Vilnen. tam Graeco, quam Latino Catholico, ubi lites hac super materia occurentes secundum dispositionem lati pro Graecis decreti semper definiuntur. Caeterum si quis ex Graeco unito bona fide transit ad ritum Latinum, dissimulandum est, nec ullus illi scrupulus injiciendus. Ita resolutum est Vilnae a Theologis Soc. Jesu.

Resolutiones brevissime circa casus Graeco Unitorum Latinis observandae.

1o. Non licet inducere Ruthenos unitos a ritu Graeco ad Latinum, ita Pater Mutius Vitellescus VI. Generalis Soc. Jesu, qui in Literis datis ad R. P. Provincialem Lithvanie 1628. die 21 8bris sic ait: Ex mandato Ssmi. Dni. Nstri. haec Rae. Vrae. significio, ut nempe nostris omnibus, qui Ruthenorum cum Romana Ecclesia unitorum confessiones audiunt, aut Filios eorum in Scholis erudiunt, serio injungat, ne ulla ratione conentur illos a ritu Graeco ad Romanum seducere, ideoque omnino abstineant ab adhortationibus et persvasionibus, quibus videri possent velle Ruthenos a ritu suo ad Romanum excitare etc. Causae vero ejusmodi reperiri censentur sequentes: 1o. decretum s. Sedis aplicae, de quo Supra. 2o. Conservatio ritus Graeci propter revocandos ad Unionem Schismaticos. 3o. Unio non tantum fidei sed animorum inter Romanos et Graecos consequenter, ne denuo

Digitized by Google

Rutheni resiliant ab Ecclesia et ad Schisma redeant,* ideo sunt fovendi.

2o. Ex gravibus causis, quando libere nemine inducente Rutheni ad ritum Latinum transire desiderant, vg. Si putent in ruinam animae suae esse ritum Graecum, tum propter difficultatem sucipiendi Sacramenta, tum propter magnam ruditatem Poponum, et periculum invalide administrandorum Sacramentorum possunt admitti. Quamvis anim admdum Rdmus Pater Claudius Aquaviva Generalis Soc. Jesu super hac re requisitus hujusmodi responsum dederit anno Dni 1608. Nostri non possunt tales, qui nunquam in Latino ritu fuerunt, ad illum suscipere post unionem, cum praeceptum sit Ecclesiae et peculialiter in Literis unionis factae sub Clemente VIII statutum, ut unusquisque permaneat in ritu suae Ecclesiae, et quia potest esse necessitas eos admittendi. Proinde dispensatio a Sede Apostolica impetranda. Hoc intelligendum in eo casu, quando per nos stat, non autem, quando ipsi Rutheni proprio motu ex causis justis ad Latinum ritum transeunt. Hinc colligitur illicite fecisse eos sive spirituales, sive Regulares, sive Saeculares Dnos, qui sine Dispensatione Summi Pontificis, aut Archieppi, aut saltem Eppi Ecclesiae Graecae, et sine justa ratione et suo arbitrio a ritu Graeco unito non personas tantum sed integros Pagos coegerunt.

3o. Convertendo ex Schismaticis possunt disponi ad ritum Latinum potius, quam ad Graecum, ita Pater Claudius respondet 1608 super hac re quaesitus: Cum illi, qui e Schismaticis Ecclesiae Romanae reconcilientur, non fuerint eidem uniti, proinde non prohibentur per decretum Clementis VIII, quominus accedant ad Ecelesiam Romanam Principalem, seu Latinam, adeoque, qui ejus ritum sequantur, si velint.

4o. Conversi ex Schismate ad Latinum Ritum, si non possunt facile induci ad observationem festorum et jejuniorum, possunt permitti, ut redeant ad unionem cum Ecclesia Graeca, ita responsum ex Urbe 1605. Est probabile ejus-

Digitized by Google

modi Ruthenis Schismaticis ad Ecclesiam et fidem Romanam conversis dari posse Popum Graecum, quia illi acceserunt ad Ecclesiam Latinam ante unionem solum ad tollendum Schisma, hoc igitur sublato, possunt repetere suos ritus. Ita habetur in responsis Romanis Lib 3, qui continet resolutiones casuum difficiliorum ex urbe missas.

Quaeritur, quid agendum cum talibus, qui ex Schismate ad ritum Latinum conversi vellent juxta ritum Latinum communicare in Sacramentis, Sacrum audire, festa autem et jejunia ritus Graeci observare?

Respon. Si justa ratio adsit vg. Quia nondum sunt sufficienter instructi quoad observantiam festorum et jejuniorum ritus Latini, impetrandam esse pro iis dispensationem a Loci Ordinario vel Parocho ad tempus, donec instruantur in iis, quae desiderantur ad observantiam ritus Latini, etiam quoad jejunia et festa, quod si vellent manere sic perpetuo, potius ad ritum Ecclesiae Graeco Catholicae totaliter observandum omnibus modis possibilibus adducendi sunt, ut scilicet Sarcamenta et festa, aliaque jejunia cum unitis observent.

5o. Non licet de Latino ad Graecum ritum transire ex mero beneplacito sine ulla gravi causa, quia decretum Urbani VIII negat id etiam ex urgentissima causa; cum tamen ritus Geaeco Latinus sustineatur solum ex indulto Const. Innocentii IV. Sub Catholica Tomo I. Bullarii et Const. Clementis VIII: quae incipit, Romanum Pontificem etc. Ergo a fortiori Latinis mutatio ritus Latini censetur interdicta, ut patet ex Cap. Cum illorum et Glossa ibidem et ex oraculo Pauli V. Ita resolvit Pater Andreas Grugier Soc. Jesu Doctor Theologiae et Sacrorum Canonum in Academia Vilnen.

6o. Homines ritus Romani possunt ingredi Religionem S Basilii M. citra omnem dispensationem et gravamen conscientiae; sic declaravit vivae vocis oraculo Paulus V. uti testatur P. Claudius in literis 15 Julii 1613 an. ad P. Argent. Visitatorem Provinciae Lithv. quarum est textus: Quod Lati-

Digitized by Google

nis, qui ad Ordinem s. Basilii et ad Ritum Graecum propterea transire desiderant, Sanctitas sua probat, et transitum liberum permittit, negat tamen eadem Sanctitas transitum extra Ordinem s. Basilii ad ritum Graecum propter ruditatem Cleri saecularis. Ratio est, quia electio Status Religiosi cujuscunque sit ritus, modo sit Catholicus, nulli potest per se prohiberi, cum vocatio ad illum sit Juris Divini, ut cum communi docet s. Thomas 2. 2o. qu 88 art. 4 ad 3. Putatque ex illis verbis Christi Dni Math. 19 v. 21. Si perfectus esse etc. Nullus autem homo, ne quidem Papa per se potest ferre legem Juri Divino contrariam, uti patet ex Clementis 2 a principio et S. Thoma Quaest 4. art. 13.

7o. Ex personali vel locali Privilegio potest licite quivis transire ad ritum Latino Graecum a ritu Latino. Ratio primi scilicet quoad Privilegium Personale, quia Latinis mutatio ritus vernaculi solo jure Ecclesiastico vetita est, ut patet ex Can 3 et seq. Cum autem Papa sit supra omne jus humanum, dispensare potest in omni Constitutione Ecclesiastica C. 4. §. Licet et s. Thomas q. 9 a 5. Ratio secundi scilicet quoad privilegium locale, quia ex Communi omnium doctorum consensu constat, quod advena quicunque ubi primum locum aliquem occupat animo ibidem perpetuo commorandi, tenetur Legibus ex quacunque loci ejusdem Consvetudine, ergo et Latinus si Domicilium habitationis transferat in Graeciam vel eam partem Orbis, ubi nullum est Latini ritus exercitium, transibit ad ritum Graeco Latinum, non autem ad Graeco Schismaticum, quia hoc repugnat Juri Divino.

8o. Latini, qui sine ulla justa ratione transierunt ad ritum Graeco Latinum, urgendi sunt ab iis, quorum interest; ut redeant ad ritum priorem; exigunt id constitutiones Ecclesiasticae Gregorii XIII. ut patet ex supra dictis.

9o. Extra casum necessitatis non licet Latinis confiteri Graeco Latinis. Ita Const. Clementi VIII. Incipien. Sanctissimus Dnus Nr. §. 3. Tom 3. Bullarii. Verum tamen testatur

Digitized by Google

Nicolaus Cuether Romanus in Notabilibus V. Graeci Nr. 16. ex actis de propaganda Fide quod scilicet haec Congregatio deciderit 1. Junii 1626 esse causam sufficientis necessitatis evitare offensionis et turbandae Unionis occasionem inter unitos et Latinos, ideoque monet, non esse prohibendum, quominus Latini unitis, et hi Latinis Sacramentaliter confiteantur. Forte haec decisio intelligenda vel de solis Basilianis, qui habent sua privilegia a Sede aplica, quod ad hoc specialiter concessa, qui supponuntur esse sufficienti notitia praediti quoad Sacramentorum administrationem. De Popis autem ejusdem ritus vix aliquando scientiam habentibus, quorum ruditas non constat, nec constare potuit praedietae Congregationi, non judico praedictam decisionem. Unde enim ejusmodi rudibus Popis facultas absolvendi a casibus reservatis aut Sedi aplicae aut Loci Ordinariis ritus Latini, quae facultates Latinis Presbyteris, idque longe doctioribus vel raro vel non omnes conceduntur omnibus? aliud dicendum de necessitate justa et urgenti vg. in articulo mortis, quia tunc Ecclesia prudenter praesumitur dare facultatem absolvendi ab omnibus casibus, et censuriis cuique vi ordinis hujus facultatis capaci.

10o. Rutheni uniti obligantur ad celebranda festa ritus Latini, id est illa festa seu illorum Sanctorum, quae fuerunt ritus Latini, quae celebravit Ecclesia Latina durante Schismate, et quae ante unionem Ecclesia Graeca non celebravit, sed cum unione celebranda suscepit. Ratio quia expedit, ut Ecclesia minus principalis accomodet se magis principali. Quod autem Ecclesia Latina sit magis principalis, constat ex Constitutione Innocentii IV tum ex ratione Capitis, id est summi Pontificis, ad quem Graeca Ecclesia tanquam membrum ad caput se refert, tum ex ratione ritus, quia Ecclesia Latina utitur ritu, qui in universo urbe est receptus, tum ex ratione conficiendorum Sacramentorum, quia Ecclesia Romana loquendo vg. de SSma. Eucharistia, ulitur asimo, quo Constat ex Scriptura Christum Dnum et Aplos fuisse usos, deinde ex ratione

Digitized by Google

Sanctitatis Cleri, quia Clerus Romani ritus servat coelibatum, quam servasse etiam Apostolos constat.

11o. Potest Sacerdos Romanus excipere confessiones unitorum, eosque valide absolvere non obstante, quod non habeat Jurisdictionem ab Eppo Graeco sibi collatam, cui uniti sunt subjecti. Ratio universalis tam pro Saecularibus Sacerdotibus quam pro Religiosis, si in communi militans petitur ex decisione s. Congregationis de propag. Fide vide sub Nr. 9. Ratio 2da praecipue pro Religiosis Soc. Jesu, quia suppositis supponendis id est approbatione Eppi proprii et facultate Superiorum quoad hoc Sacramentum ex privilegis ipsis concessis habent Jurisdictionem in omnes fideles, neque requiritur approbatio Eppi proprii id est Graeci ritus, quia hanc approbationem imposuit Concil. Trident. Graeci vero decreta ejus non admiserunt. Denique Rutheni a suis Eppis tacitam et prudenter praesumptam facultatem Patribus Societatis Jesu confitendi uti et ipsi obsolvendi habent, ita respondit Pater Claudius 1608. Excipiuntur tamen hic Religiosi Graeci, seu Basiliani, qui sine expressa, vel saltem praesumpta facultate audire confitentes, et absolvere non possunt, juxta Apostolicas, et Monasticas Constitutiones. Jurisdictio in Religiosos singulorum ordinum proprie et directe competit eorundem Superioribus.

12o. Unitus Laicus Romano Presbytero confessus in defectu Ecclesiae Graeco Catholicae non potest apud Popum Schismaticum sub utraque specie communicare. Ratio. Quia licet ex Urbe Patri Argento Visitatori Soc. Jesu responsum sit anno 1614, id quidem licite posse fieri, si Popus sit verus Parochus licet Schismaticus, si absit periculum perversionis et Scandali, verum quia nunquam non adest ejusmodi periculum, ideo potuis a Communione abstinendum. Hinc Durandus Galudanus apud Tamb. in Methodo Communionis Cap. 5. §. 4. negant absolute hominem Graeco Latinum posse de manibus Schismatici etiam in mortis articulo sumere Eucharistiam. Nec valet paritas a Sacramento Poenitentiae, quod tenetur quisque

Digitized by Google

instante morte etiam ab Haeretico et Schismatico in defectu Sacerdotis Ortodoxi petere ac suscipere, quia necessitas Poenitentiae major est, quam Eucharistiae, Sanches tamen et Tamb. ajunt id licere saltem in articulo, videtur neminem, cui per Ordines id licet administrando hoc Sacramento repellere, si tamen absit periculum perversionis scandali publici, et non fiat in contemptum verae Religionis.

13o. Tempore Paschali, quo obligantur omnes fideles sumere Eucharistiam etiamsi extet praeceptum, non tamen licebit sumere illam de manu Schismatici aut Haeretici, nam dato, quod licet id in articulo mortis, cum non adest Orthodoxus Sacerdos, adhuc non licebit in Paschate. Ratio ex Thom. de Poenit. disp. 8. Nr. 74. Communio et Poenitentiae Sacramentum in hora mortis est Juris Divini, in Paschate autem Juris humani, sitque ex Praecepto Ecclesiastico.

14o. In extrema necessitate hoc est in articulo mortis licitum est Graeco Latinis sumere Eucharistiam ritu Latino, hoc est, in azymo sub una Specie. Ratio est, quia praeceptum est de sumenda Eucharistia Juris Divini, uti ex communi resolvit S. Thomas pag. 3 q. 80 art. 11. quod maxime in articulo mortis obligat, ut cum Svar. Vasg. et aliis docet Cardinalis de Lugo Disp. 16 de Sacramento Eucharistiae sect. 2. Nr. 27 atque hoc ipsum probat Nr. 34. ex Capite Conc. Nicaeni; prohibitio autem Urbani ut supra est Juris Eucharistici, aliunde vero oportet magis Deo servire, quam hominibus, ut constat ex Can. et Clement. 2. et S. Thoma 2. 2dae. p. 104 a 6. verum tamen ejusmodi hominibus si periculum mortis evaserit omnino redeundem erit ad ritum pristinum id est Graeco Latinum, nec possunt licite permanere in ritu pure Latino Ita omnes Doctores et Canonistae. Ratio. quia privilegium necessitatis cum ea, quae propter necessitatem recepta sunt, non debeat trahi in argumentum. Sic vg. juxta Theologos in extrema indigentia constitutus licite aliena suscipit, sed non extra hanc necessitatem in articulo mortis

Digitized by Google

licite et valide obsolvitur, quivis per quemlibet Sacerdotem ab omnibus censuris etiam reservatis, tamen si convaluerit, tenetur se sistere, ut ab eodem Superiore absolvatur simpliciter et absolute, cui haec potestas de Jure competit, et circumstantiae id multae probant

15o. Non licet unitis in Paschate communicare ritu latino, etiamsi ritu suo prorsus communicare nequeant, ita respondit Roma anno 1608, qui casus propositus fuit ad resolvendum sex Theologis Romanis Patri Antonio Ma. Mora, Patri Nicolao Godignio, Patri Thomae de Num. Patri Joanni Lorino, Patri Antonio Santareto, Patri Vincentio Filtuviso, tantumque duo id licite fieri posse censuerunt. Quorum ratio est, quia haec necessitas videtur esse moralis et sufficiens causa ritus mutandi. Reliquis Quatuor Theologis visum id non licere, quorum sententiae favet Pr. Claudius, qui in responso ad hunc casum misso excipit solam necessitatem extremam, quam non inducit Praeceptum Ecclesiae de Communione Paschatis, quae solummodo est moralis, ergo probablius non possunt Rutheni ritum Latinum sequi propter Communionem Paschalem supposito tamen, quod aliorum Theologorum sententia sit vera, et licite juxta illos possunt uniti Communione ritu Latino in Paschate uti, non tamen idem e converso licebit facere Latinis in iisdem circumstantiis, quia ritus Latinus est principalior et conformior unioni et institutioni Christi, quem constat instituisse Saeramentum Eucharistiae in azymo, proinde ad hunc facilior est modus se conferendi quam ad Graeco Latinum, qui est minus principalis.

16o. In extrema necessitate, hoc est instante periculo mortis potest Latinus sumere Eucharistiam ritu Graeco, id est sub duplici Specie, si non possit communicare ritu Latino ob defectum Presbyteri Latini, ita responsum ex Urbe, cujus ratio est, quia juxta sententiam communiorem sumendi Eucharistiam in articulo mortis est praeceptum Divinum obligans sub mortali, hoc est, tam mortis naturalis, quam violentae. Ita

Digitized by Google

Valent. Svares Sotus. Henr. Vasque. Reinaldus. Comminus Fillio, apud Bonacin. Disp. 4. q. 7. Nr. 1o. de Evchar. Tamburinus quoque probando hanc sententiam inquit: Quia Ecclesia non censetur in vita in communicando graviter aegroto per alienum ritum catholicum, cum inde nec ullum scandalum, nec ulla irreverentia, nec ullus novus inducendus ritus timeatur, ergo potest et tenetur communicare Latinus Ritu Graeco in praefata necessitate. Contrarium tenet Cajetanus, Victoria Rodrius Graffsius, et alii asserentes, hoc praeceptum de communicando in articulo mortis esse non Divini sed Ecclesiastici Juris, quod licet possit obligare sub mortali, uti obligat in aliis materiis, tamen hic et nunc non abligat. Alii ut Graffsius Bartholomaeus ab Angelo, Angetus Tabierma Palud. asserunt: Si Catholicus paulo antequam incideret in mortis periculum communicavit, non tenetur etiam communicare ritu Latino Rationem dant. Quia ideo tenetur fidelis communicare in articulo mortis, ut se per hoc Sacramentum praeparet ad transitum, atqui paulo ante supponitur se praeparasse. Ergo etc. Adeoque multo minus ritu Graeco communicare tenebitur. Alii denique ut Sylo Emmanuel Cajetanus apud Bonc. de Sacr. Euchar. disp. 4. q. 7. parte 1a. dicunt: Si fidelis ritus Latini eo anno obsolvit Communionem Paschalem, quo aegrotavit ad mortem, non teneri eum etiam ritu Latino communicare multo minus Graeco.

17o. Presbyter Latinus non potest infanti Rutheno Sacramentum Baptismi cum Ceremoniis Romanae Ecclesiae conferre; ita responsum ex Urbe anno 1608, cujus Responsi Textus: Sacramentum Baptismi cum ceremoniis Romanis nonnisi in necessitate conferri potest, quia hoc Sacramentum cum ceremoniis latinis Vladica concedere non potest.

18o. Personae Soc. Jesu in missione existentes possunt assistere unitis contrahentibus matrimonium, et eos benedicere. Ita responsum ex Urbe. Ratio, quia apud Ruthenos non requiritur assistentia Parochi proprii, cum decreta Conc. Tri-

Digitized by Google

dentini non admittant, et hoc intelligendum eo in casu, quo Presbyter unitus haberi nequeat. Quod Latinis contrahentibus PP. Soc. Jesu assistere nequeant, eosque benedicere, patet ex Clement. Extravagant sub excommunicatione id prohibentibus sine speciali licentia Parochi proprii Contrahentium. Ibidem prohibentur sub eadem poena administratio Baptismi, et extremae unctionis sine dicta Parochi Proprii licentia, saltim prudenter praesumpta, idque in gravi necessitate ex privilegio Gregorii XIII. pro foro conscientiae possunt privatim dispensare cum iis, qui Matrimonium contraxerunt non servata forma Concil. Tridentini.

19o. Invalidum est Matrimonium uniti cum catholica in assistentia Presbyteri Graeci, si potest haberi Parochus proprius, ita respondet S. Congreg. Concil. Trident, cujus textus Sess. 24. Capit. de Reform. Matr. est hic: quodsi contrahentes habitant tunc in certa Parochia, atque in eorundem praesentia tum erat promulgatum decretum Concilii, elapsique dies triginta a promulgatione, nec non ibidem in eadem Parochia aderat Parochus proprius Romanus sive Latinus, coram quo eos contrahere oportebat matrimonium, sed coram eo revere illud non contraxerunt, tunc Matrimonium est invalidum secus validum. Hinc etiam patet, quod invalidum sit quoque Matrimonium multo certius modo post promulgatum jam pridem Concilium, quando Latini studio se conferunt ad partes Graeco catholicas, ut coram Popa contractum Matrimonium faciant, maxime si fiat animo non permanendi ibidem, sed Domicilium figendi, nam si fiat id animo figendi, concedit Bonacina cum allis esse validum. De Catholicis apud Haereticos contrahentibus Ecclesia dessimulat eo, quod Haeretici cum suis terris non admittant Tridentinum; ita Bernardus Roth.

20o. Licite possunt et tenentur in defectu Sacrificii Latini diebus festis audire Catholici missam in Ecclesia unitorum. Ratio est, quia ex una parte urget praeceptum de au-

Digitized by Google

diendo Sacro diebus festis, debetque implari eo modo, quo potest; ex altera vero parte Sacrum Graeco ritu celebrari solitum, est verum Sacraficium continens tria essentiatia missae Sacrificii, scilicet oblationem panis et Vini, consecrationem, ejusdem et Consumptionem seu Communionem.

21o. Antiqui Lithvani vulgo dicta Stara Litwa non tolerandi sed omnino debent compelli ad unitatem Ritus servandam, Ratio. Quia in Ecclesia vera praeter ritum Latinum et Graecum tertuis non datur mixtus, quem videntur sibi ejusmodi homines fingere, nam cum Latini ritu Latino Eucharistiam et alia Sacramenta percipiunt, cum Graecis vera jejunia et festa observant, quare omnino deberent induci ad observationem kalendarii Gregoriani, ut patet ex dupplici Constitutione Gregorii XIII. Incipiente: inter gravissimas et edita 24 7br. Tom 2. Bullar. §. 14, altera immediate succedente, incip Cupientes Ac. §. 1o. Utraque vero graviter obligat ad observantiam Styli novi, et refragarios compelli vult a Loci Ordinariis. Tum quia Eppi ex Const. Gregorii XIII. tenentur in suis Dioecesibus usum Styli emendati promovere. Sunt enim ex vi muneris sui Custodes canonum et contumaces ad parendum Papae decretis licite adigere possunt. Cui enim Jurisdictio confertur, etiam potestas cogendi conceditur. Confirmatur. Quia Parochis ex decreto Concil. Tridentini de delectu Ciborum Sess. 20. de Reform. incumbit obligatio denuntiandi Vigilias aliosque Jejuniorum et festorum dies, quos Plebes ex praescripto Romani kalendarii observant, si immorigera plebs obsistat mulctis aliisque poenis Ecclesiasticis authoritate Loci Ordinarii cogi potest ab eo, ut et textus in Cap. 3. Concil. Trident. Sess. 25. de Reform. dictum authoritate Loci Ordinarii, quia id authoritate privata non possunt. Sanches enim ex vi Officii sui non competit Jurisdictio fori Contentiosi ut tradit Barbosa c. 1. N. 7. die 26.

22o. Licite possunt uniti existentes in obsequiis Latinorum et hi existentes in obsequis Ruthenorum servato ritu

Digitized by Google

Patrio, quo ad Communionem Eucharistiae, festa et Jejunia celebrare kalendarii novi et Latini kalendarii veteris. Ratio est. Quia id fit ex juxta causa, ut supponitur, quando scilicet existunt in obsequiis Dominorum Latini ritus nec per hoc novus aliquis ritus inducitur, sed est veluti si non expressa saltim tacita dispensatio Pastorum tam Latinae, quam Grecae Ecclesiae, (quae procnranda est si fieri potest) pro eo tantum tempore, quo privatae Personae existunt in obsequiis Dominorum diversi ritns, quoad Jejunia et festa, et quidem quoad Graecos jejunantes cum Latinis eorumque festa celebrantes (secluso aliquo scandalo) et ex ratione juxta nullum est dubuim, quod licite faciant etiam absque dispensatione, quia cum Ecclesia universalis sive catholica unice id optet ac desideret, ut omnes fideles sint unius ritus ideoque ritus Graeco Latinus juxta institutionem Innocentii IV. decimam quartam et Constit. Clementis VIII. solum ex indulto sustinetur, Constitutionesque Gregorianae urgent ad observationem kalend. novi nihil est quod faciat hanc festorum et Jejuniorum observationem illicitam.

Casus nonnulli pertinentes ad Presbyteros Graeco Latinos seu Popos brevissime resoluti.

1o. Natus in Latino ritu vel saltim in eo educatus ordinatus apud Graecos sine Literis Dimmissoriis sui Eppi Dioecesani incurrit Suspensionem a sacris. Ratio 1a. ex jure Communi depromptis ad ordines sive Literis Dimmissoriis 2a. ex Clement in qua expresse habetur hic casus jubeturque omnis ille, qui subest Episcopo Latino Dioecesano et ad sacros. ordines promovendus est, apud Graecos accipere Literas Dimissorias ab Eppo suo Latino Dioecesano.

2o. Supposito, quod aliquis praedictam suspensionem incurrisset, absolvi potest ab Eppo tantum Latino Dioecesano. Ratio, quia omnis Eppus potest absolvere suos subditos a suspensione tum perpetua, tum ad tempus etiam Papae reservata,

Digitized by Google

modo proveniat ex delicto oculto. Nam Concil. Trident. Sess. 24. c. 6. hoc privilegium Eppis expresse approbavit. Communis quoque doctorum quoad hoc sensus, quos refert Bonacina hic Nr. 9. Telluc. Nr. 68. Reginal Lo 32. Tract. 2 c. 22. Nr. 43. Atqui Popus (uti casus supponitur) est subditus Eppi Latini, et delictum ocultum, id est ad forum Contentiosum non deductum. Ergo etc.

3o. Apud Graecos ex defectu natalium suscipiendo ordines nulla incurritur irregularitas, sicut incurritur apud Latinos, dispensabitur juxta aliquos Doctores ab Eppo juxta alios autem, quos recenset Bonac. disp. 7. 9. 2. p. 3. nonnisi a solo Papa. Ratio pro Graecis. Quia apud illos nulli extant prohibentes id canones, ita quondam responsum est Nris Theologis Vilnensibus a Metropolitano Graeco Latino Rucki, et ejus Theologis super hoc casu requisitis, tamen receptam esse consvetudinem non admittendi tales ad ordines, si vero jam ordinati sunt, non prohibendi ab Officiis sacerdotalibus sine ulla dispensatione.

4o. Supposito, quod unitus Popus incurrisset suspensionem suscipiendo ordines sine dimmissioriis, de quo sub Nr. 2o. exercendo ordines incurrisset irregularitatem non ex defectu sed ex delicto ita Theologii, quia indebite hoc est in suspensione existens exercuisset sacros ordines.

5o. Illicite uniti Popi Infantes Chrismate Sacro in fronte consignant. Ratio. quia id vetat Bulla Aplica Clement VIII, cujus Summata authore Stephano Quaranta mandato ejusdem Pontificis anno 1595 impressa sequentem habet tenorem: Presbyteri Graeci Baptisatos Chrismate in fronte non consignent. Hinc monentur eadem Bulla Eppi Latini, ut Graecos quoque confirment conditionate tamen propter abusum Presbyterorum Graecorum, qui baptisatos a se infantes in fronte Sacro Chrismate confirmant.

6o. Illicite Popi Graeco Latini seu uniti celebrant suas missas sine Portatili et Corporali. Quia in Bulla Clementis VIII

Digitized by Google

praeciptur, ut utantur firmo seu portatili Lapide, et si velint elhione seu Throno uti, ut illum super lapidem reponant, utantur quoque corporali, vel ejus loco thione. Nec obstat, quod ita passim et plerique celebrant, hic enim est contra praeceptum Ecclesiae abusus, nisi forte habeant dispensationem a summo Pontifice illorum Eppi, qui id permittunt. Hinc liquet Latinos in Ecclesiis Graecis non posse celebrare sine Lapide, esset enim id paecatum mortale juxta plerosque Doctos, quod Bonac.

7o. Non licet unitis celebrare in azymo etiam in Ecclesiis Latinorum peccabitque ita celebrans mortaliter juxta s. Thomam Svar Laym et alios apud Tomb. in Methodo Communi c. 2. §. 9. Pro ratione est Sensus Ecclesiae semper consvetudinem hanc in utroque ritu servantis, ut Latinus Presbyter in azymo, Graecus in fermentato consecret, ut patet ex Conc. Florent. Sess. ultima in Literis unionis et const. Pii V. in qua gravissimis verbis prohibet, ne Graeco Latino more, Latini Graeco, missam et alia divina officia celebrent.

8o. Quaeritur 1mo, si Graecos Presbyter ad partes Latinorum, et Latinus ad partes Graecorum transeat fixurus sedem Domicilii, ubi nulla est proprii ritus Ecclesia, an licite tunc Ritum mutabit?

Respon. Svarez affirmative, quia eo casu fit membrum Ecelesiae illuis, in qua formam possuit sedem sui Domicilii, adeoque non tantem potest, sed etiam tenetur ejusdem Ecclesiae servare consvetudinem; consentint Cong. de Sacerdote Graeco, in quo par est ratio de Sacerdote Latino.

Queritur 2do quid si transeat tantum per partes, ubi non est proprii ritus Ecclesia. Respon. Svarez, quod possit se accomodare ritui ejus loci, in quo est, non tamen obligatur. Ratio 1mi. quia quilibet transiens per locum remotiorem a sua Ecclesia potest se accomodare consvetudinibus. Ratio 2di. Qui per transitum nemo supponitur fieri et esse mem-

Digitized by Google

brum ejus Ecclesiae, quae est in eo loco, per quem transit. Tutior tamen hac in parta sententia negativa. Cui favet Constitutio Leonis I. Cujus tenor hoc, ut quisque juxta Ecclesiae suae ritum celebrare sinatur, etiamsi in alieno loco versatur. Ita habetur in Epla ad Michaelem Const. 29.

9o. Popi Graeco Latini saltim sub veniali tenentur ante missam abstinere ad uxioribus. Ratio. Quia Bulla Clement VIII praecipit Presbyteris Graecis Matrimonio ligatis, ut celebraturi missam integra heldomada, vel saltim triduo ante abstineant ab uxore.

10o. Peccat Presbyter unitus, si non aeccipiat olea Sacra ab Eppo Latino Dioecesano aut Graeco. Ratio. Quia juxta Bullam Clement VIII ejusmodi olea a Presbyteris Graecis in ipsa oleorum et Sacramentorum exhiditione ex veteri ritu cunficiuntur et benedicuntur.

11o. Qui Chrisma ab Eppo Schismatico accipit, eoque ulitur, peccat. Ratio quia Bulla Clement VIII sequentem habet tenorem. Chrisma, quod nonnisi ab Eppis etiam juxta ritum Graecum benedici potest, omnino accipiatur ab Eppo Latino Dioecesano vel ab Eppo unito.

12o. Popi uniti tenentur renovare, si non actu saltim 15o. quoque die Sacras Species Eucharistiae, praecipit illis Bulla Clement VIII, adeoque illicite faciunt, qui species sacras condunt aesque oleis Sacris permiscunt propter duiturniorem earum conservationem.

13o. Nemo potest maritum Latinum ad ritum uxoris Graecae, aut uxorem Latinam ad ritum mariti nec prolem susceptam potius ad r. Graecum, quam ad Latinum. Ratio quia Bulla Clement VIII. id vetat, cujus tenor talis: Maritus Latinus Uxoris Graecae ritum non sequatur. Latina uxor non sequatur ritum mariti Graeci, Graeca vero exor sequatur ritum mariti Latini, quodsi fieri potest, quilibet maneat in suo ritu, proles sequatur Patris ritum nisi praevaluerit Mater Latina. Hucusque sunt verba Bullae.

Digitized by Google

14o. Graeci Sacerdotes non possunt ritu Latino missas celebrare vel officia neque Latini Graeco, et obligantur omnes licentia in contrarium per officium V. Const. 18, 3. kalend 7bris 1566.

15o. Graeci Sacerdotes altaria Portalitia ab Episcopis Latinis benedicta accipere debent, tolerantur eorum Throni super altari Lapideo, dum celebrant Clem. VIII Const. 34. §. 2.

16o. Graeci Sacerdotes Corporalibus in altari ut Latini utantur, nisi utantur Thronis pro corporalibus ibidem §. 2. Const. incip. Sanctissimus.

17o. Graeci Sacerdotes in necessitate possunt absolvere Latinos et uti debent forma absolvendi a Conc. Florentino praescripta, si velint, recitent orationem deprecatoriam ibidem §. 3.

18o. Graeci Presbyteri cogendi sunt accipere Chrisma benedictum ab Eppis Latinis ibidem §. 4to. Alia vero olea sacra ab Eppis Latinis non cogantur accipere, quae haec ab iis aliter conficiuntur ibidem 18. Graeci subduntur ordinariis locorum circa ea, quae pertinent ad Fidem, Sacramenta etc. Caetera Spiritualia et non solum Saeculares sed clerici et Monachi, Abbates, Rectores, Episcopi etc Pius IV Const. 47. Romanus.

Casus quorum resolutio petita a residentia Bobroycensi mittitur a P. Andrea Krugier Soc. Jesu.

Resolutiones theologorum de transitu a ritu Graeco ad ritum Latinum 1628.

Quaeritur: ***An unitis Ruthenis his in provinciis licitus sit transitus ad ritum Romanae Ecclesiae?***

Respondetur: Quamvis bulla Urbani VIII districte praecipitur, ne ullus abhinc Rutheno-unitorum ad Latinum ritum admittatur, nisi specialis accedat s. sedis Apostolicae

Digitized by Google

permissio, anno 1624 die 7. Februarii. Quia tamen rex Sigismundus III. consilio PP. societatis Jesu pluries explorato credidit phohibitione transitus jam declarata impediri religionis catholicae profectum, et per nuntium protunc Apostolicum in Polonia Lancelloti nuucupatum s. congregationi de prop. fide significavit, potius debuisse prohiberi transitum solis Ecclesiasticis Ruthenis, alias se non posse in publicationem hujus bullae pontificiae consentire. Et in sequelam voluntatis regiae idem pontifex Urbanus VIII eodem anno die 7. Julii literis nuntii sui in Polonia permotus supradictum suum decretum restrinxit ad solos Ecclesiasticos, monerique duntaxat jussit confessarios, et praesertim patres societatis Jesu, ne tanta diligentia Laicos Ruthenos ad ritum Latinum inducant. Proinde unitis Ruthenis licitus est transitus ad ritum Romanae Ecclesiae. —

Non licet autem a Latino ad Graecum ritum transire ex mero beneplacito, quia decretum Urbani VIII negat id etiam ex urgentissima causa, tum quia ritus Latinus, est perfectior Graeco, imo graecus sustinetur solum ex indulto constitutionis Innocentii IV et constitutionis Clementis VIII—quae incipit— *Romanum Pontificem* etc. Proinde Latini, qui transierunt ad ritum graecum, urgendi sunt ab iis, quorum interest, ut redeant ad ritum priorem, exegunt id constitutiones Gregorii XIII. Ita resolvit pater Andreas *Kruger soc. Jesu*, doctor Theologiae et sacror. canon. in academia Vilnensi.

Quaeritur: *An uniti Rutheni possunt excipere confessiones Latinorum*?

Respondetur: Extra casum necessitatis non licet confiteri Graeco nitis. Ita constitutio Clementis VIII, quae incipit. „Sanctissimus dominus noster.“ Et quamvis testatur Nicolaus Scriptor Romanus, quod congregatio de propaganda deciderit 1. Juni 1626 anno esse causam sufficientis necessitatis, evitare offensionis occasionem inter Ruthenos unitos et Lati-

Digitized by Google

nos, ideoque morem non esse prohibendum, quominus Latini unitis sacramentaliter confiteantur, haec tamen decisio intelligenda est de solis Basilianis, qui habent sua privilegia a sede aplica, et supponuntur esse sufficienti notitia praediti quoad sacramentorum administrationem. — De popis autem ejusdem ritus vix aliquando scientiam habentibus non judico praedictam esse decissionem. Unde enim ejusmodi rudibus popis facultas absolvendi a casibus aut sedi apostolicae aut loci ordinariis r. Latini reservatis, quae facultates Latinis Presbyteris idque longe doctioribus vel raro vel non omnes conceduntur omnibus. Aliud dicendum de necessitate urgentissima v. g. de articulo mortis, quia tunc Ecclesia prudenter praesumitur dare facultatem absolvendi ab omnibus casibus et censuris cuique vi ordinis hujus facultatis capaci.

Possunt tamen sacerdotes Latini excipere confessiones unitorum eosque valide absolvere, non obstante, quod non habeant jurisdictionem ab Episcopo graeco sibi collatam, cui uniti sunt subjecti. Ratio universalis tam pro saecularibus quam religiosis in communi militans petitur ex decisione sacrae congr. de propag. superius expressa. Ratio saecunda praecipue pro religiosis Societatis Jesu, quia suppositis supponendis, id est: approbatione Episcopi proprii ex facultate superiorum quoad hoc sacramentum ex privilegiis ipsis concessis habent jurisdictionem in omnes fideles. Ita resolvit pater Claudius Soc. Jesu Nr. 1628.

Rutheni uniti obligantur ad celebranda festa r. Latini, quae ante unionem Ecclesia Graeca non celebravit, sed cum unione celebranda suscepit. Ratio, quia expedit, ut Ecclesia minus principalis accomodet se magis principali. Quod autem Ecclesia Latina sit magis principalis, constat ex constitutione Innocenti IV, tum ex ratione capitis, id est: Summi Pontificis, ad quem Graeca Ecclesia tanquam membrum ad caput se refert; tum ex ratione ritus, quia Ecclesia Latina utitur ritu, qui in universo orbe est receptus; tum ex ratione conficien-

Digitized by Google

dorum administrandorumque sacramentorum, quia Ecclesia Romana loquendo v. g. de Sanctissima Eucharistia utitur azymo, quo constat ex scriptura Christum Dominum et Apostolos esse usos. Deinde ex ratione sanctitatis cleri, quia clerus Romani ritus servat coelibatum, quem servasse etiam Apostolos constat.

Nemo potest inducere maritum Latinum ad ritum uxoris Graecae aut uxorem Latinam ad ritum mariti Graeci nec prolem susceptam potius ad ritum Graecum quam ad Latinum. Ratio, quia Bulla Clementis VIII id vetat, cujus tenor talis: maritus Latinus uxoris Graecae ritum non sequatur. Latina uxor non sequatur ritum mariti Graeci. Graeca vero uxor sequatur ritum mariti Latini, quod si fieri non potest, quilibet maneat in ritu suo, proles sequatur patris ritum, nisi praevaluerit mater Latina. Hucusque sunt verba Bullae.

Illicite uniti Popi infantes chrismate Sacro in fronte consignant. Ratio: quia id vetat Bulla Apostolica Clemen. VIII, cujus summula authore Stephano Quaranta mandato ejusque Pontificis anno 1595 impressa sequentem habet tenorem: Presbyteri Graeci baptizantes Chrismate in fronte non consignent baptisatos. Hinc monentur eadem Bulla Episcopi Latini, ut Graecos quoque confirment conditionate; tamen propter abusum Presbyterorum Graecorum, qui baptisatos a se infantes in fronte Sacro chrismate consignant.

Popi Graeco Latini seu uniti cogendi sunt accipere Chrisma benedictum ab Episcopis Latinis, alia vero olea sacra ab Episcopis Latinis non loquantur accipere, quae ab eis aliter conficiuntur, et subducuntur ordinariis Latinis circa ea, quae pertinent ad fidem, sacramenta et caetera spiritualia non solum saeculares sed clerici ac Monachi, abbates, Rectores Episcopi etc. ita Pius IV constituone 74.

Illicite Popi Graeco Latini seu uniti celebrant missas suas sine Portatili Lapideo, quia in Bulla Clementis VIII praeciptur, ut eo utantur, et si velint uti, illum super lapidem

Digitized by Google

reponant. Hinc liquet Latinos, in Ecclesiis Graecis non posse celebrare sine lapide portatili, esset enim id peccatum mortale juxta plerosque Doctores.

Personae Societatis Jesu in missione existentes possunt assistere unitis contrahentibus matrimonium, et eos benedicere. Ita responsum ex Urbe. Ratio est quia apud Ruthenos non requiritur assistentia Parochii proprii, cum decreta Concil. Trident. non admittant. Latinis vero contrahentibus Patres Societ. Jesu absque specieli licentia parochi assistere nequeunt sub poena excommunicationis, patet ex Clement extravagantiis.

Invalidum est matrimonium uniti cum catholica in assistentia Presbyteri Graeci, si potest haberi parochus proprius r. Latini. Ita respond. Sacra congreg. Concil. Trident. cujus textus sess. 24. de Reformat. matrim. est hic: Quodsi contrahentes habitant tunc in certa parochia, atque in eorundem praesentia jam erat promulgatum decretum concilii, elapsique dies triginta a promulgatione, nec non ibidem in eadem parochia aderat parochus proprius Romanus sive Latinus, coram quo eos contrahere oportebat matrimonium, sed coram eo revera illud non contraxerunt, tunc matrimonium est invalidum.

Plura ommittuntur, haec enim pauca sufficiunt ad cognoscendam sortem Rutheni ritus in Polonia, felicemne an infelicem, dijudicet benevolus lector.

Epistola pastoralis Eppi Polonici Vilnensis Constantini Casimiri Brzostowski circa conservationem ritus Rutheni.

Konstantyn Kazimierz Brzostowski biskup wileński etc. Gdy kłótnie wszelkie załatwiane a nie pomnażane być powinny, Najświętszy Pan Nasz słodkiego wspomnienia Urban VIII zostawszy uwiadomionym, iż pomiędzy Łacińskiego i Greckiego zjednoczonego obrządku ludźmi częste wszczynają się niechęci i niezgody z przyczyny przechodzenia

Digitized by Google

z obrządku do obrządku, tym zaś niechęciom chcąc aby przez ojcowską Jego troskliwość i staranność zapobieżono zostało: wydał swoje Breve, którego treść jest następująca . . . . . które Breve ponieważ dla burzliwych czasów dostatecznie niezostało ogłoszone, a przeto niewiadomych nie obowiązywało, J. W. Nuncyusz Apostolski w królewstwie Polskim i Wielkim Xięstwie Litewskim na żądanie J. W. Metropolity ruskiego i innych zjednoczonej Rusi Prałatów toż Breve z cieniów starożytności wydobyte do nas przesłał, aby ogłoszone zostało. Czemu czyniąc zadosyć niniejszym listem naszym wzmiankowane Breve ogłaszamy, upominając wszystkich i każdego zosobna duchownych tak świeckich jako i zakonnych, aby Greków Unitów z swego obrządku do Łacińskiego przejść żądających odtąd pod żadnym pretextem nie przyjmowali a bardziej onychże *sposobami zakazanemi* do przejścia z swego obrządku namawiać, nakłaniać nie ważyli się, owszem iżby nauczali, iż obrządek od obrządku tylko w niektórych ceremoniach różny jest. Dań w Wilnie w pałacu Naszym Biskupim roku 1712 dnia 14. stycznia.

Ordinatio edita ad Clerum Archidioecesanum Leopoliensem rit. latini sub die 14 Junii 1714 ab Illustrissimo ac Rdssimo Domino Joanne Skarbek, Archieppo Leopoliensi rit. lat.

1o. Ecclesiastici Rutheni, Diaconi, Presbyteri, Monachi omnesque, qui in obsequiis Ecclesiasticis existunt, actualiter uniti cum S. R. E. iisdem privilegiis, libertatibus gaudent, quibus rit. lat. sacerdotes gloriantur ita, ut quicumque eos violentiis molestaret, oneribus gravaret, ad vectigalia et contributiones e fundis ecclesiasticis congeret, in excommunicationem ab Ecclesia Dei cautam incideret.

2o. Neminem Ruthenum a proprio Eppo aut ejus officio excommunicatum presbyteri nostri a nobis aut nostro officio ad Ecclesias divinaque officio admittant, et similiter a Nobis

Digitized by Google

aut nostro officio excommunicati non suscipiantur ad Ecclesias Ruthenorum, praemonito super his ipsorum Eppo.

3o. Neque Ruthenos infantes nostri Presbyteri neque infantes latinos (Polonicos) Presbyteri Rutheni baptisandi facultatem habent, excepto casu periculi mortis.

4o. Infantes ritu respectivi parentis baptisari ut et funeralia respectivo ritu peragi debent absque ulla atterutrius ritus parochorum praepeditione, quorum jura et jurisdictiones intacta manere oportet.

5o. Sive Latinus Ruthenam sive Ruthenus latinam in vitae socium ducere intendit, denuntiationes in utraque Ecclesia parochiali fiant, et testimonio utriusque parochi roborentur. Matrimonium autem contrahitur coram parocho mulieris juxta antiquissimam consuetudinem, neque vir ad suum ritum trahat mulierem, et viceversa uxor ad suum ritum non trahat maritum.

6o. Parochi latini Matrimoniis Ruthenorum et Rutheni parochi matrimoniis Latinorum assistere nequent, hujusmodi enim matrimonia juxta Concilium Tridentinum essent nulla.

7o. Latini Parochi ad suum ritum latinum non debent suscipere Ruthenos stante nunc ipsorum unione, qui autem ante unionem transierunt ad ritum latinum, in illoque perseverant, manere debeant juxta declarationem Pontificis Urbani VIII sub die 7 Februarii anno 1624 emanatam.

8o. Rutheni presbyteri nequeunt confessiones Latinorum fidelium excipere sine facultate et approbatione Nostra vel Nostri officii, uti similiter Latini presbyteri non possunt fidelium Ruthenorum confessiones excipere nisi de expressa facultate proprii eorundem Eppi aut ipsius officii. In casu tamen periculi mortis deficiente presbytero respectivi ritus licet uti quocumque Sacerdote.

9o. Nemini vagabundo presbytero cujuscumque ritus in Ecclesiis latinorum et Ruthenorum permittatur celebratio missarum aliorumque sacramentorum administratio. Si quis autem

Digitized by Google

horum in aliqua Parochia reperiretur, et sacra celebrare in Ecclesiis Dei vel domibus privatis praesumeret, ad officium, cui subest, deferatur.

10o. Maxime denique Presbyteri nostri Latini propter firmandam unionem studeant omnem amititiam et reverentiam servare adinvicem cum presbyteris Ruthenis, et in divinis officiis mutuam humanitatem at obsequia sibi praestent.

Epistola pastoralis Eppi Polonici Luceoriensis et Brestensis Stephani Boguslai Rupniewski circa conservationem ritus Rutheni. (1728.)

Stephanus Boguslaus a Rupniow in Januszowice Rupniewski Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Luceoriensis et Brestensis.

Universis et Singulis, Quorum interest vel quemodocunque interesse poterit et signanter Illmo et Remo. Domino Leoni Kiszka Metropolitano Kijoviensi et totius Russiae hisce palam facimus et declaramus, qualiter Nos prout ante, ita et posthac jus dicere non omittemus Ecclesiasticis et Saecularibus Ruthenis, nec justas, quas a Nobis postulabunt, Citationes illis unquam negabimus. Et sicuti ante nunquam admissimus, ita nec deinceps admittemus transitum Ruthenorum ad latinum ritum, cum id nobis prohiberi non ignoremus per Breve S. M. Urbani VIII. Si quis vero in Nostra Dioecesi reperiretur, qui ab aliis inductus, de uno ad alium ritum transiverit, cum primum ab Illmo. Domino Metropolitano requiremur, ut ad antiquum ritum redeat, diligenter curabimus, dummodo id Ipse Nobis praestare non detractet erga eos, qui in Nostra Dioecesi de Latino ad Ruthenum ritum transierunt. Dioecesana Synodus nuper a Nobis promulgata ac Typis donata, in qua limites omnium Parochiarum Dioecesis Nostrae designare atque describere operae pretium existimavimus, nullo impedimento est, nec erit Parochis Ruthenis,

Digitized by Google

quominus etiam in Parochiis Latinorum, eorum Juribus Parochialibus libere utantur erga proprii ritus homines, et vicissim Nostri Parochi eadem Jura exercebunt erga Latinos in Parochiis Ruthenorum habitantes, sicuti in more positum est. Non permittemus praeterea, ut Nostri Parochi sibi tribuant aut usurpent jura quaevis Parochialia, aut alia Parochorum Ruthenorum, vel ut eorum ritus aut Caeremonias Ecclesiasticas quomodocunque impediant, atque Literas dare spondemus omnibus Nostris Parochis, ut, si aliquid juribus Ruthenorum contrarium admiserunt, emendare non differant, postquam Illrmus Metropolitanus similes Literas dederit suis Parochis in Jura Parochorum Nostrorum involantibus. Demum hujusmodi declarationom non alio fine Nos facere profitemur, quam ad occurendum et finem imponendum Litibus et Controversiis, quae super praemissis ortae sunt, aut oriri possent, utque deferamus Instantiis et Officiis Illmi. et Revermi Nuntii Apostolici, Qui nos per Literas pluries interpellavit laudabili studio amicabiliter dissensiones Nostras componendi. In quarum rerum fidem Praesentes monu Nostra subscripsimus Sigilloq. Nro. communiri jussimus. Datum in Arce Nostra Episcopali Torczynen, die 15 Mensis Februarii anno D. 1728.

Michael Eppus Vilnensis praecepit Commissariis suis, ut Ruthenos insolenter latinisatos cogerent ad reditum, et Sacerdotibus latinis inhiberent, ne laicos Ruthenos ad ritum latinum suscipiant. (*1745.*)

Illustribus adm Rdis Dominis Commissariis Nostris ad negotia utriusque ritus delegatis fratribus observandis. Illustres et adm. Rdi Dni et fratres observandi. Venientes huc Novogrodeco adm Rdi Commissarii Illmi Dni Metropolitae detulerunt Nobis, quod Dominationes vestrae super redeundis ad proprium ritum se excusent, non habita a nobis decisiva potestate. Non opus fuerat in his scrupulum habere, etenim

Digitized by Google

tam Urbani VIII decretum quam etiam moderni Sanctissimi expresse haec sententiavit. Proinde intimamus adm Rdis Dominationibus vestris, ut formato de praemissa causa decreto commissoriali inhibeatis authoritate Nostra, quatenus quisque ad suum ritum redeat, nullusque parochorum nostrorum audedeat in posterum avocare unitos insistendo hoc in puncto bullis Summorum Pontificum et decisioni Dominationum vestrarum. His expressis subscribo me Illustrium adm Reverendaurm Dominationum Vestrarum observandissimus frater et servus addictissimus. Michael Eppus Vilnensis. In Verea die 16 Julii 1745.

Bulla „Etsi Pastoralis" 1742.

Sub die 7 kalendas Junii (26 Maii) 1742 dedit Benedictus Papa XIV bullam, quae incipit a verbis „*Etsi Pastoralis.*" Inscriptio hujus bullae sonat: „De dogmatibus et ritibus ab Italo Graecis tenedis atque servandis." Exordium hujus bullae, quod in editione bullari Benedicti XIV sub Archiepiscopo Polonico Leopoliensi per Adalbertum Szylarski de anno 1760, ut suspicare licet, studio ommissum, ast in bullario Benedicti XIV Romae 1746 typis a congregatione de propag. fide expressum est, clare exprimit, ad quos Christianos legistator bullam hanc direxerit: Quum itaque factum est, ut grassantibus jam dudum per totum Orientem tum barbarorum infidelium immanitate tum etiam Schismaticorum perfidia plurimi ex Graecia, Epiro, Albania aliisque Asiae regionibus ad Italiam eique adjacentes insulas tanquam ad fidei et tranquilitatis portum confugientes ibidem sedes et domicilium collocaverint, et tam ipsi quam eorum filii Graecorum mores, instituta, ritus et consuetudines e Graecis progenitoribus sibi traditas studiose enixeque servare pergent, innovamus, confirmamus et approbamus etc §. IX. n. 24 dicit Papa: „His insuper, quae superius in quacumque parte Italo-Graecis concessimus, in-

Digitized by Google

dulsimus, declaravimus, praecepimus, ordinavimus et introduximus seu prohibuimus, Graecorum in oriente sub propriis catholicis Episcopis, Archiepiscopis vel Patriarchis commorantium et aliarum Christianarum nationum quorumcunque ritum a sancta Sede approbatorum seu permissorum, juribus qualibuscunque, si quae illis de jure vel ex consuetudine vel alias quomodolibet legitime competant, aut Apostolicis constitutionibus vel conciliorum Generalium aut particularium seu congregationum venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium decretis, quae super ritibus Graecorum seu aliorum Orientalium emanarunt, ullo pacto praejudicatum vel praejudicium ullum quantumvis minimum illatum esse non intendimus, idque expresse declaramus et pro declarato et in qualibet hujus nostrae Constitutionis seu dispositionis parte pro repetito haberi volumus et mandamus.“ Ex his itaque notis internis apparet, bullam illam datam fuisse quoad Italo-Graecos, sub jurisdictione Episcoporum Latinorum existentes, et proprios Episcopos non habentes, neque eam Papa extendere voluit ad alias orientales nationes proprios Episcopos habentes. Itaque quum leges eos tantum obligant, pro quibus feruntur, bulla illa non obligat neque omnes orientales in genere, neque Ruthenos Graeco-catholicos in specie, proprios Episcopos habentes. Quare menti Sedis Apostolicae circa hanc bullam expresse declaratae, palam adversaretur, qui bullam illam, ad solos Italo-Graecos restrictam, ad alias oras Orientales extendere vellet. Optandum nonnisi restat, ut non singulae sententiae in hac bulla contentae e nexu orationis evellantur, sed tota oratio in nexu pervolvatur, atque mandatum Benedicti Papae XIV §. IX n. 24 praesens animo teneatur. Hoc mandatum repetivit Benedictus Papa XIV expresse in sua constitutione „Allatae sunt“ de an. 1755 qua normativa quoad ritum Graeco-catholicum, §. 16. In constitutione „Etsi Pastoralis“ §. 2, Nr. 13 occurit locus: „Ritus latinus propter suam praestantiam, eo quod sit ritus s. Romanae

Digitized by Google

Ecclesiae, omnium Ecclesiarum matris et magistrae sic supra Graecum ritum praevalet, maxime in Italicis regionibus, ubi Latinis Episcopis Graeci subjecti sunt.“ Praefata itaque praestantia ritus latini exhibetur hic non ex parte praestantiae internae seu objecti hujus ritus, quale quoque est in ritu Graeco-catholico, sed ex parte praestentiae externae imprimis in Italia, ubi eotum Graeci venientes e patria sua a Turcis oppressa non habebant Episcopos suos, et ubi ritus latinus prae Graeco fugaci ex Graecia praevalebat.

Bulla „Damandatam coelitus.“ (1743.)

Sub die 24 Decembris 1743 dedit Benedictus Papa XIV constitutionem „Demandatam coelitus“ de ritibus Graecorum Melchitarum Patriarchatus Antiocheni, de jurisdictione Patriarchae et Episcoporum ejusdem nationis, deque monachorum et monialium disciplina. Haec constitutio in Bullario Benedicti Papae XIV per Adalbertum Szylarski Leopoli 1760 sub Archiepiscopo Sierakowski r. l. edita pag. 66 studio praetermissa esse videtur. In hac constitutione habetur §. 3. „De ritibus igitur et moribus Ecclesiae Graecae illud imprimis generatim statuendum decrevimus, nemini licuisse aut licere quovis titulo et colore et quacumque auctoritate aut dignitate, etiam si Patriarchali aut Episcopali praefulgeat, quidquam innovare, aut aliquid introducere, quod integram exactamque eorumdem observantiam imminuat, omnesque inposterum et singulos Ecelesiae Graecae ritus et mores a Patribus traditos omnino servare mandamus.“ §. 15. expresse prohibetur transitus a Graeco ad Latinum ritum: „Praeterea omnibus et singullis Melchitis catholicis Graecum ritum servantibus ad Latinum ritum transire deinceps expresse vetamus, Missionariis vero omnibus districte mandamus, sub poenis etiam infra exprimendis aliisque arbitrio Nostro decernendis, ne cuipiam ex illis hujusmodi transitum a Graeco ad Latinum

Digitized by Google

ritum suadere praesumant, aut etiam cupientibus inconsulta Apostolica Sede permittant.“ §. 16. loquitur Papa de Latinisantibus, ubi non lex quaepiam ad omnes extensa habetur, sed procedendi modus praescribitur, restrictus ad certum locum, ad homines tunc temporis (24 decembris 1743) viventes, et ante editam praesentem decretalem a Latinis Latino ritu in Patriarchatu Antiocheno deficientibus Graecis Sacerdotibus baptisatis, et ab his exposcitur, ut declarent, in quo ritu vivere malent, non coram quopio Sacerdote Episcopo aut Patriarcha, sed coram persona a Papa ipso deleganda. Verba hujus paragraphi sunt: „De iis autem quos Latinisantes appelant, nimirum, qui a Graecis parentibus progeniti, deficientibus Graecis Sacerdotibus Latino ritu a Latinis ad hunc diem baptisati fuerunt, eumque ritum hactenus tenuerunt, quorum magnus numerus Damasci inveniri perhibetur, neque satis hucusque definitum fuit, cui potissimum ritui addicti esse deberent, statuimus et declaramus, ut coram persona a Nobis deputanda semel profiteri debeant, in quo ritu vivere malint, in eoque in posterum omni variandi facultate adempta perseverare teneantur.“ §. 17. „Filii vero, qui ab hujusmodi parentibus post emissam ab illis praedictam declarationem nascentur, necnon ii, qui jam nati sunt, sed nondum ad usum rationis pervenerunt, sequantur conditionem Parentum, si conjuges unum eundemque ritum elegerint, sin minus, Patris ritum sequantur.“ §. 18 statuitur lex: „Caeterum si quos imposterum Graecos necessitate cogente ob defectum parochi catholici ritus Graeci baptismum aut alia Sacramenta a Latino Presbytero recipere eveniant, illi non ideo censendi erunt Latinum ritum suscepisse sed omni dubitatione sublata, ritum Graecum, in quo orti sunt, observare teneantur. Et eum quidem durante praedicta necessitate im omnibus rebus, quibus, possunt, et praecipue in jejuniorum observatione retineant, in reliquis vero integre resumant et prosequantur statim ac Episcopus aut parochus Graecus supervenerit. §. 19. Expresse

Digitized by Google

praecipimus Missionariis cujuscumque ordinis et instituti etiam societatis Jesu, ut solliciti sint super his omnibus servare unitatem spiritus et doctrinae, quod quidem nostris hisce decretis aliisque de ritibus Graecorum in partibus Orientalibus observandis alias a sancta Sede editis fideliter obtemperantes facile consequentur. Curent praeterea ut omnia laudabilia Ecclesiae Graecae instituta ab antiqua Patrum traditione derivata et apostolica comprobatione firmata in suo vigore permaneant, atque a Fidelibus istius nationis integre executioni tradantur, neque aliquid iisdem suggerere aut suadere audeant, quod illorum contemptum atque imminutionem inducere possit, multo minus authoritate propria aliquid circa illa innovare, aut etiam super iisdem aliquam dispensationem concedere vel admittere praesumant, alioquin praeter districtam, quam Deo, Nobis suisque Superioribus, quos de urgenda hujus decreti observantia peculialiter oneramus, rationem reddent, sciant se harum literarum vigore privationem vocis activae et passivae et inhabilitatem ad quemcunque gradum et officium in suis respectivis Ordinibus, institutis et congregationibus ipso facto incursuros.“ §. 26. „In omnibus hisce decretis venerabiles fratres, quae praevio maturo examine, ut supra diximus, auditoque consilio venerabilium fratrum Nostrorum, sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium aliorumque praestantium integritate ac doctrina Virorum statuenda, edenda ac vobis denuntianda esse judicavimus, minime dubitamus, quin agnoscatis, nihil aliud Nobis propositum fuisse, quam ut et venerabiles Ecclesiae Graecae ritus ac mores in suo vigore persistant, et debita vobis a populis obedientia vestraque simul in eos auctoritas et jurisdictio sarta tectaque servetur.“ Praeter haec de orientalium rituum observantia in specie statuitur. §. 5—7. Ut observentur jejunia Ecclesiae Graecae quadragesimale, quadraginta dierum natalitiae Christi praecedens, quatuordecem dierum ante festum assumptionis B. M. V. ante festum ss. Apostolorum Petri et Pauli a feria

Digitized by Google

secunda post octavam pentecostes ad eorundem festum, qualibet feria quarta et sexta per annum. §. 8. Ut unica missa singulis diebus super quolibet altari celebretur, et ut exceptis diebus sabbathi et Dominicae in feriis quadragesimae missa duntaxat praesanctificatorum celebretur. §. 9. Permittitur quidem, ut plura altaria in una Ecclesia erigantur, si tamen altaria numero Sacerdotum non respondent, ut Sacerdotes simul missam celebrent, ut tamen unus quisque sacris vestibus indutus totam Liturgiam integre recitet, et verba consecrationis proferat, proinde acsi sacrosanctum sacraficium singulatim conficerent. §. 10. Accepta oblatione pro applicatione sacrifici juxta mentem offerentis, reliqui offerentes monendi sunt de acceptis jam aliis oblationibus ad eundem finem et nisi iidem unica missae celebratione se voti compotes fore declarent, sciat Sacerdos, se unico sacraficio plurium voluntati minime satisfecisse. Eorum vero mentem, qui pro sacrificio obtulerunt, nunquam a Sacerdotibus impletum iri declaramus per solam adjectionem particularum et commemorationem, quae in panis praeparatione ante missae sacrificium fieri solent, cum omnino necessaria sit integra celebratio. §. 11. In liturgiae celebratione uniformitas ab omnibus sacerdotibus observanda est, unde mandatum erat typis congregationis de propaganda fide imprimi missale juxta rubricas remotissima antiquitate firmatas." §. 25. Regula s. Basilii a monachis servanda praescribitur. Alia additamenta Graecis ritibus non adversa exhibenda sunt pro confirmatione Apostolica auctoritate.

Bulla „Inter Plures." (1744.)

Sub die 2. Maii 1744 dedit Benedictus Papa XIV decretales literas: „Inter plures," quibus confirmatur unio omnium Monasteriorum s. Basilii M. Ruthenorum tam Lithvaniae quam Russiae seu Poloniae in unicam congregationem duabus Provinciis compositam. Haec decretalis missa erat ad

Digitized by Google

Athanasium Szeptycki Episcopum Leopoliensem et Metropolitam Ruthenorum catholicorum (unitorum), quem Papa laudat verbis: „Cujus eximia viritus atque ardens religionis catholicae studium sinceraque devotio erga Apostolicam Sedem et soepe alias et in harum quoque rerum tractatione lucutenter emicuerunt. Porro Papa laudat nationem Ruthenam in genere §§. 1 et 31 ob praedara ipsius erga Apostolicam Sedem promerita, quae specificantur, et declarat, suum amorem erga eam verbis: „Quam tanto pietatis studio diligimus." In hac decretali habentur sequentia verba. §. 24. „Nullatenus Ruthenis ad communionem sanctae Sedis nuper adjunctis impositam esse legem, ut abdicatis propriis Ritibus Ecclesiae Latinae ritus amplecteretur. Cum autem nos elapso proxime anno 1743 sub die 42 decembris epistolam encyclicam dederimus ad Patriarcham Antiochenum Graecorum Melchitarum caeterosque Episcopos catholicos illius ritus eidem Patriarchae subjectos, in qua plura disponuntur circa abstinentias et jejunia aliasque consuetudines Orientalis Ecclesiae; volumus ut istius quoque mentionem faciatis, et praedicto decreto hujusmodi verba addatis: juxta epistolam decretalem SS. Dni Nostri etc. quae fuit a nobis ut supra conscripta, adjecta poena privationis vocis activae et passivae ipso facto incurrenda non solum ab iis, qui Ecclesiae orientalis usus, consuetudines jejunia, ritus et ceremonias transgrediantur, sed etiam ab ipsorum superioribus, qui despensationem ab eorum observantia etiam in casibus particularibus absque justa et urgente causa concedere audeant." Secundum haec verba transmissa a Papa decretalis „Demandatam coelitus" ad Metropolitam Ruthenonorum etiam ad eosdem applicata erat.

Literae Nuntii in Polonia (1744.)

Sub die 8. Junii 1744 datum erat a Nunciatura in Polonia decretum pro Fisc. Vladimiriensi contra A. R. Lucam Kobyliński et alios, in quo inter alia habetur: „Vigilandum

Digitized by Google

esse, ne aliquis parochus Latinus inducat homines ritus Graeci ad transeundum ad ritum Latinum, quinimo ad impediendam rituum confusionem inhibet sub gravibus poenis, ne Parochi ritus Latini (Polonici) ceremonias particulares ritus Graeci in propriis Ecclesiis introducant, et quatenus vel Parochus ritus Latini contra ritum Graecum Unitum, vel Parochus ritus Graeci Uniti contra ritum Latinum aliquid indecens contra sanctitatem utriusque ritus profereret, uterque Ordinarius proprium respective subditum poenis condignis coerecat."

Literae Benedicti Papae XIV ad Eppos Ruthenos Leopoliensem et Premisliensem de conservando ritu gr. cath. (1751.)

Benedictus Papa XIV. Venerabiles Fratres salutem et Apostolicam benedictionem. Vestrae ad Nos delatae sunt literae, scriptae die 7. Julii, quibus merito conquerimini de transitu Ruthenorum a ritu Graeco ad Latinum. Uti bene nostis, venerabiles Fratres, nostri praedecessores transitus hos abhorruerunt, et nos ipsi abhorremus utpote qui non destructionem sed conservationem ritus Graeci summopere desideramus. Specialiter de prohibendo transitu Ruthenorum actum est coram nobis a. 1748, sed nulla fuit capta resolutio sub obtentu resistentiae factae a rege Poloniae decretis Urbani VIII, in quibus transitus fuerat prohibitus. Quamprimum materia reasumetur, omnemque lapidem movebimus ut nidum finali decreto transitus prohibeatur, sed etiam ut decretum sua non careat executione. Et interea vobis, venerabiles Fratres, et gregibus vestrae curae commissis Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam majorem die 18 Septembris 1751 Pontificatus Nostri anno duodecimo. Venerabilibus Fratribus Eppis Premisliensi et Leopoliensi. Leopolim.

Digitized by Google

Bulla „Allatae sunt.“ (1755).

Sub die 26. Julii 1755 dedit Benedictus Papa XIV constitutionem „Allatae sunt“ ad missionarios per orientem deputatos. Haec constitutio est normativa circa correlationes inter ritum Latinum et Graecum Orientalium catholicorum, siquidem consilium ejus exprimitur §. 4. sequentibus verbis: „Quoniam ex aliis multis atque frequentibus indiciis conjicimus, missionarios Latinos in id curam et cogitationes intendere, ut in convertendis orientalibus a Schismate et errore ad unitatem sanctamque catholicam Religionem, orientalem ritum de medio tollant aut saltem labefactent, catholicosque orientales ad Latinum ritum amplectendum alliciant, non alia quidem de causa, nist studio religionis amplificandae et opus bonum Deoque gratum operandi, ideo consentaneum putavimus, quoniam animum ad scribendum appulimus, hac nostra Encyclica epistola brevius, quo fieri poterit, ea omnia complecti, quae juxta hujus Apostolicae Sedis sententiam pro norma haberi debent, quoties Orientales ad catholicam religionem covertuntur, quae servanda sunt cum Orientalibus catholicis, qui versantur in locis, ubi aut nulli degunt latini, aut Latini catholici simul cum ipsis Orientalibus catholicis commorantur.“ Jam ex his Papae verbis apparet, constitutionem praedictam pertinere quoque ad Orientales catholicos Ruthenos. Sed adsunt alia testimonia Paparum Romanorum, quae hoc expresse declarant. Ita quidem Gregorius Papa XVI scribit sub 17. Julii 1841 ad Ruthonorum unitorum Metropolitam Haliciensem et Archiepiscopum Leopoliensem Michaelem Lewicki, posthac cardinalem Presbyterum S. R. E. inter alia: „Totam hanc Ecclesiae Romanae in permittendis tuendisque honorandisque tum Ruthenorum tum aliorum Orientalium ritibus oeconomiam explicat fusius multisque omne genus documentis illustrat Benedictus XIV immortalis memoriae decessor noster in literis, quarum initium: „Allatae sunt“ datis 26 Julii 1755

Digitized by Google

(Bullar. Bened. XIV. Tom. IV. const. 47.) quas quidem literas, cum quis attente perlegerit, habebit profecto unde illorum inscitiam eoarguat, qui summos Pontifices erga orientales Liturgias minus aequos fuisse contendunt.“ Similiter scribit Pius Papa IX in suis literis datis sub die 17. Martii 1856 ad Episcopos in Austria, congregatos Viennae: „Antequam finem huic Nostrae Epistolae faciamus, qua vos omnes Austriaci Imperii Sacrorum Antistites alloqui summopere gaude mus Nostrum ad vos sermonem praesertim convertimus, Venerabiles Fratres Archiepiscopi et Episcopi, qui in eodem nobilissimo Imperio morantes ac Nobiscum in vera fide et catholica unitate conjuncti et huic Petri Cathedrae adhaerentes Orientalis Ecclesiae ritus et laudabiles consuetudines ab hac Sacra Sede probatas seu permissas colitis. Compertum exploratumque vobis est, quo in pretio haec Apostolica Sedes Vestros semper habuerit ritus, quorum observantiam tantopere inculcavit, quemadmodum luculenter tot Romanorum Pontificum, Decessorum Nostrorum decreta et Constitutiones, inter quas commemorari satis est literas Benedicti XIV Praedecessoris pariter nostri die 26 Julii anno 1755 editas, quarum initium „Allatae“ et Nostras die 6 Januarii anno 1848 omnibus Orientalibus missas, quae incipiunt „In suprema Petri Apostoli Sede“—Extractus hujus Constitutionis est: §. 6. „Ecclesiasticae historiae ignarum se proderet, qui nesciret, ita cum Orientalibus unionem peractam firmatamque fuisse, ut dogma processionis Spiritus S. a Patro et Filio reciperent, atque ideo licitam fuisse admitterent aditionem vocis Filioque, Symbolo factam, ut panem non minus fermentatum quam azymum Sacramenti Eucharistiae materiam esse faterentur, ut dogma purgatorii, visionis beatificae ac primatus Romani Pontificis amplectarentur, uno verbo, omnem curam collatam fuisse, ut errores catholicae fidei adversi, evellerentur, nunquam vero actum esse, ut venerabili Orientali ritui detrimentum ullum inferatur. Sed praesentem quoque Ecclesiae disciplinam pror-

Digitized by Google

sus igroraret, cui satis exploratum non esset, Romanos Pontifices, qui infelicibus praeteritorum temporum successibus minime deteriti, de reducendis ad unitatem Graccis semper cogitarunt eandem viam, quam paulo ante indicavimus, semper institisse et adhuc insistere, sicut ex ipsorum tum dictis tum factis manifeste colligitur.“ §. 9. „Documentis ejusmodi (pro conservando ritu graeco) redundat saeculum decimum tertium. Ad hoc quippe saeculum pertinet epistola Innocenti IV ad Danielem regem Russiae (Haliciae) apud Raynaldum ad annum 1247 n. 29., qua ipsius regis specialem devotionem erga Ecclesiam Catholicam commendans concedit, ut ritus, qui fidei Romanae Ecclesiae non repugnant, in ejusdem regno serventur.“ §. 12. „Quod attinet ad saeculum decimum quintum, sat esse potest indicata superius Unio in concilio Florentino statuta, cui ab Eugenio Pontifice probatae Ioannes Paleologus subscripsit hac lege: „Ne ex ritibus nostrae Ecclesiae aliquid immutetur, uti videre est Tom. 9 Collection. Harduini p. 395. Verum cum nobis in animo non est, singula percensere, quae a Romanis Pontificibus sequentibus deinde saeculis gesta sunt, praecipua quaedam attingemus, ex quibus manifeste deprehendatur, ipsos quidem omni conatu studioque egisse, ut insidentes orientalium animis errores ab illis evellerent, sed simul etiam manifestis argumentis id ostendisse, sartos tectosque se velle ritus, quibus eorum majores ante schisma approbante Sede Apostolica usi fuerant; nec unquam ab orientalibus postulasse, ut si Catholici esse vellent, latinum ritum amplecterentur.“ §. 14. „Celeberrima fuit unio Ruthenorum cum Apostolica Sede tempore felicis recordationis Clementis Papae VIII peracta, cujus monumenta relata leguntur in Annalibus venerebilis Cardinalis Baronii Romanae editionis anni 1596 Tom VII, ubi pag. 682 exhibetur decretum ab Archieppis et Eppis Ruthenis pro unione confectum cum hac conditione: „Salvis tamen et in integrum observatis ceremoniis et ritibus cultus divini peragendi et

Digitized by Google

sanctorum sacramentorum juxta consuetudinem Ecclesiae orientalis, correctis tantummodo iis articulis, qui ipsam unionem impedirent, ut more antiquo fierent omnia, sicut olim unione durante fuerunt.“ Sed cum paulo post ad pacem turbandam percrebuisset rumor, sublatos esse in unione ritus universos, quibus Rutheni antiquitus usi fuerant in divina psalmodia, in missae sacrificio, in sacramentis administrandis aliisque sacris ceremoniis; Paulus V literis apostolicis in forma brevis datis anno 1615, quae in eodem Graecorum Enchiridio impressae sunt, voluntatem suam his verbis selemniter declaravit: Dummodo veritati et doctrinae fidei catholicae non adversentur, et communionem cum Romana Ecclesia non excludant, per unionem praemissam tollere aut extinguere Ecclesiae Romanae intentionem, mentem et voluntatem non fuisse nec esse, nec id dici vel censeri potuisse nec posse, quin imo dictos ritus eisdem Ruthenis Eppis et clero ex Apostolica benignitate permissos, concessos et indultos fuisse.“ §. 15. „Ad rem pariter hic addi potest, quoties aliqua de disciplina Orientalium vel Italo-Graecorum excitata est controversia, Apostolicam Sedem nihil praetermisisse, ut si quae emendatione digna visa sunt, emendaret, edicendo statim, velle se, ut caeteris in rebus omnibus orientalis ritus inviolatus firmusque maneret; aut aperte declarando, quae pro Italo-Graecis inter nos (in Italia) degentibus et Latinorum Epporum jurisdictioni subjectis statuebantur, ita accipi oportere, ut eos duntaxat afficiant, neutiquam vero protendantur ad Graecos Orientales, qui a nobis longe dissiti Graecis Eppis suis catholicis subsunt.“ §. 16. „De ritibus igitur et moribus Ecclesiae Graecae illud imprimis generatim statuendum decrevimus, nemini licuisse aut licere quovis titulo et quacumque autoritate aut dignitate, etiam si Patriarchali aut Eppali praefulgeat, quidquam innovare aut aliquid introducere, quod integram exactamque eorumdem observantiam imminuat. — Quoniam orientalis Ecclesiae ritus utpote non minima ex

parte a Sanctis Patribus profecti vel a majoribus traditi sic animis Graecorum aliorumque insederunt, ut praedecessores Nostri Romani Pontifices tutius consultiusque duxerint, ritus hujusmodi, qua in parte nec fidei catholicae adversantur, nec periculum generant animarum, aut Ecclesiasticae derogant honestati, approbare seu permittere, quam illos ad Romanarum ceremoniarum normam reducere." §. 18. Utque uno verbo complectamur omnia, in reditu Graecorum, schismaticorumque Orientalium ad catholicam religionem curando, id unum Romanis pontificibus maxime curae fuit, ut ex illorum animis radicitus evellerent, Arii, Macedonii, Nestorii, Eutychetis, Dioscori, Monothelitarum aliorumque errores, in quos infeliciter proruerant: salvis tamen et intactis ritibus ac disciplina, quam ante schisma servabant, et profitebantur, quaeque venerandis ipsorum antiquis liturgiis ac ritualibus innititur, ut ad catholicam fidem redeuntes, suum ritum dimittere et latinum amplecti deberent, id namque Ecclesiae Orientalis et Graecorum ac orientalium rituum omnimodam secumferret internecionem, quod porro nonmodo nunquam tentatum imo vero semper fuit et est ab hujus sanctae Sedis consilio quam maxime alienum." §. 19. „Ex his, quae hucusque latiori calamo relata sunt, plura facile inferri possunt, primum quidem: conatus omnes omnemque diligentiam in id unum impendendam esse ab eo Missionario, qui orientales schismaticos et Graecos ad unitatem Deo juvante redigere contendti, ut scilicet ab illorum animis errores depellat, catholicae fidei adversantes, quos majores eorum amplexi sunt, ut causam aliquam praetenderent, qua se ac Ecclesiae unitate seggregarent subtraherentque ab obedientia ab obsequio Romano pontifici, tanquam ejusdem Ecclesiae capiti exhibendis. — Deinde alterum quoque potest inferri, nimirum non modo opus non esse, ad Orientales et Graecos in viam unitatis revocandos, ut laedantur ipsorum ritus aut corrumpantur, quandoquidem id semper alienum fuit ab instituto Sedis Apostolicae, quae

Digitized by Google

in hac ipsa sacrorum rituum materia zizana a tritico, quoties oportuit secernere novit, verum etiam conatus hujusmodi plurimum optatissimae unioni adversari, uti recte perpendit Thomas a Jesu: De conversione omnium gentium procuranda, Lib. VII. cap. 2. „Ostendendum etiam, Ecclesiam Romanam probare ac indulgere, ut quaevis Ecclesia propriis adhaereat ritibus et ceremoniis, quippe cum schismatici propriorum rituum tenacissimi sint. Ne ipsos eorum perdendorum ingruens aliqua suspicio ab Ecclesia Romana alienet et avertat, opportune laborandum, ut se in propriis ceremoniis insectandis conservandos esse persuadeantur. Demum ex iis, quae supra projecimus, illud tertio infertur, cavendum omnino esse missionario, qui orientalem schismaticum reducere cupit, ne eundem ad latinum amplectendum ritum inducere contendat; munus namque hoc unum missionario demandatur, rovocandi Orientalem ad catholicam fidem, non vero ipsum ad latinum ritum inducendi.“ §. 20 „Cum Latinus ritus is sit, quae utitur s. Romana Ecclesia, quae est mater et magistra aliarum Ecclesiarum, reliquis omnibus ritibus praeferri debet: ex quo porro sequitur, haud licere a latino ritu ad graecum transire, nec illis, qui semel a ritu graeco vel orientali ad latinum transierunt integrum esse ad pristinum graecum ritum reverti, quaemadmodum patet ex nostra Constitutione. „Etsi pastoralis“ 57. §. 2. n. 13 bullarii nostri Tom. I. „Nisi forte peculares quaedam intercederent circumstantiae, quae impertiendam hac super re dispensationem suaderent.“ §. 21. „Melchitae catholici libenter olim a graeco ritu ad latinum transibant, sed vetitum id ipsis fuit, monitique missionarii, ne illis suaderent hujusmodi transitum, cujus permissio est privativo Apostolicae Sedis judicio reservata, uti manifestum fit ex nostra constitutione „Demandatam“ 85 §. 35 Bullarii Tom. I. Praeterea omnibus et singulis Melchitis catholicis Graecum ritum servantibus ad latinum ritum transire deinceps expresse vetamus. Missionariis vero omnibus districte mandamus sub poenis

Digitized by Google

etiam infra exprimendis, aliisque arbitrio nostro decernendis, ne cuiquam ex illis hujusmodi transitum a Graeco ad latinum ritum suadere praesumant, aut etiam cupientibus inconsulta Apostolica Sede permittant. Consentanea sunt decreta Urbani VIII Praedecessoris nostri quoad ritum Graeco-Ruthenum, edita in Congregatione Propagandae fidei coram ipso habita die 7 Februarii ac die 7 Julii 1624. Quamvis autem aequum videri posset liberam Italo-Graecis relinquere facultatem transeundi, si liberet, a Graeco ritu ad latinum, cum ipsi inter nos versentur, et latino Eppo subjeciantur; tamen constitutum est, ut Sedis Apostolicae authoritas ad id omnino requiratur, si de Ecclesiasticis tam saecularibus quam regularibus agatur. Si vero laici et saeculares transitum hujusmodi postulaverint, Eppi sufficiat licentia, quam ob justas ac legitimas causas certis quibusdam personis moderate impertiri quidem potest, nunquam vero integrae universitati; in hac enim facti specie Apostolicae Sedis auctoritate opus est."
§. 48. „Haec sunt, quae duximus exponenda in hac encyclica nostra epistola nonsolum ad patefacienda fundamenta, quibus innituntur responsiones redditae Missionario, qui quaestiones sub initium exscriptas proposuit, sed etiam ut omnibus patefacta fiat benevolentia, qua Sedes Apostolica Catholicos Orientales complectitur, dum praecipit, ut omnino serventur veteres ipsorum ritus, qui neque catholicae religioni neque honestati adversantur, nec a Schismaticis ad Catholicam unitatem redeuntibus exposcit, ut ritus suos deserant, sed ut haereses solum ejurent, atque execrentur, exoptans vehementer, ut diversae eorum nationes conserventur non destruantur, omnesque, (ut multa paucis complectamur,) Catholici sint, non ut omnes Latini fiant."

In hac constitutione, paternum Summi Pontificis erga Catholicos Graeci ritus affectum ubique spirante, occurit locus, quoad transitum a latino ad Graecum ritum sequens §. 20. „Cum latinus ritus is sit, quo utitur sancta Romana Ecclesia,

Digitized by Google

quae mater est et magistra aliarum Ecclesiarum, reliquis omnibus ritibus praeferri debet. Ex quo porro sequitur, haud licere a latino ritu ad Graecum transire, nec illis, qui semel a ritu Graeco vel Orientali ad Latinum transierunt, integrum esse, ad pristinum Graecum ritum reverti, quemadmodum patet ex nostra Constitutione „Etsi pastoralis.“ Si haec tantum e contextu evelerentur, contristrarentur merito Graeci ritus Catholici, se postpositos esse rati, qui tamen Romanam Ecclesiam non novercam sed veram matrem suam profitentur, seque veros filios non adoptivos esse arbitrantur. Tollitur vero exacerbationis ansa per immediate sequentia verba, scilicet: „Nisi forte peculiares quaedam intercederent circumstantiae, quae impertiendam hac super re dispensationem suaderent.“ Ex his enim apparet, Apostolicam Sedem aequa lance utrumque ritum pensitare; prouti enim prohibuerat, ne quis inconsulta Sede Apostolica a ritu Graeco ad Latinum transeat, ita quoque nonnisi peculiaribus circumstantiis id postulantibus transitus a Latino ad Graecum ritum fieri potest.

Haec encyclica Benedicti Papae XIV oblata erat anno 1755 in actibus Castrensibus Premisliensibus.

Commemoranda adhuc habemus diplomata regum Poloniae praeter adducta Sigismundi III in favorem Ruthenorum Graeco-catholicorum. Diploma Sigismundi III ddto Cracoviae, 30 Julii 1595 circa coequationem ritus gr. cath. Ruthenorum confirmarunt reges: Joannes Casimirus ddto Varsaviae 29 Augusti 1668; Michael ddto Cracoviae 19 Octobris 1669; Joannes III ddto Cracoviae 3 Martii 1676. Porro regum Vladislai IV ddto Varsaviae 14 Martii 1635, confirmatum a regibus Joanne Casimiro ddto Varsaviae 20 Februarii 1652, Michaele ddto Cracoviae 19 Octobris 1669; Joannne III ddto Cracoviae 3 Martii 1676. Porro Joannis Casimiri ddto Varsaviae 29 Augusti 1658, confirmatum a Michaele ddto Cracoviae 19 Octobris 1669 et Joanne ddto Cracoviae 3 martii 1676. Porro Joannis III ddto Varsaviae 31 Martii 1681, con-

Digitized by Google

firmatum ab Augusto II ddto Varsaviae 15 Junii 1700 et Augusto III ddto Varsaviae 30 Julii 1736. Etiam volumina legum scatent variis constitutionibus pro Ruthenis, quae tamen omnia ad mortuam literam potius reducenda sunt, quia nobilitas Polonica non curabat diplomata suorum regum et constitutiones suorum comitiorum, ubi imprimis agebatur de Ruthenis.Saltem hoc clarum est, Ruthenos in Polonia circa ritum suum et nationalitatem suam habuisse diplomata et constitutiones, quas nullas modo habere volunt eos Poloni sub regimine Austriaco in Galicia, negantes ipsam quoque existentiam Ruthenorum.

Omnia haec non obvenerant ritui gr. cath. Ruthenorum Eppis ejus dormientibus tanto minus, quod res hujus ritus non erat res regiminis Polonici, sicut res ritus latini Polonorum.

§. 15. Bella intestina inter Ruthenos et Polonos circa libertates nationalitatis Ruthenae et aequalia jura cum nationalitate Polonica in iisque damna s. unionis Ruthenorum cum Ecclesia Romana.

Poloni solent extollere suum patriotismum nationalem, quem requirunt etiam admirandum ab aliis nationibus. Non minus propugnabant quoque Rutheni, Poloniae subjecti, libertates et jura sua nationalia contra Polonos. Commemoramus hic post occupationem terrarum Ruthenarum a Polonis sequentia priorum contra posteriores bella domestica: An. 1341 Daszkonis ex Premislia et Danielis ex Ostrog; an. 1349 — 1382 Lubarthi (Demetrii) Gediminowicz; an. 1431 — 1452 Swidrigailonis et Fedkonis Ostrogiensis; an. 1490 — 1492 sub quodam Mucha, de quo Cromerus refert sequentia: „Nam Rusticanus quidam homo cognomento Mucha collecto ex Valachis et Russis Pocuciensibus decem millium hominum exercitu Russiam infestabat, si non concitante, connivente quidem certe Stephano Palatino Moldaviae. Tametsi Mucham tunc Nicolaus Chodecius cognomento Zemelca, vir fortis et rei militaris pe-

Digitized by Google

ritus cum mercenario milite Polonorum aere conducto, cui praeerat, fudit, et repressit, multitudinemque illam promiscuam dissipavit, coeperat tamen Mucha posterius Joanne Alberto regnante exercitum reparare. Sed cum ad mulierem quandam Russam, in quam deperibat, clanculum subinde commearet, observatus et captus a Russis nobilibus (Polonis in Russia Haliciensi) Cracoviam ad regem missus est, ibique in carcere vitam finivit". Nobilitas et Magnates Rutheni non sine magna concertatione pro ritu et nationalitate sua transibant ad polonismum. Maximum autem damnum intulerunt Poloniae Cosaci Rutheni.

Vox Cosaci est tatarica, et significat liberos homines, in colas Ukrainae, Ruthenos, ad quos undique ex omnibus reliquis provinciis ruthenis, quae a Polonis prius quam Ukraina teterrimo subditatu Polonico oppressae erant, Rutheni confluebant, licet negari non potest, ad Cosacos etiam non paucos ex propria Polonia et aliis Europae partibus confugisse. Etsi Cossci occuparent Kijoviam et adjacentes regiones, sedes tamen eorum principales orant in oris trans fluvium Dniepr post cataractas (porohy) sitis. Pars eorum occupabatur piscatione, venatu et agricultura, pars vero armata invadebat oras tataricas et turcicas, quas ultimas petebant parvis naviculis, unde magnam praedam apportabant. Inter eos florebat doctrina, et scriptura Ruthena, cujus multa monumenta supersunt. Eligebant sibi attamanum (praefectum), praedam dividebant trifariam: pro Ecclesiis et sacerdotibus, pro cassa sua publica, et pro diminicantibus. Rex Stephanus Bathory organisavit Cosacos ad defendendas oras Poloniae contra Tataros et Turcas. Sigismundus III vero sustulit eorum privilegia, quas armata manu vindicantes jam sub hoc rege inchoarunt oppugnare Poloniam, a supremo autem armorum Poloniae praefecto Żolkiewski anno 1596 caesi pacem petebant, datis obsidibus, ducibus suis Nalewajko et Łoboda, quia tamen contra datam fidem a Polonis anno 1597 enecati erant. Ab illo tempore

Digitized by Google

Cosaci, proh dolor! adversantes etiam unioni, opponebant sese armata manu Poloniae, et inferebant maxima damna unitis, quos ob latinisationem et polonisationem eorum qua partisantes Polonorum in perniciem nationalitatis Ruthenaé considerabant. Circa finem vitae suae inde ab annis 1626 et 1631 ordinavit rex Sigismundus III contra Cosacos expeditionem bellicam sub supremo duce Koniecpolski, qui dimicabat contra illos diversa fortuna et non sine ingenti strage ex utraque parte. Inter alia narratur dux Koniecpolski post proelium cum Cosacis ad Barympol, cadavera Polonorum et Ruthenorum in unam immensam foveam injecta videns, exclamasse: „Отожъ ѹнїѧ: лежитъ Русь съ Полѧками!“ (Ecce unio, jacent Rutheni cum Polonis!) Nos distinguimus tamen hic unionem Ecclesiasticam qua talem, quae erat innocentissima, sicut et fides Christiana, et unionem sicut, eam Poloni concipiebant et tractabant, qua mediam polonisandi Ruthenos, et nationalitatem Ruthenam extirpandi. Erat hoc calamitas s. unionis maxima, quod illa in hoc bellum implicaretur, et quod anno 1630 sub praetextu ejus hoc bellum duceretur, et quidem eo magis, quod PP. Dominicani ensem praefecti armorum Koniecpolski Kijoviae in altari positum solemniter benedixerint, et processionaliter circumtulerint cum precibus, ut eodem Rutheni pagani (schismatici) cum Cosacis delerentur, quodque praeterea caeteroquin optimus Ruthenorum unitorum Metropolita Josephus Velam. Rutski falso ductus zelo sub praetextu, acsi pro fundo scholarum unitorum collectam paecuniam 50,000 fl. pol. pro dicta expeditione contra Cosacos traderet. Intra annos 1637 — 1638 pugnabat contra Cosacos exercitus Polonus sub duce Nikolao Potocki. Pugnabatur diversa fortuna, et Cosaci petebant pacem per mediationem Palatini Kijoviensis Kisiel (Rutheni), ac dedederant Attamanum suum Pauluk Polonis in obsidem, qui vero contra datam fidem cum sociis Wasyl Tomaszek et Czerniak interfectus erat, insuperque omnes immunitates Cosacorum abrogatae erant. (Piasecki Eppus Po-

Digitized by Google

lon. Premisl. in sua chron. ad a. 1638). Decretata in comitiis a. 1638 extirpatione Cosacorum suscipiebatur contra eosdem a supremo armorum praefecto Stanislao Potocki expeditio, cumque Cosaci bene armati essent, Poloni eos circumvenerunt promissione immunitatum atque libertatum. Postqaum autem Cosaci deposuissent arma, secuta est systematica eorum subjugatio: Attaman eorum, praefecti cohortum et judices cassabantur, in locum vero eorum constituebantur commissarii Polonici, totus apparatus bellicus et armatura illis adimebantur, praesidia ex polonico exercitu locabantur in fortalitiis, terra integra a Cosacis inhabitata inter nobiles Polonos dividebatur, qui subditatum teterrimum introducebant, pro minimis devationibus immensas peccuniarias et corporales poenas dictabant, filios et filias Cosacorum a tenerrima aetate ad suum servitium requirebant, ab aliis eorum prolibus censum capitis solvendum exigebant, eumque Judaeis concredebant, quibus etiam claves ab Ecclesiis Ruthenis tradebantur, ut pro Ecclesiasticis functionibus dationem requirerent, prout in aliis ruthenis provinciis erat. Insuper Poloni ubique adigebant Ruthenos per ritum latinum immediate aut mediate per s. unionem et deinde ritum latinum ad Polonismum, bona, et Ecclesiae Ruthenae vi adimebantur, sacerdotes Rutheni disuniti incarcerebantur et omnibus spoliabantur. Insuper uniti vexabantur et persumdabantur per nonunitos et nonuniti per unitos, secundum hoc: „Puscić Rusina na Rusina, a tak sami się wygubią.“ h. e. Ruthenum concitare contra Ruthenum, ut ita Rutheni se ipsos extirpent. S. unio dehonestabatur qua fomentum ad hoc politicum negotium. Jam anno 1640 consurexerunt iterum Cosaci sub Sulima, qui vero captus vivus cuspidi infixus extitit, complices autem capite plexi sunt. (Grondzki p. 41 sequent). Anno 1648 consurexerunt Cosaci sub Bohdano Chmielnicki, ex Galicia oriundo, qui antea sub duce Polonico Koniecpolski in cohorte regia militaverat. Bohdanus Chmielnicki videns suam Ruthenam nationem opprimi, habens suam personalem

Digitized by Google

injuriam, quod viceeapitaneus Czehrynensis eidem praedium Sobotow et uxorem rapuerit, insuper a rege Vladislao IV ad gladium suum et reliquorum Cosacorum contra injurias magnatum Polonorum nationi Ruthenae illatas evocatus, nec non a dicto rege et senatoribus ad restituendam potestatem regiam per aristocratiam Polonicam conturbatam animatus, (Varsaviae ad belli in nonnominatum hostem movendi secretum erat admisus, scribit Pastorius p. 35.) facta, conspiratione cum Cosacis Zaporoviensibus, et inito cum duce Tatarorum tractatu statuit aperto bello contra Polonos libertatem suae nationis Ruthenae vindicare, quod clare legitur in ejus literis universalibus ad nationem Ruthenam. Contra illum susceperunt expeditionem bellicam supremi armorum Poloniae duces Nicolaus Potocki et Kalinowski. Primum commiserat proelium Stephanus Potocki, supremi armorum praefecti filius ad Żółtywody, in quo Poloni caesi et profligati erant, ipseque Stephanus Potocki occubuit, Czarnecki autem cum 1600 ex primoribus captus erat ita, ut nec unicus nuntius cladis superesset. Quo facto Chmielnicki aggrediebatur utrumque supremum praefectum Potocki et Kalinowski, delebat totum exercitum Polonicum atque utrumque ducem captivum fecit. Supremus armorum prefectus Potocki alloquebatur tunc Chmielnicium dicens: „Хлопє, чимжє ты зацномꙋ рицарствꙋ ордъ татарскихъ заплатишъ?“ (Agricola, unde tu solves venerabili equitatui hordarum tataricarum?) „Нє хлопє, respondit Chmielnicki, тобою и иншими съ тобою заплачꙋ.“ (Non agricola, in solutionem hanc praestabo te et alios tuos.) Ex his sequitur, Chmielnicium fuisse nobilem Ruthenum. Anno eodem suscipiebatur nova expeditio Polonica contra Cosacos e sola nobilitate polonica composita, quae castra sua ad Pielawce figebat. Chmielnicki cointelligenter cum duce Tatarorum per Adamum Kisiel, Ruthenum palatinum Kijoviensem, proponebat praeliminarem conventionem, qua libertates gentis Ruthenae stabilirentur, et cum eo tem-

Digitized by Google

pore interregni mortuo Vladislao IV rege, (ut suscipiatur, veneno extincto,) nihil effici posset, ac exercitus Polonicus mi·nitaret, Chmielnicki undique circumdedit castra Polonica, unde Poloni non collato proelio noctu fuga sibi consulebant, inte·gra castra cum armatura et ingente praeda relinquentes. Cosaci et Tatari tanta praeda distracti non persequebantur fugientes. Hi porro instar hostium ubique locorum in terris Ruthenis depraedabaut, quod etiam Leopoli accidit, quam regimentarius Radziejowski cum suis invaserat, et nonmodo contributionem civibus imposuerat, sed a Confraternitate Ruthena Stauropigiana omnem in cassa reperibilem pecuniam atque pignora in clenodiis magni valoris a principe Jeremia Wiszniowiecki pro pecunia mutuo accepta deposita sibi extradi vi adegit. Chmielnicki cum Tataris movit Podoliam, et in via ubivis juventus Ruthena copias ejus augebat, tum die 5 Octobris 1648 Leopolim adveniens eandem obsidebat, et contributionem 200000 aureorum tum extraditionem omnium Judaeorum exigebat. Leopolis non erat in statu tantam contributionem praestandi, atque ideo mittebat ad Chmielnicki deputatos, qui eum placarent. Dum inter alios deputatos senior Stauropigiae Ruthenae Lawrysiewicz deplorandum civitatis statum, ab ipsis Polonis a Pilawce profugis despoliatae, depingerent, Chmielnicki fundebat lacrymas, et una cum duce Tatarorum Tochay Bey contributionem minuit, in parato aere, vasis et mercibus pendendam, civitatem a praedatione liberam pronuntiavit, ac suum nepotem Zachariam Chmielnicki pro praesidio relinquendo, ipsemet cum suis et Tataris versus Zamość movit. Sane prout in bello civili soepe contingit, Rutheni ob adventum Cosacorum (militiae Ruthenae) exultantes, post eorum abitum funestam a Polonis experiebantur vindictam, praecipue in Rohatyn et Krakowiec, ubi et sacerdotes et cives et incolae Rutheni jussu dominorum polonicorum capite fuerunt plexi. Simili modo antea et post etiam aliae civitates Ruthenae in litibus cum Polonis amiserunt suos ci-

Digitized by Google

ves Ruthenos. Mortuo Vladislao IV rege anno 1648 tam magnus Dux. Moschoviae Alexius Michalowicz quam princeps Transylvaniac Rakoczy requirebant Chmielnicium, ut in bonum nationis Ruthenae coronam regni Poloniae sibi imponeret. Id tamen Chmielnicki minime fecit, sed declaravit sese pro eligendo in regem Poloniae Joanne Casimiro, quam electionem properans Zamoscium fulciebat, illique fidelitatem gentis Ruthenae sub hac conditione promisit, ut libertates ejus civiles et religiosas adjuraret ac servaret, insuper optabat Chmielnicki, ut idem rex gentem Ruthenam absoluta potestate regia sine mediatione cleri et nobilitatis Polonicae regeret, sperans ita nationem Ruthenam feliciorem fore, quam arctata ad nihilum potestate regia sub regimine nobilium Polonorum, insolenti superbia effrenantorum, omnes leges vilipendentium ac conculcantium. Sultanus Turciae posthac simili modo requirebat Chmielnicium, ut sese pronuntiaret Ducem Ruthenorum, quod tamen ille etiam judicavit infavorem regis Poloniae Joannis Casimiri non faciendum. Anno 1649 eligebatur in regem Poloniae Joannes Casimirus, et in comitiis coronationis confirmabantur constitutiones anteriores regni quoad Ruthenos et Cosacos. Per mediationem Adami Kisiel iniebatur inter Chmielnicki et Polonos armistitium ad festa pentecostes sub conditionibus, ut Metropoltta et Eppi Rutheni nonuniti in senatu locum obtineant, Palatini Kijoviensis, Braclaviensis, Czerniechoviensis et Castellanus Kijoviensis sint semper Rutheni, Ecclesiae et bona nonunitis ereptae restituantur, collegia Jesuitarum in Russia sufferantur, item reliqua monasteria polonico-latina, demum ut exercitus Cosacorum sub proprio duce existat. Senatores et consiliarii regii adversabantur his conditionibus, atque rex cum exercitu polonico mense Augusto versus Zbaraz, a Cosacis obsessam, movit, et ad Zborow die 15. Augusti 1649 veniens, a Cosacis et Tataris constrictus, pacem inire cogebatur, qua occasione libertates et praerogativae pro natione Ruthena fuerunt stipulatae,

Digitized by Google

licet cum damno unionis s. Porro duci Tatarorum 90,000 flor. polon. quotannis solvendi titulo contributionis appromittebantur, et duo obsides e magnatibus Polonicis dabantur. Pace conclusa revertebatur rex e Zborow Leopolim una cum ablegato ducis Tatarouum, qui adpromissum donum 10000 fl. pol. reciperet. Cum vero rex pecunia destitueretur, idcirco Leopoli contributio erat imposita, ad quam confratres Stauropigiani 3000 fl. pol. contribuere debebant. In sequelam pactorum Zboroviensium sub die 2. Februarii 1650 vocabatur Varsaviam Metropolita nonunitorum Kijoviensis Sylvester Kossow tum Eppus Leopolien. Arsenius Zeliborski, porro Archimandrita Kijoviensis et ablegati Bogdani Chmielnicki ad componenda dissidia inter unitos ac nonunitos. Ad finem comitiorum sub die 12 Februarii 1660 diplomate confirmabantur pacta Zboroviensia. Nos putamus, unionem s. fuisse in tuto constitutam, si tantum polonicum reginem ab eadem seperaret ea omnia, quae eidem politica conjunxit in polonisationem Ruthenosum et in vexationem nonunitorum ab unitis et unitorum a nonunitis, ut sese Rutheni vicissim extirparent. Post reditum ablegatorum ex comitiis confirmavit Chmielnicki sua ex parte sub 7. Martii 1650 conventionem initam cum Polonis per mediationem Kisieli, qui videtur unitis addictus fuisse, quia fundationem pro eorum monasterio in Witepsk fecit. Anno 1651 facta est expeditio bellica a Polonis contra Cosacos. In proelio ad oppidum Beresteczko in Volhynia Cosaci devincebantur, unde rursus nova sequebatur persecutio Ruthenorum in Polonia pactaque Zboroviensia pro annhilatis declarabantur. Anno 1653 Bohdanus Chmielnicki cum Cosacis videns persecutiones Gentis Ruthenae ex parte Polonorum imploravit protoctionem magni Ducis Moschoviae Alexii Michalowicz, et inde incipit influxus regiminis Moschovitici seu Magno-Russici in negotia interna Poloniae, per quem Polonia suum exitium et Magnus Ducatus Moschviae suum incrementum sumpsit. Poloni celant haec damna regni sui ex parte Ruthenorum op-

Digitized by Google

pressorum, ne Europa ipsum nomen hujus gentis noscat, quae tamen summas partes habuit in novis constellationibus Europae Orientalis. Magnus Dux Alexius Michalowicz per suos Ablegatos principem Repnin Obolenski et Bohdanum Matwijowicz regi Polonlae exponebat, ut Ruthenis libertates nationales restitueret. Ad haec responbebant delegati regis: Ruthenos nulla pati damna in Polonia, Bogdanum Chmielnicki fidem Poloniae datam non servasse, rempublicam multis cladibus affecisse. Ejusmodi responso offensus M. D. Moschoviae intulit Poloniae bellum, occupavitque principatum Lithvaniae cum alba Russia eo eum effectu, ut abhinc parva Russia (Ruthenia) a Polonia ad magnam Russiam prosemper avulsa extiterit. Anno 1657 mortuus est Chmielnicki, quem scriptor Polonicus Czerwiński in suo opere edito Premislae 1816 p. 222 laudat qua hominem dignum, fidelem, fortem, circumspectum, justum, amantem bonum (Poloniae) publicum, multa perpessum, ad proelium primum, ad fugam autem ultimum. Anno 1659 invadebat Poloniam princeps Transylvaniae Rakoczy cum 50,000 exercitus, et Polonia erat multis cladibus afflicta, quibus Poloniae regimen cogebatur cum illa parte Cosacorum, quae annexionem cum Moschoviae retrectabat, sub duce eorum Joanne Wyhowski die 6 Septembris 1659 in Hadiacz per Commissarios regis Stanislaum Biemenski, Casellanum Volhyuensem et Casimirum Oblaszewski, Castellanum Smolenscensem, Cosacis ac nationi Ruthenae libertates et praerogativas ad formam Zboroviensium assecurare. Ad hanc conventionem multum contulit. Arsenius Zeliborski Eppus Leopolien. Ruthenus, quod patet ex literis regis Joannis Casimiri ddto 7 Septembris et reginae Mariae Ludovicae sub 6 Septembris 1658 ad eum datis. Haec conventio a nonunitis transferebatur ad unitos Ruthenos, earuitque tamen omni eventu etiam pro unitis. Si regimen polonicum eadem conventione pradenter usus fuisset et Ruthenae nationalitati cequalia jura cum Polonica et Lithvanica concencesisset, ipsi

Digitized by Google

quoque hi Rutheni, qui Moschoviae adhaerebant, ad Poloniam rediissent. Sequitur jam conventio Hadiaczensis cum omnibus attinentiis suis.

Ex Volumine legum.

KOMMISSYA HADYACKA.

W imie pańskie amen.

Ku wieczńej pamięci teraz y napotym będącym zawżdy. Komisya między stanami korony polskiej y Wiel. Xwa Litewskiego z jednej a wielmożnym hetmanem y wojskiem zaporozkim z drugiej strony przez wielmożnych Stanisława Kazimierza Bieniewskiego Wołyńskiego, Kazimierza Ludwika Jewłaszewskiego Smolińskiego kasztelanów z seymu od najjaśniejszego Jana Kazimierza z Bożej łaski króla Polskiego y Szwedzkiego, Wielkiego Xiążęsia litew. ruskiego, pruskiego ettc. a gotskiego y wandalskiego, dziedzicznego króla y wszystkich Stanów koron. y W. X. Litew. naznaczonych kommissarzów z wielm. Janem Wychowskim hetmanem y wszystkim wojskiem zaporozkim w obozie pod Hadiaczem dnia 16. septembris roku pańskiego 1658 skończona, na której pokój wieczny y nigdy nierozerwany między obojga narodem tym sposobem jest utwierdzony.

Naprzód religia grecka starożytna, ta y taka, z jaką starożytna Ruś do korony Polskiej przystąpiła, aby przy swoich prerogatywach y wolnym używaniu nabożeństwa zostawała, póki język narodu ruskiego zasięga, we wszystkich miastach i miasteczkach, wsiach tak w koronie polskiej jako y w W. X. Litew. także na seymach, woyskach, trybunałach nie tylko w cerkwiach, ale publicznie w processyach w wizytowaniu chorych cum sacra synaxi, chowaniu umarłych y w wszystkim zgoła, tak jako nabożeństwa swego, libero et publice zażywa ritus Latinus. Teyże religii greckiej daje się moc wolnego erygowania cerkwie; zakonow, Monasterow no-

Digitized by Google

wych, jako y starych ponawiania y naprawiania, co się cerkiew y dobr zdawna na cerkwic religii greckiej starożytney iundowanych, przy tych zostawać mają grecy starożytni prawosławni, które cerkwie post praestitum publicum juramentum fidelitatis przez półkowników y inną strarszyznę woyska zaporozkiego in spatio dimidii anni podane będą przez kommissarzów ab utrinque naznaczonych. Tey zasię wiary, która jest przeciwko wierze greckiej prawosławnej, y która dyssensyą między rzymskim y starogreckim narodem mnoży, żaden z duchownego świeckiego senatorskiego y szlachetnego stanów cerkwi, monasterów, funduszów fundować, erygować y pomnażać tak w dobrach duchownych, jako Jk. Mci y w własnych dziedzicznych, jakimkolwiek sposobem nie ma y vigore tey kommissyi nie będzie powinien wiecznemi czasy, Romanae zasię fidei w województwach Kijowskim, Bracławskim, Czerniechowskim liberum exercitium conceditur. Panowie zaś świeccy tak dziedziczni jako y urzędnicy JKM. religii rzymskiej żadney jurysdykcyi mieć nie będą na duchownemi swieckiemi y zakonnikami religii greckiej przez należytego pasterza. Aże w spólney ojczyźnie spólne prerogatywy y ozdoby wzajemne należyć utrique Ritui mają. Tedy oyciec Metropolita kijowski teraz y na potym będący ze czterma władykami łuckim, lwowskim, przemyskim, chełmskim y piątym z W. X. Litew. Mścisławskim według ich porządku własnego w senacie zasiadać ma z taką prerogatywą y liberae vocis usu, z jaką w senacie zasiadają Jw. Imc. duchowni ritus romani, miejsce jednak Imci ojcu metropolicie po Imci x. arcybiskupie lwowskim a władykom po biskupach powiatów swych naznacza się.

W województwie kijowskim dygnitarstwa senatorskie nie mają być dawane tylko szlachcie ritus graeci, capacibus tych urzędów, w województwie zaś bracławskim, czerniechowskim też preeminencyi senatorowie alternatim konferowane być mają tak, iż post decessum senatorum ritus graeci ma succe-

Digitized by Google

dere senator ritus latini we wszystkich jednak tych trzech województwach natis et bene possessionatis urzędy konferowane być mają, salvo jure teraźniejszych possessorów. Więc też aby miłość zobopólna krzewiła się w miastach koronnych y W. X. Lit. gdziekolwiek cerkwie ritus graeci zasiągły, zarówno mieszczanie tak rzymscy jako y religii greckiej spólnych wolności swobód zażywać mają, y żadnemu religia grecka do magistratu przeszkodą być niema. Akademię w Kijowie pozwala JK. Mość y stany koronne erygować, która takiemi prerogatywami y wolnościami ma gaudere jako akademia krakowska z tą jednak kondycyą, aby w tej akademii żadnych sekt ariańskiej, kalwińskiej, luterskiej profesorów mistrzów y studentów nie było, więc aby między studentami y żakami żadney okazyi do zwady, wszystkie insze szkoły, które przedtym w Kijowie były, gdzie indziej JK. Mość przenieść rozkaże.

Gymnazya, kollegia, szkoły y drukarnie, ile ich potrzebować będą, bez trudności stawić wolno będzie y libere nauki odprawować i księgi drukować wszelakie in controversiis religionum sine laesione tamen majestatis regiae et absque scommatibus na króla Imci. Aby stan duchowny religii greckiey in levipendium nie przychodził, authoritate coventus praesentis duchownych religii tey starożytney w dobrach naszych królewskich duchownych y szlacheckich, w koronie y W. X. Litew. y Ruskim od wszelakiego poddaństwa, podatków, pańszczyzn, podwód, robocizn uwalniamy. Warując to, aby do takowych ciężarów ni od kogo pociągani nie byli, ale pod jurisdykcyą pasterzów swoich należnych zostawali.

PRZYSIĘGA

Jana Kazimierza króla polskiego etc. etc.

Ja Jan Kazimierz z Bożej łaski król polski W. X. Litew. Ruskie, pruskie, mazowieckie, kijowskie, zmudzkie, wołyńskie, inflańskie, smoleńskie, czerniechowskie, a szwedzki gotski

Digitized by Google

tum prioribus saeculis — sed etiam tempore mox concilium Zamoscenum praecedente, Josephus Szumlański, Eppus Leopoliensis ex Rothomagistro, Cyrillus Szumlański et Dyonisius Zabokrzycki, Josephus Wyhowski, Eppi Luceorienses, Athanasius Krupecki et Hieronimus Ustrzycki Eppi Premislienses, Josephus Bakojecki, Eppus Vladimiriensis ex laicis Eppi facti mox consecrabantur et regimen Ecclesiae occupabant. Non itaque fine excludendi cleri saecularis qualificati ab Eppatu prout dein religiiosi O. S. Basilii praetendebant, sed fine ponendi obicis intrusioni personarum saecularium ad Eppalem dignitatem, exorta desuper quaestione a nuntio s. Sedis Varsoviensi comite Garampi a. 1773 de danda sententia interrogati, ipsimet ord. Basiliani alumni Archieppus Polocensis Jason Smogorzewski dein Metroplita tum Antonius Mlodowski Eppus Vladimiriensis praelaudatum decretum fuisse latum existimarunt atque eo modo idem intrprotabantur.

Adnotatio I. Ad relationem Nuntii Hier. Grimaldi Congregatio de propag. fide ratihabuit decreto ddto 7. martii 1715 convocationem hujus synodi, quod quidem decretum Papa Clemens XI Brevi sub 20. martii 1716 approbavit, conferendo praesidium Nuntio Grimaldi. Posthac designata erat a clero Rutheno urbs Leopolis pro celebranda synodo, sed grassante ibidem peste convocabatur Zamoscium, et celebrabatur ibidem in Ecclesia protectionis B. M. V. Ex clero Rutheno aderant: Leo Kiszka, Metropolitanus et Eppus Vladimiriensis, Florianus Hrebnicki, Archieppus Polocensis et Vitebscensis, Josephus Wyhowski, Eppus Luceoriensis et Ostrogiensis, Josephus Lewicki, Eppus Chelmensis et Belzensis, Athanasius Szeptycki, Eppus Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis, Hieronymus Ustrzycki, Eppus Premisliensis, Samboriensis et Sanocensis, Theophilus Godebski nominatus Eppus Pinscensis et Turoviensis, multi decani et parochi, Protoarchimandrita, Archimandritae, Hegumeni et Jeromona-

Digitized by Google

chi O. S. B. M. Nuntius Apostolicus gratulabatur congregatis, quod bono suae Ecclesiae prospicere possint, hortabaturque eos, ut omni zelo hocce negotium absolvant. Dein lectis duobus brevibus Papae Clementis XI uno ad Nuntium, altero ad Eppos de celebranda Synodo illa, deposuerunt congregati coram Nuntio professionem fidei secundum formam ab Urbano VIII praescriptam. Synodus haec terminabatur tribus sessionibus, in quibus decreta concilii Tridentini circa fidem et disciplinam Ecclesiasticam et haec ultima applicata ad ritum Graeco-catholicam Ruthenorum, tum decreta concilii Florentini de unione Ecclesiae, de Primatu Romani Pontificis, de processione Spiritus s. a Patre et Filio una Spiratione, de pane eucharistico in Ecclesia Graeca fermentato et in Ecclesia latina azymo, de purgatorio, de adjutorio defunctis praestando, dein bulla Clementis XI. „Unigenitis" contra errores Quesnelli suscepta erant. Synodus haec insuper vollens dare specimen addictionis suae Ecclesiae Catholicae demandavit, ut symbolum imprimatur et recitetur cum verbis „Filioque" et insuper ut in liturgia nomen Papae Romani commemoretur. Agebatur deinde de uniformitate in celebranda missa et aliis officiis divinis et Sacramentorum. Acta hujus Synodi submissa Papae Benedicto XIII dabantur ad revisionem congregationum de propag. fide et Conciliorum, et postquam ab his ratihabita erant, decretis ddto 5 Decembris 1722 et 4 Martii 1724 confirmata extiterunt a Papa Benedicto XIII Brevi ddto 19 Julii 1724, quod incipit Apostolatus officium", quodque ritum Graeco-catholicum sartum tectumque declaravit. Vide: Breve-Confiirmationis et Constitut: „Allatae sunt" §. 16. Acta Synodi hujus cum dedicatione Papae Benedicto XIII an. 1724 Romae typis mandata erant, et novissimis quoque temporibus reimprimebantur.

Adnotatio II. Quo ad Eppos graeco-catholicos ex ordine sancti Basilii Magn summendos notamus sequentia: No-

Digitized by Google

tum est, ante hunc ordinem in Ecclesia Graeca Eppos ex clero saeculari constitutos fuisse. Notum poro est, serioribus temporibus Eppos in Ecclesia Graeca ex dicto ordine ita assumptos fuisse, sicut in Ecclesia latina ex ejus variis ordinibus assumebantur, siquidem revera olim monachi doctrina et sanctitate morum exceluerunt. Notum denique est, seriori tempore in Ecclesia latina sacerdotes saeculares non sine reflexione ad Eppiscopatus promotos fuisse et promoveri, quin tamen doctrina et morum sanctitate eminentes Monachi ab hoc munere excluderentur. Etiam in Ecclesia Ruthena vigebat mos, quod pro dignitate Eppali eligerentur a clero et populo non solum Monachi Basiliani, sed etiam presbyteri saeculares in statu existentes coelibi, quales nunquam defuerant nec desunt. Negari denique non potest, Eppos Ruthenos ex ordinine Basiliano soepisime occupatos fuisse eo, ut suos consanguineos bonis Ecclesiasticis ditarent, qui post eorum decessum illa bona invadebant, sibi appropriabant, magnos processus causabant, irati ad ritum latinum transibant, et dein Ruthenos persequebantur. Insuper historia Ecclesiae Ruthenae testatur, Eppos ex ordine Basiliano non curasse culturam cleri saecularis, eumque recte ideo in ruditate tenuisse, ne cum ordine Basiliano aemularet, neque ordo hic altiores ecclesiasticas dignitates et cum eis majores proventus amitteret. Secundum nostram opinionem recte ideo, quia in Ecclesia Graeca et Russica nonunita Monachi Basiliani licet non exclusive ad Eppatus et alias dignitates assumuntur, clerus curatus tanta ibidem laborat ignorantia, et si deberemus respondere ad quaestionem: cur in Graecia et Russia schisma hujusque duret, non haesitaremus proferre illud, quod causa hujus calamitatis lateat in illa recentiori ibidem observata praxi, assumendi ex odine monastico Basiliano Eppos et reliquos praelatos. Vide etiam desuper opus Russicum: Описанїе сельскаго духовенства. Berlin, Paris, London (1858). Alia autem rerum facies prodiret, si clerus saecularis in his oris

Digitized by Google

aliquando e jugo Basilianorum emergeret. Quum itaque clerus Ruthenus saecularis a Basilianis, Eppatus et altiora officia dioecesana posidentibus, studio teneretur in ruditate, ob quam multi magnates, nobiles et cives Rutheni ad ritum latinum et ad polonismum cum summo damno s. Unionis transibant, ipsa s. Sedes Romana judicavit clerum Ruthenum saecularem educare. Insuper Papae Romani per se et per nuntios suos non tantum Eppos Ruthenos ad erigendas scholas et Seminaria necnon ad faciendas fundationes pro canditatis status Ecclesiastici stimulabant, sed etiam ipsi ad expensas camerae Apostolicae seu congregationis de prop. fide fundabant, ut supra dictum est, Romae, Vilnae et Leopoli Seminaria seu collegia Ponficia, et in eis stalla pro alumnis Ruthenis. Exemplo Summorum Pontificum allecti nonnulili Fppi fecerunt tales fundationes in praedictis collegiis pontificiis, necnon erigebant seminaria dioecesana, quum interim Rasiliani Chelmensis et Luceorienses ex suis scholis inundabant dioeceses Ruthenas unitas, speciatim vero Premisliensem et Leopoliensem talibus sacerdotibus, qui summa ruditate laborabant. Pro elevatione cleri saecularis Rutheni dedit Benedictus Papa XIV constitutionem: „Quae Venerabiles fratres" ddto Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die 14 Augusti 1753, in qua Eppi Rutheni monentur, ut educationis cleri saecularis praecipuam curam habeant, huncque ad dignitates et officia dioecesana promoveant.

Adnotatio III. Notae in Articulum VI Synodi Provincialis Zamoscence, qui sic legitur. Uti ii, qui ad Sacrum Eppatus apicem promovendi sunt, diutius a Superioribus suis probari..... possent, a Synodo recte considerante maturitatem, quae in Episcopis promovendis ex Sacrorum Canonum praescripto adhiberi debet, (citantur ad marginem Canones Concil. Sardicen. Constantinopol. IV et Lateranensis III.) visum est statuere, ut nemo deinceps nisi a s. Sede Dispensbtionem

Digitized by Google

obtineat, Episcopus esse possit, qui professionem Religiosam non fecerit, nemo vero profiteri valeat, qui prius intra septa Monasterii non expleverit annum probationis Regularis, et sex hebdomadas juxta Constitutiones et consvetudines Ordinis D. Basilii Magni.

Praenotanda: Antequam hujus articuli genuinus sensus eliciatur, diligenter notandum est, cum in Latina tum in Graeca Ecclesia non solum e Monachis est etiam e Laicis ad Episcopatum omni tempore fuisse promotos.

In Oriente quidem ex hoc unica ratione, quod post permissum Presbyteris Secularibus a Concilio Trullano an. 692 celebrato usum Matrimonii ante SS. Ordines contracti subjecta in Clero Saeculari ad Episcopatum idonea defuerant. Quare necesse fuit Eppos vel ex Monachis, vel ex Laicis coelibibus aut viduis assumere.

Eandem ob rationem et in Russia similis consvetudo usque adeo invaluerat, ut post Conc. Florent. praesertim (prout Mlodowski in Informatione ad S. Nunciaturam Varsavien. de an. 1773) fere ipsimet Laici in Metropolitas et Eppos promeverentur.

Iidem ut primum in comitiis particularibus Nobilium electi, a regibus nominarentur, non existente Seminario aut aliqua Cleri Saecularis Communitate, continuo se ad Monasteria retraxerant, ubi se ad SS. Ordines suscipiendos praepararent, ritus, caeremonias aliasque res statui Episcopali accomodatas addiscerent.

Communiter assumebant et habitum religiosum, vel ut se Monachis, quibus aliquo tempore convixerant, accomodarent, vel quod ignominiosum putarent, habitum Clericalem tum incultum, ac rusticano similem deferre, et cum reliquo Clero Saeculari confundi, qui pro eo tum maximo contemptu habebatur, Jurisdictioni Dominorum terrestrium obnoxius vivebat, ad Rabotas forumque Saeculare trahebatur, donec pri-

Digitized by Google

mum a Vladislao III Poloniae et Hungariae Rege, demum a subsequis Regibus cum Clero Latino quoad Privilegia et Immunitates aequiparatus exiterit.

Hi iidem directe e Saeculo ad Episcopatum vocati, teste Mlodowski, et prout ex textu Art. 6. Zamosceni colligere licet, quamvis habitu Monachos praeseferebant, Monasticam tamen Professionem non eliciebant, et si eliciebant, fecerant id aut ex persuasione Monachorum suo instituto addictorum, aut ex ignorantia rerum Ecclesiasticarum, ad quas in Saeculo viventes et forte nihil unquam de Episcopatu cogitantes minime incubuerant; aut quia putarent, nullo tertii praejudicio se id facere, praesertim cum pro eo Statu non videretur verosimile, ut Clerus Saecularis vel Coelibatum fuisset secuturus, vel adeo excolendus, ut ad Episcopatum idoneus redderetur, aut denique, quod hoc modo interstitia a SS. Canonibus requisita compensari existimarent. Ut infra quid simile de Photio videbitur.

Ast cum lapsu temporis occasione Promotionis Laicorum forte abusus enascerentur', Episcopi nonnunquam propter solam generis Nobilitatem, per factiones Familiae suae in Comitiis particularibus non raro tumultuose celebratis electi, rerum Ecclesiasticarum rudes, moribus, doctrina et pietate non probati regendis Ecclesiis praeficerentur, Patres Zamosceni collapsis disciplinae Ecclesiasticae rebus medalam allaturi, legem art. 6. protulerunt, qua praecipiti ad Episcopatum promotioni viam praecluderent. His praemissis statuitur:

Propositio: Sanctio Synod Zamoscenae art. 6. de Episcopis, Presbyteros Saeculares aliunde idoneos ad Episcopatum promovendos, nullatenus obligat ad Religiosam Professionem, consequenter neque ad Dispensationem eatenus impetrandam.

Demonstrator 1. Quia neque ex antecedenti, neque ex consequenti art. 6. hujusmodi sensus elici potest. Ut nemo

Digitized by Google

deinceps ex Presbyteris Saecularibus Eppus esse possit, qui Professionem Religiosam non fecerit, nisi Dispensationem obtineat.

Sed ex hoc antecedenti: diutius a Superioribus suis probari, is sensus elicitur, ut nemo deinceps ex Monachis (si Monachi non potius Laici dicendi sunt, (Vid. informatio Rdmi Smogorzewski hodierni Metropolitae totius Russiae Resp. ad 5, an. 1773 S. nunciaturae Varsaviensi occasione resuscitati Capituli Leopoliensi data,) Episcopus esse possit, qui Professionem religiosam non fecerit etc.

Demonstratur 2. Abusus dant occasionem ferendis legibus. Temporibus Synodum Zamoscenam antecedentibus vel Laici vel Monachi tantum ad Epptum promovebantur ex defectu subjectorum in Clero Saeculari. Igitur Presbyteros Saeculares lex non ferit.

Demonstratur 3. Finis laudate legis est diutior probatio eorum, qui in Eppos essent promovendi. Sed hoc motivum respectu Presbyterorum Saecularium aliunde idoneorum et in SS. Ordinibus jam probatorum omnino cessat.

Demonstratur 4. Pascere Jure ordinario competit Clero Saeculari. Igitur nisi per legem Ecclesiae pro ratione circumstantiarum expresse restringatur, praesumptio stat pro Clèro. Jam in art. 6. Zamosceno nihil expresse profertur, quod Juri ordinario Cleri deroget.

Demonstratur 5. Fundamentum, quo nititur Sanctio Zamoscena, sunt Canones Conciliorum ad marginem art. 6. allati, Sardicensis, Constantinop. IV. et Lateran. III. atqui hi duntaxat praescribunt, qua maturitate in promotione Epporum sit procedendum; Canon vero 5tus Conc. CPni IV. contra Photium celebrati plus adhuc decernit, cum aeque Clericos

Digitized by Google

ac Monachos promovibiles esse prununtiet, qui Clerici vel Monachi facti sunt propter virtutem, non propter ambitum Epptus. Igitur Synodus Zamoscena in fundamento Conc. CPni. castigando eos, qui se Monachos propter Epptum faciebant, Presbyteros Saeculares tum in exercitio Eppatuum non existentes intactos reliquit juxta mentem Conc. CPni. Dicendo enim implicite, se idem, quod illud, statuere et aliud quam illud statuendo, sibi ipsi contradixisset quod absit. Huc accedit.

Clausula Confirmationi Synodi Zamoscenae a Benedicto XIII adjecta, nihil derogandum esse censeatur Decretis Conciliorum Generalium emanatis super Ritibus Graecorum, quae non obstante hujusmodi confirmatione semper in suo robore remanere debeant.

Notanda contra Objectiones. 1. Ratio, cur Photius Mochum induerit, antequam Patriarcha fieret, non provenit ex disciplina Ecclesiae Orientalis, vi cujus promovendi ad Epptum tenerentur ad Professionem religiosam, sed ex eo, quod juxta opinionem vulgi anni probationis in SS. Ordinibus a SS. Canonibus ad consequendum licite Epptum requisiti, per religiosam Professionem compensentur. Thomasinus p. 1. lib. 3. c. 17 num. 13.

Unde forte non immerito colligi potest, quod propter eandem opinionem vulgi etiam in Russia vigentem e Laicis ad Epptum vocati, Monachalem habitum communiter induere, et religiosam professionem solebant passim elicere.

2o. Licet post Synodum Zamoscenam an. 1720 celebratam nullus a Presbyteris saecularibus in Eppum fuit promotus, id non proveniebat ex vi sanctionis, sed ex constanti defectu subjectorum in Clero. Namque circa annum 1745 Presbyteri Coelibes necdum aderant, cum Vicarius Generalis item auditor Curiae Eppalis Chelmensis sicut et Vicarius Ge-

Digitized by Google

neralis Premisliensis teste Mlodowscio essent uxorati Presbyteri.

3o. Etiam in Ecclesia Graeca ordo sacer est impedimentum dirimens matrimonii. Sicut in fundamento concil. Tridentini in Russia sacrosancte recepti, (cujus auctoritatem Synodus Zamoscena multis in locis sequitur), docet Theologia moralis pro neo-ordinandis slavonice typis impressa. Quod interea ad solvendum hoc dubium videtur sufficere, cum antiqua monumenta adducere longum esset.

Duo sunt actu Eppi R. G. C. in Hungaria Munkatsiensis et Magno-Varadinensis e clero saeculari confirmati a Pontifice Romano non emissa Professione, nec imperata eatenus dispensatione. Aliunde dispensatio ejusmodi non inducit impedimentum dirimens Matrimonii contrahendi, quamvis econverso contractum matrimonium non impediat ad ordines suscipiendos.

Epistola secretarii s. cong. de prop. fide hoc dubium non movet, licet moveat quoad Ruthenos in Polonia ex capite art. 6. Zamosceni, et ex aliquo manuscripto Romae asservato. Quod tamdiu potest auctoritatem habere, quamdiu in clero saeculari defectus subjectorum observatur. Et cum dicat Hiero-Monachum, id est, Monachum Presbyterum, adeoque qui jam per omnes s. ordines probatus esset, Metropolitae ad Epptum esse praesentandum, supponit fuisse consvetudinem praesentandi tales, qui neque in Monastica vita neque in s. Ordinibus essent probati, adeoque Laicos, ut ex dictis superius patet.

§. 28. Angustiae s. Ruthenorum unionis. Traductiones Ruthenorum gr. cath. ad ritum latinum. Decreta s. Sedis Romanae id prohibentia.

Quae hucusque enarrata sunt, demonstrant, — quantis difficultatibus unio Ruthenorum subjacebat, — et menti Sedis Apostolicae expressae in eadem promovenda ac fovenda

Digitized by Google

haud fuisse satisfactum. Episcopi rutheni uniti, quos summus Pontifex ornandos et senatoribus adscribendos a rege Poloniae Sigismundo III et senatoribus regni ecclesiasticis et saecularibus petebat, quibusque charitatem fraternam cum unitis fovendam commendabat, non tantum unquam honoris Senatorii reddebantur participes, verum econtrario ab Eppis rit. lat. contemnebantur, — qui non solum private, sed etiam synodaliter ferebant decreta et prohibebant: *)

Ne Eppi rutheni uniti praerogativas Eppis latinis competentes sibi usurparent, titulis Illustrissimorum et torquibus aureis uterentur, et demandabant, ut decimas ex suis bonis latinis sacerdotibus solverent, et coram tribunali Eppi Samogetiae responderent. Licet si porro summus Ptfex tam regi Poloniae, quam magnatibus et senatoribus ecclesiasticis et saecularibus commendasset Ecclesias unitorum earundemque bona; attamen et Ecclesiae et bona unitorum Ruthenorum ab iisdem recipiebantur, et partim Ecclesiis latinis applicabantur, partim a laicis ritus latini absque ullo scrupulo, acsi non essent ecclesiastica retinebantur, et uniti ad tribunalia eatenus relegati causas cum effectu propterea promovere haud valebant, quod aliis documentis, quam antiquis inscriptionibus in libris evangeliorum factis juxta anterioris aevi consvetudinem proprietatem horum bonorum in judicio comprobare non possent; jam vero talibus inscriptionibus evangeliorum robur probationis per constitutionem regni an. 1607 ad instantiam recte illorum, qui haec bona sibi usurpaverant, emanatam ablatum fuit. **)

---

*) Id factum est in synodo provinciali in Grodno d. 8. Novembris 1644 celebrata: Vide memoriale s. congregationis de propaganda fide, ratione variarum cleri rutheni catholici imo et Epporum unitorum oppressionum ab Antonio Sielava Mtplta Russiae cum Eppis et clero a 1644 exhibitum.

**) Vide informatio Josephi Velamini Rutski Metropolitae

Digitized by Google

Itaque plurima bona et dos Ecclesiarum deperierant tanto magis, cum inter ipsos unitos et nonunitos desuper moverentur lites, et ita res in lite existens tertio cedebat.

Quod vero maximum unitis praejudicium ac damnum inferebat, erat pertractio unitorum Ruthenorum ad ritum latinum. Dum unio iniretur, nobilissimi et potentissimi magnates ac regni proceres Rutheni sequabantur ritum graecum; magna pars horum procerum et praecipua erat unioni infensa eique contraria cumque unio violentis mediis propagaretur, et Eppi uniti perinde odiosi evaderent, ideo aversio ipsa multis praebebat ansam loco unionis in ritu graeco potius ritum latinum amplectendi, idque tanto magis, cum ex parte cleri latini diversimoda vulgarentur scripta, quibus contemptui summo ceremoniae sacrae et ritus unitis ac nonunitis communis risui et ludibrio, ac perinde hujus asseclae contemptui exponerentur. In scholis publicis latinis juventutis animis odium et aversio erga Ruthenos in genere et eorum ritum instillabatur, atque juvenes rit. graec. Rutheni vexabantur, ut relicto propria ritu ad ritum latinum transirent. (Vide „Projekta na wygubienie Rusi ex an. 1717 et 1786) Cum praepterea Rutheni tam uniti quam nonuniti ab officiis publicis excluderentur, ideo passim relicto proprio ritu ad ritum lat. transibant, unde nonuniti unitis Ruthenis passim objiciebant, unionem cum Ecclesia Romana, praetextum dumtaxat esse, ritum graecum in Russia extirpandi. Quare jam a. 1615 Metropolita unitorum Velaminus Rutski recurrebat ad Paulum V. P. M. petendo hac in re contra clerum latinum auxilium. Paulus V. sub die 10 Decembris 1615 declarabat: „Mentem Sedis Apostolicae nunquam fuisse, nec esse, ut praetextu unionis Ruthenorum ritus graecus tollatur, atque demandabat, ut Rutheni ritum servarent juxta literas Clemen-

---

rutheni anno 1622 sanctae congregationi praepositae negotiis Ruthenorum exhibita, cum enarratione variarum injuriarum, quas experiuntur Eppi et clerus unitus a Latinis.

Digitized by Google

tis VIII, juxta decreta concilii Florentini, et juxta collegii graeci de urbe regulas, cujus alumni emittunt juramentum de non transeundo ad ritum latinum sine Apostolicae Sedis dispensatione. „Cum tamen non abstante hoc Summi Pontificis effato, Rutheni uniti a Latinis ad ritum latinum pertraherentur, ideo ad querelas Metropolitae Velamini Rutski Urbanus VIII Pontifex, malis occurrere cupiens, sub die 7 Febr. 1624 edebat decretum sequentis tenoris:“ Ad conservandam pacem et concordiam inter Ruthenos unitos et ob alias gravissimas causas de consilio et assensu V. V. F.F. suorum s. Romanae Ecclesiae Cardinalium congregationis de propaganda fide, statuit Sua Sanctitas, ne decaetero Ruthenis unitis sive laicis sive ecclesiasticis tam saecularibus quam regularibus, et praesertim Monachis s. Basilii M. ad latinum ritum quacumque de causa, etiam urgentissima sine speciali Sedis Apostolicae licentia transire liceat, et proinde omnibus Archieppis Eppis et officialibus Ruthenorum unitorum stricte praecipiendo mandavit, ne deinceps licentias pro hujusmodi transitu subditis suis cujuscumque gradus et conditionis existant, concedere praesumant, et Archieppis, Eppis et aliis praelatis latinis et eorum officialibus, ne Ruthenos unitos praedictos, ad latinum ritum transire volentes, quovis praetextu aut causa etiam cum licentia Ruthenorum praelatorum suorum recipere audeant, sub poena nullitatis actus, et aliis arbitrio Sanctitatis Suae et summorum Pontificum successorum suorum transgressoribus infligendis.“

Displicuerat isthaec Sedis Apostolicae providentia Eppis latini ritus, distinctam Ruthenae Ecclesiae et Episcoporum, quorum dioecesani cum Ruthenis erant permixti, jurisdictionem aegre ferentibus, ideoque nihil intentatum relinquebant, quod Sigismundum III eotum regem Poloniae inducere poterat ad suadendum Nuntio Apostolico in regno Poloniae, supra laudatum decretum vergere in damnum fidei sanctae eo, quod (ut

false supponebatur,) Rutheni eousque tantum in unione permansuri sint, donec Mtplta illorum Velaminus Rutski in vivis extiterit. Equidem Nuntius Apostolicus falso hoc inductus motivo, praecipitanter consulebat sacrae Sedi sub die 30 Maji 1624 restrictionem supradicti decreti ad solos ecclesiasticos, et sub die 7 Julii 1624 emanabat decretum seu resolutio s. congregationis de propaganda fide occasione duorum Basilianorum religiosorum, nimirum: Cassiani Sakowicz, et alterius nomine Clementis, qui ritum latinum fuerant amplexi, in quo prohibebatur, ne ecclesiastici et Monachi Basiliani sine expressa Sedis Romanae licentia ad latinum Ritum susciperentur, ex qua resolutione inferebant latini Eppi, Decretum Urbani VIII ddto 7 Febr. 1624 ad solos ecclesiasticos et Monachos Basilianos esse restrictum Rutheni vero uniti contendebant, praedictum decretum in suo robore permanere. Cumque PP. Societatis Jesu Ruthenos Unitos ad latinum ritum pertrahere non cessarent, et querelae catenus a Ruthenis ad sacrum Sedem pervenissent, ideo ex mandato summi Pficis monebatur sub die 21 Octobris 1624 Generalis Jesuitarum, ne laicos graecos unitos ad latinum ritum per suos sacerdotes traduci sineret, quod mandatum etiam subseque sub die 12 Septembris 1629 iterabatur.

Anno 1667 celebrabatur Brestae sub praesidio Nuntii in Polonia Pignatelli capitulum ordinis religiosi s. Basilii M, in quo praedictus ordo ad normam ordinum religiosorum ritus latini reducebatur. Cum porro hac occasione Nuntio Apostolico amarissime conquererentur Rutheni uniti contra clerum rit. lat., ad suum ritum continuo Ruthenos pertrahentem; idcirco praefatus Nuntius nomine Sedis Apostolicae mutationem ritus in obversum decreto Urbani VIII de die 7 Febr. 1624 tanquam schismaticis summe scandalosam et fidei catholicae nocivam prohibebat, et desuper de die 12 Martii 1667 congregationi de propaganda referebat, quae omnia haecce congregatio sub die 9 Maji 1667 adprobavit.

Digitized by Google

Subseque porro an. 1681 ad preces unitorum Epporum ruthenorum, consentientibus etiam latinis Eppis, ministris Poloniae et Senatoribus, de expressa voluntate regis Joannis III. sub die 18 Martii 1681 in conventu Varsoviae in causis unionis celebrato sancitum fuit decretum, quo Ruthenis cauta fuit plena decreti Urbani VIII sub die 7 Febr. 1624 executio, ne scilicet quivis pro suo libitu a Graeco ritu ad latinum transire praesumeret, aut Eppi latini negotiis Ruthenorum sese immiscerent. Hisce tamen omnibus non obstantibus Rutheni uniti ad ritum latinum pertrahebantur, et Sedes Apostolica continuis eatenus querelis Ruthenorum Epporum molestabatur, quibus obviare cupiens sub die 29 Julii 1731 declarabat: a decreto Urbani VIII sub die 7 Febr. 1624 edito, non esse recedendum, et confessariis omnibus ritus latini et praesertim presbyteris S. J. stricte injungendum, ne in confessionibus laicos Ruthenos ad rit. lat. pertraherent.

§. 23. Conamina Cleri Polonici, Bullam „Etsi Pastoralis" ad Ruthenos Graec. Cath. extendendi.

Anno 1742 Benedictus XIV P. M. edebat Bullam, quae incipit: „Etsi pastoralis" ad Italo Graecos in Sicilia et Calabria degentes, propriis Eppis destitutos, qua et libertas transeundi a Graeco ad lat. ritum concedebatur, et praeeminentia ritui latino prae ritu Graeco assignabatur. Hac occasione latini Eppi sibi pollicebantur, extensa ad Ruthenos unitos in Polonia hac Bulla eosdem facile ad latinum ritum pertrahendos, suam jurisdictionem dilatandam, et Eppos Ruthenos unitos amissis ovibus per se superfluos, amovendos esse. Itaque anno 1752 Grodnae congregati inter alia conclusa in praejudicium Ruthenorum unitorum facta, exarabant ad Sedem Apostolicam petitum, ut libertas transeundi a ritu graeco ad latinum laicis unitis concederetur, atque Bulla: „Etsi pastoralis" etiam ad unitos Ruthenos in regno Poloniae extenderetur, in quo petito deterrimis coloribus Rutheni uniti depingebantur ad demon-

Digitized by Google

strandum, ritum Graecum pro possibili ex toto exstirpandum esse. Una vero atque publica scripta spargebantur per aulas Magnatum Poloniae et Nobilium, civitates et oppida, quibus contemptus ritus graeci et ceremoniarum animis tam Cleri quam laicorum ritus latini instillabantur, quibus exagitati non pauci Rutheni uniti, praesertim nobiliores et in officis publicis constituti ad ritum latinum transibant, et in obversum decretorum Sedis Apostolicae suscipiebantur.

Equidem Metropolita unitorum eotum Florianus Hrebnicki et Eppi non intermittebant, causam Cleri et populi sui tam apud Poloniae regem quam apud Sedem Apstlicam agere, et repetebant litteras a rege Augusto III an. 1753 et 1762 ad summum Pontificem datas, quibus rex integritatem ritus Graeci unitorum Ruthenorum manutenendum Sedi Apostlicae urgenter commendabat. Haec gravia tempora pro ritu graeco-catholico ediderunt Bullam „Allatae sunt" ddto 26 Julii 1755, normativam pro dicto ritu pro sopienda lite, quae tot odiis, animositatibus, scandalis et malis ansam praebuerat, et constitutio salubriis Urbani VIII approbabatur. Si Magnates et Nobilitas unita ad ritum latinam non fuisset pertracta, sequenti tempore non fuisset unio sub dominio Russico tam facile extincta.

§. 24. Exemtio Basilianorum a jurisdictione Epporum Ruthenorum.

Ordo monasticus regulae s. Basilii M. juxta Ecclesiae Graecae disciplinam Eppis locorum ordinariis subest, et Eppus quisque in sua dioecesi est omnium monasteriorum praepositus. Ejusmodi disciplina Ecclesiae graecae tempore susceptae unionis in Russia vigens, perdurabat usque ad tempus celebratae Zamoscenae synodi, in qua juxta nutum Sedis Apostolicae decidebatur, monasteria in congregationes coadunanda, et hisce Provinciales et Generalem praeficiendum esse Sedes Apostolica ordinem praedictum tamquam opti-

Digitized by Google

mum medium conservandae et ampliandae unionis s. Ruthenorum considerebat, et ideo illum non tantum a jurisdictione Epporum, verum etiam Metropolitae, non obstantibus sibi factis eatenus a Metropolitae Athanasio Szeptycki remonstrationibus, exemptum declarabat. Atque ita medio bullae Benedicti XIV ddto 27 Novembris 1742, quae incipit: „Etsi dubitare non possumus Nuntio Apostolico in Polonia demandabatur, ut ordinem Basilianorum, in binas provincias Polonam et Lithvanam divisum, uni Generali seu Proto archimandritae subordinaret, quod dein factum medio bullae ddto 2 Maji 1744 confirmabatur. Quam parum tamen praedictus ordo spei et expectationi Sedis Apostolicae responderit, experientia docuit. Cum etenim praedictus ordo sese ordinem praelaticum esse et a sancta Sede ad dignitates et regimen Hierarchicum destinatum appellaret, ideo in adversum a diametro regulae sibi a suo institutore s. Basilio M. praescriptae, *) non tantum altiores dignitates hierarchicas summe anhelabat, praesertim cum sibi ad easdem per decretum synodi Zamoscensae quasi jus exclusivum competeret, verum etiam omnia officia dioecesana in curiis Epporum, imo ipsum officium decanorum foraneorum sibi unice competere praetendebant. Tales ex Monachis praepositi clerum saecularem, curae animarum incumbentem, omnimode opprimebant, fundationes pro seminariis cleri saecularis factas sibi adpropriabant, omném culturam hujus cleri impediebant, rudissimos homines ad statum sacerdotalem promovebant, et statum perinde ipsum despectui exponebant, — beneficia melius dotata et Ecclesias monasteriis incorpora-

---

*) (S. Basilius in constitutionibus monasticis cap. 91 dicit: Nequaquam convenit, ut asceta unquam cupiat ingredi in clerum aut fratribus praefici nam diabolica pestis est hoc, labesque libidinis dominandi, quae res summae diaboli insigne est nequitiae, cognito itaque detrimento hanc absurdam cupiditatem fugiamus, nam et hic animae morbus gravissimus est, et facit, ut a bonis aeternae beatitudinis) excedamus.

Digitized by Google

bant, et suas bbatias ditabant, — Capitula cathedralia supprimebant, et clerum saecularem sub jugo ferreo continebant. Ejusmodi jugi pertaesus clerus saecularis, praesertim dioecesium Leopoliensis et Premisliensis amarissimas Sedi Apostolicae submitebat querelas, praesertim a. 1746 et 1747 quibus permotus Benedictus XIV in bulla: Quae venerabiles fratres ddto 14 Augusti 1747 commendabat serio Eppis Ruthenis: ut educationis cleri saecularis praecipuam haberent curam, et hunc ad dignitates et officia dioecesana promoverent, Monachos vero ab his officiis arcerent. Dum hoc Sedis Apostolicae effatum in dioecesi Leopoliensi et Premisliensi executioni datum fuerat, illico ordo Patrum Basilianorum proinde infensus contra Eppos et clerum saecularem de variis fundationibus, imo de ipsis Ecclesiis cathedralibus processus movebat tam in diversis subselliis et tribunalibus regni quam in sacra nuntiatura,—qui processus an. 1751, inchoati, ultra 30 annis agitabantur, et jam longe post divissionem Poloniae sunt compositi. Utque Sedes Apostolica ad ejusmodi opus Eppos adduceret, ad expensas camerae apostolicae seu congregationis de propaganda fide fundabatur seminarium Leopoli, cui praeficiebantur clerici regulares dicti Teatini. Simile seminarium etiam Vilnae erigebatur. Eppi a Sede Apostolica animati augebant has fundationes, atque ita pro dioecesi Leopoliensi, Premisliensi et Luceoriensi educati in seminario pontificio Leopoli clerici saeculares scientiis requisitis instructi, ad servitia publica dioecesana applicabantur. Idem fiebat in dioecesi Metropolitana, pro qua alumni in seminario Vilnensi educati ad officia dioecesana et curam animarum in locis, ubi eruditiores curatores pro manutenenda et propaganda sancta unione erant necessarii, adplicabantur, quae dioecesis Metropolitana longo tempore *) sub regimine Atha-

*) Localitates maxime eruditis, moralibus et prudentibus sacerdotibus indigentes erant in Metropolitana et huic collimitanea dioecesi Camenecensi illae, quae finitimae erant,

nasii Szeptycki Metropolitae ac simul Eppi Leopoliensis (qui pro 4 alumnis in collegio Pontificio Leopoliensi fundationem fecerat) permansit.

§. 25. Querelae nonunitorum Eppi Konyski. Garantiae tractatus cum imperio Russico.

Per intervallum temporis ab initio regiminis ultimi Poloniae regis Stanislai Augusti an. 1764 usque ad primam Poloniae divissionem uniti Rutheni in aliis dioecesibus, praeter diaecesim Metropolitanam, et quidem partes in Kijoviensi et Braclaviensi Palatinatu sitas, tum praeter aliquam partem dioeceseos Polocensis, Vladimiriensis et Pinscensis, ubi nonunitorum Monasteria et Ecclesiae persistebant, a nonunitis non amplius infestabantur. Superrestans adhuc a rege Augusto III sub die Maji 1755 nominatus nonunitus Eppus albae Russiae Mscislaviensis, Orszanensis, Mohiloviensis Georgius Konyski, patrocinio Imperatricis Catharinae II suffultus, movebat apud regem Stanislaum Augustum diversas querelas contra unitos et clerum latinum, quod illi nonunitos divesis afflictionibus ad unionem cogant, hi vero in exercitio cultus divini nonunitos impediant. Similes querelas movebant dissidentes. Ita nominabantur Lutherani et Calvinistae. Cum vero in comitiis regni 1764 hisce postulatis haud deferreretur, idcirco tam a dissidentibus, quam a nonunitis an. 1767 confoederatio formabatur, et protectio tam aulae Russicae quam regis Angliae, Daniae et Borussiae postulabatur in eo: Ut sibi libertas exercitii religionis et aequales praerogativae cum aliis Poloniae incolis concederentur. — Sub die 13. Februarii 1768 iniebatur Varsoviae inter imperium Russicum et rempublicam Poloniae aeviternus amicitiae et protectionis, seu sic dictae ga-

---

ditionibus Imperii Russici' et partibus Russiae albae a nonunitis inhabitatis, quae Ukraina nominabantur, et ad palatinatum Kijoviensem et Braclaviensem pertinebant.

Digitized by Google

rantiae tractatus, vi cujus rex Poloniae et respublica inter cardinales leges recensebant libertatem exercitii religionis et usum aequalium praerogativarum cum Romano — Catholicis tam dissidentium evangelicae et helveticae confessionis, quam graecorum nonunitorum. Insuper intuitu Ruthenorum nonunitorum in specie tractatus 17 punctis seu articulis comprehensus concludebatur, inter quae articulo 8 stipulabatur: quod Eppus albae Russiae tum Archimandritae in Sluck, Vilno, Pińsk, Minsk, Brześć, Jablonica, Belz et Dohiczyn cum omnibus Ecclesiis et Monasteriis ac illorum tam actualibus quam restituendis fundationibus penes fidem graecam nonunitam aeviternae conservari debebunt.

Articulo 14. omnes Ecclesiae et Monasteria, illegitime a nonunitis avulsa, cum suis fundationibus restituenda sint. Articulo 15. Varsoviae delegebatur commissio seu judicium ex 17 personis compositum ad decidendam causam de bonis et fundationibus nonunitorum, cui judicio etiam Eppus nonunitus albae Russiae assidebit.

Per intervallum trium annorum comissio mox dicta minime componebatur, et effectu carebat, interea vero articuli illi utrique parti, tam nonuunitis quam unitis praebebant ansam diversarum querelarum, cum nonuniti Ecclesias et fundationes qua ad se pertinentes rehabere, uniti vero in possesione earundem existentes, absque decisione judicii desuper delegati easdem cedere renuebant, quod diversis dein violentiis et opressionibus unitorum occasionem dedit.

§. 26. Confederatio Barensis. Prima divisio Poloniae (1772).

Cum et protectio Russica Reipublicae Polonicae tractatu stipulata, et rex ipse Stanislaus Augustus nonnullis Magnatibus Polonis haud arriderent, idcirco formabatur confoederatio sic dicta Barensis, cujus Marchali seu Praefecti erant Krasinski et Pulawski, contra Russos et Regem Stani-

Digitized by Google

slaum Augustum, ad quam confoederationem comprimendam Catharina II Imperatrix armis utebatur. Porro durantes dissensiones in Polonia ac bellum intestinum divissionem primam hujusce regni post se traxerunt, quae medio tractatus ddto 13 Septembris 1772 inter Poloniam, Austriam, Borussiam et Russiam initi subsequebatur, et per quam etiam Ruthenorum Hierarchia trifarie dividebatur ita, ut una pars sub regimine polonico remaneret, altera sub imperium austriacum, tertia vero sub dominium Russicum devenerint. Prima continebat Metropolitanam dioecesim, Eppatum Luceoriensem, Vladimiriensem, Pinscensem et Brestensem, Chelmensem et partem Eppatus Camenecensis; secunda sub regimine austriaco dioecesim Leopoliensem, Halicicusem et partem Camenecensis tum Premisleniensem, Samboriensem, Sanocensem, pórtiones dioecesos Luceoriensis et Chelmensis et Belzensis; tertia sub Russico regimine Archieppatum Polocensem. Omnes tamen hi Eppi uniti sub jurisdictione Mtpltae Kijoviensis, Haliciensis et totius Rusiae permanebant ulterius, qui fuit eotum Felicianus Wolodkowicz, Eppus Vladimiriensis, seu illius Coadjutor et Administrator cum jurisdictione Leo Szeptycki, Eppus Leopoliensis.

Adnotatio. Praenotanda hic sunt adhuc sequentia. Anno 1764 porexit Hierarchia Ruthena Graeco-catholica regi Stanislao Augusto libellum supplicem, in quo exposuit oppresiones Ruthenorum unitorum et ritus eorum Graeco-slavici catholici nec non injuriam hujus ritus per traductionem ejus fidelium ad ritum latinum, et in quo petebat, ut Eppi hujus ritus secundum antiquas promissiones Senatoribus regni adnumerentur, quatenus contra has oppressiones et injurias eo efficatius sese opponere possent. Petitum hoc nullum habuit effectum. Anno 1764 emanavit constitutio regni, qua filii sacerdotum Ruthenorum Graecocatholicorum, qui ante ordines matrimonium inire possunt, subditatui adscribebantur. Contra

Digitized by Google

hanc injuriam remonstrabant Eppi Rutheni et regimini Polonico et Sedi Apostolicae, petendo ejus intercessionem apud praedictum regimen, ut Senatoribus regni adnumerarentur, quia secus non valent jura s. Unionis defendere. Sub die 7 Novembris 1764 scripsit Congregatio de propaganda fide ad Nuntium in Polonia, ut gressus apud praedictum regimen faciat contra dispositionem sive decretum, per quod declarantur subditi respectivorum Collatorum sive Patronorum filii legitimi Sacerdotum Ruthenorum catholicorum cum gravi proejudicio non minus privilegiorum nationis quam ecclesiasticae libertatis, quae tali modo inperpetuum erit consternata et oppressa. Cum igitur Sanctitati Suae et huic s. Congregationi cordi est, ut malo huic opportunum adhibeatur remedium, priusquam profundiores radices faciat, Vestrae Dominationi (Nuntio) placebit in proximis comitiis coronationis regis — negotium istud tractare, et omnem zelum ac industriam impendet, ut decretum supradictum revocetur, et omnis innovatio cujuscumque generis contraria legibus immunitatis cleri Rutheni uniti annuletur. Attamen constitutio haec revocabatur primum anno 1792, licet ablegati palatinatus Volhynensis requirerent, ut denuo renovetur. Sicut anno 1752 ita etiam anno 1760 denigrabat Hierarchia Polonica Hierarchiam Ruthenam Graeco-catholicam coram s. Sede teterrimis coloribus de corrupta fide, sed Clemens PP. XIII sub 31 maji 1760 dedit literas ad Archi-Eppum Polonicum Gneesnensem Vladislaum, quibus hanc denuntiationem rejecit, utpote hunc in finem factam, ut s. Sedes Romana annueret in exfirpationem ritus Graeco-slavici Ruthenorum unitorum (Vide: Mag. Bullarium Romanum editum opera Andreae advocati Barberi p 331—333.)

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM.

De statu Hierarchiae Ruthenae, quae sub regimine Polonico post primam Poloniae divisionem permansit, usque ad tertiam seu totalem Poloniae divisionem (1772—1795.)

§. 27. Confessores Berdyczovienses.

Cum commissio per tractatum 1768 ad decidendas inter unitos ac nonunitos de fundationibus et Ecclesiis designata effectu caruisset, idcirco lites ejusmodi in dioecesi Metropolitana Palatinatu Kijoviensi et Braclaviensi ultro perdurabant, et nonuniti a consistentibus in partibus illis copiis Russicis adjuti via facti unitos invadebant, Ecclesias ab illis recipiebant, et illorum peculium proprium sibi approbriabant, et ipsos sacerdotes Ruthenos unitos his passibus sese opponentes carceribus Russicis tradebant, in quibus per plures annos summo squalore torquebantur.

Opportuna sese nonunitis ad id obtulit occasio, quod eotum Mtplta unitus Feliciams Wolodkowicz ac simul Eppus Vladimiriensis et Brestensis jam inde ab an. 1762 partes mu-

Digitized by Google

neris sui neglexerit, et propter suam dissidiam ac negligentiam per Sedem Apstolicam a jurisdictione spirituali super dioecesi Mtrpltana et Vladimiriensi suspendebatur, atque illi pro Coadjutoribus cum futura successione pro Mtrpolia Leo Szeptycki, Eppus Leopoliensis, (jam vero pro dioecesi Wladimiriensi Antonius Mlodowski,) simulque iidem pro administratoribus cum jurisdictione spiritualium designabantur. Inter quos et Coadjutum Felicianum Wolodkowicz diversi processus jam in diversis tribunalibus regni, jam in Nuntiatura Apstolica jam Romae ventilabantur, et a familia Coadjuti, quae bona ecclesiastica desolare a Coadjutoribus non permittebatur, omnibus modis promovebantur. Cum vero id temporibus eotum in Polonia turbidis fieret, et pars utraque patrocinia inveniret, ideo cura tam dioeceseos Metropolitanae quam Vladimiriensis divisa, in quibus jam Coadjutus licet suspensus jura Coadjutoris vi datae sibi a Sede Apostolica jurisdictionis exercebat, quodque unus fundavit, ab altero evertebatur, ideo nemo erat, qui unitos sacerdotes protegeret, et contra nonunitorum persecutiones tueretur. Quare sibi ipsis relicti, et inquantum in illis erat, conatibus nonunitorum obsistentes, in carceres Berdyczoviae an. 1772 a Russis conjiciebantur, ibidemque ultra annum detenti, fame et omni squalore torquebantur, in fide et unione perseverantes, donec ad multiplices suos ad Nuntium Apstlicum Varsoviae eotum existentem Josephum Comitem Garampi factos recursus per praedictum Nuntium literis iteratis vere apstlicis consolati, ad ejusdem intercessionem apud ministerium Russicum Varsoviae tum per intercessionem Imperatricis et reginae Apostolicae Mariae Theresiae ad Russorum Imperatricem Catharinam II factam an. 1773 e carceribus dimissi sunt, et qua omnibus vitae subsidiis destituti per Nuntium Apstlicum, qua gloriosi Christi confessores fideique catholicae strenui pugiles, munificentiae et pietati magnatum et nobilium Palatinatus Kijoviensis et Braclaviensis commendabantur, inter quos tamen nullus

Digitized by Google

sacerdotum ex ordine Basilianorum erat, sed praecipui ex illis incarceratis sacerdotibus saecularibus, qui in Ptficio Collegio Vilnae educabantur, qui tam strenue unionem defendebant, et propterea a Nuntio Apostolico tanta promerebantur encomia. Quomodo id PP. Basilianis et Clero polónico displicuerit, quod nuntius zelum Cleri saecularis ita laudaret, apparet ex scripto famoso sub die 19 Sept. 1769 ab iis vulgato: Uwagi na manifest Presbyterów Ukraińskich obrz. rusk. iminiem tylko a nie rzeczą uniackiego do akt Grodzkich Wojewodztwa Kijowskiego 22 Decembra 1768 w Żytomirzu podane, ac si non sincere sed ficte unionem foverent.

Adnotatio. Epistola incarceratorum Presbyterorum Berdyczoviae ad Excellentissimum Jllmum Dominum Josephum Comitem Garampi Nuntium Apostolicum die 28 Mensis Octobris 1772 an. Varsaviam data.

Illustrissime Excellentissime et Reverendissime Domine Domine Protector Clementissime.

Nos infrascripti Archidioecesis Metropolitanae Kijoviensis Presbyteri ritus Graeci Latino Uniti in Carceribus sub Custodia Moschorum Berdyczoviae detenti, postquam certam de adventu Suae Jllmae ac Redmae Excellentiae Varsaviam, et inchoato jam feliciter Ministerio Apostolico sibi concredito notitiam acceperamus, incredibili gaudio et consolatione cordis repleti extitimus, confidimus enim plurimum, quod Jllustrissima et Reverendissima Excellentia Vra cum de integritate Religionis Catholicae singularem curam a solicitudinem habeat, tum etiam nobis non pro culpa et delicto aliquo, sed unice pro constantia in Sancta Fide catholica et unione cum Apostolica Romana Ecclesia in Carceres detrusis, et in hoc miserrimo statu positis, opem ferre, et sua Authoritate ac gratia succurrere clementer dignabitur. Ad quem effectum cum humillima Veneratione rem breviter Suae Illustrissimae et Reverendissi- Excellentiae clare et sincere exponimus.

Digitized by Google

Quidam Presbyteri signanter Michael Guranda et Symeon Pererowski cum asseclis suis Basilio Zrazewski, Alexio Andrzejowski et aliis, in hac Archidioecesi Metropolitana nati, in Sancta unione educati, ab Episcopis nostris unitis ordinati et beneficiis provisi, pertaesi suave jugum potestatis catholicae in anno 1768 sub tempus Rebellionis per Rusticos in Ukraina intentatae, et crudelissimae innumerabilium Personarum catholicarum Occisionis, sponte abjurata catholica fide ad disunionem transierunt.

Et cum Dei Gratia res pacatae extiterint, ipsi utpote variis excessibus notati timentes, ne condignam suis operibus mercedem recipiant, migrarunt extra limites regni in Moschoviam, ibique primi duo auxiliante Episcopo Periasławiensi disunito; qui sibi injuste praetendit regimen in Metropolitana hac Kijoviensi dioecesi, recursum fecerunt ad Aulam Petersburgensem, exponendo irrealiter, acsi in nostra dioecesi Kijoviensi unita idem Episcopus Perejaslaviensis habeat jus ad Ecclesias suas, circa quas ipsi et alii acsi ex antiquo nonuniti tute ob persecutionem ab unitis et Romani ritus personis permanere non valeant. Qua falsa expositione mediante obtinuerunt mandatum ad Feld-Marschalcum exercituum Russiae his in oris commorantem, ut personas duntaxat eorum, et aliorum acsi ex antiquo et originaliter nonunitorum a dicta hac persecutione etiam armis tueatur.

Procurata itaque tali protectione suarum personarum, ultra sub hoc praetextu procedunt; assumptis enim Militibus Moschoviticis nostras invadunt Parochias cogendo omnino ad recessum ab unione sancta et transitum ad disunionem. Ast cum Dei gratia ipsis obedire recusaverimus; illico nos et plurimos Fratres nostros alios compedibus ligare, alios graviter verberare; alios pedester pellere, ac tandem omnes ad Carceres detrudere non dubitarunt, in quibus alii a sex, alii a decem et amplius hebdomadibus fame, frigore, caeterisque molestiis affligimur. Ecclesias autem nostras, januas earum ma-

Digitized by Google

leis perrumpendo sibi appropriarunt; ad istas vero Ecclesias Filios Rusticorum vix legere scientes, morum et vitae pessimae ab Episcopo Perejaslaviensi nonunito ordinari, et absque ullo patronorum scitu consesuque institui fecerunt. Uxores et liberos nostros de domibus expullerunt, supellectibus spoliarunt, frumenta, equos, pecora, aliasque res domesticas dissipaverunt. Non unici nos haec patimur, sed plurimi Confratres nostri, qui variis in locis Carceribus detinentur, plures adhuc reperiuntur, qui derelicta omni substantia et dominibus suis ab eorum ira et furore in absconditis locis celantur.

In hac igitur nostra gravi et extrema calamitate ad Sinum Clementiae suae Illustrissimae et Reverendissimae Excellentiae recurrimus et protectionem Apostolicam humillime poscimus. Non ambigimus, quin etiam Pastores nostri curam de nobis habeant, sed multo efficatiorem Suae Illustrissimae et Reverendissimae Excellentiae protectionem agnoscimus. Exaudiat Sua Illustrissima et Reverendissima Excellentia voces et gemitus nostros, et sua authoritate, sublimi ingenio, ac singulari prudentia de modis eliberandi nos ex hoc miserrimo Statu, et succurrendi integritati Religionis providere clementer dignetur-

Nos vero pro Incolumitate Ejus et felicissimis successibus Deum teroptimum Maximum integro vitae nostrae cursu exorabimus.

Illustrissimae et Reverendissime Excellentiae Vestrae infimi suppedanei et Exoratores.

Hic sequuntur subscriptiones Incarceratorum, qui tantum numero septemdecem primam hanc Epistolam subscripserunt.

Digitized by Google

Alia Epistola eorundem incarceratorum die 1 Martii 1773 anno ad Eundem Excellentissimum Nuntium apostolicum ex carceribus Berdyczov. data.

Post titulum.

Dedimus jam dudum mense adhuc Octobri anno elapso de his Carceribus, in quibus hactenus detinemur, ad Illustrissimam et Reverendissimam Excellentiam Vestram supplicem Epistolam, quam ad manus suas certo pervenisse audivimus.

Exposuimus in eadem breviter, quantum loci et temporis angustiae indulserunt, a quo quam injuste violenterque rapti, et in carceres detrusi extitimus, sperantes et expectantes efficacem Suae Illustrissimae et Reverendissimae Excellentiae protectionem.

Sed eheu! quia incarceratio nostra prolongata est, heu nobis! quibus nec spes libertatis, nec modus ulterioris restat vitae Etenim si ea, quae nos ab omnibus derelicti patimur, perpendantur, non jam ordinario modo, sed singulari divino miraculo adusquae in vivis conservamur.

Locus, in quo detinemur, tam angustus, ut non aliter, nisi unus alteri initendo (si quies dici potest,) quiescamus. Cibus quotidianus et continuus panis aridus, brassica, aut pisum taliter qualiter coctum, et quandoque vix coqui incoeptum et nobis appositum.

Vestitus unus idemque a dimidio anni et quidem iste, in quo repentine et insperate rapti sumus, denique detentio tam stricta, ut neque pro audienda Missa ad Ecclesiam ire liceat.

Praetermissis vero aliis istud maximum est, quod multi de nostro numero in gravem morbum et aegritudinem prolapsi, adeo sunt debiles, ut ne de Loco moveri aut fores egredi valeant. Et ita nos una cum ipsis in intolerabili foe-

Digitized by Google

tore, parcat verbo Illustrissima et Reverendissima Excellentia Vestra, omnes occlusi, acsi peste aliqua infecti vix in vivis existimus. Duo autem Collegae nostri non ita pridem in Domino quieverunt, quos fortassis non longo intervallo sequi nobis oportebit, si ulterius prolongabitur habitatio istic nostra.

Revera jucundum nobis propter Sanctam unionem fidemque Catholicam etiam gravissima perpeti, sed istud atrocissimo corda nostra affligit dolore quod oppressores nostri in perpetrandis violentiis non deficiunt, imo in dies amplianтur ita, ut jam in Archidioecesi Metropolitana, quae continet in se Decanatus triginta duos, per sexaginta et amplius Parochiales Ecclesias habentes, restent tantummodo novem Decanatus intacti, viginti autem tres a disunitis jam occupati.

Multi proh dolor! Sacerdotes nostri metu perculsi amplexi sunt disunionem, plures vere Deo auxiliante constanter in sacra unione perseverantes, alii in oppido Human, Biała-Cerkiew, aliisque locis carceribus aeque ac nos detinentur, alii abscondendo se ab ira et furore grassantium nonunitorum, de elemosina vivunt praestolantes praeprimis Apostolicam tum etiam Pastoralem protectionem et solatium, quae nisi subsequentur, quis scit, num omnibus perseverantiae gratia data sit.

Post publicatum Decretum Suae Illustrissimae ac Reverendissimae Excellentiae redintegrans Illustrissimum Metropolitam in plena Jurisdictione, sparsoque rumore, quod brevi ad sum Gregem venturus esset, promotores Disunionis per aliquot hebdomadas (prout audivimus) cessaverunt ab inferendis violentis, ast ubi audierint acsi eidem Illustrissimo Pastori ante futura Comitia vetitum esse adventum ad dioecesim, rursus coeperunt suum opus continuare.

Protestantur, manifestantur confratres nostri, sed ista, ut videmus, tantum valent, quantum si accedenti Lupo Ovis pede tundendo, et voce bembilando resistat non utique illam

Digitized by Google

formidabit Lupus, sed audacter rapit. Ast ubi Pastorem cum baculo viderit adstantem et voce comminantem, non accedet, imo quam citissime et longissime fugiet. Aequali modo si Pastor in Dioecesi praesens adest, non auderent rapaces Lupi, in gregem ejus irruere faciliusque uti propius nobis miseris subveniret.

Proinde evangelicis verbis ad Suam Illustrissimam et Reverendissimam Excellentiam clamamus: Domine salva nos, perimus, cum lacrimis et humillimis precibus postulantes, quatenus Illustrissima et Reverendissima Excella Vestra supereminenter ex munere sui officii negotium Religionis promovendo, de nostra quoque eliberatione curam habere non dedignetur. Illustrissimus autem Metropolitanus nostrorum Pastor et isthic gregem suum vinculatum quanto citius consoletur protegat, ac defendat.

His expositis cum amplexu et osculo pedum manemus.

Illustrissime et Reverendissime Excellentiae Vestrae Domini Clementissimi.

Servorum infimi, et continui exoratores.

Hic sequntur subscriptiones eorundem Incarceratorum Berdyczoviae Presbyterorum, qui ferre numero quinquaginta duo ut patet ex ipsorum numeratis subscriptionibus.

Responsoria Illustrissimi Excellentissimi et Reverendissimi domini Josephi Garampi Nuntii Apostolici in regno Poloniae et magno ducatu Lithvaniae tum ad Incarceratos Berdyczoviae Presbyteros Ruthenos tum ad alios in eadem meteria scriptae.

Haec prima epistola data die 4 Martii 1773.

Digitized by Google

Universis et singulis Christi confessoribus et sacerdotibus in carceribus Berdyczoviae, vel alibi constitutis, ad quorum manus hae litterae ordinatim pervenerint, salutem in Domino.

Dilectissimi fratres et Christi confessores, qui digni habiti estis pro ejus nomine contumeliam pati, quibus vos verbis alloquemur? ut non minus angustiis vestris compatiamur, quam virtutis aliquid communicemus, nisi verbis apostoli Jacobi dicentes: „Omne gaudium existimate fratres charissimi, cum in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio vestrae fidei patientiam operatur, patientia autem, ut Paulus ajebat, probationem, probatio spem, spes autem non confundit.“

„Exultate igitur, ut monebat s. Petrus, modicum nunc si opportet contristari in variis tentationibus, ut probatio vestrae fidei multo praetiosior sit, quod per ignem probatur inveniatur in laudem et gloriam et honorem in revelatione Jesu Christi.“

Ego quidem licet absens corpore, praesens autem spiritu, afflictiones, carceres, vincula, verbera, persecutiones Vestras, quasi meas reputavi, Vinctis in domino ex animo compatiens, et quotidie in sacro praesertim sacrificio Missae salutem corporum et animarum vestrarum enixe Deo omnipotenti commendans ut sicuti Petrum apostolum pro sua gloria ex carceribus liberavit, sic vos propitius de carceribus istis educere dignaretur.

Nondum voti compos factus sum, non idcirco Deum obsecrare desistam, quis scit, si convertatur, et ignoscat, et relinquat post se benedictionem, et sacrificium et libamen Domino Deo vestro. (Joel v. 14).

Sed quoniam Caritas Fraternitatis non in solis desideriis sed etiam praecipue in actione consistit, scitote nullis studiis, nullis officiis me defuisse, quin vobis quibuscunque modis prodessem, libertatemque impertirer.

Digitized by Google

Collaboravimus in hoc tum serenissimus rex, tum Illustrissimus Metropolita, ejusque Coadjutores, sed Deo sic permittente incassum officia et labores nostri hactenus occiderunt. Sed non ideo spe cadimus, et non confundimur. Imo in misericordia Dei confisus deprecationes meas, vestrasque angustias religiosissimae aeque ac piissimae Imperatrici reginae Apostolicae (*) exhibere curavi, speroque fore, ut authoritate et gratia sua apud serenissimam Moschorum Imperatricem et vos in libertatem, et Ecclesiae Vestrae in legitimam Ortodoxamque jurisdictionem redintegrentur, et restituantur.

Deum, in cujus manu sunt eorda regum, et omnium jura regnorum, enixe interim deprecamini, ut misereatur vestri, universaeque Gracco-unitae Ecclesiae, quam in Apostolica soliditate fundavit, cujus vos testes habere dignitus est. — Orationes vestrae maximam habebunt efficaciam, si corpora vestra beatis vinculis detenta ex animo exhibeatis hostiam viventem, sanctam et Deo placentem.

Nos vero ut patientiam Vestram magis confortemur, mittimus vobis Epistolas quasdam beatissimi Martyris Cypriani, quas ex ejus operibus excribi fecimus, quasque una cum hac Epistola nostra per carceres et loca, in quibus detinemini, ad manus singulorum transmitti cupimus, ut singulis aliquid spiritualis consolationis adferamus, et spem vestram solidius in domino roboremus.

Sed ut aliquam etiam vobis spiritualem remunerationem exhibeamus, quoad tolerantiam passionum vestrarum, ut ad

---

(*) Erat eotum Romana impereratrix, regina Hungariae Maria Theresia vidua, filius ejus Josephus II. non habuit adhuc regimen occidentalis imperii. Hanc ergo imperatricem commemorat Nuntius . postolicus, cujus intercessionem ad imperatricem Russiae Catharinam II petebat.

Digitized by Google

fundendas orationes promptiores reddamini, authoritate nostrae Legationis vobis concedimus, ut quotiescunque Litanias Sanctorum cum precibus et collectis suis, addita etiam collecta in honorem St. Petri, Deumque pro salute Pontificis, Regis Vestri, nec non Imperatricis Reginae Apostolicae rogaveritis, ac speciales actus virtutum Theologicarum Fidei praecipue elicueritis, centum dies Indulgentiae lucrari potestis.

Pro collecta vero in honorem St. Peiri Apli recitanda hanc vobis proponimus: Deus, qui B. Petrum Aplum a vinculis absolutum etc.

State igitur in Domino Charissimi, confortamini, nolite amittere confidentiam, quae magnam habet remunerationem, et Deus pacis et Misericordiae consolabitur Vos, et confirmabit in omni opere bono, per Jesum Christum Dominum Nostrum.

Valete etc.

Eadem die 4 Martii ejusdem Illustrissimi Nuntii epistola ad Illustrissimum Felicianum Wolodkowicz Metropolitam.

Ubi postquam hortatus fuerit, ut idem Metropolita omnes curas pro liberandis incarceratis impenderet, quod jam ex parte Sua pie et strenue suscepit, Ipsamque Imperatricem Reginam apostolicam interpellavit; addit haec formalia.

Interea Illustrissima Dnatio Vra miseros hos consolet eorumque patientiam sustineat aliquantulum, neque auxiliis iis desit, nec ope, cum nulla caritas esse quaeat oportunior, ex qua non temporale solum levamen, sed aeterna quoque animarum salus, et Sanctae Unionis firmitas pendere maxime potest.

Oves tandem sunt, quae Legitimo Pastori suo temporibus suis fructus attulerunt, quidnam aequius ac justius, quam

Digitized by Google

ut in praesentiarum necessitate aliquid de proprio, velut jam percepta compensando, in Eorum beneficium Pastor ipse refundat?

Haec et alia per eundem Nuntium ad memoratum Metropolitam scripta sunt, ex quibus patet, sedulam ipsum navasse operam pro eliberandis hisce Incarceratis.

Eadem die 4 Martii epistola Illustrissimi Nuntii apostolici ad Illustrissimum Maximilianum Ryllo, episcopum Chelmensem, scripta.

Post titulum.

Simul atque accepi humanissimas Literas Illustrissimae Dtionis Vestrae, diligenter scripsi heri ad Srm. Congregationem de propaganda Fide, eamque exoravi, ut dispensationem pro Sacerdote Leszkiewicz. etc

Non in Civilem tantum Rempublicam, sed in Sacram etiam Ecclesiam videtur hoc tempore esse aggravata manus Domini, quam jam culpis et offensionibus nostris ad iracundiam concitavimus. Flectentes igitur, ut Misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

Nos autem constituti Custodes super Domum Israel, vigilemus continuo, moneamus, oremus et obsecremus exhibentes nosmet ipsos sicut Dei Ministros in multa patientia, in tribulationibus, in Scientia, in Congruitate, in verbis Veritatis, et in Virtute Dei.

Leges Ecclesiae si quando per principes saeculares authoritate civili destituantur, non ideo cessant obligare omnes, *)

---

*) W czasie zaklucenia JJWW. Antonina Mlodowskiego biskupstwa Wlodzimierskiego, Leona Szeptyckiego

Digitized by Google

qui potestati clavium Petri subjiciuntur. Quid si in externo earum exercitio, in iis nempe, quae Pastoralibus Officiis, gloriae Dei animarumque saluti non adversentur, aliqua impedimenta occurunt, quae non facile superari posse videntur, etiamsi ea aliquando tolerari, aut disimulari contingat, in quo tamen maxima tum prudentia tum circumspectione opus est, non tamen approbari a nobis ullo modo possunt, quod est in ejusmodi circumstantiis praecipue cavendum. Semper enim animo et menti fixum esse debet, conscientias animarum a Potestate clavium unice pendere, nec saeculari potestati jus ullum esse solvendi in terris, quod Petrus vel ejus Successores, universaque Ecclesia potestate Sibi a Christo facta ligatum censuerit.

Prudenter et caute, sed serio hisce principiis insistendum est, praecipue apud confessarios et clerum moratioresque Laicos, maxime in scholis Theologicis, necnon in scrutiniis Ordinandorum et Confessariorum.

Metropolii Koadjutora z Koadjutem swoim JW. Wołodkowiczem przeznaczonym Metropolitą, gdy tenże JW. Nunciusz Garampi wyznaczył mocą swoją na Wizytę w Archydyecezyą Kijowską JW. Ryłła biskupa Chełmskiego, urażeni o to Coadjutores pomienieni udali się do króla JMości, iż się takową na wizytę delegacyą nuncyuszowską jurysdykcyi krajewej i ich osobistej krzywda dzieje, zwlaszcza że pomieniony Nuncyusz uczynił to bez żadnej wiadomości królewskiej; natychmiest tedy JW. Młodziejowski kanclerz W. koronny Imieniem królewskiem rewokował biskupa Chełmskiego z teyże Wizyty, y zakazał nie kontynuować onej.

Dla tego to pisze Nunciusz : że prawa kościelne chociaż mocą świecką bywają ściśnione, nigdy jednak nie tracą zupełnie mocy swojej. Y w takich okolicznościach, należy dyssymulować z największą rostropnością, ale nie przystawać samym uczynkiem na to, co moc świecka rozkazuje.

Digitized by Google

Sic retinebimus traditiones, quas didicimus, sic Spiritus Ecclesiasticae disciplinae conservabitur. „Tu igitur loquere, ut praecipit Aplus, quae decent sanam doctrinam; sana autem doctrina est, quae Apostolicis et Ecclesiasticis constitutionibus est consona.

En itaque Illustrissimae Dominationi Vestrae privata animi mei sensa, quae libenter fidenterque Sapientiae, Religioni, et doctrinae suae communico, ut luculentius mea erga Illustrissimam Reverendissimam D. Vestram constet existimatio etc. etc.

Alia epistola Nuntii Apostolici ad eosdem Presbyteros in carceribus die 11 Martii 1773.

Universis Christi fidelibus Confessoribus sacerdotibus in carceribus Berdyczoviae, vel alibi constitutis etc.

Scripsimus Vobis die 4 Mensis currentis, ut Vestram excitaremus in commonitione sinceram fidem, ne animis cadatis in angustiis, quibus urgemini scientes, quod sicuti pro Dei honore, ejusque ortodoxa fide sustinenda talia patimini, potens est Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.

Si adhuc fortasse superior Epistola nra ad vos non pervenerit, addere hic ad consolationem Vestram aliud exemplum libenter voluimus, ut magis vobis magisque constet, quantum ego afficiar ac condoleam tribulationibus Vestris, quantumque tum pro Vestra liberatione, tum etiam pro Divini Cultus redintegratione in omnibus Ecclesiis, ex quibus Vos et Collegae Vestri misere fuerunt expulsi, a nobis laboretur.

Interea ut sciatis levandi Vestri curam ac sollicitudinem

Digitized by Google

alios etiam ex piis fidelibus nobiscum communicare, mittimus vobis Fratrem fidelem, qui et Verbi Dei pabulo vos recreet, et aliquam elemosinam impertiatur. Ne quaeso precibus Vestris commendare desistatis Omnipotenti Deo Eos omnes, qui vel elemosina compatiuntur vinculis vestris.

Estote fortes in fide, ut testimonio Ejus comprobati, accipiatis repomissionem. Omnem fiduciam Vestram projicite in Deum, quoniam Ipsi cura est de Vobis. „Non enim tardat promissionem suam, sed patienter agit propter Vos, nolens aliquos perire sed omnes ad poenitentiam reverti.“ (2 Petri 3 v. 9.) Et Dominus, qui unxit Vos unctione misericordiae suae, custodiat corda Vestra, intelligentias Vestras in Christo Jesu Domino nostro.

Valete fratres Dilectissimi etc.

Tertia epistola ejusdem ad eosdem die 8 Aprilis 1773.

Universis Christi Confessoribus etc.

Receptis Literis Vestris, quas e carceribus istis die 1 Martii mihi reddi curastis, nescio, an amplius doloris vel e contra consolationis potius affectibus perfusus fuerim. Etsi enim grave fuit intelligere, quantas angustias ac tribulationes patimini, illud tamen gratum hoc gaudium, haec consolatio nostra fuit, quod tanta pro nomine Jesu aequo ac hilari animo sustinueritis, quod neque fames, neque nuditas, neque periculum, nec persecutio, nec gladius vos separaraverit propter eum, qui delexit vos. Rom 8. 35.

Compatimur igitur vobis, et afflictionibus carnis vestrae, sed simul etiam gratulamur pro augmento spiritus Vestri, nec non pro gloria Ecclesiae s. Deique vos testes ac pugiles ejusdem fidei, quam accepistes, constituit. Nulla porro felicitas major, nullus honor sublimior Christiano homini accidere po-

Digitized by Google

test, nisi ut pro nomine Christi contumeliam patiatur, et sicuti Christus animam suam pro nobis posuit, ita et nos animam nostram pro ipso ponere non dubitemus, si enim compatimur Christo, etiam glorificabimur.

O vos igitur felices ac fortunatos, qui venientes de magna tribulatione lavistis stolas vestras, et dealbastis eas in sanguine agni! Siquidem ut in apocalypsi legitur, eritis idcirco ante thronum Dei, et agnus, qui medio Throni est, reget vos et deducet vos ad vitae fontes aquarum, et absterget omnem lacrymam ab oculis vestris! O vos terque quaterque beatos! qui illuminati magnum certamen sustinuistis passionum, et in altero quidem opprobriis et tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socii taliter conversantium effecti rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes nos habere meliorem et manentem substantiam. (Haebr. X. v. 32.

Intelligite hinc, quanta in Domino consolatione perfusus sim, palam habens ex literis vestris, quae et quanta in vobis gratia Dei operata fuerit. Praetiosissima super omne aurum et lapidem praetiosum est. Idcirco epistolam illam, quam manu vestra signastis, plurimis me lacrimis irrigare et oculis prosequi non dubitastis, nihil haesitans, quin nomina osculari, quae scripta sunt in libro vitae, et dixi:—Ecce quomodo, computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est.

Has autem gratulationes, haec laudum praeconia vobis reddentes, dilectissimi fratres, absit, ut vos tentemus, et inani gloria abripi sinamus. Quid enim habetis, quod non accepistis, quid gloriamini, quasi non acceperitis? 1. Cor. 4. An ignoratis, quod ex vobismet nihil, sed gratia Dei estis, quod estis. Omnis enim sufficientia nostra ex Deo est. Imo quanto majora ab Deo accepistis, tanto magis timere debetis, ne inaestimabile donum, quod gratis a Deo accipistis, per inanem gloriam, per impatientiam, per teporem in orationibus, per remissionem in virtutibus, uno verbo per culpam vestram

Digitized by Google

vcstram amittatis. Habetis thesaurum istum in vasis fictilibus, quanta igitur diligentia, ac sollicitudine illum servare et custodire debetis? Si diligenter expendatis, quid retribuetis Domino pro omnibus, quae retribuit vobis, quaenam fortasse in quibusdam confusio orietur, inspiciendo imperfectiones veteris hominis adhuc restantes? quantum quisque adhuc distet ab ea sanctitatis perfectione, cognoscet, ad quam Deus optimus maximus per dona sua, per charitatem spiritus s. per fortitudinem in adversis vos trahere intendit.

Nolite igitur gloriari, nam gloria vestra nihil est, sed gloriamini in cruce Domini nostri Jesu Christi; simul autem ne fatigemini animis vestris deficientes, aspicite in authorem fidei et consumatorem Jesum. Hebr. XII, 2, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem. Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversum semetipsum contradictionem, nondum enim usque ad sanguinem restitistis. Dicite cum Paulo Appostolo: 2 Cor. 4. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, oprimimur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, deijcimur, sed non perimus, semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut ex vita Jesu munificemur in corporibus nostris. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum. Vobis scribens dilectissimi eundem mihi duco verbis Apostoli, seu potius spiritus s. multo melius, quam meis, ut quae non ego, sed Spiritus dicat vobis, cognoscatis, siquidem voluit Deus, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. Valete in domino charissimi, et gratia Dei, quae extemperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Jesu Christo Domino nostro etc.

Responsoriae Incarceratornm die 23 Julii 1773 anno.

Post titulum.

Brevi terminabitur annus, quum digni facti pro Christi nomine contumeliam pati, detinemur in carcere Berdyczoviensi.

Digitized by Google

Unum quod nobis solatium et juvamen adfert, est, quia nempe providentia Divina, cui sint infinitae gratiae, Excellentiam Vestram propter Literas coelesti virtute praeditas alterum Paulum et alterum Cyprianum, propter vero Elemosinas alterum Joannem Alexandrinum, fungi officio legati apostolici per Poloniam his maxime luctuosis temporibus opportune fecerit.

Ex nostra parte vilipenderemus carcerem, deponeremus innatum desiderium libertatis, sperneremus omnia derelicta, conformando nos monitis evangelicis, nisi exoriretur in nobis sensibilis dolor super ovibus, Christi sangvine redemptis, ad praesens regimini nonunitorum subjectis, super conjugibus nostris modo vivendi destitutis, charissimaque prole ob calamitatem temporis doctrina adversariorum imbuenda, adeoque parentum suorum vestigia minime secutura.

Excellentissimus et Reverendissimus dominus Metropolita Archipastor noster incomparabilis charitatis erga suum clerum, non parcendo viribus in vinea Christi consumptis, neque magnis impensis, dignatus est visitare nos jam altera vice, omnes conatus adhibuit et adhibet apud DD. generales exercituum Russiae pro eliberatione nostra, alimenta nobis suppeditavit, gesta et scripta a Se ab Excellentia Vestra nunquam intimare nobis desivit, neque desistit, de novorumque procuratione mediorum fine libertatis nostrae certiores nos rededit. Verum cum noverimus Excellentiae quoque Vestrae auxilia nobis non defutura, pro perceptis hucusque suis beneficiis gratias referentes, piaque suspiria et Orationes pro incolumitate Sua appromittentes, humillime suplicamus, quateinus n praesentibus Comitiis Authoritatem Suam coram Reipublicae Statibus pro nobis interponere non dedignetur, et quae ipsi videbuntur, saluberima media adhibeat. Alias si dextera Excellentiae Vestrae et Excellentissimi Metropolitae non eripiet nos ex faucibus inimicorum nostrorum, verificabitur in nobis, quod dicitur: Una salus vinctis, nullam sperare salutem.

Digitized by Google

Iterum atque iterum ratione praemissorum supplicantes manemus post oscula pedum.

Illustrissimae et Reverendissimae Excellentiae Vestrae humillimi famuli et adsidui exoratores.

Hic sequuntur subscriptiones, quae sunt nominatim et specifice eaedem ut in secunda Epla 1 Martii 1773 data, praeterquam, quod unus huic carceri accesserit.

Has Literas Illustrissimus Excellentissimus Nuntius Apostolicus die 3 Augusti eodem anno recepit, et rescribere hinc dignatus est, quando totum opus intuitu eliberationis Incarcecerattorum perfecit.

Epistola Ultima Excellentissimi Nuntii Apostolici ad eosdem Presbyteros die 2 Septembris eodem 1773.

Universis Christi Confessoribus.

Communicaveram olim Vobis quasdam Beati Martyris Cypriani epistolas, quibus spiritu roboremini, et in praesuris carcerisque sqaloribus, in quibus pro Christi nomine versabamini, infirmitatem carnis Deo juvante sustineretis. ⁝unc vero novam vobis mitto Ejusdem Martyris Cypriani epistolam, quam in reditu Sancti Lucii Pontf. Max. ab exilio eidem conscripsit, ut qui similes huic esse meruistis in passione, sitis et in gaudio. Deus enim Misericors, qui nunquam derelinquit sperantes in se, qui Vos in agone fortes hactenus spectavit, Vos tandem consolari constituit.

Maxima mea sollicitudo fuit, ut tempore opportuno de Vestra Liberatione inter delegatos hodiernorum Comitiorum et Roxolanum Ablegatum tractaretur. Non opus fuit mihi, ut concivibus Vestris stimulos adderem. Pro Religione, quantum temporis rerumque ratio sinebat, invicte certatum fuit. Nul-

Digitized by Google

lus fuit, qui Vestrum omnium commiseratione non afficeretur. Quare factum est, ut Moschorum Ablegatus non solum ad supremum Ducem Romanzowium jam scribat, ut Vos Omnes e vestigio in Libertatem dimittat, verum etiam ab Imperiali sua aula postulet.

Idcirco nihil morae interponendum duxi, ut de omnibus Vos certiores, omniumque S. Ecclesiae consolationum participes facerem, simulque de benigna in Vos omnipotentis Dei providentia gratularer, et Ipse ego, qui Vobiscum soepius contristatus fueram, nunc tandem Vobiscum gauderem. Salutate Fratres omnes in Sancta uniono et Sana Doctrina nobiscum sentientes in osculo sancto. Valete.

Josephus Archieppus Berytensis Nuntius Apostolicus.

Is idem Excellentissimus Nuntius direxit suas Literas ad varios Cives Palatinatus Kijoviensis et Braclaviensis pro suffragio iisdem Presbyteris die 2 Septembris.

Cum divina favente Misericordia Sacerdotes Rutheno uniti, qui Berdyczoviae in carcere detinebantur, Libertati non tam pridem fuerint restituti, Christianae charitatis Officium exiget, ut qui Ecclesiis suis bonisque omnibus spoliati jam diu fuerunt, necesaris vitae subsidiis a Christi Eidelibus adjuventur. Indecorum siquidem quam maxime esset, et ecclesiastico Ordini, et catholici nominis dignitati, viros de religione adeo meritos in egestate et mendicitate relinqui.

Hinc ego Dominationi Vestrae charitatis zelo summopere confisus eos munificentiae et pietati Suae enixe commendandos duco nequaquam dubitans, quin Dominatio Vestra gloriosos Christi confessores fideique catholicae strenuos pugiles peramanter sit susceptura, iisque pro modulo necessitatum opportuna ope profutura.

Digitized by Google

Poterit enim offerri occasio, ut aliquos ex iis Ruthenis Parochialibus Ecclesiis vacare contingat, ad easque Jus praesentandi ad Dominationem Vestram, vel ad ejus consanguineos et amicos pertineat. Quid laudabilius, quid opportunius erit, si Dom. vestra Beneficia maxime Parochialia absque salutis aeternae discrimine conferri non posse, nisi viris magis idoneis et dignis. Quinam autem digniores erunt reputandi, quam quorum fides nec minis nec bonorum jactura, nec fame, nec frigore, neque diuturnis carceris angustiis separari potuit?

Nolo pluribus verbis sibi hanc eausam commendare, quae cum Dei causa sit, nihil indiget apud pium et Religiosum Virum meis vel commendationibus vel officiis. Nihilominus pro omni vel cura vel sollicitudiue ac studio, quibus D. Vestra Catholicae unionis Testes suscipere, protegere et adjuvare velit, me sibi devinctum imprimis continuo fere profiteor, cupiamque mihi dari tempus ac locum inserviendi D. Vestrae, ut possit sibi vere ac re ipsa constare, quae sit benevolentia erga Se mea, eamque existimo, qua me interea ex animo subscribo etc.

Varsaviae die 2 Septembris 1773.

Josephus Archieppus Berytensis Nuntius Apostolicus.

§. 28. Damna s unioni a PP. Basilianis illata. Angustiae cleri saecularis.

Ordo religiosus s. Basilii M. non ubivis a regimine Cleri saecularis conformiter mandatis Sedis Apostolicae praesertim in Lithvaniae dioecesibus amotus fuit, qui exterminatis penes Ecclesias Cathedralis et Collegiatas capitulis Ecclesias cum omnibus suppellectilibus et fundationibus monasteriis incorporabat, realitates ecclesiasticas alienabat, beneficia saecularis Cleri Monasteriis incorporabat, seminaria pro educatione Clericorum saecularium fundata, jam ex Cleri

Digitized by Google

saecularis contributionibus, jam beneficent fi delium fundata sufferebant, documenta fundationum ab Ecclesiis saecularibus recepta annihilabat, et Clerum saecularem in summa ruditate continebat, ne graves injurias sibi fieri cognosceret, et justitiam sibi administrari peteret. Haec omnia manifestatio anno 1775 die 4 Novembris Vilnae ad acta publica facta dilucidat. Quanta cupiditate bonorum Monachi s. Basilii eotum exagitabantur, et quomodo dignitates ecclesiasticas anhelabant, et propterea cum gravi dispendio boni religionis et Ecclesiarum cum consanguineis et amicis compactabantur; eruitur id ex literis sacrae congregationis de propaganda fide ad Mtpltam Leonem Szeptycki sub die 13 Martii 1779 datis, et ejusdem Mtplitae responso ddto 12. Maj 1779 submisso. Consanguinei et amici individuorum religiosorum exoperabantur apud regem Poloniae nominationes pro Eppatibus, licet dicti nominandi necessariis qualitatibus, carerrent: dein vero ipsimet ex bonis Eppalibus ditabantur. *)

In locis illis, ubi Eppi ad mentem Sedis Apostolicae Mlonachiis Basilianis a regimine dioecesium amotis, personas e clero saeculari ad idem adhibebant, a PP. Basilianls diver. sis processibus tanto magis exagitabantur, cum illi a jurisdictione Epporum exempti, et proventibus sat amplis gaudentes, impensas facile in processus impendere possent. Quales processus erant cum Mtplta de variis realitatibus et cum Eppis Leopoliensibus et Premisliensibus.

---

*) Regimen dioecesanum et disciplina cleri negligebantur, rudes et ignorantes ordinabantur sacerdotes, coeci coecis dabantur ductores, praesertim quia Monachi ab Eppis ad officia dioecesana assumpti proprio commodo, non bono publico cleri saecularis et ejusdem instructioni studerent. Magna ex parte religiosi Basiliani erant natione Poloni, e ritu latino propter promotiones ad Abbatias et Eppatus Ruthenos vel plane propter eradicandum ritum Graecum venientes.

Digitized by Google

Qualis fuerit sors et status cleri saecularis uniti, curae animarum incumbentis haccc epocha, facile ex mox dictis concluderc licet. Defectus debitae educationis et scientiae in sacerdotibus, tum defectus dotationis et sustentationis debitae beneficiatorum, quo ad exactiones penes functiones sacras faciendas adigebantur, eorum despectionem in oculis populi post se trahebat, diversi irrepebant abusus, cum ab Eppis fere nunquam visitationes dioecesanae instituerentur, et abusus ejusmodi haud exstirparentur. Deficientibus porro Capitulis Cathedralibus Consistoria bene regulata minime existebant, ordo debitus in regimine dioecesano et disciplina nullatenus manuteneri valebat, praecipue ubi Antistites post Synodum Zamoscenam coteroquin ex ordine Basilii M. assumpti, praedilectione erga confratres religiosos ducti, penes suam curiam, in obversum menti Sedis Apostolicae eosdem tenebant, illisque munera et regimen Dioecesanum concredebant.

Anno 1747. Copia memorialis porrecti Sanctissimo Dno, nomine Cleri respectu Ecclesiarum cath. et parochialium a monachis usurpatorum et in capitulo Dubnensi an. 1745 pro Manasteriis canonisatorum.

Tertio id Clerus saecularis ruth. cath. dioecesis Leopoliensis, Haliciensis, Camenecensis, Premisliensis et Samboriensis, humilimus Sanctitatis vestrae orator in extrema sui, quam a patribus Basiliani ordinis Provinciae Russiae patitur oppressione Sanctitatis vestrae auxilium implorare cogitur invitus. Demandavit Vestra Sanctitas, suo sapientissimo decretali, quae si adamussim observaretur, felicitas profecto graeco ritui per Russiam pararetur, monachis Basilianis praefatae provinciae ut plura monasteria, quae vix duos aut tres monachos alere possunt, in unum coadunarent, ita ut ad regularem inducendam disciplinam inducenda in singulis monasteriis decem vel

Digitized by Google

saltem octo monachi valeant congregari. Pontificio sapientissimo decreto illudentes potius quam obtemporantes Monachi provinciae Russiae, in consultatione, quam coram bonae memoriae Metropolitano Szeptycki coegerunt Dubnae an. 1745 mens. Octobr. duo aut tria tenuiora Monasteria uni subjacere quidem tamquam capiti, in iis tamen adhuc restant duo ibi vel tres monachi, qui ante talem consultationem in iisdem degebant, ita ut vita communis et regularis disciplina juxta canon. leges, tenoremque protendatae decretatis observari in iis non possit.

Quod autem omnibus gravissimum est, occasione hujusmodi aggregationis et coadunationis, plures sibi usurparunt ecclesias, inter quas Parochias nonnullas, ad quas nullum jus habent fundationis aut donationis, sed per Presbyteros saeculares administrari solebant.

Hujus generis sunt Ecclesia cath. Leopol., quae ex sui cathedralitatis origine pro Presbyteris saecularibus erecta fuit, ab iisdem semper administrata, usque ad tempora bonae memoriae D. Szumlański Episcopi Leopoliensis, qui suo arbitrio nonnullos monachos ad eam evocavit.

Ecclesiae cath. et paroch. ad quas nonnisi a 20 annis ab Episcopis monachi assumpti sunt, cum ex fundatione et ratione Parochiae ad Presbyteros saeculares pertineant.

Ecclesia etiam cath. Premisliensis, super qua latum est decretum a piae memoriae Metropolitano, quo cavetur, ne monachi eam retineant, autquomodo libet ad curam animarum se ingerant.

Idem cath. S. Salvatoris Samboriensis, supra cujus et bonorum illius pertinentia in S. Congregatione disputatur, quam non expectata decisione causae in hac coadunatione Momonasteri declararunt, cum tamen ad eam non inveniantur plus quam duo Monachi. Ecclesia Bucnoviensis, cui adhuc deservit Parochus saecularis. Ecclesia parochialis Żolkieviensis, easque sibi ipsi vindicare omni conatu contendunt.

Digitized by Google

Has aliasque Ecclesias monasteria nuncupavit Provincia Ruthena Basiliani ordinis in supra dicta consultatione non ut denarium numerum in his inducens Sapientissimo decretali Beatitudinis Vestrae obtemperaret, sed ut se ditando spoliis Cleri saecularis, magnum Monasteriorum elenchum effingit, sinit enim contra mentem Sanctitatis Vestrae, ut in praefatis Ecclesiis duo solummodo et saltem tres commorent monachii.

Hujusmodi Ecclesiarum parochialium et cathedralium, coadunatio non solum gravis est nimis Clero saeculari sed contraria etiam canonibus Synodi Zamoscianae ab hac s. sede Apostolica approbata, titulo enim decimo de Parochios et Parochiis statuitur, ut eae tantum parochiales Ecclesiae quae Regularibus ex sui fundatione, vel juxta praescriptionem a tributa sunt, per regulares regantur, reliquae omnes per saeculares, neque amplius ipsarum natura mutetur.

Ab hujusmodi itaque usurpatione Ecclesiarum tam cathedralium, quam parochialium a Monachis provinciae Russiae Dubnae facta, protestatus est publicis tabulis Clerus saecularis praefutarum dioecesium Leopoliensis, Haliciensis, Camenecensis, Premisliensis et Samborensis, recursumque ad hanc sanctam sedem adhuc anno praeterito fecit. Sed quia predicita provincia Ruthena approbatione hujus praejudiciosae coadunationis circa decisionem causae de monasteriis noviter a Sanctitate Vestra subreptie obtinere contedit, proinde praefatus Clerus humillimus sanctitati Vestrae supplicat, quatenus praedictam coadunationem Ecclesiarum cath. et parochialium Episcopis et Clero summe prajudiciosam improbare dignetur Vestra sanctitas, et Monachis provinciae Russiae serio injungere, ut ab Ecclesiis, in quibus duo tantum vel tres Monachi vix subsistere possunt, recedant iis Parochis suisque legitimis possesoribus Presbyteris saecularibus, pro quibus illae fundatae sunt, ab iisque administrari solebant, restituant. Quod ex gratia, Quam Deus etc.

Digitized by Google

Aliud memoriale contra eosdem Monachos ab eodem clero saeculari ratione usurpationis officiorum saecularium Sanct. Dno porrectum.

Clerus saecularis Ruthenus cath. dioecesium Leopoliensis, Haliciensis, Camenecensis, Premisliensis et Samboriensis, iterum sua jura contra attentata Monachorum Basilianorum Provinciae Russiae defendi supplicat.

Nulla sunt in Ecclesia ruth. beneficia, ad quae Presbyteri saeculares promoveri possint, nisi Parochiae, quarum meliorem partem, prout Sanctitati Vestrae expositum alias est, occuparunt praedicti Patres, Officia tantum restant Vicariatus nimirum, Decanatus et his similia; ad quae, ut habiles reperiantur, Sacerdotes e Clero saeculari a multis annis Episcopi ac praesertim Premisliensis alumnatus in colegio Armeno-Rutheno Leopoliensi, quod etiam sumptibus S. congregationis de propaganda fide erectum est, instituerunt. Haec officia sibi usurpant Monachi ita, ut cogantur Presbyteri saeculares vel monasticam vitam amplecti, ne contempti vivant, aut ruralibus tantum Ecclesiis deservire, quod cum, qui honesto loco nati sunt facere recusent, potius ad latinum ritum transeunt, et sic animarum cura ignavis tantummodo et inhabilibus committitur. Plura alia hinc proveniunt catholicae religioni damna, Monachi siquidem, loco Clerum saecularem tuendi, ab oppressionibus nobilium laicorum, eum aspernantur rudem appelantes, et ut talium nobilium favorem sibi captent, benefactoresque suorum Monasteriorum habeant, oppressores ipsos fovent, et nulla etiam justa accedente causa sacerdotes iterum mulctant, contra mentem Synodi Zamoseianae, ut Clerus saecularis ipso victu et amicitu careat, unde fit, ut schismatici sanctam unionem refugiant, ne sic dure a Monachis tractentur.

Dissonum hoc quoque est vitae regulari: hujusmodi siquidem Monachi officiales sub praetextu visitationis Parochorum per oppida vagantur, cum Parochis, quorum nonnulli uxo-

Digitized by Google

rati sunt, vitam saecularem ducunt, suis in Monasteriis raro aut nunquam resident. Huic malo oportunum remedium opponere intendens Synody Zamosciana Titulo 7 de officialibus praecipit: ut quilibet Episcopus officialem habeat saecularem eique tantum permittit monachos ad officia vocare, si Presbyter saecularis idoneus non reperiatur, quod in praesentiarum vix evenire potest, in provincia siquidem Lithvania monachi suis contenti monasteriis, ad officia Presbyteros saeculares promoveri sinunt, et optant, in provincia autem Russiae, quamvis Episcopus Premisliensis ab eam hujusmodi assupserit saeerdotes, adhuc tamen monachi ea iterum sibi vindicare omni contentione intendunt, prout etiam in dioecesibus Leopoliensi, Haliciensi et Camenecensi.

Contra talem illorum ambitum protestatus fuit nonnullis abhinc annis Clerus saecularis, iterumque nunc protestatus est coram notario Apostolico prout in annexa apparet manifestatione.

Omni itaque obsequio supplicat Sanctitati Vestrae Clerus, ut eum ab hac etiam oppressione dignetur pro sua clementia sublevare, injungendo monachis provinciae Russiae. ut in suis monasteriis regularem uti decet, vitam ducentes, ab officiis abstineant, adeoque juxta sanctionem synodi Zamoscianae promotos Presbyteros saeculares sinnant, nec amplius inquietare valeant: Quod ex gratia etc. quam Deus etc. porectum 1747.

Hosce supplices libellos primum anno elapso demum altera vice anno praesenti, circa propositionem causae de monasteriis, ubi provincia Ruthena approbationem coadunationis soepe dictae obtinere omni possibili modo conabatur, in audientia Sanctissimo Dno dedi.

Qui suspensa aprobatione praetensae coadunationis et decisione causae pro informatione ad Illustrissimum Nuntium et Episcopum Zenopolitanum scribere jussit, prout jam scriptum est. Quapropter ut Excellentissimus Nuncius et Reveren-

Digitized by Google

dissimus Dominus Lascaris posset melius scire, super quibus punctis debeat sacram congregationem et Sanctissimum Patrem informarè, copias memorabilium transmitto, quarum unam copiam excellentissimo nuntio, alteram Illustrissimo Domino Lascaris oportebit dare. Has vero Illustrissimo Domino nostro Episcopo Premisliensi transmittere, ut ipse etiam de negotio informari possit, et supplicandus est, quatenus scribat ad Illustrissimum Dominem Lascaris (cui credo Nuntius totum negotium committet) supplicando eundem, quatenus jura cleri saecularis dioecesis Leopoliensis, et Premisliensis defendere dignetur, et S. Dominum de nostro misero statu et oppressione quam patimur a Patribus provinciae Ruthenae bene informet, insuper explicando consequentia et absurda, quae sequerentur, si monachi Ecclesias parochiales et cathedrales possiderent, et jus sibi ad illa stabilirent, in hoc enim casu Episcopi subditi monachorum esse deberent cum suis Ecclesiis, quarum soli Domini disponere minime possent, demum sub praetextu curae animarum et officiorum saecularium per parochias vagarentur, et similiter excessus et scandala, prout fuit monachus unus ex monasterio Dobrimiliensi anno praesenti, trucidando presbyterum volens vim inferre uxori suae, perpetrarent, quem quidem casum Illustrissimus Dominis noster tam Nuntio quam et Episcopo Zenopolitano oportet ut deferat. Sed quia verba judices non ligant, hinc praeter literas Illusirissimi Domini nostri cum expositione praemissorum scribendas aportet, ut aliquis nostrum ego existimarem perillustris Dnminus Lewiński aut Primowicz, expediatur ad Illustrissimum Dominum Lascaris cum demonstratione documentorum, quae nobis serviunt ad supradictas Ecclesias parochiales et cathedrales Camenecensem, Zolkieviensem, Buchloviensem, necesse est producere authenticas fundationes, si sunt et institutiones parochorum saecul. ad easdem, illas esse Ecclesias parochiales, pro parochis fundatas, non vero pro monachis, ut possit Illustris. Dom. Lascaris de jure nostro bene persvasus esse, scio quod monachi pro parte sua

Digitized by Google

mittent aliquem Religiosum ad eundem praelatum, utpote praesenti etiam a suo procuratore, qui nobis forte objicet, quod eas Ecclesias monachi pacifica praescripserunt possesione. Sed si tempore requisito ad praescriptionem monachi ad illas ecclesias ante Synodum Zamoscensem non fuerant, post synodum minime eas praescribere potuerunt, cum obstante lege synodi praescriptio currere non poterat. Demum monachi ad illas ecclesias ab Episcopis vocati fuerant, non ut ibidem monasteria constituant, sed ut vices parochorum pro tempore gererent, ac proinde semper amovibiles erant et malae fidei possessores. Quod vero ad Ecclesiam cath. Premisliensem, quam etiam in coadunatione monasteriorum apparueruut, producendum est coram eodem Episcopo Zenopolitano in forma authentica decretum Illustrissimi olim Metropolitani Szeptycki, quo haec nobis adjudicata est, et testimonium petendum a Capitulo Premisliensi, ad probandum coram eodem, quod ad hanc Ecclesiam nullus religiosus invenitur, sed per Capitulares saecularae Presbyteros, vicarios Episcopi gubernabatur. Causa vero sancti Salvatoris ad montes, cum pendeat, hic aliud probare non est necesse, nisi quod solum duo monachi ad hanc Ecclesiam inveniantur, sine omni disciplina monastica contra decretale Sanctissimi. Quo autem ad cath. Leopol. non consilio monasterium illorum confundere cum cathedrali, sed potius distinguendum, quoniam ab illo difficile abalienari possunt, demonstrandum est solummodo, quod Ecclesia haec cath. non debet inter monasteria confundi, nec pro monasterio applicari, cum ab Episcopo tanquam suo parocho dependeat, taliter ut Episcopus ad eam posset assumere saeculares, sicut pro illis fundata est, et administrabatur ab iisdem, quare licet ibi distinctum monasterium habeant, Ecclesiam tamen cath. usurpare non possunt, ad quam Episcopi suo tempore semirarium pro ordinandis clericis erigere possunt.

Digitized by Google

Anno Dni 1775 die vero 19 Veneris mensis Novembris v. s. Vilnae.

Coram officio actisque praesentibus consistorii generalis Metropolitani Vilnensis constitutus personaliter admodum reverendus Casimirus Szczygielski Comendarius Ecclesiae collegiatae Vilnensis obsequendo madatis Illustrissimi Excellentissimi domini Archi-Episcopi Metropolitani totius Russiae pastoris sui. Nomine cleri archidioecesis praesentis Metropolitanae per magnum ducatum Lithvaniae extensae in et contra reverendissimum in Xto patrem superiorem procuratorem totamque communitatem monasterii Vilnensis ordinis divi Basilii M. non excludendo etiam reliquos superiores provinciae Lithvaniae ejusdem ordinis tum quoque de nomine et cognomine infra specificandos, quam solemnissime manifestatus, protestatusque est, et super eo: quid licet omnes regularium coetus non in alium finem nisi in subsidium cleri sint instituti et ab Ecclesia admissi atque approbati, ab hoc tamen vocationis suae scopo manifestati regulam s. Basilii M. profitentes deviando, loco subsidii, extremam clero rutheno unito in hoc praesertim regno Poloniae et Magno ducatu Lithvaniae existenti, oppressionem, damna et praejudicia inferre praesumpserunt, cum retro actis temporibus occupatis omnibus fundationibus et officiis adscriptoque suis religiosis personis absoluto et despotico super memoratum clerum rutheno-unitum dominio, imprimis capitula penes Ecclesias cathedrales, et in principalioribus civitatibus Ecclesias collegiatas fundatas variis violentis et subdolis modis exterminarunt. Adeo ut vix penes tres duntaxat cathedrales ejusmodi capitulorum vestigia ad praesens adpareant, et haec non pridem innovata, omissis reliquis dioecesibus in hac archidioecesi Metropolitana, partim per magnum ducatum 'ithvaniae extensae numerabantur, ex primitiva sua fundatione circa quatuor Ecclesias collegiatas

Digitized by Google

utpote: Vilnensem, Grodnensem, Novogrodnensem, et Minscensem, capitula, quorum modo nonnisi extat memoria, et ne unus quidem canonice institutus reperitur presbyter, quibus praemisso modo exterminatis, nonnullas Ecclesias coligiatas utpote Novogrodensem et Minscensem, suae religioni cum clenodiis, argentariis et omni suppelectili eclesiastica areis et fundis, ex antiqua fundatione spectantibus applicarunt, Grodnensem vero monialibus ejusdem ordinis, absque scitu et permissione sacrae Sedis Apostolicae et consensu serenissimorum regum Poloniae et ducum Lithvaniae, uti collatorum, cesserunt; nonnullos fundos ejusdem ecclesiae alienarunt.

Vilnensem autem florente olim ritu rutheno in Lithvania, et structura externa et interno aparatu ditissimam, extremae ruinae et desolationi cum summo opprobrio ritus et admiratione in hac urbe principali ducatus Lithvaniae residentium, expoliarunt adeo, ut unus duntaxat calix, et iste ab admrndo Theod. Kruszkiewicz parocho Novogrodensi applicatus, atque duo apparatus s. vetustissimi vilis materiae, ut inventarium fidem praebet, post manifestatos relicti extiterint. Iconem Beatae Virginis Mariae thaumaturgum cum clenodiis et omnia quae concernant aparatum ecclesiasticum, ex hac collegiata Vilnensi Ecclesia ad suam regularem sub tit. SS. Trinitatis, uti literae reversales et traditio antiqua convincit; transtulerunt; reliquas ecclesias olim parochiales Vilnenses, primam videlicet sub titulo: Protectionis Beatae Virginis Mariae; alteram s. Joannis Evang. tertiam s. Michaelis; quartam s. Eliae Prophetae; quintam s. Catharinae; sextam s. Nicolai; septimam s. Cosmae et Damiani, octavam ss. apostolorum Petri et Pauli; nonam s. Georgii Mar. decimam Nativitatis salvatoris nostri stante suo regimine pariter extremae desolationi exposuerunt, in quorum areis, fundis et cemeteriis, atque quondam parochorum saecularium residentiis nobilium et civium Vilnensium lapidea, et coriolae, a Judaeis etiam inhabitatae modo reperiuntur, quas areas et fundos propter exi-

guum lucrum, cum summo dedecore et locorum quondam sacrorum profanatione alienae nationi permiserunt, et eadem sua pernitiosa dispositione propter vile praetium aerario Metropolitano modo aplicatum, infinitas lites et pro illis sustinendis notabiliter proventum superantes expensas causarunt, ex memoratis Ecclesiis, et undecima Ecclesia parochialis sub titul. Resur. D. similiter sub regimine manifestatorum poenitus desolata, omnem apparatum Eeclesiasticum et argentarium exportarunt. Duodecimam sub titulo s. Praxedis cum areis fundis et lapideis, in cemeterium ejusdem et post extructum ex residentia quondam parochi, Presbyteri saecularis suae possessioni adscripserunt. Decimam tertiam sub tit. Translationis s. Nicolai, omni quidem interna adparentia, in suum usum conversa, orbatam et notabiliter devastatam reliquerunt, quam externo decori restituit, et interno ornatu atque apparatu, modernis temporibus, providit perillustris Reverendissimus dominus Franciscus Morzelewski, Vicarius in spiritualibus et officialis gen, Vilnensis, ad praemissam Ecclesiam devastatam, non pridem canonice institutus, qui unicus duntaxat, ex clero, in hac urbe sex olim presbyteros, et duos Diaconos ad Ecclesiam collegiatam Vilnensem fundatus, 13 Parochos et capitulum Vilnense manifestatis exterminatum, repraesentatam Fundatorum mentem et dispositionem poenitus immutarunt, obligationes ab illis institutas, sublatis Presbyteris abrogarunt, et curam animarum sibi applicarunt, illamque ad annum 1762 exercuerunt. Post abrogatos ut dictum est, capitulares et Parochos Vilnenses, translatis ad se juribus ipsorum et praerogativis, nomine Capitularium, varias transactiones antiquis fundationibus et clero projudiciosas confecerunt, privilegia regia ad sinistram informationem anterioribus juribus et fundationibus clero servientibus contraria procurarunt. Praedium Swirawe a Celsissimo principe Constantino Ostrogski, palatino Trocense anno 1522 pro quatuor presbyteris et duobus Diaconis ad Ecclesiam collegiatam Vilnensem inscriptum, suo

Digitized by Google

monasterio applicarunt. Jam vero preedium Kroszty et attinentias praedii Szeszole nuncupati, ab eodem munificentissimo Fundatore pro supra memoratis presbyteris et Diaconis applicatum, procurato ad sinistram expositionem Vladislai IV Regis Poloniae consensu, sub conditione redimendorum aliorum pro Ecclesia bonorum emanato, pro suma 50.000 fl. polonic. (quamvis haec bona vix centum millibus modo redimi possent, ut patet ex subscriptione religiosi patris Kadłubai pro tunc vicarii monasterii Vilnensis, qui se capitularem etiam in hac subscriptione venditionis nominavit, divenderunt et nulla alia bona in locum venditorum pro Ecclesia coemerunt, quin imo summam praememoratam nescitur in quem usum disposuerunt; distinctim praedium Wuka nuncupatum ab Illustrissimo Theodor. Januszkiewicz Mareschallo Serenissimi regis Poloniae et magni ducatus Lithvaniae, anno a creatione mundi secundum computum Graecum 7015 indictione 11 men. Martii 29 die a navibite vero Xti D. 1506 pro duobus ex clero altaristis penes Essiam col. Vilnensem fundatam, et postea ab Illustrissimo comite Paulo Sapieha judice terrestri palatinatus Trocensis anno 1605 auctam, eradicatis, ut supra relatum presbyteris saecularibus, ex possesione praedii, ad quam hucusque non est perventum, eximerunt, pari modo extirpatiis capitularibus penes Ecclesias collegiatas, Grodnensem, Novogrodnensem et Minscensem olim existentibus, praefatas Ecclesias cum clenodiis, argentariis et omnis generis apparatu atque fundis, a primis fundatoribus inscriptis, suae possesioni adscripserunt, et reliquos alienationi exposuerunt, ad quorum etiam recuperationem clerus nondum pervenit, summas erectionales perpetuas cum provenienti ab illis provisione sine locatione eorundem in aliis bonis, deportarunt, et in suum usum converterunt, uti anterius Religiosus in Xto P. Kodłubaj 500 fl. pl. S. Kosmae et Damiani Ecclesiae, quemadmodum patet ex primitiva fundatione sine inscriptione, inscriptos suo monasterio applicavit, posterius vero Reverendissimus in Xto P. Bieniecki protunc officialis

Digitized by Google

Mpltanus et post abbas Kobrinensis, summam Ecclesiae s. olim Evangelistae Joann. adcriptam et in lapidea Vilnensi Soltanowisko dicta locatam levavit una cum retenta provisione et in usum suum convertit, quin imo nullo relicto in Archivo levationis suae vestigio frustra novam litem ac notabiles expensas causavit, pro majori firmitate moeniorum et fenestrarum Ecclesiae collegiatae Vilnensis ferrum antiquitus impositum stante suo officio evellere ex iis moeniis jussit, et eodem ferro currum sibi reparare demandavit; tempore pestis Vilnae post annam 1700 grassantis, stannum ut fert traditio, et occulati adhuc testes perhibent plus minus 24.000 flor. pol. constans ab inquilino Ecclesiae S. Nicolai stannifabro in eadem Ecclesia, asservatum pariter stante suo officio et dispositione invenit, et confectis ex hoc stanno 18 duntaxat exiguis candelabris reliquum in suum commodum convertit. Similiter Reverendissimus Zyrawski officialis et superior monasterii Vilnensis atque ordinis sui consultor, lapidam ex fundatione ad Xenodochium Ecclesiae collegiatae Vilnensis spectantem Religiosis Pat. ordinis eremitarum S. Augustini non observatis circa elienationes jure praescriptis solemnitatibus vendidit, et eamdem pecuniam non in rem praefati Xenodochii sed nescitur in quem usum expendit, eradicatis ut toties permissum est capitulis et in civitatibus D. Lithvaniae principalioribus parochis, devastatisque et omni apparatu orbatis Ecclesiis longe facilius reliqua in particularibus locis sita beneficia, quae magis sibi placebant, et melioris erant dotationis, violenter occuparunt, quae sequens exhibet Elenchus videlicet: Rohaczoviense, Rozanense, Lyskoviense, Czerlonense, Zyroviciense, Holdoviense, Lusianense, Suchoviense, Sutense, Rahoviense, Szernense, Misense et alia, quae adpraesens memoria comprehendi non possunt, et eadem in beneficia regularia commutarunt, relictis duntaxat clero illis, ex quibus congruam sustentationem, honesta persona nullatenus habere potest. Jam vero Merecense venditis ejus fundis erectionalibus patres olim societatis Jesu, et Perudimen-

Digitized by Google

se pariter fundis inscriptis alienationi laicorum permissis, nec non Olitonense, Coronense per incuriam penitus sustulerunt. Seminarium ex contributione eleri et subsidio Illustrissimi et Excellentissimi Domini Metropolitae in Synodo Kobrinensi anno 1626 celebrata in civitate Minscensi institutum et regimini manifestatorum commissum, successu temporis sustulerunt, et memoratam summam suis usibus applicarunt, quin imó pro renovatione ejusdem Seminarii Summa 27.000 flor. pol. a Perillustri Reverendissimo Lubieniecki Abbate Minscensi inscriptum, et decretis tribunalis S. Nunciaturae Apostolicae Varsoviensis anno 1755 die 6 Junii nec non Judicis delegati Apostolici anno 1760 die 19 Decembris Vilnae latis pro cratione seu resuscitatione Seminarii Minscensis dispositam, ab Illustrissima Soltobova Palatina Brestensi, prout testatur authentica quietantia raeceptam, in proprium usum et commodum minime vero praefati Seminarii converterunt; similiter ex altero Seminario Suernensi fundationis Clarissimorum Radzivillorum nullum hucusque Alumnum, qui foret sufficientur educatus et Archidioecesi proficuus et Deo, servitii potius eosdem suis quam scientiis applicando et id unice intendendo, ut clerus Rutheno unitus semper in crassa ruditate et ignorantia persistat, sibique tot et tam graves injurias a manifestatis illatas non cognoscat, multo magis justitiam quaerere valeat, munus Visitatorum generalium obeundo primitivae oreetionis et exdotationis Ecclesiarum parochialium instrumenta a parochis receperunt, et vix in parte ad archivum rediderunt, cum ex 600 Ecclesiis hic in Lithvaniae Archiepiscopali dioecesi reperibilibus vix 100 erectiones reperiantur, conquirendis potius procurationibus tempore visitationis canonicae quam restaurande disciplinae Ecclesiae et bono ordini icumbentes nulla acta ejusmodi visitationum suorum, nullaque antiquae possessionis vestigia miseris parochis relinquerant, et continuis injuriis et litibus eosdem exponueruut, similiter exercitae a manifestatis jurisdictionis voluntariae contentiore

Digitized by Google

cum magno damno plurimorum nulla extant acta, solummodo despotici regiminis et ad placitum duntaxat magnatum, cum summa injuria cleri, emanatarum dispositionum, cujusque in animo injuriatorum haeret reminiscentia. In promotionibus adspirantium ad s. ordinem, turpem potius quaestum, qualitatibus a sacris canonibus requisitis praeferentes, hoc etiam medio non extirpare, quin imo irradicare in clero ruditatem, ut perinde omnibus essent contemptui, satagebant, ad beneficia meliora, postpositis dignioribus, quos notitia prohibitionis legum Ecclesiasticarum, et honestas ab accomodatione manifestatis removebat, minus dignos promovebant variisque personis hoc statu, genere et qualitate indignis clerum Rutheno unitum pro majori ejus villipensione replererunt, brevi tempore notabiles summas ex exercitio jurisdictionis suae supra clerum, uti comprobat processus contra Perillustrem Reverendissimum Josaphat Wysocki Abbatem Zolkieviensem olim officialem Metropolitanum Kijoviensem formatus, complures autem similis partialitas obumbravit, congregarunt, ut iisdem pecuniis promotiones sibi majores procurarent, Archivum Metropolitanum et dioecesanum in sua dispositione tenendo, non omnia documenta, uti patet ex confrontatione vetustiorum inventariorium cum praesentibus, retentis praesertim illis documentis, quae ad bona et fundos a clero ereptos spectabant, restituerunt, nonnulla autem documenta vitiata reliquerunt, reducto que ad summam egestatem clero, se Dominos ex re aliena effecerunt. In his oppressionibus paululum clerus intercedente in synodo provinciali Zamosciana sub praesidentia recolendae memoriae Illustrissimi Excellentissimi Domini Grimaldi Nuntii Apostolici celebrata, titulo de officialibus constitutione, quam tamen manifestati variis artibus et praetextibus violarunt, et quamvis in nonnullis dioecesibus ad executionem pervenit, constitutis nihilominus ex clero officialibus etiam in his casibus, in quibus de praescripto juris tenentur subesse, detrectarunt. Visitationem canonicam peragentes ad Ecclesias,

Digitized by Google

quibus cura animarum est anexa, et quas a clero, ut supra relatum, usurparunt, non admittunt, in synodo dioecesana non comparent, ligibusque dioecesanis, quibus ex cura animarum juxta jus commune et constitutiones Apostolicas et signanter felicis recordationis Benedicti XIV, quae incipit: Firmandis itaque asserendis obstringuntur non parenti.—Super his itaque omnibus et singulis injuriis et praejudiciis omni probationum genere manifestatis, deducendis salvum injurialis, videlicet clero Rutheno unito, cujus nomine protestatur, in quovis competenti foro agendi viam servando, iterum atque iterum contra supra memoratos manifestatos omnes in universum, et singilatim atque nominatim expressos, quam solennissime salva praesentes suae protestationis ampliatione et innovatione manifestatus est, quam in majoris roboris gratiam manu propria his in actis subscripsit Pater Casimirius Szczygielski comendarius Vilnensis.

Copia literarum s. congregationis de propaganda fide.
Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Leoni Szeptycki totius Russiae Metropolitae.

Illustrissime ac reverendissime Domine!

Non sine gravi molestia perlatum est ad hanc s. Congregationem de propaganda fide, monachos nonnullos s. Basilii M., quamvis pietate, doctrina et meritis plerumque destitutos, honorum tamen cupidos, praesentationes ad Eppatus et archimandrias Rutheni ritus variis modis sibi procurare coepisse ita, ut Amplitudo Vestra ad indignos interdum instituendos contra animi sui sententiam quodammodo adigatur. Quod cum et patriae legibus et capituli Dubnensis constitutionibus omnino adversetur, cumque periculum sit, ut nisi gliscenti isti malo maturius provideatur, tum monasteriorum disciplina, tum cathedralium dignitas et religionis incrementum gravissimum vulnus percipiat; visum est Em. PP. has literas ad Amplitudinem Vestram dare, eamque hortari in Domino vehementer, ut pro sua auctoritate omnino curet, ne

Digitized by Google

quis nominationem ad praedictas dignitates obtineat, nisi dignus in religione bene meritus et a superioribus ordinis commendatus, aut saltem post emanatas hujusmodi nominationes, quod ad Amplitudinem Vestram attinet, in conficiendo processu audiat superiores ordinis, qui optime norunt mores, vitam et capacitatem suorum religiosorum, ipsisque auditis illud proinde statuat, quod sibi conscientia et sacri canones praescribere videbuntur. Non dubito, quin A. V. pro singulari, qua praestat, religione et fidei zelo huic tam justo s. congregationis desiderio sit cumulate satisfactura, dumque id non minus EE. PP. quam ipsi Sanctissimo Domino nostro pergratum atque acceptum fore spondeo, Deum precor, ut A. V. florentem a sopitem diutissime servet. Romae 13 Martii 1779. Amp. V. uti frater studiosissimus P. A. cardinalis Castelli, praefectus. Stephanus Borgia secretarius.

Eminentissimi ac reverendissimi Domini Domini Patroni colendissimi.

Quantum studium benevolentiamque Eminentiarum vestrarum erga ecclesiam hierarchiamque Rutheno-catholicam, cujus ego Dei et Apostolicae sedis gratia Primatum gerens, cum summo animi solatio intellexi ex literis 13 Martii a. c. mihi scriptis, nunquam satis condignam gratitudinem exprimere valeo, hac semper me esse devictum profiteor. Malum, quod ex nimia cupiditate honorum in Monachis s. Basilii M. plerumque absque debitis qualitatibus existentibus s. congregationi P. F. perspectum est, ex eo, ut plurimum promanere, quod superiores religiosi, quamvis sciant auctoritati Metropotanae ex antiquis, et nova lege patriae competere jus electionis et recommendationis personarum, quae virtutibus idoneitate, utilitate aliisque qualitatibus ac meritis praediti, aliisque praeemineant, huic tamen se conformare minime volunt,

ipsimet absque reverentia ad Metropolitanum ad nominationis et promotionis viam sibi sternunt, eamque suo exemplo ad inordinatum ejusmodi ambitum aliis etiam aperiunt viam, qui per magnates consanguineos et amicos capesendas dignitates Ecclesiae premovere eosque cum illis compactas non sine gravi dispendio boni religionis et Ecclesiarum ac Monasteriorum asequi nituntur. Unde nisi dicti superioris de observantia eorum, quae juris et auctoritatis meae sunt, ab Eminentiis admonendi ad unum velle et sentire mecum concurrant, avertendis ejusmodi abusibus alius modus non superest. Ego quidem ab absumpto regimine meo neminem adhuc ad aliquam dignitatem Ecclesiasticam promovi, etsi contra promovendum et consecrandum Episcopum Vladimiriensem, jam alias nominatum dicti superiores ordinis aliquid objicere, et probare voluerint, libenter audiam, et quod justiciae erit, statuam. Interea me Hierarchiamque meam sacrae R. E. devotandae fidelem singulari S. congregationis protectioni commendans, debito cultu sum. Eminentiarum Vestrarum devotissimus et humillimus servus.

Leopoli 12 Maji 1779.

Leo Metropolita T. R.

In sola dioecesi Mtrpltana tum Cameneocensi tum Leopoliensi conjuncta, cujus portio ex 800 parochiis constans sub regimine polonico remanserat, major in excollendo clero saeculari et disciplina ecclesiastica manutenenda, adhibebatur sollicitudo. Quippe tam Mtrpltana dioecesis quam Camenecensis sub regimine Epporum Leopoliensium, jam a longo tempore existebat, in qua juxta decretum Sedis Apstlicae Monachi ordinis s. Basilii M. ab officiis dioecesanis erant amoti. Eppus Leopoliensis Athanasius Szeptycki, inde ab an. 1729 qua Mtrplta totius Russiae, tum dein Leo Szeptycki qua Coadjutor et Administrator et tandem actualis Mtropolta has dioe-

Digitized by Google

ceses gubernabant, qui licet ex ordine s. Basilii M. assumpti, attamen bono cleri saecularis in vinea Domini laborantis summopere intenti, tam curam educationis hujus cleri quam debiti regiminis et disciplinae gerebant, et ex clero saeculari ad officia dioeccsana applicandos assumebant ejusmodi, qui debita scientia et vero religionis zelo erant praediti, quales partim Leopoli in collegio Pontificio, partim Vilnae debitis scientiis erant exculti, et penes Eppalem curiam praxi requisita instructi. Metropolitae Leoni Szeptycki in Eppatu Leopoliensi et simul Camenecensi successit 1781 Eppus Petrus Bielański ex clero saeculari ad hanc dignitatem assumptus, qui seminarium Camenecii partim cassa pro se antea a clero titulo cathedratici pendi solita pecuniae quota, partim oblato a clero quanto intertenebat, et candidatos ad statum Sacerdotalem requisitis scientiis imbui curabat, dioocesim per se ipsum visitabat, convocabat synodos dioecesanas, atque ita et disciplinam Ecclesiasticam manutenere, et omnes abusus tollere, atque debitum ordinem ac praesertim instructionem populi in doctrina fidei et morum omni conatu promovere studebat.

§. 28. Sera consilia Polonorum meliorandi miseram sortem Ruthenorum catholicorum, collocandi Eppos Ruthenos in senatu, et restaurandi Capitula Ruthena. Nova procella contra Ruthenos catholicos. Secunda et tertia divisio Poloniae.

Dum status reipublicae Polonae an. 1789 ad comitia congregarentur, a nonnullis ablegatis ponebatur ob oculos sors misserima cleri rutheni uniti curae animarum incumbentis, atque ejusdem melioratio proponebatur. Quare e medio statuum designabatur commissio, quae modum meliorandae sortis, et obveniendi naevis proponeret, cui etiam Metropolita eotum unitorum Rostocki in senatu post Eppos latini ritus collocatus, adnumerabatur, cum vero res tota de exquirendo fundo pro

Digitized by Google

Seminariis, capitulis, dominibus deficientium etc. ageretur, et talis non suppeteret, ideo constitutione regni sanciebatur: Penes quamvis cathedralem unitorum Ruthenorum Ecclesiam *capitulum* sex praelatis constans erigi, et a benefactoribus de clero sive aliis fundari posse.

Haec dum in comitiis Varsoviae in favorem unitorum Ruthenorum agerentur, in Volhynia, Podlachia et Podolia nova contra illos excitabatur procella an. 1791, quo celebrata comitia dicuntur constitutionalia ex eo, quod in illis constitutio sub die 3 Maji 1791 sancita fuerit, quae dein per Russos supprimebatur.

In comitiis proefatis et enim fuit potens factio Gallorum principiis (sic dictis revolutionisticis) imbuta, quae regem Stanislaum Augustum Russis addictum regno spoliare, atque declarata libera republica Russis bellum indicere, ac ab eorum influxu Poloniam liberare volebat. Ad id optimum medium putabat esse: Ruthenos omnes in Polonia absque ullo discrimine conformiter projecto eradicandi ritus graeci sive nonunitos, sive unitos ritum graecum sequentes, conspirationis cum Russis contra regimen Poloniae et proditionis Patriae insimulare, ac perinde tam contra Russos, quam contra regem Stanislaum Augustum odium excitare, eundemque conspirationis cum Russis et proditionis patriae incusandum, throno spoliare. Stanislaus Augustus rex habebat tum a secretis ad corespondentiam cum Sede Apostolica Eppum in partibus Ruthenum unitum Stephanum Lewinski, qui coadjutor cum futura successione Eppatus Luceoriensis constituebatur, cuique propter imbecillitatem haud pridem ex sacerdote ritus latini creati Eppi Luceoriensis Stadnicki etiam administratio Eppatus Luceoriensis a Sede Apstlica concredebatur. In Volhynia et Podlachia, ubi Luceoriensis dioecesis unitorum sese exstendebat, obtendebatur esse sic dictae conspirationis fomes, atque ideo, non tantum Victor Sadkowski Eppus Pereaslaviensis nonunitorum

Digitized by Google

et Archimandrita in Sluck degens cum suo vicario conjiciebatur in carcerem, et Varsoviam pro ulterioribus indagationibus abducebatur, verum etiam multi sacerdotes uniti rutheni diocesos Luceoriensis, ob crimen conspirationis cum Russis et proditionis Patriae carceri tradebantur, ac torquebantur omnibus modis, ut juxta suggestionem illis factam edicerent, se a suis superioribus ecclesiasticis (qualis erat primus Eppus Lewinski) in commissis habere: Ut populum ruthenum contra regimen polonicum concitarent. Idem fiebat cum laicis ruthenis unitis et nonunitis, quorum multi prae fame, squalore et miseriis in carceribus vitam terminabant. Erigebantur ad id extraordinaria tribunalia, in Luck, Krzemieniec et Dubno, in quibus omnibus legibus et praescriptis formalitatibus postpositis, ad falsa testimonia diversarum personarum ad id superinductarum ad mortem innocentissimi condemnabantur aliquod sacerdotes uniti dioecesos Luceoriensis et multi laici, omni appellatione praescisa, quemadmodum id eo tempore in Gallia fiebat. Inter hos sacerdotes unitos ruthenos, ceteroquin homines simplices, ac scientia destitutos, quidam parochus in Stare Sioło Theodorus Borkowski in carcere diu torquebantur, ut ediceret ea, quae sibi et aliis objiciebantur, esse vera, et ab addito illi causidico Jaworowski eidem assecurabatur, perinde illum certo certius, ex carcere se liberandum fore. Simplex sacerdos ita deceptus, dum falsa contra se et alios edixisset, et ille et alii ad mortem damnarentur, atque non obstante eo, quod dictus Rorkowski, videns se dolose deceptum, suam et aliorum innocentiam solemniter assecuraret, et contra decretum protestaretur, tamen capite plectebatur, ut illi in comitiis Varsoviae deputati, qui seditionem contra rempublicam a Ruthenis factam obtendebant, argumentum pro se exinde petere possent.

Si dioecesis Luceoriensis eo tum activum ac Clerus zelosum habuisset pastorem, profecto hisce arbitrariae prop-

Digitized by Google

tentiae passibus obsistere, et obicem ponere valuisset, prout id fiebat in Podolia in dioecesi Camenecensi, ubi per odium quorumdum Nobilium ritus latini, quibuscum parochi Rutheni uniti de avulsis realitatibus ecclesiasticis processum ducebant, in eosdem parochos columnia, ac si cum Russis conspirarent, injiciebantur et incarcerabantur, ubi Eppi eotum Leopoliensis et Camenecensis Petri Bielanski opera, illegalibus passibus et arbitrariis cum sacerdotibus procedendi modis illico penebatur obex. Sacerdotes incarcerati pro insontibus declarabantur, et suis beneficiis restituebantur.

Porro, cum omnibus non obstantibus indagationibus contra Eppum nonunitum Victorem Sadkowski Varsoviae in carceratum nulla conspirationis cum Russis contra regimen Poloniae et criminis proditionis Patriae inveuireutur indicia, ideo idem Eppus e carcere demittebatur, et ad suam Eparchiam ridibat.

Hoc tamen modo provocabatur bellum inter Polonos et Russos, cujus resultatum fuerat sic dicta generalis confoederatio Targovicensis sub die 14. Maii 1792 dein comitia extraordinaria Grodnae congregata, et in his sub die 11 Julii 1793 inter Imperium Russiae et regnum ac rempublicam Poloniae conclusus tractatus, quo palatinatus Kijoviensis, Braclaviensis et Podoliae Russis cedebantur, Volhyniae nonnisi pars cis fluvium Bug et Lithvaniae sub regimine polonico relicta. Qua ratione magna pars dioeceseos Metropolitanae ruthenae unitae, dioecesis Vladimiriensis, Luceoriensis, pars dioecesis Chelmensis et portio dioecesis Camenecensis ex 800 parochiis constans sub Dominium Russorum deveniebat, et haec erat secunda divisio Poloniae.

Post mox dictam secundam divisionem Poloniae pax non diu durabat, Varsoviae et in alliis locis russicus exercitus praesidium tenebat, ast ignis dumtaxat sub cineribus delitescebat. A. 1794 — consurgebant Poloni contra Russos, duce Thaddaeo Kosciuszko, praesidium exercitus russici sub generali Igölström Varsoviae inopinate per cives trucidabatur, et contra

Digitized by Google

Russos quasi contra hostes fidei catholicae, armabatur plebs ritus lat. Generalis Kosciuszko praeter alia media adhibita emittebat literas ad varias personas saeculares et ecclesiasticas tam rit. lat. quam Rutehnos unitos sub Dominio Russorum in neo avulsis a Polonia provinciis degentes, quibus animabantur ad adjutorium sibi praestandum, et populum contra Russos concitandum, quae ad manus regiminis russici devenientes, non tantum incarcerationem harum personarum post se trahebant, verum occasionem arripiendorum mediorum exstirpandae dabant in illis partibus Unionis Ruthenorum. Ad comprimendos insurgentes Polonos copiae russicae sub Generali Suwarow missae, Polonos sub Thaddeo Kosciuszko profligabant, Varsoviam advenientes civitati capitulationem offerebant, ast cum repulsam ferent, castra ad suburbium Praga vi expugnabant, inhabitatores hujus suburbis penitus exscindebant, et tum demum Varsoviam die 29 Octobris 1794 ingrediebantur. Ita rebus stantibus rex Stanislaus Petropolim abibat, ibidemque per tractatum sub die 13 Octobris 1795 conclusum Poloniae regnum inter Russiam, Austriam et Borussiam dividebatur, atque Varsovia Borussis cedebat. Perinde autem etiam Ruthenorum unitorum Hierarchia rursus dismembrabatur, atque cum Lithvania et parte reliqua Volhyniae Russis obtingente, Dioecesis Mtpltana quoad reliquam partem, pars enim magna in Palatinatu Kijoviens et Braclaviensi sita, jam an. 1793 sub Russos deveniebat, Vladimiriensis, Brestensis quoad partem atque Pinscensis sub imperium russicum, dioecesis Chelmensis quoad partem cis fluvium Bug, pars dioecesos Brestensis cum Galicia sic dicta occidentali seu Palatinatu Krakovien- et Sandomiriensi sub imperium Austriacum; — demum pars dioeeeseos Brestensis cum Abbatia Suprasl et provincia Bialystocensis sub dominium Borussicum deveniebat, in qua ad intercessionem regis Borussiae cubseque in Suprasl erigebatur Episcopatus.

Digitized by Google

CAPUT QUARTUM.

De statu Hierarchiae Ruthenae, sub imperio Austriaco existentis, ab an. 1772 seu prima Poloniae divisione ad annum 1808 seu restaurationem Metropoliae Haliciensis.

§. 29. Imperatrix et Regina Maria Theresia favebat Graeco-Catholicis, erexit pro eis seminarium Viennae, Barbareum, aequiparavit eos latinis, concessit eis Capitula, assignavit clero graeco-catholico congruam sustentationem. Clerus Polonicus in Galicia et Basiliani hasce gratias pro clero Rutheno saeculari praepediebant. Mens Mariae Theresiae circa capitula Ruthena et circa transitum Ruthenorum graec. cath. ad ritum latinum, Ejus que rescriptum ad Metropolitam Ruthenorum Leonem Szeptycki.

Regimen austriacum Imperii sui cives et subditos, ritui graec. cath. addictos, et cum sacra Ecclesia Romana unitos aeque ac romano-catholicos spectare et protegere solebat. Jam quippe inde ab an. 1619 complures ritus graeci asseclae in Hungaria, Transilvania et Croatia unionem cum sacra Romana Ecclesia suscipiebant. Piissima Imperatrix et Regina

Digitized by Google

Apostolica Maria Theresia, ut nonunitos summe numerosos in Hungaria, Croatia et Slavonia degentes ad unionem alliceret, unitos singulari patrocinio fovebat. Unde fiebat, quodnon tantum Eppi rit. graeci uniti in Hungaria eousque partim qua Vicarii Epporum lat. partim qua Vicarii Apostolici considerati, sub regimine Imperatricis Mariae Theresiae, et ad Ejusdem intercessionem apud Sedem Apostolicam pro dioecesanis agniti, dotatione congrua et *capitulis* providebantur, et Clero in cura animarum existenti sustentio congrua assignabatur, atque educationis candidato rum Cleri ejusdemque culturae habebatur debita cura. Dum itaque regnum Galiciae et Lodomeriae sub regimen austriacum devenisset, numerosi sub eodem existente Rutheni uniti similem, prout alii in haereditariis Austriae regnis experiebantur cum latinis protectionem. Atque ita fiebat, ut in neoerecto anno 1774 pro clericis catholicis Viennae apud sanctam Barbaram generali graeco - catholico seminario, in quo clerici ex Hungaria, Transilvania et Croatia, nimirum ex dioecesi Munkaczoviensi, Magno-Varadinensi, Fogarasziensi et Crisiensi locabantur, etiam 14 clericis graec. cath. ritus ex Galicia, utraque nimirum dioecesi Leopoliensi et Premisliensi assignabantur loca, proin suppeditabatur optima occasio combibendi in universitate Vinnensi scientias ad statum ecclesiasticum requisitas. Porro ordaeinationes ab Aula Caes. Reg. intuitu rerum ecclesiasticarum editac eo tendebant, ut asseclae ritus graeco-catholici (ita appellabantur a regimine Austrico omnes Graeci uniti, cum S. R. Ecclesia in Hungaria, Transilvania, Croatia, tum Galicia et Lodomeria) Romano-catholicis seu latinis in toto aequipararentur, et praecipue, ut clerus saecularis graec. cath. excolleretur et elevaretur. Haec tamen sapiens et pia intentio Imperatricis ac Reginae Apostolicae displicebat tam clero rit. lat. praeprimis Polonico quam monachis Basilianis ruthenis, qui junctis manibus viribusque praefatae altae intentioni et scopo contraire, eandemque impedire omnibus viribus conabantur.

Digitized by Google

Atque ita ordo P. P. Basilianorum inchoatos jam sub regimine Poloniae diversos processus contra Episcopos et clerum saecularem continuabat quoad multiplices cathegorias, et quidem eo magis, cum eo tum adhuc sub uno Archimandrita seu generali in Polonia commorante independens ab Episcopis erat, et communem habebat ordinis cassam. Ad discernendum ejusmodi processum jussu Imperatricis et Regine Apostolicae Mariae Theresiae componebratur Leopoli Judicium delegatum mixtum sub praesidio regnorum gubernatoris, cui inter alios assidebat Archiepiscopus ritus Armeni eo tum Augustynowicz et nonnulli alii praelati. Inter alias cathegorias ejusmodi processus maxime propugnatas erant praeprimis sequentes, ut:

1. Ordo PP. Basilianorum penes promotiones ad dignitates Eppales excluso prorsus clero saeculari ad mentem synodi Zamoscenae manuteneretur, atque:

2. Ut erectio Capitulorum cathedralium ex clero saeculari seu restauratio eorundem supprimeretur. Restauratio haec capitulorum in dioecesi Leopoliensi, *) tum regulatio soe-

*) Restauratio ejusmodi vetustissimorum circa erectionem Episcopatuum et Metropoliae Haliciensis erectorum capitulorum, quae lingua Ruthena Krylos vocabantur, et injuria temporum supprimebantur, soepius fiebat, ab Eppis zelo boni religionis et ordinis in regenda dioecesi ductis, sic:

1. Capitulum Haliciense et Leopoliense restaurabatur an. 1544 die 16 Novembris per Macarium Tuczapski Episcopum Leopoliensem confirmabantur a Metropolita Macario sub die 10 Januarii 1549 tum per Poloniae reges Sigismundum Augustum sub die 25 Julii 1566, Vladislaum IV sub 12 Octobris 1624. Porro 2. Haliciensis pariter jam saec. XIII existentis Capituli ordinatio a Macario Eppo Haliciensi

Digitized by Google

pius anterioribus saeculis facta, fiebat rursus stante regimine Polonico sub die 11 Martii 1771 per Leonem Szeptycki Eppum Leopoliensem, Haliciensem et Camenecensem ac una Coadjutorem et Administratorem Apostolicum Metropoliae totius Russiae et ordinatio tempori illi conformis seu statuta pro capitulo praescribebantur. Cum itaque ordo PP. Basilianorum stante regimine Polonico eotum nondum in unum corpus reductus nihil in obversum efficere valeret, ideo sub regimine austriaco omne studium impendit, ut hoc pro Clero saeculari et dioecesos bono salutare opus subrueret, hac ratione sibi omnes promotiones ad dignitates ecclesiasticas cum exclusione cleri saecularis vindicaret, et praesertim ab Episcopali dignitate assequenda eundem excluderet.

In hoc suo conatu et proposito adjuvabatur ordo Basilianorum a clero rit. latini (Polonico), elevationem cleri saecularis Rutheni ejusdemque culturam aegre ferente, et praesertim ab Archieppo Leopoliensi rit. lat. Venceslao Sierakowski, a quo anno 1774 substernebantur nomine capitulorum et cleri lat. rit. prolixae literae Imperatrici et Reginae Apostolicae, in quibus clerus saecularis Ruthenus unitus atris nimium depingebatur coloribus, ordo vero Basilianorum summis ornabatur encomiis, et petebatur ab Imperatrice et Regina Apostolica

---

facta die 1 Julii 1548 a Macario Metropolita Novogrodecii, die vero 20 Junii 1590 Brestae a Michaele Metropolita et synodo provinciali, tum per reges Poloniae Stephanum ultima Januarii 1581, Sigismundum III 1592 confirmabatur; demum: 3. Capitulum Premisliense cathedrale ab ipsa origine Eppatus erectum et dein obliteratum sub 18 Octobris 1681 ab Innocentio Winnicki Episcopo Premisliensi restaurabatur, regulabatur et privilegiis regum Poloniae iteratis vicibus confirmabatur.

Digitized by Google

Maria Theresia, ut ordinem Basilianorum gratia sua ac favore prosequi, et demandare *vellet, quatenus ordo iste non tantum exclusive ad dignitates Episcopales, sed etiam ad omnia officia dioecesana (contra expressa decreta Sedis Apostolicae promoveretur, atque restauratio et regulatio capitulorum cathedralium pro clero Rutheno unito, qua capitulis et clero latino (Polonico) summe injuriosae et praejudiciosae supprimerentur.*

Istiusmodi tamen remonstrations sapientem ac piissimam Imperatricem ac Reginam Apostolicam a bonis propositis non reducebant, et ideo ad binas prioris processus a PP. Basilianis moti cathegorias, qua jus majestaticum concernentes, quae per sententiam judicii delegati decidi haud poterant, altissimae decisioni substratas, resolvebatur: „Jus nominandi personas ad Eppatum et regulandi capitula, esse jus majestaticum, atque Suae Majestati liberum esse, subjecta dignissima sibi visa ex clero saeculari aut regulari in Eppos eligere et nominari, iisdemque erectionem seu regulationem capitulorum permittere, de caetero strictissime prohibebatur, ne nominatus ex statu cleri saecularis Episcopus dispensationem intuitu eliciendae professionis monasticae undecumque petat, dispensatio quippe ejusmodi potius monachis quam clero saeculari, ad curam animarum destinato; inter quos curatores principalis est Eppus, necessaria esset.“

Quoad erigenda vero et regulanda capitula effatum Imperatricis erat: Capitula pro Clero grae. cath. optimum et aptissimum esse medium ampliandae unionis, ut aequalitas inter ritum catholicum utrumque servetur, et Rutheni graeco-catholici haud credant, se esse aliis catholicis Romanis deteriores; unde suam majestatem pronam omnino esse restaurata capitula sua ex parte regulare, dummodo fundus et dotatio sufficiens praesto esset. Porro ordinabatur regnorum gubernatori: ut judicium ad decernendam causam inter PP.

Digitized by Google

Basilianos et clerum saecularem Leopoliensem, Haliciensem et Camenecensem, delegatum, hanc eo citius decideret et termineret, cum pax et tranquillitas tam pro antistite et praepositis cleri saecularis aliis utique negotiis distentis, omnino necessaria esset, et animositatibus obex poneretur. Cum tamen ordo PP. Basilianorum caussam hanc omnibus modis involvere et protellare adlaboraret, ideo eadem ad annum usque 1779 protrahebatur.

Interea clerus lat. rit. Polonico) per Archieppum Sierakowski novas Imperatrici Mariae Theresiae substernebat remonstrationes, intuitu concedendi liberi transitus Ruthenis ad ritum latinum, et extendendi Bullam *Etsi pastoralis* ad regnum Galiciae. In hacce scriptura depingebat rursus Ruthenos qua suspectos de sinceritate unionis cum sacra Romana Ecclesia et de fide erga principes, atque deducere conabatur, optimum fore, si ritus graecus Ruthenorum in Galicia exterminaretur, et solummodo latinus Polonorum vigeret.

Imperatrix et Regina Apostolica decidebat sub die 3 Augusti 1776, ut quoad transitum de ritu ad ritum de casu ad casum, perceptis Eppis graec. cath. sibi relatio substerneretur, ac simul inculcabat supremis magistratibus et regnorum Galiciae gubernio: „Continuo invigilandum esse, ne una ex parte tam late diffuso (in Galicia) et maxima attentione digno ritui graec cath. sub praeterito Polonico regimine oppresso in suis a Sede Apostolica extraditis vel alias provenientibus privilegiis et juribus ullum etiam minimum a quocumque demum inferatur detrimentum, alia vero ex parte tam inter Eppos, quam inter clerum utriusque ritus, inquantum possibile, pax, quies et unitas restituatur et conservetur, et incontra a neutra parte sive directe sive indirecte agi sinatur.

Digitized by Google

Die 1 Februari 1778 vita functo Metropolita totius Russiae Feliciano Wolodkowicz, Leo Szeptycki Episcopus Leopoliensis qua Coadjutor cum futura sucsessione Metropolitanam Sedem conscendebat, idque tam s. Sedi Apostolicae quam Imperatrici ac Reginae Apostolicae indicabat, quae proprio manuali rescripto de die 27 Junii 1778 *) super elevatione illius suam complacentiam significabat, suamque supremam protectionem in omnibus tam spiritualem quam temporalem felicitatem subditorum graeci cath. ritus spectantibus circumstantiis appromittebat. Qua protectione adjutus certe plurimum pro bonos unionis, cleri et ritus graec. cath. efficere valuisset, si fata eidem longiorem vitae terminum permissent; interim obtigit ei solatium exinde, quod proces-

---

*) Von Wien. Böhmiſch-öſterreichiſchen Hofkanzelei. Dem ehrw. Leo Szeptycki Erzbiſchofen zu Kijow, Biſchofen zu Lemberg und Metropoliten graeci ritus uniti von ganz Reußen, unſeren lieben, andächtigen und getreuen. Maria Theresia von Gottes Gnaden römiſche Kaiſerin Wittib, Königin zu Hungarn und Böhmen, Erzherzogin zu Öſterreich Ehrwürdiger, lieber, andächtiger und getreuer. Da wir ſowohl von unſerem königl. galiz. Landesgubernio als aus dem Schreiben deiner Andacht vor einiger Zeit in Erfahrung gebracht haben, daß der vormalige Metropolit von ganz Reußen, Erzbiſchof zu Kijow und Biſchof zu Wlodimir Namens Felicianus Philippus Wolodkowicz mit Tod abgegangen und folglich deine Andacht als bisheriger Coadjutor deſſelben nunmehr zu dieſer Würde gelangt ſeye, ſo haben Wir hiemit über dieſe Beförderung deiner Andacht unſere allergnädigſte Zufriedenheit bezeugen, und unſeren ferneren Allerhöchſten Schutz mit ſo größeren Vergnügen zuſichern wollen, als Wir in deine bekannte Frömmigkeit und Klugheit und in den bishern von deiner Andacht bezeug-

sus et contentiones, quibus ordo PP. Bas·ianorum tam illum ipsum quam clerum saecularem plus quam ab annis 30 exagitaverat. Sententia definitiva judicii delegati mixti sub die 27 Apr. 1779 lata Monachi Basiliani cum suis praetensionibus ad Ecclesias cathedrales Leopoliensem et Haliciensem, tum intuitu residentiarum Episcopalium, bonorum ac fundationum repudiabantur, atque jus a PP. Basilianis praetensum, Eppatui a tque clero saeculari, una cum integro monte, in quo Ecclesia cathedralis Leopoliensis, residentia Episcopi, et reliqua aedificia reperiuntur, aedificium item a PP. Basilianis inhabitatum, clero saeculari adjudicabantur et PP. Basilianis injungebatur, ut ex aedificio penes Ecclesiam cath. ab illis inhabitato cederent, *) atque omnia documenta, realitates Episcopales et Ecclesiarum ad clerum saecularem pertinentium concernentia sub juramento desuper praestando, restituerent.

---

ten Eifer in Vollziehung unſerer Befehle das gegründete Zutrauen ſetzen können, mittelſt dieſer deiner Eigenſchaften auch alles dasjenige deſto geſchwinder und vollkommener zu Stande zu bringen, was zur Verbeſſerung der Kirchenzucht und zum geiſtlichen und zeitlichen Wohle unſerer gr. kath. Unterthanen einzuleiten Uns nothwendig ſcheinen wird. Hieran beziehet unſer gnädigſter Will und Meinung. Und wir verbleiben mit kaiſerlicher königl. uud Erzherzoglichen Gnaden deiner Andacht wohlgewogen. Gegeben in unſerer Stadt Wien den 27 Monats Tag Junius im ſiebzehen Hundert acht und ſiebenzigſten Unſerer Reiche im acht und dreißigſten Jahre. Maria Theresia m. p. J. Gr v. Blümigen Freiherr von Reiſchach. Leopold Kaspar Graf von Clary und Aldriegen. Ad mandatum S. C. R. Majestatis proprium Anton Edler von Curti m. p.

*) Eotum PP. Basiliani Leopoli praeter monasterium ad Ecclesiam cathedralem per se inhabitatum adhuc duo alia monasteria ad sanctum Joannem et ad s. Onuphrium habebant, quod ultimum hucusque possident.

Digitized by Google

Die 13 Maji 1779 Metropolita et Episcopus Leopoliensis Leo Szeptycki e vivis cedebat. In illius locum ab Episcopis electus confirmabatur a rege Poloniae Stanislao Augusto in Metropolitam Jason Smogorzewski, Archiepiscopus Polocensis, jam sub dominio Russico existens, atque jurisdictio illius etiam a regimine Austriaco super Episcopatibus in Galicia sitis agnoscebatur. Hoc eodem tempore cum Metropolita Leone Szeptycki et simul Episcopo Leopoliensi cedebat quoque e vivis die 8 Junii 1779 Athanasius Szeptycki, Episcopus Premisliensis, atque sic in tota Galicia defuit pro Ruthenis unitis Episcopus. In hac perturbatione rerum ordo Basilianorum nihil intentatum relinquebat, ut juri suo putatitio ad Episcopatus iterum restitueretur. Ast quoad Sedem Eppalem Leopoliensem omnes illius conatus erant irriti, quippe Imperatrix ac Regina Apostolica Maria Theresia sub die 30 Octobris 1779 nominabat in Eppum Leopoliensem *Petrum Bielański* presbyterum saecularem, et canonicum cathedralem Leopoliensem, cui equidem diversae causabantur ambages, et ponebantur obices, ast tandem idem mense Septembri 1781 a Metropolita *Jasone Smogorzewski* Leopoli confirmabatur et consecrabatur. Jam vero Episcopatus Premisliensis conferebatur Eppo Chełmensi *Maxymiliano Ryllo* ex ordine Basilianorum, qui portionem suae Chelmensis dioecesis in Galicia habebat cum Premisliensi concentrandam, quique per plures annos nonnisi qua administrator exercebat Episcopatus Premisliensis regimen, interea sperans sibi aliquod ex ordine Basilianorum individuum pro Coadjutore cum futura successione fore sufficiendum; ast cum Imperator eo tum *Josephus II* de animositatibus et spiritu Basilianorum ordinis (ordinem praelaticum sese nominantis) fuisset informatus, et in casu, si Eppus Ryllo Premisliam sese transferre ulterius detrectaret, alii individuo de clero saeculari Eppatum conferre intenderet,

Digitized by Google

atque petito Episcopi Ryllo, ut sibi individuum ex ordine Basilianorum qua coadjutor cum futura successione adderetur, expresse denegaret, idcirco sese anno 1785 Premisliam transferebat, et Eppatui Chelmensi renuntiabat. In cujus locum ibidem Theodosius Rostocki succedebat. Caeterum animositates ordinis Basilianorum diversi generis dederunt occasionem regimini Austriaco, nexum cum generali ordinis in Polonia residente prohibendi, et eundem locorum ordinariis in Galicia subordinandi.

Adnotatio I. Sicuti tenor omnium petitorum ex parte cleri Rutheni Galiciensis ad Imperatricem et Reginam Mariam Theresiam porrectorum ostendit, eundem clerum convictum fuisse de summa benevolentia et de intimo justitiae et sapientiae sensu praedictae Imperatricis et Reginae, ita etiam rescripta intuitu hujus cleri Aulica spirant quaquaversus benevolentiam, justitiam et sapientiam, unde nonsolum Rutheni Galicienses verum etiam extra Galiciam sub regimine Polonico et Russico existentes maxima gratitudine erga memoratam Imperatricem et Reginam ferebantur. Optimae intentiones Mariae Theresiae in bonum nationis Ruthenae, ejus graeco-catholici ritus et cleri collimantes, faustissimum brevi tempore eventum fuissent sortitae, nisi impedirentur ab iis, quibus, prout Eppus Ruthenus Leopoliensis Leo Szeptycki in sua repraesentatione regimini sub die 14 Aprilis 1777 exhibita exprimit, cordi erat, pacem et tranquillitatem Ecclesiae turbare, hierarchiam ruthenam catholicam convellere, quique clerum ruthenum saecularem in eodem semper abjectionis statu videre, et in ejus ruinis se aedificare desiderabont. Tales adversarii erant monachi Basiliani, equidem ritus graeco-catholici, sed magna ex parte nationalitate polonici, necnon clerus polonicus imprimis vero Archieppus Leopoliensis Venceslaus Sierakowski, qui erat repraesentans antiquarum traditionum polonicarum contra nationem Ruthenam, ejus rtium et clerum.

Digitized by Google

Miseram sustentationem cleri Rutheni in Galicia eotum exhibet memoriale Imperatrici porrectum, in quo legitur: „Vix credibile est, quam miser sit parochorum Ruthenorum ritus graeci catholici regnorum Galiciae et Lodomeriae status quamque tenui ecclesiastica dote guadeant, cum pro titulo sustentationis suae tantum duntaxat agri possideant, quantum unus vel duo ad summum rustici, quae portio tam modica est, ut si elocaretur, non plus redderet census annui, quam 15 aut ad summum 25 rhen. Sed et hunc ipsum fundum nonnulli haeredes, eorum possessores aut oeconomi in controversiam vocant. Praeter hanc dotem ecclesiasticam nihil cum parochis lat. rit. (polonicis) habent simile, non summas fundationales, non praedia, non pensiones, non decimas, non quasdam a parochianis fixas praestationes, neque stipendia missarum, nissi forte rarissime eaque minima a populo egentissimo percipiunt. His commodis destituti multi eorum propriis manibus glebam colere coguntur, ut se, suam familiam sustêntare, liberos saltem infra mediocritatem educare valeant. Jam si annus calamitatis contingat, in quo spe laboris sui frustrentur, quis tum modus sustentationis illis relinquitur? Haec rusticatio ab officiis clericalis status eos distrahit, rudiores in dies efficit, familiariores populo, quam decet, reddit, denique contemptui sui et alieni ritus hominibus exponit, totum denique clerum graecum ruthenum tam tristi ludibrio afficit, ut etiam vix cultiores digni videantur, nostris similes hominibus fieri, cum in lucem nunc Divina favente gratia emergentes, et ad meliora pro gloria Dei eluctantes ipso in exordio deprimantur, quasi vero filii ancillae non filii promissionis aeque ac alii essent, neque eos expediret unius Ecclesiae decorem aeque procurare. Nec mirum est, si populus christianus tenebras crassae ignorantiae hucusquae non excutiat, cujus curam inculti parochi habent, melioris quippe conditionis vel educationis viri, ubi reflectant ad eorum miseriam, ab amplectendo eo statu poenitus ab-

Digitized by Google

horrent. Heroicae omnino virtutis esse oportet cum, qui praeditus aliquo doctrinae lumine parochiale munus amplectatur. Quin experientia quotidiana docemur, eos qui se ad statum spiritualem vocatos sentiunt relicta paucis idoneis operariis Christi messe, communiter intra claustra religiosa sese recipere, aut etiam ritu mutato varios ordines r. l. (polonic.) religiosos ingredi, procurata ad id dispensatione post decreta Pontificum de non transitu Graecorum (Ruthenorum) ad ritum latinum (Polonoruum) emanata. Soli fere parochorum filii sunt, qui paternae miseriae assueti, sed valde modica educatione ob egestatem parentum imbuti, grave onus curae animarum portandum suscipiunt. Unde quantum Christi fidelibus detrimentum enascatur, quanta sollicitis de sui gregis salute pastoribus molestia et anxietas oboriatur, nemo non videt. Cogitemus enim maximam Epporum vigilantiam, prudentiam, eruditionum, summum observandae disciplinae Ecclesiasticae studium, nunquam id efficent, ut subjectus eorum jurisdictioni rudior clerus adamusim, quod muneris sui est, exequatur. Nam indocilis, incultus, omnibus egens, ab officiis status sui, necesitate procurandae sibi suaequae familie sustentationis compulsus, alio conatus suos semper revocabit. Negligent divina officia, atque se suumque gregem in perditionem agent." Ad has et similes repraesentiationes cleri Rutheni Galiciensis Imperatrix Maria Theresia sub die 22 Februarii 1774 per comitem et gubernatorem Hadyk significare jussit, quod justissima ducta reflexione ad exiguum cleri rutheni vivendi modum pro annona a clero militibus caes. reg. praestita tres partes in paroto refundi demandaverit, et simul commisserit, ut iis, qui congrua sustentatione non fruuntur, pro residuo prospiceretur. Inde etiam venit, quod Imperatrix piissima ad remonstrationem Eppi Rutheni Leopol. Leonis Szeptycki sub 24 Aprilis 1777 occasione requisitae contributionis a clero curato Rutheno pro alumnis ad s. Barbaram educandis, eandem benignissime remiserit. Resolutio Aulica ddto 6 Agusti

Digitized by Google

1774 Provinciali O. S. B. M. Bratkowski data intendebat, Basilianos Ruthenos ad rectum reducere ordinem, ut recederet a suis praetensionibus contra clerum saecularem, et ut collegia Jesuitarum eidem fine educationis juventutis traderentur. Contra exemptionem Basilianorum a jurisdictione Epporum remonstrabat Eppus Leo Szeptycki sub 12 Martii 1774 supremae cancelariae Galiciae et Lodomeriae. Sub die 2 Julii 1774 decreto Aulico componebatur Leopoli judicium delegatum mixtum sub praesidio gubernatoris ad discernendam causam cleri saecularis Rutheni et Basilianorum, coram quo utraque pars suam causam agebat, quod per quinque annos summo motu fiebat, et cum praedictus Eppus anno 1774 apud Aulam confirmationem *capituli* peteret, illico Basiliani et Archieppus Leopol. polonicus Venceslaus Sierakowski Aulae contra dictam confirmationem capituli remonstrabant, et in hac sua remonstratione de an. 1774 narat dictus Archieppus, se apud Pontificem Clementem XVI an. 1772 impedivisse, ne bulla confirmationis hujus capituli ad sigillandum jam missa expediretur. Ex hac scriptura concipere licet, clerum polonicum omnia, quae in bonum cleri Rutheni fiebant, qua injuriam sibi illatam reputasse. Decretum Aulicum circa confirmationem Capituli Rutheni Leopoliensis ddto 15 Junii 1774 pro directione Gubernii significavit, *capitulum* esse aptissimum medium fovendae unionis. Ad ulteriorem repraesentationem Eppi Leonis Szeptycki sequebatur sub 17 Decembris 17 6 altissima resolutio, pronem esse Suae Majestatis mentem quoad erectionem hujus capituli, requirebanturque enucleationes circa organismum et summas fundationales praefati capituli, quibus praestitisb su 3 Januarii 1778 adaperiebatur Eppo, favorabilem esse circa confirmationem Ejus suo tempore expectandam resolutionem. Quoad praetensiones Basilianorum jam sub 22 Januarii 1779 significabatur ab Aula, quod jus erigendi capitula et promovendi ad Eppatus pertineat ad jura Majestatica, ac Suae Majestati liberum esse subjecta di-

Digitized by Google

gnissima e clero saeculari vel regulari in Eppos nominare, eisquae erectionem capituli permittere. Processus contra Basilianos accelerabatur postquam Leo Szeptycki Metropolita evasceat, sententia judicii delegati sub 27 Aprilis 1779, contra quam apellarunt Basiliani ad supremum tribunal justitiae pro revidenda tota causa. Interea vero Metropolita Leone Szeptycki die 13 Maji 1779 in Radomyśl mortuo nemo erat, qui causm cleri saecularis propugnaret, unde sub 30. Novembris 1780 sequebatur sententia supremi revisorii, qua sententia judicii delegati nonnisi quoad unicum punctum fundationis Szumlanscianae cum nonnullis fundis Basilianis addictis immutate erat, declaetero vero in toto approbata extitit, atque Basilianis demandatum erat, ut ex aedificiis penes Ecclesiam Cathedralem s. Georgii Leopoli cederent, atque omnia documenta circa realitates Episcopales restituerent, quod tamen minime exequebatur. Primum anno 1786 sub Episcopo Bielański Superior monasterii Victor Starozynski restituit documenta pro beneplacito; illi enim Basiliani, in quorum manu documenta erant, prouti P. Legesiewicz, jam ad alia monasteria relegabantur, ita ut P. Starożynski etiam bona conscientia juramentum deponere petuerit, se omnia documenta, de quibus agebatur, restituisse. Traditio fert, reliqua et notabiliora documenta ad monasterium Poczajoviense exportata fuisse.

Adnotatio II. Cum anno 1774 incipiunt quoque querelae cleri Rutheni Galicienses contra usurpationes cleri Polonici et contra traductiones Ruthenorum graeco-catholicorum ad ritum lat. Polonorum. Huc pertinet instantia Episcopi Leonis Szeptycki ad Imperatricem et Reginam Mariam Theresiam porrecta die 17 Julii 1774.

Digitized by Google

Copia instantiae Imperatrici porrectae die 17 Julii 1774 in audientia (per Joannem Gutz).

Sacratissima Majestas!

Inde ab eo tempore, a quo ex divina, clementia indignus licet vastas Episcopatus Haliciensis et Leopoliensis dioeceses regendas suscepi, Patrem gratiarum incessantibus precibus nunquam exorare intermisi, ut s. unio per regna Galiciae et Lodomeriae feliciter propagata magis in dies magisque confirmetur, Dei gloria et animarum ritui graecocatholico addictarum salus promoveatur, impedimenta vero quaevis, quae undecunquae omminere possent, removeantur. Interim maximo animi cum moerore mei experire cogor, his meis sollicitis curis per eos ipsos, qui maxime mihi adstipulari deberent, latinum (Polonicum) quippe clerum gravissima in dies poni obobstacula adeo quidem, ut nisi Majestas Vestra diverssos abusus, qui hac in parte facto latinorum irrepunt, clementissime sustulerit, impossibile videam, ut aut s. unio efflorescat, aut plurimae animae ab aeterna perditione serventur, aut ingentia scandala praefocentur. Haec reverentia, qua erga clerum lat. (Polonorum) feror et quotidiana moniti illius evangelici, ut fratrum meorum peccata, donec remedium expectari potest, subticeantur, consideratio me quidem non sinit, ut specificos cleri latini (Pol.)in s. unionem commissos et utcumque connotatos excessus M. V. detegam, sed in genere solum gravamina quaedam, quae contra eundem clerum latinum subversantur, omni cum humilitate proponere ac beneficum remedium exorare praesumam. Primum illud est, quod clerus latinus ac ipsi etiam religiosi quandoque contra tot ac tantas Sumorum Pontificum constitutiones personas graeco-catholico ritui addictas ad latinum ritum variis ac soepe illicitis modis pertrahere nitantur ac soleant. Unde facto calculo comperitur, ab anno 1758 usque ed anno 1765 mille ducentas et amplius personas

Digitized by Google

melioris sortis hoc modo inductas sine dispensatione Apost. ad lat. ritum cum ingenti omnium unitorum scandalo descivisse. Alterum est, quod non modo Parochi sed ipsi etiam religiosi, quod plus, ipsi canonici latini [polonici] clerum mei ritus variis ac indignis modis tractare, vexare, irridire, contemnere, quinimo gravissimis injuriis afficere, et sic suis oviculis despectum contemptumque reddere non exhorrescant, Ruthenos *canes*, fidem vero, quam profitemur, *caninam* appellant, optimos mei ritus sacerdotes per contemptum *schismaticos*, Ecclesias *synagogas*, Presbyteros *Popos* vocitant. Ipsi Religiosi [polonici] meos parochos inter cadavera mortuorum sepulchro includere, iidemque eos, quin etiam ipsi Praelati Latini vestibus nudare et verberare praesumpserunt. Eveniunt casus, ubi religiosi catholicos tantum ideo sepelire post mortem nolebant, quia mei ritus sacerdotibus confessi fuissent, quodque autem omnes extreme angit mei ritus sacerdotes, illud est, quod eorundem filii villissime tractentur, oneribusque rusticanis subjiciantur, universim autem graeco-catholici a quibusvis publicis officiis ac muniis imo et contuberniis artificum arceantur, utut et nobilitate et dotibus complures reperiantur conspicui. Tertio, quod idem clerus latinus liberum Graeci ritus exercitium et jurisdictionem ecclesiasticam variis ac incredibilibus modis impedire satagat. Frequenter accedit, ut dum festa Paschatis cum Latinis in eandem diem non coincidunt, campanas in Ecclesiis ruthenis pulsari non admittant, jejunia porro nostro ritui communia non modo suadeant, sed cogant etiam per homines graeco-catholicos violari. Quod si quarto eveniat, ut censurae excommunicationis ab Ordinaria graeco catholica jurisdictione ferantur, eas latini ecclesiastici villipendere non exhorrent. Fuerunt exempla, ubi Latini Ecclesiastici graeco-catholicos legitimis ac in sacris conciliis aut constitutionibus Summorum Pontificum fundatis ex rationibus excommunicatos ad suam Ecclesiam suscipere, copulare, sepelire imo hoc sub praetextu, quasi transitus ab uno rito catholico ad alium excommu-

Digitized by Google

nicationes tollerent, multos ad ritum latinum pertrahere nihil pensi duxerunt, neque satis horum, sed quinto, censuras etiam interdicti ab Ordinaria jurisdictione ruthena super exercitiis sui ritus justis de causis in jure canonico fundatis *latinas* Latini non rare violant. Complures casus, si necessum foret, M. V. in specifico detegere possem, ubi ipsi Dominicani in Ecclesiis interdicto subjectis non curata irregularitate, via facti missas celebrare haud veriti sunt. Demum sexto, tam Ecclesiastici, quam horum exemplo saeculares domini terrestres per suos subditos graec-catholicum ritum sequentes festa de praecepto nonmodo impune violare permittunt, sed ut violent, auctoritate etiam dominicali cogunt. Ultimum est, non satis esse Latinis, praefatis modis ritum meum undequaque constrictum tenere, quid etiam piissimum, Ecclesiae utilitati et splendori peroportunum, atque incitando clero meo ad bene merendum de Ecclesia aptissimum quid a nostris graeco-catholicis intendatur, omni conatu impedire aduituntur Quam primum enim 1771 divini Numinis inspiratione ejusque adjuvante gratia capitulum Leopoliense temporum injuria lapsum inito cum clero consilio restaurarem, illico Latinorum capitula sese opponere apud Romanam Curiam conqueri, Clerum meum personas viles et agro tantum colendo idoneas ibidem repraesentare non erubuerunt, quo fit, ut confirmatio Apostolica Capituli a me restaurati hodiedum non habeatur. Hac et innumera alia, quae singillatim deduci possent, in Divinam Majestatem peccata, Sacratissima majestas! die nocteque pectus meum torquent ac continuo moerore implent, ne Divina Majestas tam horrenda scelera, quae partim malitiose partim ex odio, partim vero ex indiscreto et impudenti zelo non secus acsi impium quoddam projectum de extinguendo ritu graeco in Polonia efformatum ac undique disseminatum pro scopo sibi praefixissent, committuntur, puniat, neve s. unio tantis curis laboribusque imo sanguine fuso maxima cum difficultate procurata, dum undique oppugnata jactatur, opprima-

Digitized by Google

tur tandem iterum cum ingenti Religionis catholicae detrimento dissipetur aut vulnus certe insanabile accipiat. Haec autem omnia quemadmodum vere ac genuine per me vi juratae obligationis meae coram M. V. exposita sunt, adeo quidem, ut singula, quae adduxi, particularibus casibus, ipsas etiam personas de nominando, necessitate sic ferente comprobare possim, ita parte ex alia et id confiteri debeo, me dum justa haec gravamina contra Clerum Latinum (pol.) humillime propono, eo cultu et reverentia in eundem clerum latinum ferri, ut facta solum improbem, personas autem omnium in Christo complector. Imo et id agnosco, haec demissa mea gravamina ad omnes non extendi, cum multi sint probae ac integerrimae vitae, quive ipsi confratrum suorum acta et facta prout merentur si non publice vi conscientiae suae certe improbant Quibus humillime expositis aliud non restat, quam ut M. V. profundissima cum submissione exorem, quatenus Apostolicum zelum, quem omnes M. V. felici regimini subjecti Graeci Catholici depraedicant, ad nos quoque novellos suos subditos conferre, abusus omnes tollere, Clerum gr. ritus catholicum iisdem immunitatibus ac juribus juxta Constitutiones Pontf. singugulariter pro Graeco-Catholicis Regni Poloniae emanatas, quibus latini ritus Clerus gaudet, providere, meque tandem cum universo clero ac populo sacris suis advolutum pedibus gratia et clementia Cesareo-Regia complecti non dedignetur, qui perenni in submissione emorior M. V. Sacratissimae humilimus perpetuoque fidelis subditus et capellanus Leo Szeptycki Eppus Graeci ritus Catholicorum Haliciensis et Leopoliensis.

Ad hac instantiam significavit Imperatrix sub 28 Julii 1774: a) Eppis latinis (Polonicis) injungendum esse, ut sibi subjecto clero (Polonico) charitatem et amicitiam erga clerum Ruthenum injungant. b) Clerum Ruthenum non graeco-unitum sed graeco-catholicum et curatos Ruthenos non Popones sed uti apud latinos, parochos nominandos esse, et in vi-

Digitized by Google

ta privata et in officiosis expeditionibus. c) Nobilitatis Ruthenorum filiis secundum qualificationem uti Polonis ad officia publica promovendos esse. d) Invigitare, ut Latini (Poloni) cum Ruthenis in christiana pace convivant. Etiam reliquae injuriae serio inhibebantur. (Literae Gubernatoris Comitis ab Auersperg ad Archieppiscopum Leopoliensem r. l. (polonicum) Sierakowski ddto 6 Septembris 1774). Cum circa transitum nihil speciale praescriptum esset, ideo Eppus Ruthenus Leopoliensis ipse et per suum plenipotentiarum Canononicum Joannem Gutz, Vindobonam missum, tam apud Aulam tam apud supremam cancellariam Galiciae et Lodomerie hanc materiam pertractabat. Sub die 27 Julii 1774 porrexit Joannes Gutz Suae Majestati libellum supplicem in supplementum prius porrecti quoad transitum, exhibendo summaria derectorum Urbani VIII ddto 7 Februarii 1624, et Benedicti XIV „prohibentium transitum a ritu graeco-catholico Ruthenorum ad ritum latinum Polonorum, in quo observat:“ Praecipuum vero damnum (s. unionis Ruthenorum) est ex eo, quod viri eruditi, melius educati et nobili genere nati ad ritum latinum frequenter migrant, pertaesi persecutionis contemptusque, quibus a latinis (Polonis) afficiuntur, allectique spe promotionis et honorum, ad quos latinis (Polonis) tantum pateat aditus. Postea direxit idem sequens petitum ad cancellarium Galiciae comitem Wrbna:

§. 1. Infrascriptus summa cum reverentia audet Excellentiae Vrae in memoriam revocare preces, quas Eppus Leopolien. ritus graeco-catholici adhuc mense Julio anni 1774 suae Majestati perquam humiliter porrexit in eo, ut eundem ritum conservatum clementissime velit, praesertim quod is continuo extinctum pergat mutantibus illum temere et pro libitu multis contra s. Ecclesiae intentionem et in contemptum auctoritatis Sedis Apostolicae, cui ubique et debetur et reapse in rebus mere spiritualibus inviolata servatur obedienti a.

Infrascriptus illud praeprimis reverenter proponit, quod

Digitized by Google

nulla Jurisdictioni spirituali suppetat ratio, qua possit tot decretorum urgere observantiam, quae nempe a Summis Pontificibus hac in re prolata extiterunt, idque in fundamento feliciter constitutae in concilio Floren. Orientalem inter Occidentalem Ecclesiam unionis; tum ideo, ne spes unquam desit, eos qui in schismate hodiedum misere torpent, ad verae Ecclesiae unitatem revocandi, denique quod eadem pia mater eo semper erga hunc ritum, qui ab ejus incunabilis servaretur, fuerit animo ut nihil minus, quam ejus abolitionem cogitaret.

Tempus ipsum vehementer admonet, ut Ecclesia piissimae Principis fidem sibi implorandam ducat, (quemadmodum alias tum assolet, ubi et quando remedia spiritualia defficiunt, propter periculum, quod in dies majus instat, praesertim cum per Galiciam fama in sermonibus hominum non obscura versatur, acsi Ecclesiasticis tantum Personis ritus graeci mutatio fuerit prohibita.

Cum tamen longe diversum extensio Derectorum Sedis Apostolicae exhibeat, ut ex decreto s. Congregationis per Urbanum VIII Pontif. die 2. Feb. 1624 approbatam luculenter patet, et ex Bullario Benedicti XIV, in quo ubique legitur, quanta contentione districta ritus graeci observatio urgeatur, quamque multorum Pontificum, quos idem ipse magnus Pontifex nominat, statutis solidetur.

Quamprimum in observanda hac disciplina severiores esse cessaverimus, brevi admodum tempore in ritu graeco perseverare vix aliquem praeter plebem videbimus, unde quae sequantur inconvenientiae, colligere facile licet. Quivis enim Laicorum, qui aliquo lumine praediti sunt, ubi viderit, impunem sibi ad ritum Latinum patere transitum, facile illum suo nativo graeco praeferet propter ea commoda, quae ibi quovis in statu reperiet; in Ecclesiastico beneficia honestae sustentationi sufficientia, in civili porro officia et praerogativas, quas personis r. g. sub regimine Republicano, vix un-

Digitized by Google

quam obtinere acciderat. Accedit, quod personae rit. graec. qua tales communi contemptui obnoxiae, et multis rigorosis jejuniis adstrictae admodum facile ad mutandum Ritum adduci poterunt.

1. Ut itaque ejusmodi conatibus via praecludatur, operae praetium praeprimis videtur, si s. Majestas proprio motu ejusmodi edictum promulgatum velit, quod decreta s. Sedis contra mutantes ritum prolata a suis subditis servari ad amussim cupiat; dein ut Episcopi R. L. nullum quocumquae demum praetextu circa dispensationem Summi Pontificis ad suum ritum suscipere audeant; postremo ut ii, qui Graecum mutaverint sine dispensatione, iterum ad eum redire adstringantur modo quocunque videbitur meliori magisque efficaci.

2. Ut porro suavius quisque in officio sui ritus retineatur, ad rem plurimum interesse videtur, si Personae Civiles et Ecclesiasticae utriusque ritus aequato respective jure gaudeant, utque vexationibus Personarum rit. graec. tandem aliquando finis imponatur.

3. Ut Clero rit. graeci in eis, quae congruam sustentationem respiciunt, melius provideatur, ne oneri muneris Parochorum portando idonae Personae desiderentur.

Eppus vero Leo Szeptycki dedit an. 1774 ad Gubernatorem Galiciae in hac materia uberiorem delucidationem, provocando ad decretum Urbani VIII ddto 7 Februarii 1624, adnucleando decretum ejusdem Papae ddto 7 Julii 1624, adducendo porro Constitutiones Benedicti XIV „Demandatam coelitus“ „Inter plures“ „Allatae sunt“, Bullas Leonis X et Clementis VII. Hocce tempore renovavit Clemens XIV sub 16 Aprilis 1774 derectum Urbani VIII ddto 7 Eebruarii 1774. Sub die 26 Februarii 1775 repreasentabat Joannes Gutz Cancelario Galiciae comiti Wrbna, quod mense Julio praeteriti anni exhibitae sint preces Eppi Rutheni Leopol ad Suam Majestatem pro conservatione, ritus graeco-catholici Ruthenorum qui contra intentionem s. Ecclesiae et Sedis Apostolicae, cui

Digitized by Google

semper et ab omuibus debetur obedientia in rebus spiritualibus, diminuatur. Juxta Concilium Florentinum in unione observandus est ritus graecus catholicus, neque prohibitio, non mutandi ritum, extenditur solum ad personas Ecclesiasticas sed etiam ad laicas juxta decreta s. Sedis, nominatim vero Urbani VIII ddto 7 Februarii 1624, secus vero laici videntes ex transitu ad ritum latinum emolumenta, beneficia Ecclesiastica latina (polonica), civiles dignitates et officia, ad quae personae ritus graeci-catholici raro aut difficile perveniunt, incontra autem ignominiam ritus sui et insuper rigida jejunia in suo ritu, non possent non transire ad ritum latinum. Quare necessarium est: a) Ut Sua Majestas promulgaret mandatum praecipiens, ut decreta s. Sedis circa transitum ad ritum data observentur. b) Ut Eppi latini (polonici) sine dispensatione s. Sedis Romanae et consensu propriorum Epporum non suscipiant Graecos (Ruthenos), et tales susceptos ad nativum ritum relegent. c) Ut personae civiles et Ecclesiasticae ritus graeco-catholici in omnibus juribus cum latinis (Polonis) aequiparentur. d) Ut faciat cessare persecutiones et injurias nocivas ipsimet religioni catholicae. e) Ut denique dignetur roborare et ampliare diploma Budae feria sexta ante dominícam quadragesimae an. 1443 a Vladislao III rege Hungariae et Poloniae datum Ruthenis". Pertinet huc in illa causa celebris audientia Joannis Gutz apud Suam Majestatem die 26 Februarii 1775.

List X. Gutza do X. Lewińskiego Officiała dnia 1 Marca 1775.

Całą audyencyą, którą miałem u Cesarzowej Imci copiatim posyłam WMPanu Dobrodziejowi. Tę przeczytawszy proszę Excellentissimo Domino oddać, bom na drugą rękę przepisać niemógł. Dawno już nic nie miałem ani ab Excellentissimo ani od WMPana Dobrodzieja, osobliwie o komissyi

Digitized by Google

Św.-Jurskiej. Illustrissimus Sviednicen rozumiem, że tylko na wiadomość o sukcessie tej sprawy czeka, y niewątpię że umyślnie tu dla forsy sprowadzony. JWny Arcybiskup wowski na wiosnę tu zapewne będzie: wiem to positive, proszę o tym Excellentissimo opowiedzieć, jakoteż że od Przemyskiego Biskupa sui ritus upomina się o pieniądze na jakowąś składkę przeciwko nam Mizerakom.

Audyencya u Cesarzowej Imci miana die 26 Febr. 1775.

Gdym wyraził podziękowanie za pozwolenie edukacyi dla dwóch kleryków, przerwała mi dyskurs Cesarzowa Imci, czyli zdrowo przybyli po tak długiej y złey drodze? odpowiedziałem, że jeden był zasłab, ale się teraz lepiej ma. Pytała potym o ich lata, oświadczyła oraz chęć protegowania naszego obrządku.

W tym oddając list Excellentissimi Domini oświadczyłem: że miałbym co powiedzieć, gdyby Wasza Cesarska Mość pozwoliła. Powiedziała mi więc z wszelką łagodnością abym mówił, co mam do mówienia. Azatym mówiłem w ten sens Gdy Wasza Cesarska Mość z jedney strony Ritum Graecum łaskawie protegować raczysz, a przeto z tey miary spokojnemi czynisz, z drugiej strony trwożą nas rozchodzące się po Galicyi te dwie wieści: 1. Rozglaszają jakoby wolno było świeckim odmieniać obrządek. 2. Jakoby Biskupi łacińscy starali się nad naszemi Biskupami o Juryzdykcyą.

Ad 1. Powiedziałem, że się sprzeciwia wyraźnym Dekretom Stolicy Apostolskiej, cytując Urbana VIII y Benedykta XIV.

Potym gdy haec disciplina relaxaretur, sameby się tylke pospólstwo in ritu Graeco zostało. Bo każdy świecki mogąc bezkarnie odmienić obrządek, zawsze by łaciński przekładał dla pożytków, któreby im statu Ecclesiastico et civili znaj-

Digitized by Google

dował; nato Cesarzowa Imci: to jest bardzo prawda. Do tego pogarda naszego obrządku y Posty surowe y liczne, tu Cesarzowa powiedziała: macie ichdosyć, byłyby: mocną pobudką odmienienia obrządku greckiego; tu powiedziała Cesarzowa Imci, ale nie wiem do czego applikować: Będziemy teraz lepsze mieć porozumienie się z Papieżami.

Smiem wyznać przed Panią moją, że y jabym był powinien odmienić obrządek, gdybym się był innemi nie rządził pobudkami; bo zostając w łacińskiem obrządku przynajmniej bym był pewny mojej na dalszy czas subsystencyi, gdy teraz pro titulo congruae sustentationis niemam więcey jak ryńskich 75; naco Cesarzowa z podziewieniem: tylko tylo I nato jeszcze przez 13 lat służyłem edukując dzieci pewnego polskiego pana, a niemając więc do czego powrócić do Ojczyzny, ile nieprzyzwyczajony pracować koło roli, na to Cesarzowa z śmiechem: bez wątpienia! jak drudzy czynią Parochowie, muszę tu jeszcze zostawać przy kawalerze polskim za Guvernera; tu się pytała; jak się nazywa i czyli jest z pod panowania Jey; a przytym sprawiam funkcyą agenta mojej dyecezyi od miesięcy 16, nie mogąc pretendować od ubogiego duchowieństwa rekompensy, chociażbym był potrzebny jakowego wsparcia dla ćwiczenia się w językach Niemieckim, Francuzkim y Włoskim; na to Cesarzowa: umiesz to więc jeszcze po niemiecku y włosku? a najbardziej w prawie, którego za moich w Polszcze szkół nieuczono; na to Cesarzowa: wiem ja otym.

Pytała mnie potym Cesarzowa, czylim kanonikiem? Niewiem, Najjaśniejsza Pani! jeżeli się nim mam nazywać, tu się rozesmiała Cesarzowa, ponieważ mamy wiele przeszkód do umocnienia naszey kapituły; na to Cesarzowa tonem upewniającym: to się powinno stać i to będzie.

Mówiłem daley: otoż Najjaśniejsza Pani, przyczyny, które bardzo łatwo nakłonić mogą Ruś do odmiany obrządku, czemu a eby zapobiec, zdaje mi się rzeczą być przyzwoitą,

Digitized by Google

1. Aby Wasza Cesarska Mość proprio motu wydać kazała Edykt, iż chcesz aby Jej poddani ściśle zachowali dekreta Papiezkie wydane przeciwko odmieniającym obrządek, y żeby łacińscy Biskupi nie śmieli przyjmować nikogo do swego obrządku bez Dyspenzy Papiezkiey, oraz aby powrócili do Obrządku Greckiego, którzy go illicite et mala fide odmienili. Na to Cesarzowa: to jest punkt bardzo delikatny, zwłaszcza gdy macie w sąsiedztwie Schizmatyków. 2. Aby zaś (mówiłem) utrzymać łagodniej in ritu graeco, zdajemi się potrzebną bydź coaquatio jurium cum Latinis, jako jest w Węgrzech ex Decreto Waszej Cesarskiej Mości od lat 2ch ustanowiona. Natym zastanowiłem się, a potym powiedziałem: Przydałbym y to za pozwoleniem Vestrae Majestatis, abyś kazała dyrektorom poprzestać wexacyi, którey tylko jeden przykład przywodzę z Paletu P. Lomkau. Pytała się, czy to już za Jej panowania? Odpowiedziałem, że tak, y natychmiast powiedziałem cały Palet Executionis przeciwko Parochowi Firlijowskiemu, przydając te wszystkie reflexye, które są w nocie do kanclerza Excellentissimi Domini posłane; na to słowo P o p a, powiedziała Cesarzowa: że to tylko tak Schizmatyków nazywają. Pytała się zatym, jeżeli znam JW. Werbna kanclerza, y żeby mu to in scriptis podać; na to ja mówiłem: że w dalszym czasie za pozwoleniem Nayjaśnieyszey Pani to uczynię przy powzięciu od mego pasterza dostatecznych Informacyi, gdyż to teraz z okazyi namieniam, ażeby Najjaśniejsza Pani wcześnie o tym wiedziała. Pytała się, w którym czasie takowy Palet wyszedł? Odpowiedziałem, że elapso mense Octobris.

§. II. Przystąpiłem za tym do drugiego Punktu mówiąc iz poddanie naszych Biskupów pod Jurysdykcyą Latinorum jest 1. niepotrzebne, ponieważ sami mogą rządzić swoją owczarnią. Na to Cesarzowa: to być nie może, owszem wiadomo że Biskupi Munkaczewski, Swidnicki, Fogaracki, są uwolnieni z pod Jurysdykcyi Laciników, a teraz będzie uwolnio-

Digitized by Google

ny Episcopus Magnovaradinesis. Mam (prawi) dobrych y zacnych Biskupów ritus graeci- I wy macie brdzo dobrego Biskupa Lwowsktego, zapomniałam jak się nazywa. Odpowiedziałem, Szeptycki. 2. Mowiłem, że poddanie naszych Biskupów nie jest pożyteczne kościołowi, bo Latini nie są informowani de rebus, et disciplina nostrae Ecclesiae. 3. Żeby to było szkodliwą rzeczą dla kościoła, zapewnie, prawi bo *Schismatycy blisko*, tak dla tego: że to byłoby rzucić nasienie wiecznego nieukontentowania y niezgody, jakoteż tym sposobem nazawsze by się odrazili Schismatycy od przyjęcia jedności.

Rekomendowałem więc protekcyi Cesarskiej ritum graecum: a na odeyście prosiłem, aby kazała dla kleryków dyspozycye poczynić co do odzieży y stancyi."

Ipsa respublica Polonica agnovit eodem an. 1775 justam hanc causam Ruthenorum graeco-catholicorum, siquidem tractatu cum Imperatrice Russiae (Vol. leg. VIII. Art. V, fol. 35) stipulavit: „ut catholici Romani utriusque ritus in provinciis, quae a Polonia ad Russiam devenerunt, circa suas possessiones et circa religionem in statu quo, ac in eodem libero exercitio sui ritus conserventur." Aliter autem putabat Archiepiscopus Polonicus Leopoliensis Venceslaus Sierakowski, qui anno 1775 suscepit iter Viennam, et denigrando Ruthenos, acsi ad Schisma et Russicum imperium transilire velent, Suam Majestatem petebat, ut Ruthenis graeco-catholicis in Galicia respectu religioso et politico liber relinquatur transitus ad ritum latinum. Desuper emanavit resolutio ex consilio Cancelariae Caes. Reg. Regni Galiciae et Lodomeriae ddto Viennae 7 Julli: „Insinuetur Domino Archieppo, talem hac in re praeliminarie deliberationem susceptam (nempe circa transitum Ruthenorum a graeco catholico ad ritum latinum Polonorum in Galicia), quam gravitas rei exigit, quo facto resolutio Caesarea jam sequetur." Postquam Galicia Austriae incorporate erat, agebatur summopere Polonis de latinisatione Ru-

Digitized by Google

thenorum, quacum eorum polonisatio conjuncta erat, et revera succedebat, secus enim aliud quaereretur medium. Imperatrix et Regina Maria Theresia ex instantia praedicti Archiepiscopi Polonici optime cognovit, quid sub latinisatione Ruthenorum Catholicorum lateat. Archiepiscopus obmovebat inter alia etiam ruditatem cleri Rutheni qua causam latinisandi et polonisandi Ruthenos. Sub die 9 Augusti 1775 scripsit Joannes Gutz ad Archidiaconum Leopoliensem Ruthenum Antonium Lewiński, ex causa insinuatae ruditatis Ruthenorum Viennae positas fuisse has quaestiones: num Rutheni habeant media sese excolendi? num non essent et num non sint oppressi? et qua ratione huic ruditati occurendum esset sine interitu ritus graeco-catholici? Re mature discussa et percepto Gubernatore Galiciae emanavit sub 3 Augusti 1776 sequens resolutio aulica ad Gubernatorem Galiciae:

„Deſſelben Einrathen, daß in künftigen Fällen, wo über den transitum ab uno ritu ad alterum (sic) eine Streitigkeit entſtehet, jedesmal die Ortspfarrer utriusque ritus (sic) die Sache de casu in casum an ihren betreffenden Ordinarium anzeigen, dieſe ſolche mit Beifügung ihrer Gründe an daſſelbe einberichten, vom ihme k Gubernio aber endlich nach Vernehmung derer gegentheiligen Behörden, der gutächtliche Bericht anhero erſtattet werden ſolle, wird hiermit vollkommen begnehmiget, unter einem aber demſelben wiederholter eingebunden, dahin den ſorgſamſten und ununterbrochenen Bedacht jederzeit zu nehmen, womit einerſeits dem dorlandes ſo ſehr ausgebreiteten und in ſo vielen ſowohl politiſchen als Religions-Rückſichten die größte Aufmekſamkeit verdienenden, unter vorigen polniſchen Regierung vielleicht bedrückten ritui graeco-catholico in ſeinen ihm von dem päpſtlichen Stuhle ertheilten oder ſonſt wohl hergebrachten Vorrechten, Privilegien und Gerechtſamen nicht der geringſte Eintrag, von wem es auch immer ſeyn mag, zugefügt, andererſeits aber zwiſchen den Biſchöfen

Digitized by Google

ſowohl als dem clero utriusque ritus ſoviel immer möglich, Ruhe, Friede und Einigkeit hergeſtellt und erhalten, auch hierwider weder dem einen noch dem anderen Theil directe oder indirecte zu handeln geſtattet werde.

Den 3. Auguſt 1776.

Itaque circa transitum constitutiones s. Sedis Apostolicae et alia tradita jura praescribebantur pro norma. In fundamento hujus resolutionis aulicae dedit Gubernator Galiciae ad Eppum Ruthenum Leonem Szeptycki sequens rescriptum;

Nr. 1568.

Illustrissime ac Reverendissimae Domine!

Cum mediante decreto aulico 3 Augusti a. c. dato eo, quod plures ob transitum ab uno ritu ad alterum subinde oriri differentiae possint, sequens norma praescripta sit, ut dato videlicet simili casu quovis tempore a loci parochis utriusque ritus de casu in casum relatio ad concernentem Reverendissimum Ordinarium fiat, a Reverendissimis Ordinariis autem casus ejusmodi adjectis rationum momentis Caes. Reg. huic Gubernio significentur, a quo dein ulteriores dispositiones ab Aula Caes. Reg. eatenus praescriptae in effectum deducendae erunt. Eapropter Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationi Vestrae supremam hanc normam intimare non praetermitto, ut cum locorum Parochi more jam ab ante consueto ad Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram super quovis graviore casu referre soleant, eadem in conformitate hujus Caes. Reg. Edicti dato simili casu totius rei statum cum appositis rationum momentis Caes. Reg. huic Gubernio indicare velit. Solita existimatione persevero. Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae. In absentia Excellentissimi Domini Gubernatoris obligatissimus servus. P. Lib. Baro de Brigido. Leopoli die 27 Augusti 1776.

Sub die 15 Februarii 1777 (Guber. Nr. 814) emanavit adhuc sequens resolutio Aulica: „In Anſehung der übertretenden gr. katholiſchen Unterthanen ad ritum latinum iſt ſich

Digitized by Google

lediglich an die Vorschrift der dießfalls erlaſſenen päpſtlichen Verordnung genau zu halten". Ergo tali ratione iterum constitutiones s. Sedis Romanae circa transitum manutenendae praedisponebantur, constitutiones, nempe quas Eppus Leopol. Ruthenus Leo Szeptycki et ejus plenipotentiarius Joannes Gutz indicarunt, quaeque tali modo adductis decretis Aulicis ddto 3 Augusti 1776 et ddto 15 Februarii 1777 placetum regium obtinuerunt, quod ideo hic commemorandum venit, quia Eppi Galicienses Polonici negabant, quando Rutheni has constitutiones adducebant, eas obtinuisse placetum regium.

Adnotatio III. Sequens circumstantia adhuc hic notari meretur, quae est testimonio summae fuduciae Ruthenorum Galiciensium, quam posuerant in Imperatrice Maria Theresia, et etiam curae cleri Rutheni circa excolendos Laicos Ruthenos. Sub die nempe 19 Augusti 1775 porrexit Joannes Gutz memoriale ad Suam Majestatem, ut sicuti pro educatione juventutis Polonicae nobilis ritus latini ad expensas Imperatricis Viennae provisum erat, etiam pro educatione juventutis Ruthenae nobilis ritus gr. cath. ad easdem expensas Viennae provideretur, ut haec ultima tali modo se qualificaret ad officia publica et in bonos cives, zelantes pro gloria Austriae et ejus incolarum, quae gratia pro dicta numerosa nobili juvente eo magis necessaria esset propter ejus reductionem ad paupertatem, exceptis tribus vel quatuor familiis opulentioribus, et propter numerosum populum Ruthenum in Galicia, qui Polonos numero superat. Tali ratione nobilitas graeca (ruthena) emularet procurare sibi etiam ulteriores gratias Suae Majestatis, nec gratia haec praeteriret vicinos schismaticos Ruthenos, qui videntes eam, certe disponerentur ad religionem catholicam.

Adnotatio IV. Ut Eppo Rutheno Leopoliensi et Metropolitae totius Russiae Leoni Szeptycki aeviternum ponamus monumentum ob ejus summa merita erga nationalitatem et

Digitized by Google

Ecclesiam Ruthenam, communicamus sequentem ejus vitae chronologiam:

Chronologia Ludovici Leonis Szeptycki Metropolitae totius Russiae, Archiepiscopi Kijoviensis, Episcopi Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis, Abbatis Kijovopieczarensis et commendatarii Mielecensis ordinum Aquilae Albae, et. s. Stanislai Equitis per me infrascriptum curiae ejus Notarium Judiciorum Spiritualium et simul secretarium a die 18 Aprilis 1752 usque ad obitum ejus ex originalibus Privilegiis et documentis in archivo Episcopali, cujus custodiam habui, asservatis conscripta, immediate post mortem

1. Ludovicus in saeculo Philippo Szeptycki et Elisabetha de Chronowskie parentibus natus in villa Szeptyce, Szeptyciani Nominis nido, Palatinatu Russiae, terra Premisliensi, baptisatus in Ecclesia parochiali villae Woszczańce die 23 Augusti 1714.

2. Sacris ordinibus initiatus ab Athanasio Szeptycki Metropolita totius Russiae Episcopo Leopoliensi in Ecclesia abbatiali S. B. M. Monasterii Uniow die 7 Novembri 1742, qui tunc aetatis suae annum 28 agebat, prout in metrica ordinatorum Dioecesis Leopoliensis habetur adnotatum.

3. Ad nominationem Serenissimi Augusti III Regis Poloniae die 9 Martii 1747 post obitum Athanasii Szeptycki secutam consecratus in Episcopum Leopoliensem, Haliciensem et Camenecensem ab Illustrissimo et Reverendissimo Theofilo Godebski Episcopo Vladimiriensi ad hoc ab Illustrissimo et Reverendissimo Floriano Hrebnicki Metropolita T. R. Delegato cum conconsecratoribus Illustrissimis et Reverendissimis Theodosio Rudnicki Luceoriensi ritus graeci et Adamo Orański Belinensi R. L. Episcopis Suffraganeo Camenecensi die 14 Mai juxta vetus Kalendarium Festo tunc Pentecostes 1749 in sua abbatiali Ecclesia Mielecensi,

4. Eodem anno 1749 Festo SS. Petri et Pauli Apostolorum die scilicet 29 Junii solenniter ingressus est in actua-

Digitized by Google

lem prossessionem Episcopatus Leopoliensis, et quidem de Ecclesia PP. Bernardinorum ex Suburbio Leopoliensi non ad Cathedralem Tit. S. Georgii M. sed ad Civitatensem Parochialem Tit. Dormitionis B. M. V. Leopoliensem, qua Cathedra per Athanasium antecedaneum diruta tunc primo ex fundementis de novo elevebatur, huic ingressui assistebant Samuel Głowiński Hebronensis, suffraganeus Leopolien, et Raimundus Jezierski Baccoviensis Episcopi latini ritus ac Clerus saecularis dioecesanus sacro apparatu vestitus, Religiosi autem S. B. M. quia non admissi, ut strenue tunc praetendentes praecedere Saecularem clerum contendebant, extra ordinem in suis mandiis incedebant.

5. De consensu seu Regia Nominatione Serenissimi Augusti III die 9 Novembris 1762 in coadjutorem cum futura successione in Metropolia Illustrissimi et Revereudissimi Feliciani Wolodkowicz Metropolitae a Clemente XIII Pontifice eodem anno decimo tertio Kalendas Januarii confirmatus.

6. Professionem Fidei, et Juramentum obedientiae S. Sedi praescriptae in Bulla Confirmationis usque an. 1764 die 22 Julii in manibus Illustrissimi et Reverendissimi Venceslai Sierakowski Archiepiscopi L. R. Leopolien. flexis genibus ad altare majus Cathedrae Suae Leopolien. Tit. S. Georgii M. emisit in praesentia plurium Testium, quod tam sero post Confirmationem suam usque secundo anno, causa fuit quidam defectus et omissiones in Bulla confirmationis factae, praecipue quod ratione Eppatus Leopoliensis et abbatiae Mielecensis nulla facta mentio de retentione cum Metropoliae dignitate, qui defectus modo primum 6 Mai 1764 per speciale rescriptum sanati, et retentio Episcopatus atque Abbatiae Mielecen. non solum cum Coadjutoria, sed etiam loco facto successioni in Metropolia declarata fuit.

7. Equitibus Ordinis s. Stanislai Episcopi et M. 1767 die 8 Mai a Serenissimo Stanislao Augusto rege Poloniae

Digitized by Google

propriis manibus distinctorium hujus ordinis in Ecclesia s. Crucis Varsaviensi imponente et gratiose eum alloquente, adnumeratus est.

8. Metropoliae Kijoviensis in Spiritualibus et temporalibus a s. Sede Apostolica deputatus Administrator die 28 Aug. 1768 ob absentiam tunc Illustrissimi et Reverendissimi Wołodkowicz Metropolitae non solum a dioecesi sua[1], sed et a Regno et discessura extra limites in exteras oras nempe Regionem Borussorum oppidum Sereja ibidemque moram illius. Hoc officium Administratoris Aplici per unum annum et menses quatuor exercuit, Geodeonem Horbacki in Episcopum Pinscensem consecravit, et Theodosium Kniaź Sztyski monachum Basilianum in Abbatem Dorobobuscensem benedixit, et instituit aliaque omnia, quae offici Metropolitani, peragebat donec dictus Felicianus Metropolita ab exteris rediit, et in jure Metropoliae per s. Sedem redintegratus fuit.

9. Die 9 Novembris 1772 per concordiam cum eodem Illustrissimo et Reverendissimo Feliciano Wolodkowicz sub authoritate Nuntii Apostolici Regni Poloniae Garampi Archiepiscopi Beritensis initam, et per s. Sedem die 8 Januarii 1773 approbatam constitutus denuo Administrator in Spiritualibus jam perpetuus et irrevocabilis.

10. Tandem per sancitum statuum Reipublicae sub tempus Comitiorum generalium Varsaviae 1775 celebratorum etiam bonorum mensae Metropolitanae tam in Regno, quam M. D. Lithvaniae administrationem commissam sibi obtinuit. Et esto Illustrissimus Metropolita Wolodkowicz pro revocatione hujus sanciti in subsequentibus comitiis Varsoviae 1776 celebratis institerat pro lege tamen irrevocabili in generali omnium sancitorum manutentione tunc declaratum.

11. Anno 1775 die 7 septembris ab eodem Serenissimo Stanislao Augusto Rege ordine Aquilae Albae insignitus statim eadem die anniversaria electionis Regiae in Collegiata Varsaviensi S. Joannis hoc ordine exornatus se praesentavit.

12. In Metropoliam Kijoviensem post Coadjuti Sui Feliciani 1778 die prima Februarii juxta vetus id est Julianum hora octava post meridiem decessum successit.

13. Et denique 1779 ex 23 in 24 Gregoriani jam vero Juliani Calendarii 13 diem Mai, hora mediatertia ante ortum Solis, ipsa media nocte repentina febri tandem paroxismo apoplectico affectus circa plenum usum sensuum a Rdo Simone Zultowski Teologo curiae suae, quem semper praesentem ad latus suum habuit, aeternitatem dispositus, eundem Presbyterum praesentem et lacrymantem his redargut verbis: Ecce vetula! forte tu non morieris? plenus Virtutum et Meritorum de Ecclesia, Rege et Republica, pro juribus authoritatis Metropolitanae, et bonorum Mensae tam Metropolitanae, quam Episcopatus Leopoliensis defensione pluribus ab injustis Detentoribus revindicatis, zelantissimus, ac indefessus, Clero suo addictissimus Pastor, ad cujus expolitionem et elevationem maximam impendit operam, apud Augustissimas Casareas et Serenissimam Regiam Poloniae Majestates plurimum consideratus, in Radomyśl oppido Residentia Sua Metropolitana Kijoviensis dioecesis, ad quam pro celebranda Dioecesana Synodo venit, cum summo omnium dolore ultimum egit diem. Multa hoc loco et tempore pro s. unione et clero suo utilissima, quae in propositis habuit, peragenda, repentina mors praeocupavit. Exuviae ejus in Ecclesia Parochiali Ssmae Trinitatis Radomysliensi novo ante majus altare extructo sepulchro ad ulteriorem futuri Metropolitae, et Successorum Sanguinis despositionem funeris, circa missarum Sacrificia, plus duo millia a congregato tunc pro Synodo Clero in suffragium animae illius celebrata, depositae sunt. A consecratione sua in Episcopum ad mortem computando triginta annos fere mathematice complevit, aetatis Suae annorum 65, in plena Sede Metropolitana sedit anno uno, et mensibus tribus non completis.

Ita est, attestor de propria notitia.
Daniel Werchratski m. p.

Digitized by Google

Adnotatio V. Post mortem Episcopi Leopoliensis et Metropolitae totius Russiae Leonis Szeptycki vacante sede Leopoli die 21 Aprilis v. s. 1781 in residentia Custodis Cathedralis, administratoris et nominati Episcopi Leopoliensis Petri Bielański in sessione Capituli projectata erant sequentia intuitu meliorandi status cleri et ritus Graeco-catholici Ruthenorum in Galicia:

Supplikować do Majestatu.

1. Ażeby parochowie Ruscy dziesięcinę snopową od parochian własnych tak, jako obrządku łacińskiego od swoich odbierają, odbierać mogli. Motiva między innemi być mogą, które położone są w nocie niegdyś Jaśnie Wielmożnego Metropolity do Najjaśniejszego Cesarza Jmci podczas pierwszej bytności Jego w królestwach Galicyi i Lodomeryi. Przydać można y to, że IchmśćXX. Parochowie, gdyby mieli wyznaczoną dziesięcinę snopową, chociażby nic pro Juribus Stolae niebrali, kontentowaliby się.

2. Ażeby przy każdej Cerkwi Parochialnej kosztem gromady y dworu była wystawiona, Szkoła dla uczenia dzieci nietylko początków wiary Chrześciańskiej, katolickiej ale też czytania, y formowania charakterów, ażeby z laty stali się zdolniejszemi do stanu żołnierskiego y cywilnego, do trzymania na miejscu niewiernych Żydów propinacyi, do kupiectwa y innych w stanie cywilnym czynności.

3. Ponieważ teraz mało jest diaków czyli kantorów, którzy by nietylko Cerkwiom usługiwali, ale y dzieci w szkołach przy Cerkwiach uczyli z przyczyny, że dwory ochraniając roboczych poddanych swoich, wielu z tych na żołnierzy wydali, więcej zaś z nich tym przestraszonych za kordon do Polski uszło, przez co ministrów potrzebnych Cerkwie niemają, y chwała Boża umieysza się. Parochowie albowiem Li-

Digitized by Google

turgie czyli Msze SS. na wielu miejscach w dnie Niedzielne y świąteczne przeciw zwyczajowi y przepisom Cerkwi wschodniej czytać, a nabożeństwo poranne y wieczorne, które publicznie przy zgromadzeniu ludzi śpiewać się zwykło, prywatnie odmawiać muszą, przeto supplikować potrzeba, ażeby zapobieżenia temu jakowy sposób był wynaleziony.

4. Ażeby cerkwie parochialne przez zakonników, gdy z tychże liczby officiałowie byli, posiadłe duchowieństwu świeckiemu były powrócone.

5. Ażeby monasterski, w których po wypadłym Dekrecie Benedykta XIV ośm Zakonnych osób żywić się nie może, od zakonnikow opuszczone, z gruntami raz Bogu ofiarowanemi, jakie były w Podhorodyszczu, dyrektoracie Lwowskim, w Bołochowie w Dyrektoracie Drohobyckim do Cerkwiej Parochialnych dla pomnożenia tychże funduszów, były applikowane, a nie przez panów Dziedzicznych albo raczey ich komisarzów dworowi przywłaszczane.

6. Żeby Parochów Dwory do brania w arendach swoich trunku przez różne im wyrządzane pokrzywdzenia, czynienie wiolencyi, usługujących tymże bicia, nieprzymuszali, jako w tych dopiero latach przymuszać zaczęli. Biorąc bowiem Parochowie zwłaszcza czasu żniw dla robotnika w arędzie pańskiej podług ułożonej od panów lub samych arędarzy taxy trunki, znacznie się ubożą. Ani ich zarzut ma być uważany, że jakoby krzywda Skarbowi Cesarsko-królewskiemu stanie się, gdy Parochowie w arendach tychże trunków niebiorą, albowiem gdzieżkolwiekbądź Paroch lubo za daleko mniejszą kwotę trunek na potrzeby swoje bierze, zawsze do skarbu Jego Cesarsko królewskiej Mości przepisaną uniwersałem należytość płaci.

7. Żeby Jus Patronatus mający za prezentę od aspirujących do stanu Duchownego pod żadnym pretextem niewymagali, y żeby na wymagających prawem była obostrzona kara.

Digitized by Google

8. Ponieważ Parochowie obrządku łacińskiego dla przymnożenia sobie Proventów ex Stola wielu Rusinów do obrządku łacińskiego przeciągają, y przez to Parochom obrządku greckiego w przychodach krzywdę czynią, dopraszać się potrzeba, ażeby była Inhibicya, żeby Xięża łacińscy Rusinów od obrządku ich własnege nieodciągali, y do swego nieprzypuszczali.

Adnotatio VI. Anno 1774 sub die 9 Novembris scripsit Joannes Gutz Vienna ad officialem Leopoliensem Ruthenum Antonium Lewiński, quosdam Consiliarios et agentes Hungaricos fecisse instantiam, ut Eppus Munkatiensis sit Metropolita Ruthenorum in Hungaria, sed tulerunt negativum responsum. Pro hoc vero casu, si Metropolia Ruthenorum Kijoviensis et Haliciensis separaretur, huic Eppo appromittitur Metropolia Haliciensis. Et revera emanavit jam super hac re decretum Aulae, sed nescio, ex qua causa hoc decretum non sit publicatum; verosimiliter cancellaria Hungarica fecit oppositionem, et a me porrectum est memoriale circa conservationem jurium nostri Eppi Leopoliensis ad Metropoliam, quod Leopolim ad trutinandum missum est.

Ex occasione dismembrationis dioecesium ruthenarum sub regimine austriaco et polonico existentium et praeclusionis nexus provinciarum ordinum religiosorum facta est sub die 5 Augusti 1779 a Gubernio Galiciensi propositio ad Aulam, ut *Leopolien. Eppatus ruthenus ad Metropoliam elevaretur, et Metropoline Leopoliensi etiam Eppi ritus graeco-catholici in Hungaria et Transylvania subordinarentur.* Porro eodem anno sub 8 Augusti proponebatur, ut Episcopus Munkatsiensis Baczyński Leopolim transferatur, et Metropolita nominaretur. Ad has propositiones penes nominationem Petri Bielański in Eppum Halicien., Leopolien. et Camenecensem medio decreti Aulici ddto 30 Octobris 1779 subsequutam resolutum

est: „Ex ponderosis motivis politicis praeclusionem nexus dioecesium cum Polonia et crectionem Metropoliae ritus graeco-catholici pro omnibus dioecesibus in regno Galiciae ad feliciores circumstantias pausare debere, cum etiam in moderno rerum statu adhibitis consentaneis mediis melioratio curae animarum et insitutionum in Galicia effectuari valeat.

Adnotatio VII. Sub die 17. maji 1777 in protocollo exhibitorum Eppi r. g. c. Leopol. praenotatum est: Ad querelam, quod nonnulli Parochi rutheni r. g. c. ad solvenda rusticalia trahebantur, emanavit altissima resolutio, eos ab omnibus dationibus liberans.

Adnotatio VIII. Episcopus Leopoliensis Leo Szeptycki, emit bona penes Leopolim Mszana et Malczyce, destinavitque ea in dotem Ecclesiae Cathedralis Ruthenae Leopoliensis. Attamen illud consilium ejus in sperata morte non erat ad effectum perductum, et bona haec familiae ejus in successionem cesserunt, ac unica duntaxat fundatio 40.000 fl. pol. in bonis Malczyce pro Rutheno Capitulo facta superest. Et haec memisse juvat in laudem suprafati Eppi.

Post obitum suprafati Eppi at Metropolitae in Radomysl in Ukraina suppellex ecclesiastica pontificalis Eppalis et Mtpltana remansit jam Leopoli jam in Radomysl. Frater Metropolitae Castellanus Premisliensis Simeon Szeptycki detinebat supellectilem hanc Eppalem et Metropolitanam quasi ad massam spectantem aresto in Polonia exoperato, et nonnisi post multas ambages Metropolitanam obtinuit Metropolita Smogorzewski et Eppalem Eppus Leopoliensis Bielański, ut ita undequaque Rutheni graeco-catholici in angustiis essent.

Adnotatio XI. Commemorata pag. 556. resolutio Aulica circa capitulum Ruthenum Leopoliense sonat in originali:

Digitized by Google

Hofreſcript vom 15. Juni 1775 an Herrn Grafen von Auersperg, worin es heißt:

„Soviel die Errichtung eines gr. unirten Kapitels zu Lemberg anbetrifft, kann der Aufnahme der Union nichts vortrefflicher ſein, als wenn man zwiſchen den unirten und jenen latini ritus eine vollkommene Gleichheit im Äußerlichen zu beobachten, dagegen aber alles jenes zu beſeitigen ſuchet, was dem unirten Volke glauben machen dürſte, als würden ſich ſchlechter als die römiſch-kath. gehalten.

Wien den 15. Juni 1774.

Adnotatio X. Circa electionem et nóminationem Epporum Ruthenorum praestitit Episcopus Leopoliensis Leo

Illustrissime Excellentissime Domine!

Desideratem a me Informationem de his, quae anterioribus em poribus adusquae observata fuerunt circa vacantes Archieppatus et Eppatus, circa promovendorum ad eosdem Electiones et nominationes Regias, ac etiam de aliis Praelatis et Dignitariis Ecclesiasticis, ad singula Capita in Literis Illustrissimae Excellentiae Vestrae sub die 3 elapsi Martii mihi proposita, cum necessaria explanatione ex variis Authographis concinnatam una cum Summaris documentorum praesentibus adnecto, et perenni observentia persvero.

Leopoli die 12 Aprilis 1774.

Illustrissimae Excellentiae Vestrae devotissimus et obligatissimus Servus.

Leo Szeptycki,
Eppus Leop. Coad. et Adm. M. T. R.

Digitized by Google

Responsio Informativa.

Excellentissimo Gubernio Regnorum Galiciae et Lodomeriae Sacrae Caesareo-Regiae Apostolicae Majestatis die 12 Aprilis 1772 porrecta ab Episcopo Rutheno Catholico Leopoliensi super sequentibus Punctis:

1. An Rdssimi Ordinarii in his Regnis formali Capituli Electione, an vero immediata Nominatione Regia ad Episcopatus vacantes promovebantur?

2. An quoad membrum primum Electioni Regius Commissariis assistebat? Et quid huic pro actu assistentiae subministrabatur; quae si locum non habuit, modus Neminationis Regiae explanandus. Huic autem porro expositio addenda erit, quomodo, et per quem introductio quoad Temporalia peragebatur?

3. A quo Proventus intercalares administrati, et in quem finem impensi fuerint?

4. Quae et qualis Portio haereditatis Eppalis Ecclesiae ejusdem accessit, et qua ratione cum illa disponebatur?

Quoad Praelatos, Abbates et alios perpetuos dignitarios, eorumquae Electionem attinet, respectu horum

a) Exactam specificationem, et numerum eorundem (in quantum dioecesi Leopolien. subjacent) Mihi intromittendam cupio cum adnexa explanatione:

b) An eorum Electioni Commissarius Regius antea deputatus fuerit, et quid huic postremo remunerationis nomine tribuere usus erat? Denique

c) Si hoc practicatum non fuit, quid circa ejusmodi Eelectiones respectu Negotiorum Potestatem politicam respicientium observabatur?

Ad 1. Ad Eclectionem Episcoporum in Ruthena Hierarchia ex antiqua praxi intrabant non solum Capitula, sed integer coetus Ecclesiasticorum tam saecularium quam regu-

Digitized by Google

larium, necnon proceres, nobilitas et confraternitates Laicales illorum Palatinatuum et Terrarum, in quibus obveniebant vacantes Sedes Episcopales. Liquet id ex binis Electionibus ultimorum duorum Illustsissimorum Episcoporum Leopoliensium, nempe Barlaami, et Athanasii Szeptycciorum, primi die 25 Janurii 1710 secundi die 10 Septembris 1715 subsecutis. Summar. num. 1. et 2.

Haec praxis originem suam traxisse videtur et antiquis Sacris conciliorum Canonibus, videlicet Ancyrani Can. XVIII et Laodiceni Can. XVII.

In Electionibus hujusmodi praesidebant vel ipsimet Metropolitani, ut videre est Cit. Summar. Num. 1 et 2 vel ab eis delegati, ut patet in Electione Arsenii Zeliborski. Summar. Num. 5.

Anterioribus saeculis post subsequutam Electionem Metropolitanus et Electores supplicabant serenissimis Regibus pro Electi Nominatione et Praesentatione. Sed annis posterioribus Regia Praesentatio Electionem praecedebat, ut in suprafatis Illustrissimis Barlaamo, et Athanasio Szeptycciis liquet, quorum primus die 30 Octobris 1709 alter die 13 Mai 1715 Nominati et Praesentati, jam vero serius post electi fuere.

Modernus autem Illustrissimus Leo Szeptycki Episcopus Leopoliensis, Halicien, et Camenecen, Metropoliae Kijoviensis et totius Russiae Coadjutor, et Actualis in Spiritualibus Administrator, sicut et alii post Eum, videlicet Chełmensis, Luceoriensis, Premisliensis, Pinscensis, et Coadjutor Vlodimiriensis, ad solam Nominationem et Praesentationem Regiam, sine ulla praecedente vel subsequente Electione, in Episcopos sunt consecrati, instituti, et installati.

Ad 2. Jam supra, expressum, Comissarios Regios Electionibus Episcoporum, quoadusque practicabantur, non interfuisse, nec assistentiam praebuisse. Ad bona vero Episcopalia aliqui post sui in Episcopos consecrationem intromitte-

Digitized by Google

bantur more Laicorum per proclama Praeconis cum duobus Nobilibus, allii per solam Instrumenti Consecrationis et Instituttionis subditis Bonorum Episcopalium denuntiationem.

Ad 3. Antequam respondeatur; Praemittitur 1. Olim post subjectam Russiam et Lithuaniam Regimini Serenissimorum Poloniae Regum, quoties contigerit vacare Metropoliam Kijoviensem, vel Haliciensem, aut aliquem Episcopatum vel Abbatiam, aut Monasterium bona immobilia habent es, Personaé saeculares mediantibus Regum Privilegiis vacantium ejusmodi Beneficiorum, non solum bona immobilia, sed etiam suppellectilem Ecclesiasticam in Tutelam accipiebant, et ad novi Metropolitae, Eppi, vel Abbatis subrogationem tenebant, ut videre placeat Summar num. 6.

Praemittitur 2. Suprafatos tutores vacantium Beneficiorum tutelis sibi concreditis persoepe abusos fuisse, bona devastasse, subditos expilasse, Proventus quosvis in Suos usus convertisse, immo etiam documenta praefatis bonis servientia et ipsam supellectilem Ecclesiasticam pretiosiorem subtraxisse. Quae vacantium Beneficiorum damna ac praejudicia cum in dies magis crevissent; Metropolita Onysiphorus Petrowicz cum aliis Episcopis, Abbatibus, Hegumenis, et toto caetu Ecclesiastico supplicarunt Serenissimo Sigismundo III Poloniae Regi, Magno Duci Lithvaniae, et Russiae ac aliarum partium Haeredi, quatenus malis, et damnis hujusmodi, velut supremus Princeps, fundator, protector et defensor obviare velit, et vacantium beneficiorum bona tam mobilia, quam immobilia saecularibus Personis amplius dare nolit, sed ea Capitulis, more Latinae Ecclesiae, comittere dignetur administranda et custodienda, usquedum ex Gratia Regia beneficium vacans alicui conferatur. Quorum supplicationi Rex memoratus ad intercessionem omnium Regni Ordinum ad comitia Generalia congregatorum, annuit, capitula Ruthena cum Capitulis Latinis in omnibus parificavit, et per eadem Capitula obventura vacantia beneficia cum suis bonis privile-

Digitized by Google

legio suo vim legis perpetuae, utpote de consensu et ad instantiam omnium regni ordinum anno dni 1589 gratiose collato, habente, administrari inpost mandavit. Summ. Num. 7.

Praemittitur 3tio. Post collatum suprafatum Privilegium vim legis perpetuae habents, cum contigisset vacare Archieppatum Polocensem, et quidam ex saecularibus sive obtento subreptitie privilegio usitatae in ante tutelae, sive aliter per praepotentiam bona illius Archiepiscopatus occupasset, Rexque serenissimus de his rescivisset, monuit rescripto suo de data ejus Varsoviae die 10 Decembris anno Dni 1597 Capitulares Polocenses, quatenus ad obloquentiam anterioris Privilegii sui post obitum moderni Archieppi Polocensis, et succedaneorum ejus bona in suam administrationem reciperent, neminique saecularium occupare permitterent. Et si quis per praepotentiam haec bona invaderet, contra talem quaerelas coram Sua Majestate exponerent. Summ. num. 8.

Praemittitur 4to. Quamvis bina emanaverint privilegia pro administratione per capitula vacantium bonorum Metropolitanorum, et Eppalium, his tamen appetitum Saecularium ad vacantia ejusmodi bona spiritualia non fuisse coercitum vel exinde eruitur, quod anno 1631 per constitutionem regni respublica huic malo obviare curaverit, et tales omnes bona post mortem Epporum occupare praesumentes pro violatoribus et invasoribus declaravit, poenaque trium millium Marcarum mulctari demandavit. Summ. num. 9.

Praemittitur 5to. Cum clerus saecularis Ruthenus ex antiqua consuetudine fuerit uxoratus, et religiosi aeque fuerint sub immediata Epporum jurisdictione ac presbyteri saeculares, placuit Illustrissimis Eppis Religiosos monachos ad curias suas et ministeria adhibere. Hi itaque ad latus Epporum et in ministeriis dioecesanis existentes sensim sese dilatarunt, beneficia meliora saecularia, et praesertim in quibus imagines Salvatoris, ac Beatissimae Virg. Mariae gratiis et miraculis clarentes reperiebantur, velut in dioecesi Leopoliensi Trem-

Digitized by Google

bovliense, Vicynense et Zolkieviense in Monastica transformari, alia Monasteriis suis incorporari defacili procurarunt: ac demum temporis successu capitula ipsa suppresserunt, ita ut defecerint, qui vigore praerecensistorum Privilegiorum bona post obitum Epporum vacantia ab impetitionibus Laicornm defendissent, atque in sua administratione conservassent. Deventum itaque est, ut Illustrissimus protunc Gabriel Kolenda Russiae Metropolitanus cum adminiculo Patrum Basilianorum, prout expressis verbis in Narrativa Privilegii habetur, supplicavit serenissimo Joanni Casimiro Poloniae regi et M. D. Lithvaniae, quatenus eadem vacantia bona per Metropolitanum pro tempore administrarentur. Summ. Num. 10.

Praemittitur 6to. Synodnš Provincialis Ruthena Zamosciae snno dni 1720 celebrata, insistendo suprafato serenissimi Joannis Casimiri Privilegio, Titulo de Metropolitano, §. cum vacaverit, statuit, ut quoties obvenerit aliquam sedem Eppalem vacare, Metropolitanus eam per se, vel per Eppum viciniorem tam in spiritualibus quam in temporatibus, ipsam vero sedem Metropolitanam Eppus vicinior administret. Summ. num. 11. His praemissis.

Ad 3tium. Bona vacantium Eppatuum vigore praecitati privilegii serenissimi Joannis Casimiri Regis, et decreti synodalis post capitula suppressa vel per iposmet Metropolitanos, vel per viciniores Eppos ex Metropolitanorum delegatione ad usque administrabantur, et proventus ex iisdem, qualescunque fuerint, per administratores percipiebantur. Et quamvis per citatum decretum synodale cautum fuerit: *ut administrator, quicunque is fuerit, exactissimam rationem futuro Eppo reddere teneatur*: haec tamen synodalis dispositio vix unquam in executione fuit. Eapropter aliquorum Epporum mens fuit, ut capitula resuscitarentur, et capitulares ad tenorem altememoratorum Serenissimi Sigismundi III privilegiorum vacantia

Digitized by Google

bona administrarent, exactam futuro Eppo suo villicationis rationem redditari, velut Eppo subjecti.

Ad 4tum. Si quis Eppus ante mortem suam testamentum condiderat, quae testamento pro sponsa sua Ecclesia, et futuro succedaneo ex mobilibus destinaverat, et Ecclesiae et succedaneo obveniebant. Si vero intestatum mori contigerit, successores sanguinis demortui omnia mobilia percipiebant.

Quo vero ad praelatos et alios perpetuos dignitarios ad quaesita literis signata respondetur.

Ad A. Praeter Abbates et Praelatos capitulares non ita pridem anno Xti 1771 Die 11 Martii in resuscitato capitulo Leopoliensi, Haliciensi, et Camenec. electos ac institutos, alii perpetui dignitarii in Ruthena hierarchia nostra non reperiuntur.

In dioccesi Leopoliensi duae reperiuntur Abbatiae, una Unioviensis, altera Zolkieviensis.

Prima Unioviensis Abbatia primitivo Serenissimi Sigismundi I. Poloniae regis et magnus dux Lithuaniae ducatus Russiae Haeredis pro erigendo Eppatu Leopoliensi, Haliciensi, et Camenecensi ex Metropolita Haliciensi privilegio de data ejus Cracoviae Feria quinta post Festum undecim millia virginum anno Dni 1539 incorporata fuit Eppatui Leopoliensi. Ibi: cui quidem Vladicae Macario sub potestatem illius damus et conferimus omnes et singulos Spirituales Popones, eorum Ecclesias, synagogas, et monasteria in terris Russiae et Podoliae, et districtibus supranominatis Haliciensi, Leopoliensi, Camenecensi, Sniatynensi, Trembovliensi sitas, videlicet Ecclesiam Haliciensem Metropolitanam, in qua quondam Archieppus Metropolitanus eorum praesidebat, quae nunc eorum lingua vulgari Krylos dicitur, *item Monasterium Uniow*, quod in honorem et titulum sanctissimae Dominae Nostrae assumptionis Beatissimiae Virginis Mariae a praedecessoribus Nostris fundatum est. Sed antecedanei Eppi, non constat qua de causa, praefata abbatia Unioviensi non fuerunt potiti. Ex post duo Episcopi Leopolienses Barlaam nempe et Athana-

Digitized by Google

sius Szeptycki fuerunt quidem Abbates Unioviensos, sed specialibus privilegiis regiis muniti.

Secunda Zolkievienses anno dni 1573 penes saecularem ab origine sua civitatensem Ecclesiam errecta: quae prius per religiosos patres Basilianos tali modo fuit occupata, et a clero saeculari recepta. Regnante Joanne III Poloniarum rege oppidi Zolkiew Haerede, idem Serenissimus Rex ex Valachia de Civitate Soczawa conduxit Zolkieviam lipsanas B. Martyris Joannis Soczaviensis vocitati, quas in Ecclesia Civitatensi Zolkieviensi tituli Nativiatis Xti Domini collocari jussit, vivente et gubernante eam actuali Parocho presbytero saeculari. Cum his exuviis aderat quoque Metropolita Soczaviensis cum uno vel duobus Monachis, et in memorata Parochiali ad vitae suae tempora Divina una cum Parocho saeculari peragebant. Et quia ad reliquias memorati Beati Martyris Joannis Soczavien frequens erat Populi concursus, et elemosina notabilis obveniebat, post mortem dictorum Monachorum et Metropolitae Soczavien PP. Basiliani per Illustrissimum Josephum Szumlański Episcopum Leopoliensem ad regimen super clero saeculari adhibiti, et pro libitu omnia potentes, invido apppetitu frequentis elemosinae ducti, id effecerunt, ut amoto ab illa Ecclesia legitimo Parocho ex vera vel praetextuosa occasione, suos monachos in numero trium aliquando 4 personarum locarunt, taliterque Parochialem Ecclesiam in monasticam verterunt, curam animarum ab antiquo ad eam pertinentem exercentes.

Postquam Clerus saeculares in Anno 1747 accedente insinuatione Illustrissimi Domini Nuntii Apostolici, a regimine patrum Basilianorum fuerit liberatus, et anno 1 51 eosdem patres ad Illustrissimum Dominum Ordinarium modernum pro restituendis sibi Ecclesiis tam Cathedralibus, quam citaverit, processusque inchoatus ad terminos decisivos fuerit perductus, sed obvenientibus variis temporis vicissitudinibus non terminatus, dicti PP. Basiliani, ut magis sese circa suprafatam

Digitized by Google

nonnullis Paroch., inter quas fuit specifice Zolkieviensis, paroch. Zolkieviensem radicarent, obtulerunt per quendam P. Josaphatum Wysocki ordinis Sui professum, et dicti praetensi Monasterioli Zolkieviensis Superiorem p. m. Principi Radziwill supremo Exercituum Magni Ducatus Lithuaniae Duci, Zolkieviae Haeredi certam quotam pecuniariam (quam dictus Religiosus Wysocki in Officio vicarii Generalis Metropolitani in Ukraina per aliquot annos existens, ex clero Saeculari collegerat,) supplicantes, quatenus memoratus Princeps sub nomine suo oblatam sibi summam pro Fundatione novae Abbatiae circa soepedictam Parochialem Zolkieviensem inscripsisset. Tali modo Princeps per Patres allectus et circumventus ad inscriptionem Summae sibi oblatae processit, et Abbatiam fundavit, Clero saeculari quamvis contradicente, sed cum praepotenti Principe nihil efficere valente: super qua re cum Patribus lis in prima instantia finita, in secunda vero instantia, nempe in Tribunali Nunciaturae pendet adusque indecisa.

Olim Abbates in Ruthena Ecclesia eligebantur a coetu Monachorum monasterii Abbatialis, et dein per legitimum Collatorem, sive is fuerit Rex, sive alius Monasterii Fundator praesentabatur primitus Episcopis, in quorum dioecesibus erant, et eorum Jurisdictioni aeque ac alii Monachi subjecti fuere; dein post efformatas Provincias Metropolitano ad praesentatos benedicendos, instituendos, investiendos, et installandos: sed in praesentiarum hic electionis Abbatum usus jam cessavit et evanuit.

Immo cum PP. Basiliani in Provinciam redacti, in quodam suo Capitulo statuerint ad tria Religiosum essentialia quartum votum non curandi Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatias, et quascunque alias dignitates sine expresso Generalis seu Proto-Archimandritae et Consulatorii ordinis con sensu ac Licentia, per Apostolicum breve Benedicti XIII anno 1728 die 15 Decembris confirmatum, factum est, ut mul-

Digitized by Google

tae vacantes Abbatiae propter negatam ejusmodi Superiorum Ordinis cuipiam licentiam, in simplicia conversa fuerint Monasteria. Super quo infurioso facto multae fuere querelae tam coram Serenissimo Poloniae Regnante, quam coram s. Sede Apostolica tam a Metropolitanis, quam a suppressorum Abbatiarum Patronis et Collatoribus.

Et quamvis praefatum quartum Votum de non curandis sine Ordinis Superiorum dignitatibus per Breve Benedicti XIV incipiens: Inclytum quidem, anno 1753 die 12 Aprilis editum, fuerit sublatum, memoratumque Benedicti XIII Breve revocatum, ac Serenissimus Rex et alii patroni ad libertatem nominandi et praesentandi sine ulla a Superioribus Ordinis dependentia ad vacantes dignitates Eccas Personas idoneas restituti; successive vero Abbatiae suppressae Lavroviensis in circulo Dominii Augustissimae Caesareo Regiae Apostolicaeque Majestatis ad praesens existens, item Vilnensis, Lavryszoviensis, Pustynensis, Torokanensis, et aliae in Magno Ducatu Lithvaniae reperibiles per constitutionem Regni anno 1768 fuerint resuscitatae, Jusque Majestaticum redintegratum Administrati vacantium Abbatiarum Metropolitano renovata, Summ. num. 12 et ad Abbatiam Lavroviensem Persona idonea per Serenissimum Modernum Poloniae Regem ante tres annos praesentata: tamen ad usquae non est benedicta, nec ad bona Abbatialia occupanda per PP. Basilianos admissa.

Ad b) Regium commissarium electionibus Abbatum quousquae practicabantur, nunquam interfuisse, per consequens nec ulla munera eidem oblata fuisse.

Ad c) Respectu suprafatarum Abbatiarum, quod respicit statum politicum, seu bona earum temporalia? Haec bona post Abbates vacantia ad tenorem supramentionati privilegii Serenissimi Joannis Casimiri Regis Poloniae, Summar. num. 10 exhibiti, administrabantur vel per ipsosmet Russiae Metropolitanos, vel per alios ab eis delegatos, usquedum

Digitized by Google

PP. Basiliani obtinuerint a p. m. Benedicto XIV Breve anno Domini 1756 die 30 Martii, incipiens: Super familiam. Bullarii ejus tomo 4 num. 16 extensum. Quo mediante Abbates a Serenissimo Rege vel aliis Patronis praesentati a Metropolitano benedicti et instituti, Dignitarii perpetui subjecti sunt immediatae Jurisdictioni Proto-archimandritae, seu Generalis ordinis Basiliani, monacho simplici nullam authoritatem a Rege et Republica datam sibi habenti, iidemque Abbates benedictionem et institutionem a Metropolitano, jam vero installationem et ad bona intromissionem a Proto-archimandrita Ordinis petere, et suscipere tenentur. Sum. num 12 Lit. A. Cuinam autem in posterum vacantium Abbatiarum administratio competere debeat, decisio suspensa. Eod. Summ. lit. B.

§. 80. Tempora Imperatoris Josephi II. Coequatio rituum. Seminarum Ruthenum Leopoli. Professores Rutheni in facultate theologica. Congrua sustentatio cleri Rutheni ex fundo religionis. Commissio Ecclesiastica. Pensio deficientium. Consistoria Ruthena. Canonicatus Rutheni et et distinctoria. Studium Ruthenum.

Sua regimine Imperatoris Josephi II Rutheni graec. cath. in Galicia majoribus adhuc cumulabantur favoribus ac beneficiis. Declarabat imperator *aqualitatem omnium catholicorum rituum et nulli praeferentiam prae alio odscribere sinebat. Utque clero utriusque ritus mutuam charitatem et harmoniam ad invicem implantaret*, ergebat generale Seminarium tam pro ritu latino quam pro graeco catholico Leopoli, communes professores et communia auditoria habiturum. Erecta universitate Leopoli cathedrae Theologicae jam individuis ritus latini, jam ritus graec. cath. ad id eotum bene jam qualificatis providebantur, atque ita ex graec. cath. ritu an. 1784 Antonius Angellowicz Theologiae Dogmaticae et Nicolaus Sko-

Digitized by Google

rodyński Theologiae Pastoralis *) professores constituabatur. In seminario generali Leopoli erecto locabantur clerici translati ex seminario Viennensi ad Sanctam Barbarum omnium dioecesium tum graeco cath. ritus in Hungaria, Transilvania et Croatia, nempe: Munkacziensis, Magno-Varadiensis, Fogarassiensis et Crisiensis, ac pro praepositis hujus seminarii generalis ex variis dioecesibus Galiciensibus et Hungaricis assummebantur sacerdotes.**) Ne porro educatis in seminario generali futuris curatoribus animarum dein media vitae deficerent, cum beneficia ruthena nimis exiguos haberent proventus, ideo imperator Josephus II assignabat cuivis pro congrua 300 fl. rh., et si proventus beneficii alicujus minor esset, aditamentum ad congruam ex fundo religionis ex sublatorum monasteriorum bonis composito pendi jubebat. In commissione sic dicta ecclesiastica, ubi negotia publica Ecclesiastica disquirebantur, unum ex clero ritus latini, alterum ex clero saeculari ritus graec. cath. individuum cum charactere consilarii caes. reg. nominabat. Pro presbyteris in cura animarum constitutis deficientibus pensionem ex fundo religionis assignabat. Consistoria pro graec. cath. ritu erigebat, regulabat et congrua pensione providebat, atque omnia ordinabat ita, ut clerus utriusque ritus cathol. sub suo supremo capite Ecclesiae, in omnibus aequalis nonnisi zelo religionis et promovendae in populo christiano verbo ex exemplo moralitatis cum alio aemulari, et unus alterum excellere posset.

---

*) Uterque fuit Viennae in seminario generali graeco cath. ad Sanctum Barbaram educatus, et subseque prior in Episcopum Premisliensem postea in Metropolitam, posterior vero in Episcopum Leopoliensem promovebantur.

**) Unus ex praepositis hujus seminarii fuit eotum modernus Episcopus Magno-Varadiensis rit. graec. Samuel Vulkan.

Digitized by Google

Atque reapse fiebat, ut individua et clero graec. cath. laurea theologica condecorata ac majorem partem cathedrarum theologicarum in caes. universitate Leopoliensis medio concursus obtinerent, et academicis dignitatibus cum laude fungerentur. Quae beneficia regiminis Austriaci eidem cleri et totius graec. cath. ritus animos omnino devincebant.

Adnotatio I Post mortem *Mariae Theresiae* inde ab an. 1781 sub regimine *Josephi II* erat pro ritu graeco-catholico Ruthenorum in Galicia faustissimum tempus, siquidem adversitates ejus ex petulantia politica, ex fictitio religioso zelo, ex falsis denuntiationibus, ex arrogantia et ex superbia non poterant habere locum. Ast infausto fato Eppi Rutheni Galicienses, Leopoliensis et Premisliensis hocce tempore suis laborabant praejudiciis. Quae eotum pro commodo cleri, ritus et nationis Ruthenae contigerant, nonnisi sistemati Imperatoris Ejusdemque cuncta penetranti ingenio debentur, ut ita seminarium generale pro ritu graeco-catholico Leopoliense, assignatio additamenti ad congruam presbyterorum novae educationis (in locum Basilianae antiquae), pensio pro deficientibus Curatis, regulatio Consistoriorum sint beneficia Imperatoris pro Ruthenis in Galicia, quin Eppi Rutheni eatenus ullum ad thronum fecissent passum. Pertinet huc etiam melioratio sortis agricolarum, ad quales Poloni magna ex parte reduxerunt Ruthenos, ut nomen Josephi II etiam agricolis Ruthenis notissimum sit. Incontra Eppi Rutheni destruebant tunc multa eorum, quae antea multo labore acquisita erant. Ita Eppus Ruthenorum Premisliensis Maximilianus Ryllo ex ordine Basiliano assumptus, natione Polonus, omnibus modis curabat ritum graeco catholicum Ruthenorum deprimere, et cum ritu latino Polonorum indentificare. Contra erectionem (rectius restaurationem) Capitulorum Ruthenorum obmovebatur, quod eadem sint novitas in ritu graeco-catholico; atta-

Digitized by Google

men dictus Eppus sine scitu Sedis Apostolicae non dubitavit ex ritu latino introducere in ritum graeco-catholicum multas novitates circa divina officia, porro superpelicea et organa, quibus cantus Ecclesiasticus hujus ritus supprimebatur. Huic Eppo non placebant inconostases in Ecclesiis Ruthenis, h. e. parietes inter altare et populum, constantes ex imaginibus, exhibentibus vetus et novum foedus qua vivam catechesim pro eruditione populi fidelis. Hancce imginum parietem persequebatur idem Eppus omni inconoclastico zelo. Denique ille Eppus animabat ipse Ruthenos graeco-catholicos ad deserendum hunc ritum et ad suscipiendum ritum latinum Polonorum, et cum eidem quidam decanus contra clerum latinum polonicum quereretur, quod Ruthenos graeco-cath. ritus pertraheret ad ritum latinum, respondit, se optare, ut omnes Rutheni ad ritum latinum transeant, et Poloni fiant. Ad quaestionem decani: Quidnam tunc cum suo pastoratu fieret? reposuit: Sibi eandem patere viam. Ita clerus latino-polonicus et Eppi Rutheni ex Basilianis et Polonis non adlaborabant, ut catholicitas et s. Unio in ritu graeco-catholico consolidarentur et evolverentur, sed latinisabant et polonisabant Ruthenos graeco-catholicos, miscendo sacra profanis. Sub die 19 Novembris 1786 inhibuit Eppus Maximilianus Ryllo, ne clerus ruthenus suum graeco-catholicum ritum contra arogantias Cleri polonici defenderet. Audiat haec catholicus orbis, et judicet ipse, num haec procedendi ratio orientales aedificare, et Ecclesiae Catholicae devincere possit?

Quod attinet Eppum Petrum Bielański, ille manuducebatur a Polono *Dzierzkowski*, quem habuit a consiliis. In fundationem capituli Rutheni Leopoliensis, ab Eppo Leone Szeptycki restaurati, contributa erat ab eodem Eppo, a nominatis canonicis et ab aliis fundatoribus summa Capitalis, efficiens ad dimidium millionem flor. polon. Notum est, per reductiones pecuniarias hanc summam diminutam fuisse, sed etiam Eppus Petrus Bielański ad ejus diminutionem multum contu-

Digitized by Google

lit. Videns namque idem Eppus Imperatorem Josephum II. Consistoria Ruthena Leopoli et Premisliae ex canonicis et consilaris ordinare et dotare, putavit summas praedictas in suum commodum converti posse. Ideo librum actorum capitularium cum tota pecunia ad se accepit, et cononicos, qui de his summis notitiam habebant, persequebatur et removebat. Imo res hucusque pervenerat, ut dictus Eppus publice negaverit, apud se esse praefatum librum capitularem, et sub die 6 Aprilis 1787 emanatam resolutionem aulicam causeverit, a capitulo Rutheno Leopoliensi esse recedendum. In hac tribulatione capitulares Rutheni Leopolienses quaerebant apud Metropolitam Smogorzewski auxilium; verum et Eppus Bielanski non intermissit eum sinistre informare. Verumtamen Metropolita erat pro dicto Capitulo. Ad dilucidandam hance materiam adducimus ex authentica correspondentia inter Metropolitam et Eppum sequentia. Ita scripsit Metropolita sine dato anno 1787: „Pełna diecezya tutejsza tego głosu, że JwmPan kapituły swojej nie kochasz, owszem prześladujesz, hańbisz y pokrzywdzasz. Ja temu wierzyć niechce, i nad takiemi głosami ubolewam, a z serca radze ojcowskiego dla nich względu, bo któż dla nich inny względnym bydź może? Zostawiłem Capitularibus moje rezolucye y insynuacye, których prawidłem wszystko, by się trzymało w spokojności.“ Sub die 15 Maji 1787 scripsit Metropolita: „Prawdaż to, co słyszę, że nasze capitulum w Lwowie vitio nullitatis subest?“ Sub die 3 Julii 1787 scripsit Metropolita: „Kiedy mnie JWWMPan zapewniasz o swojey kapituły upadku, toć o nim powątpiewać nie mogę, ale tylko ubolewać będę z potomnością nad tak nieszczęśliwym duchowieństwa naszego losem, do którego, że jakowaś niektórych osób niespokoyność największą stała się przyczyną, niezmiernie wszystkich zadziwiać powinna; bo czyliż niespokoynych nie można było uspokoić? czyliż jednych niesforność wszystkich wiecznie mogła zagubiać? Czyliż na-

koniec godziło się zatracać te źródło, które tak wielkim czasem y tak silnym a kosztownym staraniem wydobyte zlewało pomyślność na stan świeckiego duchowieństwa y samego JwwmPana wytrysnęło szczęśliwie na Lwowskie pasterstwo? Nie uspokoję ani myśli ani serca ani duszy mojej, dopóki mnie JWPan zupełnie nie oświecisz, czyja to y jaka niespokoyność do takiej nas przywiodła szkody y hańby? Tudzież czy niemożnaby jeszcze przemyślić sposobów do dźwignienia upadłych w obrządku naszym zaszczytów? Przezco unienieśmiertelniłbyś JWmPan własnego imienia y Pasterstwa sławę, a tamę klerowi do wzrostu dalszego fatalnie położoną wiekopomnie byś odwalił. Jeżelibym co y jak w tym mógł JWmPanu pomagać, czekałbym Jego woli i rady.“ Eppus vero Petrus Bielański scripsit sub 2 Augusti 1787 ad eundem. „Abym dowodnie uwiadomił JWmPana Dobrodzieja o niepomyślnym losie kapituły mojej, kommunikuje dekret z którego łatwo poznać, co było takiego wyroku przyczyną. Lubo substantia czyli fundusz za niedostateczny uznany ad congruam kapitularnych, ten jednak mógłby się był powiększyć z obiecanych kapitałów od pobożnych jeszcze żyjących dobrodziejów, a nie przykrzyć się tymże, aby zaraz oddał, co kto obiecał, lecz czekać z przyzwoitą akomodacyą należało; podobnie i do Wiednia o konfirmacyę częstych memoryałów mimo wiadomości Biskupa niepodawać, bo ta niespokoyność ściągnęła upadek nieodżałowany. Nadgradza nam to nayłaskawszy Monarcha ufundowaniem konsystorza generalnego, który czterech xięży reszta świeckich pisarzy z kancelaryą y posługą do dwónastu osób wszystkich składać ma, pensya z skarbu do dwudziestu dwóch tysięcy Pols. reń. już wyznaczona. Ma się zacząć a 1 Septembris. W takim zaszłym urządzeniu niewidzę sposobu, jakby można y o co prosić ku poddźwignieniu upadłego interesu, czasowi raczey zostawić potrzeba, ażeli kiedy Opatrzność wydarzy do tego pomyślniejsze okoliczności.“ Sub 21 Augusti 1787 scripsit Metropo-

Digitized by Google

lita ad eundem: „Dałeś PWmPan dowód swojej ku mnie szczerości, gdyś mi jaśnie sub 2 currentis wytłumaczył istotniejsze kapitulnego upadku powody; a jeszcze mocniej utwierdzisz mnię w dowierzaniu swoim ku mnie ufności om, kiedy poufale podasz mi rady, jeżelibyśmy wspólnie obydwa mogli N. Cesarzowi Imci przez Gubernium Galiceńskie zanosić prożby o przyzwoitość i potrzebę powrócenia kapitularnych duchowieństwu naszemu zaszczytów? Wszak niedostatek Apostolskiego kapituły Lwowskiej potwierdzenia niepowinienby wiele zawadzać, bo władza Metropolicza w samych kapituły początkach dawnym zwyczajem i prawem a consone do monarszych przywilejów oną utwierdziła, i potym greckiemi wichrami zaniedbaną szczęśliwie wskrzesiła; a stan kościelnego Rusi naszej zjednoczenia dzis stąje się przeto naynieszczęśliwszym, że szyzma upadkiem kapituły Lwowskiej już śmieley y zręczniey upadla wszędzie unią s., y teyże wykorzenienie cesarską trąbi niełaską. Zle Capitulares uczynili, że mimo własnego pasterza radę wolą, ba y wiadomość, przykrzyli się Wiedniowi o swoje pot wierdzenie y gwałtownie nacierali na swoich Dobrodziejów o przedwczesną zapisanych dla siebie kapitałów komportacyą; aleteż y to niedobrze nastąpiło, że tak powszechną dziś hańbę y karę na całe duchowieństwo ściągnęła natrętność y gwałtowność partykularnych przestępców, których czyliż nie można było inaczej zawsze wstrzymać, poskromić y ukarać? Czterych przy katedrze pensyonowanych liczba nie nadgrodzi krzywdy całemu Duchowieństwu uczynionej, y większa część duchowney składki ustronnie obrócona wiecznie go boleć będzie musiała, a do wszelkiej by najświętszej kontrybucyjki wrota pewnie mu zamknie. Wreszcie jeżeliby już powrót kapituły cale był niepodobny, szukam JWmPana w tym rady y pomocy, czy nie mógłbym Cesarskiej supplikować klemencyi przynajmniej o wydanie do tuteyszego Seminaryum kapitaliku od ś. p. officyała Prymowicza na Lwowską kapi-

Digitized by Google

tulę już proznie zapisanego? tey zaś legacyi extraktu przy łasce JWPana żądam z aktów duchownych lub świeckich lwowskich. Godny Pasterzu, kochany współbracie, zostawuymy potomnym wiekom ślady przywiązanej do świeckiego duchowieństwa względności naszej; niech potomność oświadcza synowską dla nas wdzięczność, nie zaś jakie przeklęstwa." Idem Metropolita scripsit ad eundem sub 23 Octobris 1787: „Jeszcze nieodebrałem żądaney JWPana na moye de 21 Aug. pisanie odpowiedzi, na tórą tym tęskliwiey oczekiwam, im boleśniej Jego kapituły upadek rozpamiętywam, a z upadku doznaje pośmiewiska s. Jedności naszey patrząc na wzrost edukacyi y dystynkcyi nienniackiego duchowieństwa." Eppus Petrus Bielanski revera angebatur reportata sua victoria, et anno 1790 commisit deputatis Cleri ad Imperatorem Leopoldum II inter caetera petere confirmationem Capituli sui, et revera sub die 26 Julii h. a. demandatum fuit Gubernio, examinare causam Capitulorum Ruthenorum Leopoliensis et Premisliensis, et altissimo loco ad resolvendum substernere. Sub die 26 Octobsis 1790 requirebantur ab Eppo acta Capitularia, quae ad eum post mortem Cancelarii Żołtowski mense Januaris 1781 devenerant. Ad haec reposuit Eppus sub 30 Novembris 1790, acta haec in manibus suis non esse, quod sub die 24 Decembris 1790, interposita fide jurata Gubernio renovavit. Gubernium, sub 30 Decembris 1790 praestitit desuper relationem Aulae cum opinione, ut proventus Eppi sequestrarentur, qui vero sub 1 Februarii 1791 recurrebat ad Aulam, interposita fide jurata, acta haec apud se nunquam fuisse nec esse, atque ad promovendam hance causam ablegavit Viennam Presbyterum Carewicz. Sub die 16. Maji 1792 Capitulares altissima resolutione tulerunt repulsam, et ad gratitudinem supremo regimini pro acceptis jam gratiis necnon ad subordinationem suo Eppo relegabantur. Die 29 Maji 1798 mortuus est Eppus Petrus Bielanski et tunc primum liber actorum Capitularium super sum-

Digitized by Google

mas fundationales in arca Capitulari apud Eppum asservata repertus est, in cujus fundamento a haerede Eppi Dzierzkowski complanatione facta requirebatur summa 110880 flor. pol. cum provisione 48,526 fl. pol. solvenda. In ulteriori processu substernebatur c. r. Camerae Procuraturae iste liber Capitularis una cum aliis documentis, et sub 1 Februarii 1799 compertum est, hunc librum ibidem deperisse, quod studio in favorem Dzierzkowski factum fuisse credebatur. Tali ratione ex summa fundationali pro Capitulo Leopoliensi Rutheno magna pars deperibat.

Adnotatio II. Sub die 1 Septembris 1787 inchoavit Consistorium Eppi r. g. c. Rutheni Leopoliensis. Tam hoc Consistorium qaum Consistorium r. g. c. Ruthenum Premisliense decreto aulico ddto 5 Octobris 1786 ordinabatur, et anno 1787 regulabatur ac ex fundo religionis dotabatur. Secundum decretum Guberniale ddto 14 Novembris 1787 Nro. 26.483 permissum erat ab Aula Canonicis et Consiliariis Consistoriorum Ruthenorum Leopoliensis et Premisliensis gestare distinctoria, pro Leopoliensibus cum effigiebus S. Georgii et Protectionis B. V. M., pro Premisliensibus cum effigie S. Joannis Baptistae et cum inscriptione: *Josephus II.*

Adnotatio III. Gravissima Ruthenorum Catholicorum causa circa ritum eorum graecum sub regimine *Josephi II* ita se habuit. In instructione pro officiis circularibus data sub 13 Octobris 1782 §. 18 praescriptum erat:

„Da in Galizien die katholiſche Religion aus drey Ritibus beſteht, nähmlich aus dem lateiniſchen, dem griechiſch- und armeniſch-unirten, ſo iſt beſonders darauf zu ſehen, daß dieſe drey Töchter einer Mutter in ſchweſterlicher Liebe leben, und ſowohl unter dem Volke als auch unter den Geiſtlichen

diſer Konfeſſionem aller Zwietracht vermieden werde, alle drey Ritus müſſen im gleichen Anſehen erhalten und keinem der Vorrang vor beiden anderen, die ebenſo ehrwürdig ſind, geſtattet werden. Alle Religionsſtreitigkeiten zwiſchen dieſen dreyen vereinten Religionen oder die Verachtung der gottesdienſtlichen Gebräuche und Prieſter derſelben ſind ſorgfältig zu vermeiden."

Eppus Premislieusis r. l. polonicus Betanski in sua epistola pastorali ddto 24 Februarii 1785 sub finem prohibuit traductionem Ruthenorum graec. cath. ad ritum latinum. Sub die 14 Januarii 1787 facta est relatio a Consistorio Leopoliensi r. g. c. Rutheno ad Gubernium de traductione Ruthenorum ad ritum latinum. Sub die 5 Julii 1787 Nro 15.522 intimavit Gubernium Eppo Rutheno Leopoliensi sequentia:" Mittels höchſten Hofdekretes vom 19 Junius d. J haben S. Majeſtät in dem unterm 22 März d. J. von hieraus nach Hof angezeigten Partikularfalle, wo der Narajower und Podwysokier lat. Pfarrer Rabakowski zwo ruth. Weibsperſonen Namens Marianna Kupera und Anastasia Jesefowicz an Zweyen dem lat. Ritus zugethanenen Männer Sebastian Tokarski und Kazimir Szczepanski, weil beide gr kath. Bräute vor der Trauung bei ihm das Abendmal nach dem lat. Ritus genoſſen haben, ohne Aufgebothe in der griechiſchen Pfarre ehelich zuſammen gegeben hat, gnädigſt genehmiget, daß dieſen Brautleuten die Verkündigungen gegen Ablegung des vorgeſchriebenen Eides nachgeſehen, um ſonach die Trauung entweder von dem gr. kath. oder von dem. lat Pfarrer neuerdings vornehmen zu laſſen, die gr. kath. Pfarrkinder aber ſind an den gr kath. Herrn Biſchof angewieſen worden, damit ſie von ihm die Erlaubniß zur Uibertrettung von dem gr kath. zum lat Ritus erlangen mögen. Belangend aber wegen des Uiberganges von einem zum anderen Ritus (alſo ebenſo vom gr. kath. zum lat., wie vom lat. zum gr, kath.) da wollen Se. Majeſtät, daß ſich dießfalls lediglich nach der bis-

Digitized by Google

her beſtandenen Art auch in Zukunft benommen werden ſolle, da die beſorglichen Schwierigkeiten ſo bei den Eheleuten des verſchiedenen gr. kath. und lat. Ritus aus der Verſchiedenheit der Feſt- und Faſttagen entſtehen können, durch die Bulle des Papſtes Benedict XIV Etsi pastoralis etc. etc. gänzlich beſeitiget werden, vermöge welcher der gr. kath. Ehegatte den Ritus ſeiner lat. Gattin und ſo vice versa dieſe jenen ihres gr. kath. Mannes während des Ehebandes annehmen kann. (Wer ſieht hier nicht eine gleiche Behandlung beider Ritus, des gr. kath. der Ruthenen und des lat. der Polen, eine Reziprozität?) Welche höchſte Entſchließung dem Herrn Biſchofen auf ſeine Berichte vom 28 Junius v. und 13 Jänner d. J. mit dem Beiſatze bekannt gemacht wird, daß hiedurch auch alle Anſtände, die ſich in Abſicht der Taufen der Kinder ergeben könnten, ſich von ſelbſt beheben Lemberg den 5 Julius 1787." Citatur ergo hic bulla „Etsi pastoralis non in detrimentum ritus graeco-catholici Ruthenorum, sed statuitur ex hac bulla reciprocitas, (vice versa) et nulla tribuitur ritui latino praeferentia ad latinisationem et polonisationem Ruthenorum exclusivam, quod attamen ultimum clerus Polonicus exinde deducebat et deducit, nollens habere reciprocitatem. Exinde jam clerus Polonicus iterum reasumpsit bullam „Etsi pastoralis" in latinisationem et polonisationem Ruthenorum graeco-catholicorum, non attendendo ad alias constitutiones s. Sedis Romanae, in bonum ritus graeco-catholici Ruthenorum et reliquorum Orientalium sub propriis Episcopis existentium specialiter datas. Sub die 11 Octobris 1787 Nro 23541 emanavit ad gr. cath. Leopoliense Ruthenum Consistorium a Gubernio Galiciensi sequens ordinatio: „Auf deſſen unter den 14 v. M. gemachte Bemerkungen über das am 19 Juni wegen des Uibergangs von einem Ritus zum anderen erfloſſene höchſte Hofdekret wird demſelben erwiedert, daß was den 1 Punkt in Anſehen der Traunng der beiden Weibsperſonen

Marianna Kapera und Anastasia Jozefowicz durch ihren rechtmäßigen, den gr. kath. Pfarrer betrifft, die angezeigte Veranlaſſung, da ſolche der hierortigen Verfügung vom 5 Juli gemäß iſt, zur Nachricht diene, in Abſicht auf den zweiten Punkt aber muß man erinnern, daß der von hier aus eben den 5 Juli intimirte höchſte Befehl nicht anders ausgelegt werden ſoll, als wirklich der Sinn davon iſt, es wurde geſagt, der höchſte Wille Sr. Majeſtät in Anſehen des Uibertritts vom Ritus zu Ritus ſei, daß man ſich dießfals lediglich nach der bisher beſtandenen Art benehme, dieſe war bisher nach der Hofverordnung vom Jahre 1776, daß die Erlaubniß zu dem Uibergang bei dem Ortspfarrer angeſucht und durch dieſen von dem Ordinariat erwirkt werden müſſe. (Alſo ohne alle Bevorzugung des lat. Ritus und ebenſo im gr. kath. wie im lat.) Hiebei hat es allerdings ſein Verbleiben, und man vermuthet nicht, daß der Herr Biſchof beſonders bei Eheleuten Schwierigkeiten machen werde, weil auch nach der angezogenen Bulle des Papſt Benedicts des 14ten, die zwar das Conſiſtorium im zuſtreng n Verſtande nur auf die in Italien wohnenden Griechen nimmt, der freie Uibertritt von einem Ritus zu dem andern (alſo nicht bloß vom gr. kath. zum lat. ſondern auch vice versa,) zwiſchen Eheleuten zuzulaſſen iſt, und dieſer ſich nicht auf die bloſſen Feſt- und Faſttäge beſchränken kann, hiernächſt von Seiten der lat. Ordinariate im entgegengeſetzten Falle dießfals keine Anſtände gemacht werden. (Wir machen hier auf dieſe Stelle aufmerkſam, weil daraus die Reziprozität zu erſehen iſt, und weil die Hinweiſung auf die Bulle „Etsi pastoralis“ in dieſem Sinne zu nehmen iſt.) Man verſteht ſich alſo, daß bei Vorfallenheiten ſich hiernach genau werde benommen werden, und bei der im 3ten Punkt gegebenen Auskunft, daß das im Nothfalle getaufte Kind den Ritus des taufenden Pfarrers anzunehmen nie

Digitized by Google

verbunden war, findet man nichts zu bemerken. Lemberg den 11 Octobris 1787. „Ergo latini (polonici) Ordinariatus concesserunt ritui graeco-cath. eandem reciprocitatem, quae pro ritu latino postulabatur! Quia Gubernium requirebat, ut Eppus Ruthenus r. g. c. ad matrimonium cum latinis facultatem transeundi ad ritum latinum, daret quod quidem vice-versa praescriptum erat latinis (polonicis) Eppis, ad quod iidem etiam se esse paratos declararunt, quod tamen haud serviabant; ideo exhibebatur a Consistorio Leopoliensi r. g. c. Rutheno a Canonico Gutz elaborata remonstratio sub die 23 Octobris 1787 ad Gubernium tenoris: „Nullam adesse necessitatem, ut sponsi r. g. c. ad matrimonium cum latino-polonis ampliores dispensationes exigant, praeterquam ab observatione festorum et jejuniorum ritus g. c. Confiteri autem et communionem sumere eos debere a parocho r. g. c., quia hi ubique adsunt, et quia bulla „Etsi pastoralis solummodo se refert ad Italo-Graecos, ubi parochi graeci non aderant. Dispensare a legibus ecclesiasticis et civilibus Eppi g. c. non possunt suos fideles, ut ad ritum latinum transeant, quia hoc idem esset, ac suae auctoritati derogare et quidem cum scandalo suorum fidelium, ritumque graecum cum offensa nonunitorum deprimere et contemptui exponere, neque vice versa Eppi latino-polonici idem facturi sunt.“ Decanus Ruthenus Rohatynensis retulit sub 27 Novembris 1787, quod in Kurzany ex causa matrimonii cum polonis multi contra leges ad ritum latinum transiverunt, parocho r. l. non contraveniente Sub 30 Novembris 1787 Nro 359 petebat Consistorium Ruth. Leopoliense, ut Gubernium inhibeat traductionem ad ritum latinum, et parochos Ruthenos liberet a solutionibus cursorum circularium pro adportatis circularibus mandatis in causis matrimonialibus. Gubernium significavit sub 13 Decembris 1787, se instare, ut leges quoad ritus serventur, et liberavit parochos Ruthenos a dictis solutionibus.

Digitized by Google

Consistorium Leopol. r. g. c. nota ddto 7 Martii 1788 Nro 361 requirit Consistorium r. l. Leopoliense, ut ex causa Annae Ruthenae sponso r. l. in Navaria nupturae a parocho r. l. ad mutandum ritum inductae, indagatio peragatur praesente decano aut parocho r. g. c.

Sed Consistorium r. l. sub. 19 Aprilis 1788 Nro 383 respondet (cum subscriptione Cajetani Kicki Eppi Suffraganei et Vicar. grlis), hanc indagationem non esse necessariam, quia parochus r. l. Navariensis est homo exterus et consuetudinum hujus regni ignarus, traducendo vero dictam Annam ad r. l. non fecit *rem ex suo objecto malam*, cum bulla „Etsi pastoralis" id precipiat, et dicta Anna sine dispensatione Sedis Apostolicae jam non potest ad nativum ritum reverti juxta § 2 n. 13 dictae bullae, sufficere solum parocho r. l. et cooperatoribus prohiberi, ne Ruthenos ad mutandum ritum inducant, si vero Consistorium ab indagatione non desisteret, ermtinum praefigendum fore a Consistorio r. l. Desuper data a Consistorio r. g. c. nota sub 2 Maji 1788 Nr. 468: „Parochum lat. non excusat ignorantia legis, cum a parocho r. g. c. informatus fuit. Consistorium debere instare pro indagatione, ut praefata Anna ad ritum nativum revertatur, et sub dispensatione ab jejuniis et festis r. g. c. poenitentiae et eucharistiae sacramentum debet in ritu graeco accipere, de praestantia r. l. super graeco Consistorium omnem controversiam evitat, illud tamen pro certo tenet, quod ritus graecus idem objectum essentiale ac latinus habat, ab Ecclesia, quoque quoad non essentialia approbatus est, et quod si minus bonus esset ac alius servari non posset, quod et r. g. c. ad eundem finem ducat, et eundem praefixum scopum habeat, quod Ecclesia et Graecorum et Latinorum sit justa mater, secus Graecorum non mater sed noverca esset. Provocatur porro ad legem majestaticam ddto 5 Julii anni elapsi. (Referens Gutz, Revidens: Skorodyński.)

Digitized by Google

Consistorium r. l. nota ddto 2 Junii 1788 Nr. 745 ad haec reposuit, impingendo r. g. c. Consistorio, quod minus necessariam quaestionem de praestantia ritus obmoveat, cum Consistorium r. l. utrumque sanctum et ab Ecclesia approbatum existimet, quamvis juxta bullam „Etsi pastoralis“ Benedicti XIV latinus ritus graeco praestantior est, quae bulla licet pro Italo-Graecis inscripta, tamen in materia doctrinali pro una provincia lata in aliis valet, et quia bulla haec ritum latinum praestantiorem appellat, hinc rixa non contra Consistorium Archieppale sed contra ipsum Ecclesiae Caput movetur. Mirum esse, quod ista bulla Galicianos Ruthenos offendat, cum Italo-Graecos non offendat. Si quae essent bullae transitum a r. g. prohibentes, hae per bullam „Etsi pastoralis“ sublatae sunt. Lex majestatica ddto 5 Julli a. c. tantum morem hujatem respicit, qui vero erat, quod Ecclesia latina ad transitum neminem inducebat (?), sponte venientem non rejiciebat, (principium, quod Poloni Ruthenis non concedebant!) neque ad reasumendum ritum graecum denuo cogentur, *alias tot familiae olim ritus graeci nunc ritus latini sequaces nunquam haberentur.* Indagatio in Navaria permissa decano loci r. l. Jaroszewski, relicta ei termini electione eo praecomisso, ut parochum Navariensem r. g. c. suo de adventu mature praemoneat, et ut parochum r. l. admoneat, ne in futurum ad ritum latinum traducat.

Ad haec respondet Consistorium r. g. c. nota ddto 10 Juni 1788 Nro 754, quod potius Consistorium r. l. quaestionem de praestantia r. l. in sua nota ddto Aprilis Nro 383 eo fine movit, ut transitum a gr. cath. ad latinum ritum evinceret. Si bulla „Etsi psstoralis“ ad Graecos Italos inscripta est, eo ipso ad alia regna extendi non potest, et quidem eo minus, quod in re disciplinari edita et a republica Polona non sit recepta, non vero est in materia doctrinali aut dogmatica, tunc enim omnem orbem obligaret, quod tamen nullus Canonista asserit. Non contra supremum Caput rixas mo-

Digitized by Google

vemus, sed illud constanter asserimus, Pontificem ad Italo-Graecos bullam illam direxisse, et spectata fors ritus graeci inter eos corruptione ritum latinum pranstantiorem declárasse. Verum contra Reverendissimum Consistorium juste conquerimur, *quod suo arbitrio* dictam bullam ad hanc regionem extendat, et ritum graecum cum scandalo nostri populi humiliet. Si e contra esset, cur sibi Sedes Apostolica transitum a ritu graeco ad latinum reservavit? Ecclesiae lex exposcit, ut unusquisque parochus suarum ovium curam habeat. Bullis et decretis pro r. g. c. in Polonia per bullam „Etsi pastoralis" non fuisse derogatum, quod expresse ad Italo-Graecos directa nec in Polonia recepta, nulla enim desuper Sedis Apostolicae et reipublicae Polonae declaratio habetur, et per bullas Graecis ad nativum ritum a latino transitus demandatur, quare etiam per decretum Aulicum ddto 19 Junii duae familiae ruthenae ad nativum gr. cath. ritum relegatae. Aliter se res haberet, si latini schismaticos ad fidem catholicam adducerent, sed aliter res se habet cum unitis. Attamen eos adducebant ad ritum latinum publice et privatim divexando, in scholis risui exponendo, eorum ritum devotionesque eavillando, ad promotiones in omni statu ex mera praepotentia obicem ponendo, ut mirum non sit, cur tot olim r. g c. nunc r. latini sequaces familiae numerentur. Ast hoc non universalis Ecclesiae judicio sed per privatorum abusum. Indagatio in Navaria libero arbitrio decani loci Jaroszyński relicta potest ad longissimum tempus differi, et negotium hoc obliterari et parochus r. g. c, ab eodem ad commissionem absque ordinatione Consistorii r. g. c. citandus hujus decani jurisdictioni subjiceretur. Ideo requirit r. g. c. Consistorium, ut terminus praefatae commissionis determinetur, et Consistorio r. g. c. indicetur, et nocens inventus parochus Navariensis r. l. referat reprehensionem ad exemplum pro aliis, ne idem faciant. (Refer. Canonicus Gutz.)

Digitized by Google

Hoc anno sub die 29 *Augusti* Nro 1129 exhibita erat a Consistorio r. g. c. relatio ad Gubernium per Canonicum Gutz elaborata contra traductiones fidelium r. g. c. ad ritum latinum ex occasione contrahendorum matrimoniarum inter tales fideles, (specialis vero casus adducitur in Nizniow) sine proclamationibus in Ecclesia r. g. c. et sine praevia dispensatione ad transitum partis r. g. c. ad ritum latinum; jam vero Consistorium r. l. talia matrimonia rata habet contra decretum Urbani VIII et Archiepiscopi Leopoliensis Joannis Skarbek ex an. 1714 (in opere Obrona religii greko-Ruskiej z kościołem Rzymskim zjednoczonej num. 7 vulgata), porro contra bullam „Demandatam coelitus „ddto 24 Decembris 1743 per „Inter plures sub 2 Maji 1744 ad Ruthenos missam, per quas bullae „Etsi pastoralis“ ex an 1742 derogatum est, et quae ultima bulla in Polonia non erat suscepta, ut ita dicta ultima bulla neque sub regimine polonico Ruthenis imponi potuerit. Insuper haec praxis Cleri latino-polonici contraria est Guberniali decreto ddto 5 Julii 1787 Nro 15.522, *quod dictam dispensationem a ritu graeco ad latinum et vice versa e ritu latino ad Graecum et antiquam praxim secundum Ordinationem Archieppi Joannis Skarbek manutenendam praescribit*. Sed Consistorinm r. l. incontra semper meditatur tantum id, ut jurisdictionem Epporum r. g. c. coarctet, qui eandem a Deo et ab Ecclesia acceperunt, quorum que ritus etiam lex est, a cujus observatione nemo sese subtrahere deberet eodem modo, sicut ab observatione aliarum legum. Itaque ad Gubernium fiunt preces, ut Cnnsistoriis r. l. demandetur, ne ritum graeco-catbolicum opprimant, neque fideles ejusdem sine dispensatione ad ritum l. suscipere perimittant, ut ita conservetur pax, et removeatur occasio odiorum, hoc autem cum bono Ecclesiae, quae secus damum patitur.

Gubernium significavit sub 11 Maji 1789 Nro 10930: „Da der Nizniover Pfarrer r. l- Majeranowski den Adalbert

Digitized by Google

Bobrecki mit Sophia Lukasiewiczowna ohne Aufkündigungs-zeugniß des gr. kath. Pfarrers gegen den §. 38 des A. B. G. B. getraut hat, ſo hat das gr. kath. Konſiſtorium den Grund gehabt, dieſe Ehe als ungültig zu erklären, und nach § 114 des a. b. G. B. durch die Grungobrigkeit ihre Ehe zu trennen verlangt. Da aber das Ehepar hierin minder ſchuldig iſt als der Pfarrer, welchem dieſe geſetzwidrige Handlung durch das Konſiſtorium r. l. verhoben wird, und da in der gr. Kirche zwei Aufgebothe vor ſich gingen, ſo wird vom 3 Aufgebothe in der gr. kath. Kirche Dispens ertheilt, und die Beſtätigung der Ehe aufgetragen. Die Braut wurde aufgefordert, wegen Uibertrites zum lat. Ritus die Bewilligung des gr. kath. Konſiſtoriums nachzuſuchen. Darnach wurde nnterm 20 Juni 1789 Z. 205 des Tlumaczer Dekanatamt vom gr. kath. Konſiſtorium informirt

Consistorium r. l. Leopoliense ddto 6 Juuii 1790 exhibet intuitu transitus Sophiae de Lukaszewicz Bobrzecka bullam „Etsi pastoralis“ pro oc transitu, et quia dispensatio a festis, jejuniis non vero a communione r. g. c data, ut etiam ab hac dispensetur. Sed Consistorium r. g. c. dedit responsum, quod ab ultima non dispensetur.

Kaluszensis decanus Michael Luszczczyński r. g. c. refert sub 29 Septembris 1790, quod parochus r. l. Kaluszensis Josephus Wiączkiewicz infantes utriusque sexus, quorum parentes diversi sunt ritus, baptiset, et parentibus injungat, ut proles eorum in ritu gr. cath. baptisatae ritum latinum suscipiant

Ad notam Consistorii r. g. c. ad Consistorium r. l. datam respondet ultimum nota ddto 22 Octobris 1790 Nr. 1600 parocho r. l. Kaluszensi prohibitum esse, involare in jura parochi r. g. c. Kaluszensis, unaque communicatur copia informationis eidem datae pro similibus, qnae tamen informatio bullam „Etsi pastoralis“ pro norma praescribit.

Digitized by Google

Ad hanc notam respondet Consistorium r. g. c. nota sub 26 Novembris 1790 Nro 319, quod bulla „Etsi pastoralis" solum pro Italo-Graecis data (§. 9 n. 24), quod constiutiones Leonis X et Clementis VII, praescribant, ne latini in jurisdictionem Graecorum involent, quod Paulus V sub 10 Decembris 1516 declaret, unionem non esse ad transitum Ruthenorum ad ritum latinum factam, Archieppum r. l. Leopolien. Skarbek sub 14 Junii 1714 agnovisse decretum Urbani VIII et baptissimum liberorum secundum sexum parentum praescripsisse, Leopoldum II coequavisse r. g. c. cum latino et turbationem r. g. c. prohibuisse (Referens Can. Gutz).

Notanda hic venit illa circumstantia, quod clerus latino-polonicus omnibus modis promoveret matrimonia mixti ritus, ubi pars Ruthena dotem adferebat, et in his matrimoniis a dicto clero partes Ruthenae latinisabantur et polonisabantur, quum incontra praefatus clerus impediret matrimonia Polonorum partibus rutheuis sine dote, qua ratione dotatio Ecclesiarum Polonicarum creverat.

Adnotatio III. Josephus II abrogavit cathedraticum a Clero Episcopis solvendum, et assignavit e fundo religionis aequivelens ejusdem. Hocce cathedraticum praestabat necessaria media ad educationem candidatorum status sacerdotalis et ad intertenendam cancelariam Episcopalem ac Ecclesiam nec non aedificia cathedralia. Anno 1775 emanavit in Poloniae ditionibus Constitutio (Volum VIII, Fol. 651 titulo zniesienie podatku), qua Cathedraticum acsi opprimens clerum et subditos nobilitatis polonicae sine omni substitutione in ejus locum abrogatum erat. Etiam assignavit Josephus II Curatis Ruthenis additamentum ad congruam 300 fl., cooperatoribus vero 150 fl., deficientibus tandem curatis etiam 150 fl.

Adnotatio IV. Regnante Josepho II intuitu Metropoliae Ruthenae Haliciensis nihil fiebat. Eotum etiam effectuata est

Digitized by Google

arrondatio dioecesium Ruthenarum Leopoliensis et Premisſiensis cum Chelmensi et Luceoriensi. A dioecesi Premisliensi venerunt ad Leopoliensem decanatus Stryensis, Scolenscensis et Grodecensis. A dioecesi Leopoliensi venerunt ad Premisliensem decanatus Horozanensis, Kulikoviensis et Zolkieviensis. Porro a Chelmensi incorporatus est Leopoliensis decanatus Choloviensis, a Luceoriensi vero decanatus Buscensis, Brodensis, Olescensis, Podkamenecensis, Zaloscensis, Zbarazensis. Premisliensi incorporabantur a Chelmensi omnes illi decanatus, qui circulo Zamoscensi comprehensi erant. Arrondationem hanc ad mentem Aulae confirmavit Metropolita Jason Smogorzewski. Factum hoc est intra annos 1779—1785.

Adnotatio V. Sub die 16 Martii 1786 emanavit altissima resolutio, qua synodo Ruthenae Zamoscenae in terris Austriacis propter nonnulla statuta placetum regium denegatum fuit, et in qua legitur: „Quod dignitatem Episcopalem concernit, quam antehac nemo alius nisi esset monachus Basilianus, aut dispensationem Pontificiam impetraret, adipisci poterat, Sua Majestas altissimam suam mentem eo declarat, quod in ejus altissimo libero Arbitrio positum sit ad munus Eppale subjectum sive ex statu cleri saecularis sive ex ordine Basiliano vocare Id autem strictissime prohibetur, ne nominatus e statu cleri saecularis Eppus sive Roma sive undecumque petat dispensationem intuitu eliciendae professionis monasticae, quippe dispensatio ejusmodi, quae potius monachis quam clero saeculari, ad curam animarum destinato, necessaria est, spiritui Ecclesiae prorsus adversatur.“ Exemptio Monachorum Basilianorum a jurisdictione Episcoporum sublata, tum etiam nexus Basilianorum in Galicia cum illis sub regimine Polonico sub Proto-Archimandrita praeclusus fuit. Processus cleri Rutheni saecularis cum Basilianis circa funda-

Digitized by Google

tiones Ecclesiarum Cathedralium erat anno 1780 in partem prioris in revisorio decisus (Vide: sentent. definitivam ddto 27 Aprilis 1779 lata et revisoriale decretum aulicum ddto 30 Novembris 1780.) Ad preces Basilianorum Provincialis Bratkowski duo clerici Basiliani in Seminario Viennensi ad Barbaram admittebantur, et errecto Seminario ruth. Leopoliensi Clerici Basiliani in eodem educabantur. Inter Basilianos ex hac educatione iuclaruerunt Theofanes Holdajewicz, Vice-Rector Seminarii et postea Provincialis, tum Modestus Hryniewiecki professor Theologiae Dogmaticae (etiam in lingua Ruthena) in Universitate Leopoliensi, posterior qua Rector Magnificus mortuus an. 1823.. Sub Josepho II existebat adhuc in Galica monasterium Basilianorum Schismaticorum in *Skit Maniawski*. Ad preces provincialis Basilianorum unitorum Bratkowski, ut hoc monasterum sufferatur, emanavit sub 23 Julii 1774 resolutio aulica, quod haec reductio hujus monasterii locum habere non possit, sed ejusdem unio fervore religionis, bonis exemplis et vitae integritate unitorum potius quam vi quaerenda manet. Sub regimine Josephi II absque Ejus consensu et contra mentem a circulari officio Stanislaopoliensi sublatum fuit, quod Supremum regimen cum displicentia ratihabuit.

Adnotatio VI. Sub initium regiminis Josephi II emanabat ejus mandatum, constituendi penes Gubernium Galiciense Commissionem ecclesiasticam, in qua negotia ecclesiastica pertractanda essent, et ad quam ecclesiasticae etiam personae tanquam membra et consilarii assiderent. Haec occasio non omittebatur a clero rutheno curandi bonum sui ritus, et ad preces ejusdem emanavit supremum imperatoris mandatum an. 1783, ut huic commissioni unum membrum e clero rutheno adscriberetur, quod erat Antonius Angellowicz canonicus nominatus pro consilario regio ac hanc commissio-

Digitized by Google

nem. Hac ratione consulebatur, ne consiliarii e clero pol. huic commissioni assidentes quidpiam in detrimentum cleri rutheni et ritus graec. cath. molirentur. (Vide: Decretum Aulae dtto 12 Maji 1783 et Gub. Praesidii ddto 10 Junii 1783. Commissio attamen ista non diu durabat, et negotia ecclesiastica adscribebantur Gubernio, in quo duo consiliarii saecularas constituebantur qua referentes unus pro ritu latino, alter pro ritu graeco-catholico, qui nullo partium studio intuitu ritus ducti negotia ecclesiastica pertractabant, quin in eadem clerus polonicus immediatum influxum habuisset.

Adnotatio VII. Jam a regimine polonico requirebatur anno 1768 Sedes Apostolica, ut quaedam festa in diem Dominicam transferantur. (Vol. Leg. VII. fol. 744) Gubernium Galiciense sub 4 Januarii 1785 intimavit aulicum decretum ddto 13 Decembris 1784, et requisivit sub 15 Maji 1788 Nr. 10.967 praestandam sibi ab Eppo Rutheno Leopoliensi relationem, quatenus rigida et sanitati nociva munerosa r. g. c. jejunia restringantur ex occasione relationis physici circularis Stanislaopoliensis Petera, ut populus circulornm Stanislaopoliensis et Stryensis a jejuniis dispensetur, quia ex grassante fame infirmitatibus laborat, quod a Gubernio sub 6 Martii 1786 Consistorio Ruth. Leopol. notificatum erat. Itaque Eppus Ruthenus Leopolien. sub 12 Martii 1786 dedit universalem dispensationem a jejunio quadragesimali exceptis feria tertia et quinta, ut tamen carnes semel de die comedi possint, et sub die 30 Maji 1788 Nro 692 exhibita est ad Gubernium relatio de epistola pastorali data sub 30 Maji 1788 Nro 692, qua jejunia ad s. Apostolos Petrum et Paulum tum ad assumptionem B. M. V. abrogantur (secundum praxim ad antecedentem diem unam restricta), illud vero ante nativitatem Chrtsti Domini ad immediate praecedentes novem tantum dies reducitur, pro jejunio quadragesimali pro necessitate dispensatio statuitur, jam vero jejunia feria tertia

Digitized by Google

et quinta, dein decollationis s. Joannis Baptistae, exaltationis s. crucis et in vigillis ante epiphaniam conservantur ita tamen, ut monachi et moniales omnia jejunia tenere obligantur. Sub 13 Septembris 1784 Nro 21426 requisivit Gubernium Eppos Ruthenos, ut numerum festorum ad pauciora reducant, et reducta in dies Dominicas transferant, respiciendo tamen dioecesanam praxim, ut illa festa retineantur, quae fideles singulariter adificiant, quaeque necessaria essent. Haec requisitio repetita erat a Gubernio sub 11 Maji 1786 Nro 12029. Currenda Consistorialis sub 11 Januarii 1788 in fundamento decreti Aulici sub 19 Junii 1787 intimati a Gubernio sub 5 Julii 1787 publicavit sequentia festa ruthena sanctificanda. Mense Januario: 1 Circumcisionis Domini, 6 Epiphaniae, 10 trium Epporum; mense Februario, 2 apparitionis Christi Domini in templo; mense Martio 25 annuntiationis B. M. V. mense Aprili 23 s. Georgii Martyris; mense Junio 24 nativitatis Joannis Bapt. 29 Apost. Petri et Pauli; mense Julio, 20 s. Prophetae Eliae; mense Augusto, 6 transfigurationis Domini, 15 Obdormitionis B. M. V. 29 decollationis S. Joannis B. mense Septembri, 8 nativitatis B. M. V. 14 exaltationis s. Crucis; mense Octobri 25 s. Demetrii M. mense Novembri 8 s. Archangeli Michaelis, 21 introductionis B. M. V. in templum; mense Decembri 6 s. Nicolai, 25 nativitatis Christi Domini, 26 sinaxis B. M. V. et s. Josephi, 27 s. Stephani M. item feriae quintae in hebdomade passionali, feriae primae et secundae Paschae, ascensionis Domini et feriae primae post pentecosten s. Trinitatis. De festis conceptionis B. M. V. et Corporis Christi dicitur, eadem uti in ritu latino etiam in r. g. c. solennia fuisse, et earum celebrationem ad sequentem diem Dominicam translatam esse. Sub die 15 Julii 1792 Eppus Leopol. Petrus Bielanski praebuit consensum cum ratihabitione Gubernii sub 19 Octobris 1792 Nro 30887 in sequelam decreti aulici ddto 28 Septembris 1792 in translationem sequentium festorum r. g. c. in se-

Digitized by Google

quentem diem Dominicam: s. Georgii, S. Eliae, decollationis s. Joannis Bapt. Praxis haec circa festa hucusque viget in ritu graeco-catholico hac solum cum immutatione, ut immaculata conceptio B. M. V. suo jam die celebretur. Itaque in ritu g. c. non habentur centum festa, prouti quidam de praedicant. Sub die 24 Aprilis 1788 Nro 9195 dedit Gubernium placetum regium in fundamento aulici decreti ddto 31 Decembris 1786 epistolae pastorali Eppi Petri Bielanski ddto 6 Maji 1788 Nro 490 in eo: ne a poenitentibus circa confessionem imprimis paschalem aliquid Curati percipiant; ne fiant copulationes post meridiem et cum cantu venientium; ut tubae ex Ecclesiis necnon picturae inferni arceantur, item sepulchrum Christi sufficiente sola cruce et expositione Sanctissimi; ne exponantur imagines Sanctorum in viis; ut arceantur a viis mendici clamantes et nudati; amoveantur ad vias cruces deformes et confractae; ne infirmi in Ecclesias portentur, ut homines divinantes indicentur; ut expositio Sanctissimi in pixide et non in monstratorio fiat, solumque festis resurrectionis, corporis Christi et titulari Ecclesiae fiant processiones et benedictiones aquae; ut pro Divinis et catechisationibus hora conveniens praefigatur; ne propinatores tempore Divinorum et catechesium tabernas aperiant; in contra facientes ut indicentur; ut missae in Ecclesia eadem sese excipiant; ut munditie in Ecclesiis servetur; ut mendici ad portas Ecclesiae in silentio stent.

Adnotatio VIII. Quia Polonia intendebat Ruthenos extirpare et polonisare, ideo etiam intendebat eorum ignorantiam et ruditatem promovere, et quidem in ipsa Ecclesia Ruthena graeco-catholica! Catholica Polonia deprimebat catholicam Rutheniam! Ut ita religio catholica tractaretur qua medium ad obtinenda terrena, et quidem injustissima terrena, pessumdatis Ruthenis graeco-catholicis in perniciem ipsius Poloniae

Digitized by Google

Legatur opus citatum Joachimi Lelewel, et apparebit summa immoralitas Poloniae, adhibentis omnia peccata in perniciem Ruthenorum, in qua salus Poloniae reponebatur! S. Sedes Romana sua ex parte occurebat ruditati et ignorantiae cleri Rutheni jam educatione ejusdem Romae, jam fundatione scholarum in Polonia pro ejus educatione. Enimvero ad expensas s. congregationis de propaganda fide fundabatur Seminanarium pro clericis Ruthenis Vilnae et collegium Pontificium Leopoli sub manuductione PP. Theatinorum, quod quidem omnem attentionem meretur, quia in Polonia monopolium educationis juventutis penes Jesuitas erat. Etiam Eppi Rutheni fundabant seminaria, inter qualia erant seminaria dioecesana Leopoli, Premisliae et Chelmae quod ultimum sub PP. Basilianis fini suo haud respondebat, imo ex consilio eorundem Patrum tendebat ad retinendum clerum Ruthenum saecularem in ruditate et ignorantia, quatenus Basiliani monachi eidem imperare possent. Imperatrix et Regina Apostolica Maria Theresia fundavit anno 1775 pro educatione cleri graeco-catholici in Hungaria et Transilvania nec non in Galicia Viennae Seminarium, sic dictum Barbareum. Quum vero in dicto Barbareo pauca loca pro clericis Ruthenis ex Galicia fundata essent, nempe quatuordecem, ideo Eppi Rutheni Galicienses suscipiebant sacerdotes Chelmae et etiam Luceoriae ab Eppis ex ordine Basiliano consecratos, qui vix legere noverant, licet notum est, populo Rutheno eosdem sacerdotes hac ex parte arisisse, quia miseram ejus sortem sustinebant, et ritum graeco-catholicum strictissime observabant, quod clerus Ruthenus secundum latinum ritum educatus haud praestabat, ut dicatur, що попикъ то типикъ, h. e. quot sacerdotes, tot rubricellae! Sedes Romana urgebat integritatem ritus gr. cath. sicut apud reliquas orientales nationes ita apud Ruthenam et demandabat, ne sine ejus permissu aliqua in eodem ritu immutatio fiat. Verum frustra! Sacerdotes Rutheni graeco-catholici etsi melius sed secundum ritum latinum

Digitized by Google

educati putabant, se secundum placita sua posse omnia in novare, non curando approbationem S. Sedis Apostolicae. Ad hoc compellebantur a Polonis, qui eos continuo vexabant propensione ad schisma orientale, donec ex ritu latino Polonum acciperent jam illud jam aliud, nunquam autem Polonis satis, ut sacra Ruthena graeco-catholica varient Viennae in Ecclesia Ruthena graeco-cath. ad S. Barbaram, in dioecesibus Ruthenorum in Hungaria Munkatiensi et Eperisiensi, in dioecosibus Ruthenorum in Galicia Leopoliensi et Premisliensi et in dioecesi Ruthenorum Chelmensi, ubi jam vespertinum, matutinum et ipsa s. Liturgia praeseferunt cantilenas polonicas: Zdrowszki. Quod in illa discrepantia desiderata praeprimis a Polonis jaceat interitus ritus graeco-cath. Ruthenorum, scandalosus pro schismaticis, quis non videt? Recte illa discrepantia ritus graeco-catholici apud Ruthenos praebet schismaticis Ruthenis ansam debachandi contra s. Unionem Ruthenorum et contra s. Sedem Romanam, quae vero integritatem ritus graeci exceptis oppositis contra fidem catholicam, sapienter permissit, venerando sanctos Patres Ecclesiae graecae, qui etiam apud Latinos qua Catholici reputantur, et qui ritum graecum cum objecto eodem, quod est in ritu latino, instruxerunt in illa antiquitate, quae temporibus Apostolicis vicina erat. Sicuti s. Sedi Romanae ita etiam regimini Austriaco agebatur de eo, ut integritas ritus graeci apud orientales catholicas nationes in specie autem apud Ruthenam conservetur. Videre hoc est ex statutis Barbarei et Seminarii generalis Rutheni Leopoliensis, de quo nunc instituemus sermonem. Uti enim diximus, alia erat causa s. Sedis Romanae cum Ruthenis unitis, et alia erat causa cum iisdem Polonorum, sicut etiam regimen Austriacum non dubitavit neque dubitat, ritum graecum-catholicarum nationum orientalium et Ruthenae integre conservare, neque immutare ea, quae sunt a s. Patribus graecis tradita, et s. Sedes Apostolica ratihabuit. Unde etiam ritus graecus nationum orientalium in Au-

Digitized by Google

stria non invenit has angustias, quas innocentissime invenie bat in Polonia nesciente, quid incipere et facere debeat cum dicto ritu, et contremiscente in conspectu Orientis non solum schismatici sed etiam communionem cum s. Sede Apostolica habentis! Jam supra diximus, et nunc repetimus, Poloniam non concepisse vocationem suam, neque valuisse aliquid in bonum suorum et aliorum nec non in augmentum fidei et Ecclesiae catholicae in Oriente praestare, siquidem catholicismus factus in Polonia aliquid speciale, sub nomine catholicismi polonici veniens, ferebatur omni odio et hostilitate non solum erga schismaticos Orientales sed etiam erga orientales catholicos et erga ritum graeco-cath. In specie autem Rutheni sive nonuniti sive catholici non inveniebant in Polonia misericordiam, donec ad latinum ritum Polonorum transirent, et in eodem se per sacerdotes et scholas Polon. polonisare sinerent. Itaque Ruthena et aliae orientales nationes videbant in catholicismo polonico nihil aliud, quam ipsam Poloniam, sibi adversam et hostilem, expiscantem eas sub praetextu catholicitatis ad sua egoistica et terrena commoda, quae degenerarunt in gravissima peccata Aristocratiae Polonicae, nota Europae et toti mundo. Sed ut jam loquamur de cura regiminis Austriaci excolendi clerum graeco-catholicum tam Ruthenorum in Galicia et Hungaria, quam Rumunorum et Croatarum in Hungaria et Transylvania, hujus curae suae dedit regimen Austriacum specimen erectione Seminarii generalis graeco catholici Leopoli anno 1783. (Decret. Aulicum ddto 30 Junii 1783, intimatioque c. r. Gubernii Galiciensis sub 25 Junii c. a.) Jam 1 Novembris praedicti anni Seminarium illud aperiebatur. Sub die 11 Novembris h. a. significavit c. r. Gubernium in fundamento decreti aulici ddto 26 Octobris, Sae majestatis voluntatem esse, ne ab alumnis hujus Seminarii requiratur juramentum, quo se ad statum sacerdotalem absolutis studiis vel ad restitutionem expensarum sustentationis in Seminario obstringerent. Inde venit, quod quidam Se-

Digitized by Google

miristae absolutis studiis philosophicis dein studiis juridicis operam navarent. Sub die 23 Februarii 1784 Nro 3727 c. r. Gubernium Galiciense significavit Rectori Seminarii (eotum Antonio Angellowicz), methodum illam, docendi Alumnos ex scriptis esse inconvenientem:

„Weil eines Theils die Zuhörer ſich auf den Unterricht nicht gehörig vorbereiten und die Seminar Vorſteher nach den Lehrſtundeu mit ihren Zöglingen keine Nachleſe halten können, nnd weil anderer Theils das Abſchreiben der Schriften viel Zeit erfordert.“ Adnotamus hic, quod usque ad hodierna tempora deficiant necessarii libri pro studiis theologicis. Antiqui ejusmodi libri sunt abrogati, et in eorum locum non venerunt novi. Decretum aulicum ddto 8 Martii 1785 et intimatio Gub. ddto 6 Martii h. a. Nro 6076 loquuntur de sublato Collegio Pfcio et conversis aedificis ejusdem in usum militarem. Decretum Guberniale ddto 14 Aprilis 1784 Nro 7836 requirit, ut ad studia theologica nemo admittatur, qui philosophica non absolverat. Decretum aulicum ddto 23 Martii 1784 Gubernialis intimatio ddto 16 Aprilis h. a. Nro 7807 praescribunt, ne in Seminarium suscipiantur homines provectae aetatis, ad studia jam non apti, et ut etiam susceptio in Seminarium denegetur iis, qui ad hujates dioeceses non pertinent. Decretum aulicum ddto 27 Martii 1784 et Gub. intimatio ddto 16 Aprilis h. a. Nro 7939 requirunt, ne in Seminarium suscipiantur, qui intra secundam classem notati sunt, et ut e Seminario dimittantur, qui saltem secundam classem non retulerunt. Ex jure canonico autem praescribitur classis prima. Decreto aulico ddto 5 Aprilis 1784 et Gubern. intimato ddto 22 Aprilis h. a. Nro. 8278 praescribitur, ne cum defectibus corporis in seminarium suscipiantur et in eodem retineantur. Decretum aulicum ddto 17 Aprilis Nro 1784 et Gub. intim. ddto 6. Maji h. a. Nro 9406 demandarunt ex reducto in bonum fundi Seminarii collegio Pontificio alumnos in Seminarium suscipere, qui non erant extranei. Item fundus pro 14 Alumnis Ruthenis in

Digitized by Google

Barbarco Viennensi transferebatur ad fundum Seminarii, et Guberniali decreto ddto 22 Julii 1784 Nro 16190 significabatur, mense Septembri Alumnos Ruthenos ex Barbareoin Seminario locandos fore. Decreto aulico ddto ddto 11 Julii 1784 et Guberniali intimato ddto 29 Julii h. a. Nro 16905 requirebantur Eppi, ut solum eos ad ordines s. promoveant, qui in Seminario studia absolverunt, attamen pro Galicia facta erat exceptio propter defectum cleri, si tamen ordinandi quasdam scientias haberent. Decreto aulico ddto 27 Octobris 1784 et Gub. intim. ddto 11 Novembris h. a. Nro 27035 praescribebatur, ut alumni comparcant sibi notitiam objectorum scholarum normalium, quatenus qua cooperatores et parochi normales scholas manuducerent et inspicerent. Decreto aul. ddto 23 Martii 1785 et Gub. int. ddto 7 Aprilis h. a. Nro 8890 ordinabatur Seminarii Rutheni Leopol. adaptatio pro Alumnis graeci ritus ex Hungaria. Decreto Guber. ddto 30 Aprilis 1785 Nro 10951 ordinabatur adaptatio Ecclesiae Seminarii secundum ritum Grec. cath. Decreto aulico ddto 16 Junii 1785 Gub. int. ddto 30 Junii h. a. Nro 16386 ordinabatur reductio cursus theologici a quinqennio ad quadrienium. Decreto aulico ddto 12 Junii 1785 et Gub. intimato ddto 30 Junii h. a. Nro 16385 liberabantur candidati doctoratus thelogici a taxa. Decreto aulico ddto 16 8bris 1785 et Gub int. ddto 31 8bris h. a. Nro 27381 significabatur, quod religiosi eodem modo sicuti saeculares sacerdotes scientias theologicas sibi comparare debant, quare clerici Basiliani ad Seminarium relegati erant. Secundum decreto aul. ddto 2 Novembris 1785 et Gub. int. ddto 21 Novembris h. a. Nro 29143 ordinabatur concentratio parochiarum, secundum quam numerus alumnorum in Seminario designadus esset, filiis sacerdotum Ruthenorum concedebatur scholas frequentare sine omni solutione. Sub 27 Januarii 1786 Nro 1837 c. r. Gubernium adaperuit:

„Unterm 5 l. M. iſt von höchſten Orten die Erinnerung anher gemacht worden, daß da die Paſtoraltheologie vor

der Hand nur in der lat. Sprache gelehrt werden kann, man ſich verſpreche, daß ſowohl die General-Seminariums Direction als auch jene der Normalſchule die ſtudirenden Theologen bei Katechiſiren, den homiletiſchen Vorträgen und den übrigen Seelſorger-Verrichtungen um ſo fleißiger in ihrer Mutterſprache üben werden, als nur auf dieſe Art der Mangel eines Lehrers, der die Paſtoral-Theologie den verſchiedenen Nationaliſten in ihrer Mutterſprache vortrage, indeſſen einigermaſſen erſetzt werden könne. Sub 18. Augusti 1786 Nro 20944 sub eodem respectu significabatur Rectoratui Seminarii: „Die Erfahrung lehrt, daß jungen Geiſtlichen und beſonders jenen, die nebſt ihren Schulbüchern ſonſt keine Bücher in der Nationalſprache leſen, wenn ſie ihre theologiſchen Wiſſenſchaften auch noch ſo gut begriffen, und ſich über dieſelben in der lat. Sprache auch noch ſo fertig auszudrücken gelernt haben, bei ihrem Eintritte in die Seelſorge ſchwer fällt, ſich in der Nationalſprache auszudrücken, und da ſie die theologiſchen Kunſtwörter und den ſyſtematiſchen Vortrag nicht in die Popularſprache zu überſetzen und umzukleiden wiſſen, in ihren Predigten und katechetiſchen Vorträgen oft unverſtändlich werden. In dieſer Rückſicht haben Se Majeſtät mittelſt höchſten Hofdekrets ddto 27 elapsi anzubefehlen geruht, daß um den Zöglingen des General-Seminariums die Fertigkeit beizubringen, ſich auch in der Nationalſprache verſtändlich, richtig und beſtimmt über praktiſche Gegenſtände der Theologie auszudrücken, in Zukunft die Verſteher des General-Seminariums bei Abhaltung der Repetitorien vorzüglich aus mehr praktiſchen Lehrgegenſtänden, als da ſind: die Moral, die Paſtoral und Dogmatik auch manchmal der Nationalſprache ſich bedienen ſollen." Auch wurde dem Seminar Rektor ferner aufgetragen, darauf zu ſehen, damit die Alumnen die Themata für Predigten und katechetiſche Uibungen und Vorträge in der Nationalſprache ſchriftlich verfaſſen und öffentlich

Digitized by Google

vortragen. Decreto aulico sub 14 Augusti 1786 et Gubern. intim. sub 31 Augusti h. a. Nro 22698 erigebatur domus. presbyterialis pro praeparandis alumnis ad s. ordines. Decreto Guberniali ddto 24 Septembris 1786 requisita Ecclesiastica monasterii in Skit Maniawski abrogati tradebantur pro Ecclesia Seminarii generalis. Haec et alia ordinabantur circa Seminarium Ruthenum Leopoliense et circa educationem cleri graeco-catholici in Austria. Revera dictum Seminarium erat et est maximum beneficium, quod natio Ruthena in Galicia Augustissimis Imperatoribus Austriae in aceptis referendum habet. Posthac restituebatur etiam Viennae Seminarium ad S. Barbaram pro educatione cleri gr. cath. et in Seminarium Ruthenum Leopoliense non mittebantur gr. cath. clerici ex Hungaria et Transylvania, quia ibidem distincta erigebantur gr. cath. Seminaria. Nec praeterundum est, quod intra an. 1785 – 1809 praeter latinum studium philosophicum et theologicum haberetur etiam ruthenum, et supersunt ex hoc tempora rutheni libri et ruthena scripta pro variis materiis philosophicis et theologicis, nominatim vero scripta ruthena ex dogmatica Modesti Hryniewiecki. In juridica facultate tradebatur jus canonicum in lingua ruthena primo ab uno ex praepositis Seminarii, dein a Doctore juris Andrea Angellowicz. Studium theologicum ruthenum ideo interiverat, qui sacerdotibus studii rutheni minor congrua quam illis studii latini assignaretur, ideo alumni maluerunt studio theologico latino operam dare. Quod antehac lingua Ruthena ad scientias theologicas usitata fuerit, testimonio sunt varia theologica opera, in lingua illa conscripta. Caeterum etiam canones Ecclesiae latinae praescribunt curatis scientiam linguarum vernacularum ita, ut sine earum scientia non possint constitui Curatores animarum. Attamen apud clerum Ruthenum inde ab anno 1809 usque ad an. 1848, nescimus, qua ratione supponebatur scientia linguae veteris slavicae, in qua sacra peraguntur, et ruthenae, ut ad ediscendas

Digitized by Google

hasce linguas non essent distincti magistri, et ut lingua polonica Ruthenis et laicis et clericis obtruderetur.

Adnotatio VIII. Temporibus vel mox post tempora Josephi II adversus Eppatum r. g. c. Crisiensem in Hungaria objiciebatur hoc, quod salus reipublicae postulet, ut omnes ad unum ritum, latinum scilicet convertantur, ut hac ratione dupplicibus expensis parcatur, et renisus Graecorum adversus latinos evitetur.

Adversus hanc argumentationem habetur responsum ex Hungaria Leopolim in copia submissum, cujus extractus sequitur:

„Objiciunt Graecis tenacitatem rituum suorum, sed hoc proprium est cuilibet nationi et religiosae societati, cosuetudinum suarum esse tenacem. Cur ergo similis tenacitas graecis vitio vertitur? Neque res mala: siquidem ritus et consuetudines Graecorum inde ab Apostolorum temporibus sanctissimi aeque ac doctissimi Ecclesiae Patres, concilia oecumenica et ipsimet Papae Romani sanciebant.'

„Otiose magis quam utiliter disputatum aliquando fuit, quinam ritus melior sit? An graecus an latinus? Uterque propter idem objectum aequalis. Equidum communis latinorum theologorum opinio est, ritum latinum praestantiorem esse graeco eo, quod sit ritus Romanae ecclesiae, quam in rem adducunt auctoritatem Benedicti Papae XIV ex constitutione „*Etsi pastoralis*“ §. 2. n. 13. Sed idem Pontifex in proemio dictae Bullae dicit, se ejus vicem gerere in terris, apud quem non est Graecus et Judaeus, Barbarus et Scytha. Quid ergo sibi vult praestantia ritus latini prae graeco ab eodem adstructa verbis: „Ritus enim latinus propter suam praestantiam eo, quod sit ritus sanctae Romanae Ecclesiae, omnium Ecclesiarum matris et magistrae

Digitized by Google

sic supra graecum ritum praevaleat maxime in Italicis regionibus, ubi latinis Eppis Graeci subjecti sunt, ut non modo ab ipso ad Graecum transitus nullatenus permittatur, verum etiam a graecis semel assumtus absque Apostolica dispensatione deseri nequeat.“ Praestantem vocat ritum latinum sed non perfectiorem. Praevalere dicit supra Graecum, sed in Italicis regionibus, ubi Graeci e Turcia fugientes propriis carebant Eppis. Praevalere significat hoc in casu praedominari. Adducitur dein instructio Josephi II data officiis circularibus.

„An possit sperari, ut populus Graecus ritum suum deserat? Populus graecus de ritus sui graeci antiquitate et bonitate ita firmiter persuasus est, ut de recessu ejusdem ab eodem neque cogitari possit, cujus decumenta in historia habentur, et talis recessus Graecorum a ritu eorum cum summo periculo tentabatur. Facti res est populum utut cultiorem ita religionem cum ritu et consuetudinibus conjungere, ut illis mutatis hanc quoque destructam putat. Luctuosum hujus rei exemplum praebet Polonia, ubi numerosi Rutheni *ante saeculum et medium* ad Ecclesiam catholicam ea conditione reductus erat, ut sibi proprio ritu uti liberum esset. At cleri latini praepostero zelo, magistratuum praepotentia et Jesuitarum potissimum artibus orientalis ritus turpissime coarctabatur. Quo factum, ut occupata *nuper* per Russos potissima Poloniae septemtrionalis parte idem populus memor sui oppressi ritus a religione catholica proh dolor! desciverit. Meretur hac de re legi *Mabillonius* (Musaei Italici tom I.): „Rituum diversitas nascitur ex diversis populorum moribus, qui non iisdem agendi modis delectantur, nec iisdem institutis possunt asuescere, tum ex diversis Ecclesiarum fundatoribus, qui rem suapte natura indifferentem ac in medio positam aliter pro temporum et locorum varietate constituerunt. Quapropter, qui omnia ad unum eundemque modum redigere conantur, perinde mihi videntur agere, acsi omnes populos ad eosdem mores, eademque poenitus instituta reducere ten-

Digitized by Google

tarent. Neque satis concedunt primis ecclesiarum institutoribus, qu res ab eis stabilitas aut permissas tam facile pervertunt .Nec sane unquam citra pacis Ecclesiasticae discrimen secus attentatum est. Ferenda ets itaque rituum illa diversitas vel maxime propter bonum pacis imo etiam propter Ecclesijam, quae hac varietate decoratur, nescio enim quomodo dulcius sapit, quod vario cultu ornatur? Et hoc quidem primum cavendum est in illis, qui ceremoniarum magistratum gerunt quorum nonnulli nunquam quiescunt, nisi omnes ad suos ritus vel invitos pertraxerint." Idem invitat (in ord. Rom. n. 21.) informatores rituum ad consulendam antiquitatem, quae quanto fonti proprior, tanto venerabilior est, eosdemque admonet, ne ita vulgares et contritas ratiunculas proferant, quasi majores nostros in sanciendis contrariis ritibus omni ratione destitutos fuisse existiment, imo vero, si quando ritus s. reformandi erunt, ut veterum ratio habeatur, et ab eis quam propius esse studeatur." *) Etiam illud Ambrosii, (Lib. III de sacram. C. n. 5) dum ei usus Ecclesiae Romanae objiceretur momoratu dignum: „In omnibus, dicit, cupio sequi Ecclesiam romanam, sed tamen et nos homines sensum habemus, ideo quod alibi rectius servatur, et nos certe custodimus." Ambrosii autoritate Mediolani ritus sic dictus Ambrosianus in Ecclesia latina valet contra Caroli M. et Pontificum adlaborationes, ut ibi ritus Romanus introducatur. Vide etiam Caroli Boromaei Epist. apud Petrum Le Broum Tom. II dissert 3. p. 104."

Ecclesia catholica ritum orientalem in Concilio Florentino oecumenico ratihabuit, nec eum immutari voluit, ut ex actis hujus Concilii patet. Itaquoque in actis concilii Tridentini ritus orientalis ratihabetur, et contra eum quidam canones a theologis propositi immutabantur.

---

*) Quo quis antiqitatem ecclesiasticam melius scrutatur, eo majori veneratione ritus graeci ducitur.

Digitized by Google

„Pertinent quoque huc Bullae et decreta Pontificum Romanorum Innocentii IV. Leonis X., Clementis VII, Pauli III, Julii III, Pii IV et V, Gregorii XIII, Clementis VIII, Urbani VIII maxime vero Benedicti XIV.“

„Opiniones theoreticae possunt equidem facilius immutari; aliter autem se res habet quoad ritus et caeremonias, qui sensus, occulos et aures afficiunt, unde nulla authoritas et eloquentia ad immutationem sine commotione animarum valebit. Hinc facile intelligitur, cur Graeci, Rutheni, Valachi, dum de unione cum Ecclesia Romana agebatur, sibi libertatem proprios ritus sequendi reservaverint, et Ecclesia Romana hanc conditionem acceptaverit. Cum vero clerus latinus Graecos Ruthenos et Valachos unitos ad ritum latinum stringere coeperit, iidem Latinos veluti domandi cupidos et contra suas consuetudines aversionem gerentes abominari coeperunt. Unde Benedictus XIV (de Synod. dioec. Lib. XII c. 5. n. 8.) prohibendo transitum a graeco ad latinum ritum scribit: „Ne scilicet Graeci ab orthodoxa Ecclesia separati occasionem inde acciperent spargendi in vulgus, latinos velle suos ritus et mores inipsorum Ecclesiam invehere, quam calum niam nobis impingunt, ut plebis animum a latinis avertant, atque in Schismate obduratum detineant.“

„Sicut salus Ecclesiae ita salus Reipublicae non exigit, ut omnes ad ritum latinum adducantur, econtra Graeci penes suum ritum relicti nullam rationem querulandi habent.“

Nota. Non bonum Ecclesiae nec fidei catholicae sed politicae rationes erant in causa, quod Poloni his in oris polonismum et catholicismum permiscerent, Ruthenos ad suum ritum latinum perducerent, ritum vero Ruthenorum graeco-slavicum opprimerent, slavicum dico ritum, licet Poloni adeo slavismum praetendunt et externum influxum in se ita abhorent.

Digitized by Google

§. 31. Tempora Leopoldi II. Diploma coequationis ritus graeco-catholici Ruthenorum cum ritu latino Polonorum in Galicia. (1790–1792.)

Post obitum imperatoris Josephi II an. 1790 illi, quibus *aequiparatio ritus graec. cath. cum latino et cleri ejus cultura haud placebat*, studebant per cuniculos eandem impedire, et seminarium generale pro ritu graeco cath. sufferre. Ast Episcopi ritus graeci cath. missis ad Leopoldum II deputatis, et seminarium generale, quod pro suo ritu tanquam maximum beneficium spectabant, manutenebant, et literas patentes seu privilegium exoperabantur, quo sub die 8 Jullii 1790 edito Leopoldus II eo tum adhuc rex Hungariae insistendo decretis et privilegiis coaequationem rituum catholicorum quoad omnia firmantibus, eandem rituum catholicorum coaequationem in regnis Galiciae et Lodomeriae utpote justam et bono aeque religionis ac civitatis proficuam auctoritate regia confirmabat, firmiter mandando:

1. ne unus catholicus alterum aeque catholicum ritum contemnat, impediat aut molestet aut praeferentiam aliquam sibi appropriet.

2. Ut iisdem juribus admissionis ad promotiones, iisdem privilegiis ac dignitatibus aeque clerus atque civilis status ritum graeco-catholicum sequens fruatur.

3. ne unus ritus alterum in obeundis suis muniis ac adimplendis consuetis devotionibus quocumque modo impediri turbari aut molestari permittat.

Sic itaque clerus et ritus graeco catholicus ulterius progrediebatur in sua cultura, et populus ab excultis debite curatoribus suis instruebatur melius in rebus fidei et morum, quam anterioribus temporibus fieri valebat.

Digitized by Google

Adnotatio I. Praematura morte Imperatoris Josephi II an. 1790 die 20 Februarii clerus et ritus Ruthenorum in Galicia in summo positi erant discrimine, quia adversarii eorum renovarunt sua contraria molimina, ad quod dabatur occasio motibus, qui ubivis prodiverunt in medium, et quemadmodum in Belgia et in Hungaria ita etiam in Galicia praeeunte nobilitate apparuerunt conspirationes contra regimen Austriacum. In Galicia speciatim nobilitas polonica ductore jurisconsulto Josepho Dzierzkowski fecit oppositionem, per circulos ubivis ramificatam, a qua mittebantur Viennam ad Leopoldum II deputati, qui exhibebant gravamina, quae memoriae tradita sunt in libro: „Magna charta von Galizien oder Unterſuchung der Beſchwerden des Galiziſchen Adels polniſcher Nation über die öſterreichiſche Regierung. „Si bene feceris, scito cui feceris.“ (Ecclesiast. c. XII. ver. 1.) Jassy 1790.“ Haec gravamina directa erant contra ea, quae a regimine Austriaco in bonum agricolarum-Galiciensium praestita erant, et incontra requirebatur, ut nobilitati Polonicae restituerentur ea omnia feudalica jura, quae sibi comparavit sub suo anteacto polonico regimine. Gravamina illa sunt documentum, ipsius nobilitatis polonicae verbis exaratum, ideoque omni exceptione majus, et omni fide dignum, quod eadem sub sua polonica libertate nihil aliud intellexerit, quam oppressionem agricolarum teterrimo subditatu. Sequens locus est omni attentione dignus: „Was beweiſt aber den Wöhlſtand der Bauer der (Unterthanen des poln. Adels) noch mehr? Gewiß die anſehnlichen Einkünfte, die Galizien (der polniſche Adel) ſonſt aus der Propination des Getränkes (des Brandweins) zog. Wenn nähmlich der Bauer außer dem nöthigen Unterhalte für ſich und ſein Haus (?) noch einen anſehnlichen Theil ſeiner Einkünfte dem Luxus aufopfern konnte, ſo muß man ſchließen, und es iſt in der That ſo, daß die beträchtliche Konſumtion des Brandweins und anderer Getränke (?) den galiziſchen Bauer weit wohlhabender (sic) als denjenigen an-

Digitized by Google

derer Länder erſcheinen läßt.“ Nunc novit tota Austria et tota Europa miserrimam sortem agricolarum Galiciensium, quae certe cremato, eis vi quoque obtruso, ad augendos proventus propinationis causabatur. Subditatus et potatio cremati erant omnia, quae agricolae Galicienses imprimis sub regimine polonico habebat, neque praefata gravamina de quo alio agunt. Quod potatio cremati vi obtrusi non significet oppulentiam agricolarum Galiciensium, apparet ex eo, quod nobilitas polonica requireret Episcopos Ruthenos, ut compellerent literis pastoralibus ad solutionem debitorum pro cremato.*) Recenti-

---

*) *Leo na Szeptycach Szeptycki z Bożey y Swiętey Stolice Apostolskiey Łuski Biskup Lwowski, Hailcki, y Kamieńca Podolskiego, Opat Kommendatariusz Mielecki.*

Przewielebnym XX. Dziekanom, WW. Presbyterom Parochialnym, Cerkwi wakujących Administratorom y całemu Duchowieństwu w Dyecezyach naszych znajdującemu się: oraz komu tylko o tym więdzieć będzie należało, Pokoy w Panu przesławszy, czyniemy wiadomo: Iż częste zachodzą Nas kwerele tak od różnych Dziedziców y Possessosów, na WW. Parochow, że w ich dobrach, y arendach trunki na kredyt bierać zwykli, a za nie płacić nie chcą, owszem onych zapierają się; jako też od WW. Prezbiterów, że na nich Arendarze za trunki długi przypisywać zwykli, krórych przypisanych gdy oddawać niechcą, ciż niewierni Arendarze przy pomocy Dworskiej nie referując się do Jurysdykcyi Naszey sami z niemałą wzgardą sprawiedliwość sobie nad takowemi czynią, y onych władzą swoją grabią. Co jako z oczewistym Władzy y Jurysdykcyi naszey ubliżeniem, y Praw duchownych *atque Immunitatis Personarum Ecclesiasticorum* niemałym kontemptem dzieje się, tak my z obligacyi naszey Pasterskiej temu zapobiegając bezprawiu, raz na zawsze postanawiamy, y surowo wszystkim Arendarzom, Karczmarzom,

bus adhuc temporibus dominia relegabant eos, qui petebant eorum licentiam ad ineundum matrimonium, semel, bis, ter etc. in depositorium cremati. Sicuti nobilitas polonica ita etiam clerus polonicus in persona Cajetani Kicki Epp-

---

czyli Szynkarzom trunki jakiekolwiek przedającym przykazujemy, ażeby odtąd żaden z nich żadnemu Kapłanowi na kredyt bez kwitu od niego danego, żadnego trunku pod przepadkiem dawać nie ważył się. Któryby zaś kapłan na kwity trunków nabrawszy, zanie należącej kwoty płacić nie chciał, obviando praktykowaney w tym nieraz inkowniencyi, aby żaden Arendarz sam sobie nad takowemi z postpozycyą Stanu Duchownego satysfakcyi nie czynił, tymże Edyktem naszym Przewielebnym Dziekanom pozwalamy y zupełną moc dajemy, ażeby za pierwszem uskarzeniem się, y kwitów przez dłużników dawanych pokazaniem, należytą bez odwłoki czy to pieniężną, czyli rzeczami jakowemikolwiek, byle nie Cerkiewnemi zupełną satysfakcyę przy sobie uczynić nakazali, tak aby od tych czas gwałtowne grabieże nie działy się. A inquantum by gdzie Arendarz lub jakikolwiek kredytor za długi trunkowe czyli y inne nie referowawszy się do Dziekana, kapłana jakiego grabić ważył się, takowych exaktorów gwałtownych do sądu należytego gwałt y bezprawie cierpiący w assystencyi Przewielebnego Dziekana swego pozywać powinien będzie. Co żeby wszystkim tak WW. Prezbiterom, jako y Arendarzom czyli szynkarzom wiadomo było, Przewielebni XX. Dziekani każdy respective w swoim Dekanacie ten Edykt Nasz jak nayprędzey rzeczonym WW. Prezbiterom, oraz y szynkarzom omni meliori modo etiam po Dworach obwieszczając, ogłosili, y ogłosić starali się. In quorum fidem etc.

Dan w Lwowie dnia 18 Styeznia W. S. K. 1752.

Leo Septycki. B. L. H. K. O. M.

Alexander Starzewski Aktów Biskupich nadwornych Pisarz.

Digitized by Google

suffraganei Leopoliensis misit ablegatum Viennam, qui inter alia petebat, ut clero latino polonico jurisdictio et praerogativae, quibus antea gaudebat, restituerentur. Clerus Ruthenus non incassum metuebat, ne clerus latino polonicus recuperato antiquo praedominio clerum Ruthenum denuo opprimeret, et eum in pristinam ruditatem et abjectionem conjiceret. Eo-tum reperiebantur inter Clerum Ruthenum viri in Seminario Vienensi bene educati et boni cleri et ritus sui studiosi, qualis erat Leopoli *Nicolaus Skorodyński*, Vicarius Generalis dein Eppus Leopolien. *Antonius Angellowicz*, Rector Seminarii generalis dein Eppus Premisliensis et Metropolita, Premisliae vero *Lapczyński* et *Hossakowski* Canonici et Consiliarii Consistoriales, qui utrumque Eppum, Leopolien. *Bielański*, et Premislien. *Ryllo* persuaserunt, ut sua ex parte et ex parte cleri sui deputatos Viennam ad Imperantem *Leopoldum II* mitterent, atque tales mittebantur in personis Vicariorum Generalium *Skorodyński* Leopol. et *Sponring* Premisliensis, cum data eisdem sequenti petitione:

Excellentissime Domine!

Cum tum a Regnorum statibus, tum a Clero r. l. delegati ad contestandum Sacratissimae Majestati debitum homagium proponendaque sua petita jam exmissi sint; Nos quoque ne obligationis Nostrae immemores esse videamur, icarios Nostros Generales delegamus, qui Nostro totius Cleri et populi ritus graeco-catholici nobis concrediti nomine Sacratissimae Majestati debitum homagium contestentur, Jurium et Privilegiorum tum ab anterioribus Regibus tum a p. m. Augustissimo Imperatore Josepho II ritui nostro concessorum, in quantum id circumstantiae tulerint, gratiosam approbationem humillime supplicent, et si de necessitatibus Cleri Nosti interrogarentur, has utpote earundem quasi cum debi-

Digitized by Google

submissione proponant, ad quod unice Plenipotentiariis etiam literis a nobis sunt instructi. Ut autem id cum nutu et consensu Excellentiae Vestrae qua supremum Regimen in his Provinciis tenentis fiat, supplices sumus, quatenus dictis Nostris delegatis consensum Viennam abeundi non denegare, imo eosdem, apud quos melius et efficatius noverit,commendare non dedignetur. Manemus debito cultu Excellentissimi Dmni obsequentissimi Servi.

Maximilianus Rylo Episcopus Premisliensis r. g. c. Petrus Bielański Eppus L. H. C. r. gr. cath.

Plenipotentia.

Vigore cujus nos infra scripti Perillust. Adm. Rdis Nicolao Skorodyński Leopoliensis et Juliano Sporing Premisliensis dioecesis Vicariis Gralibus et Canonicis a Nobis ad contestandum nomine totius populi ritus gr. cath. in regnis Galiciae et Lodomeriae existentis debitum Sacratissimae et Apst. Majestati homagium Delegatis plenariam potestatem damus, petita nostra Sacratissimae Majestati juxta datam iisdem a nobis informationem exhibendi, *omnia* quaecunque in *hoc negotio conformiter attamen mox dictae* instructoni *fecerint* et *exhibuerint*, pro rato et grato habituri, quam plenipotentiam iis unice, non concedendo etiam subdelegationem aliis per praesentes tribuimus. Datum Premisliae die 11 Mai 1790.

Maximilianus Rylo Episcopus Premislien. r. graeci cathol. Locus sigilli.

Petrus Bielański Eppus Leopolien. H. C. r. graeci cath. Locus sigilli.

Sacratissima Apostolica Majestas!

Infra scripti Episcopi una cum Clero saeculari ac Regulari universoque populo in regnis Galiciae et Lodomeriae

Digitized by Google

ritum graeco catholicum sequentes, proni ad Thronum Majestatis estrae obedienitam fidelitatemque subditalem contestantes ac quotidie ad Deum T. O. M. pro incolumitate Maje statis Vestrae preces fundentes, paternae regiae protectioni humillime sese insinuant, regiamque Gratiam in necessariis ac demississimis suis petitis sibi benignissime elargiendam cum debita humilitate enixissime afflagitant. Licet enim ritus graeco-catholicus in regnis Galiciae et Lodomeriae praesertim vero clerus ejusdem ritus plurimis beneficiis a p. m. Augustissimo Josepho II. Imperatore condecoratus sit, caeterisque condecorandus appromissum sibi habeat; irrepserunt attamen quodam fato nonnulla, quae utrumque clerum quandoque deprimendo, regimenque Ecclesiasticum in necessariis ad promovendum bonum spirituale dispositionibus impediendo, detrimentum non modicum verae Religioni minantur. Cum autem jam publice innotuerit, praeliminariaeque quaedam dipositiones testentur, Sacratissimam Apostolicam Majestatem Vestram id praeprimis curae habere, ut omne onerosum felicitatique subditorum contrarium a cunctis subditis amoveatur, veraque Religio, seu basis ac fundamentum cujusque regiminis ad florem suum reducta in eodem firmiter persistens conservetur, idcirco infra scripti pro cura ac sollicitudine Pastorali sibi a Deo concredita, ea quae huic piissimae ac justissimae Sacratissimae Majestatis Vestrae intentioni convenire in Domino censent, cum debita veneratione proponere, ac benignissimam eorundem approbationem humillime exposcere in animum induxerunt. Sunt autem sequentia hujus humillimi petiti Objecta.

1. Ut in iis, quae regimen Ecclesiasticum concernunt, plenaria jurisdictio Episcopis restituatur, neve clerus in iis, quae moralitatem concernunt, ullo modo ad forum civile trahatur, quemadmodum his temporibus in utraque dioecesi practicabatur, ut in Zamosc Premisliensis, in Stanislawow et Zaleszczyki Leopoliensis dioecesis, ubi ex Clero curato ad publicum

arestum quandoque ob minores etiam devietates accepti nonnulii fuere, id enim deprimit authoritatem spiritualem, praesertim in his Provinciis, ubi necdum plebs debite illustrata est, eoque ipso imminuit convenientem S. Religioni Venerationem nec etiam necessarium esse videtur, cum eo fine Consistoria gratiose siut erecta, ut Clero ejusque actionibus attendant, omnesque devictates amovere ab eodem studeant. Limitata vero per influentes jurisdictiones Civiles nimium Episcoporum in concernentibus disciplinam Ecclesiastica Jurisdictio quandoque impedit ea, quae bono spirituali plurimum proficua forent, praesertim cum Episcopis ct eorum Consistoriis multo melius notum sit, quae Populi dioecesani consuetudines, qui mores, quae educatio, quae notitia rerum necessariarum, et quae circumstantiae aut ad bonum conducentes, aut idem impedientes, adeoque melius etiam Episcopi eorumque Consistoria norunt, quales dispositiones faciendae, quid immutandum, et qualia subjecta ad obeunda munia parochialia pro diversitate locorum sint applicanda, cui, et quale altius munus concredendum.

2. Ut unus ex Episcopis Graeco-catholicis juxta primaevam diseiplinam Ecclesiae orientalis in ditionibus sacratissimae Majestatis Vestrae ad dignitatem Metropolitani evehatur, ad quem in casibus emergentibus Apellatio fieri possit, et qui una invigilaret, ut regimen Ecclesiasticum in suo ordine, et disciplina in debita uniformitate conservari possent.

3. Ut in iis locis, ubi Episcopis necessarium id visum fuerit, constituti Surrogati proportionata pensione provideantur, qui caeteris in circulis existentibus Parochis et Decanis invigilarent, ut instructio pastoralis, devotio et moralitas debito modo ac ordine ab omnibus observeter, et omne devium quantocyus locorum Ordinariis et eorum Consistoriis deferrent. Cum enim utraque in Regnis Galiciae ct Lodomeriae dioecesis ita ampla sit, ut una 1918 altera 1353 Parochis constet, haud possibile est, ut unum Consistorium praesertim remotioribus Parochis invigilare posset.

Digitized by Google

4. Ut domus correctionis in utraque dioecesi fundetur; cum enim tam numerosi sint in utraque dioecesi parochi, soepius contingere potest, ut aliqui eorundem dentur correctione indigentes: ast cum subsistentia horum Parochorum ita misera sit, ut vix alimentationi domesticae cum uxore et prolibus sufficiat, vocatus pro spiritualibus recollectionibus omni modo sese sustentandi destituitur, et eo ipso diutius, donec plenarie mores emendaret, haud detineri potest. Pro oeconomia vero aerarii publici in dioecesi Premisliensi monasterium Basilianorum cassatum Swięty Spas dictum, in dioecesi vero Leopoliensi hoc fine erecta domus loci Ordinarii propriis sumptibus ad Ecclesiam cathedralem existens provisione tamen pro sustentatione indigens, determinari posset, dummodo tali quali fundatione juxta emergentes circumstantias provideretur.

5. Ut jura, privilegia et decreta tum ab anterioribus Serenissimis Regibus Poloniae, tum a p. m. Augustissimo Imperatore Josepho II lata et firmata, praesertim coequationem rituum Catholicorum respicientia, quorum praecipua hic copiatim adducuntur, a sacratissima Majestate Vestra gratiose approbentur, id enim concordiam et tranquillitatem inter ipsos Subditos plurimum firmaret.

6. Ut liceat Episcopis parochias cum incommodo parochianorum concentratas ad pristinum statum reducere: cum enim officia circularia inhaerendo regulis directivis distantes a se dimidio etiam miliari parochias, praesertim in partibus montanis, ubi incommodior datur frequenter transitus, concentraverint, factum inde est, ut plerique rarissime, alii vero praesertim debiliores nunquam Ecclesias parochiales adeant, hinc autem necessario sequitur ignorantia etiam essentialium religionis, neglectus devotionis, et cuncta alia ex hoc rivo promanantia vitiae aeque Religioni ac civitati summe nociva.

7. Ut Ecclesiae cathedrales Leopoliensis et Premisliensis Clero saeculari provideantur, qui et munia Ecclesiastica

Digitized by Google

pro norma aliis Ecclesiis parochialibus obiret, et Episcopis consuetas functiones peragentibus ad assistentiam praesto foret: ne autem onerosum regio aerario id videatur, pro sustentatione ejusdem Cleri in dioecesi Leopoliensi summae ad cathedralem Ecclesiam pro obligationibus fundatae junctim 54.000 fls. Rhe. efficientia, in Premisliensi vero avulsa per regium Fiscum vindicanda 25.000 flor. rhs. efficientia, praeterea tertia pars ex derelicta mobili substantia Athanasii Szeptycki intestati defuncti applicentur, et hisce summis proportionatus Individuorum numerus pro semper supremo decreto firmetur, unde id etiam emolumenti religioni sequeretur, quod Clerus hic majorem commoditatem in dies sese perficiendi, et eo ipso ad altiora in dioecesi obeunda munia habiliorem se reddendi haberet.

8. Ut ordini Basilianorum, qui in ritu graeco est unicus, aeque atiquissimus, ac bono religionis plurimum proficuus, permittatur *primo.* Noviciatus et in Monasteriis juxta praescriptum pro academiis systema studium philosophicum et theologicum. *Secundo* restituatur Superioritati religiosae consuetum regimen. *Tertio* restaurentur majora saltim monasteria partim cassata, partim ad cassandum proposita juxta adnexam eorundem specificationem. *Quarto* Abbatiarum Leopoliensis in Uniow, et Premisliensis dioecesis in Żołkiew, persistentia confirmetur, utpote decretis Augustissimi p. m. Josephi II firmatae, et quarum Abbas Unioviensis ad statum etiam regni gratiose est admissus, et tandem. *Quinto* minorum Monasteriorum cassatorum substantia pro meliori subsistentia majorum applicetur. Ordo enim hic in suo vigore conservatus et civitati et religioni multum commodi adferret. Nam in remotioribus ab academiis monasteriis studia humaniora juventuti propriis expensis traderet; quemadmodum etiam nunc scholas normales tradit, parochis praesertim debilitate correptis, aut majorem numerum parochianorum habentibus facili negotio adjutorio praesto forent, quod obsequium

Digitized by Google

et adpraesens praestat ad illustrandum populum rudiorem in articulis fidei et morum, praesertim in partibus montanis missiones sacras juxta antiquiorem consuetudinem cum beneplacito Lociordinari, ubi nimirum id necessarium esse videretur, perageret, denique in majoribus praesertim Civitatibus populo ex variis oris confluenti obsequia spiritualia praestaret, nec non Nosocomia et Individua militaria ritum graeco-catholicum sequentia iisdem obsequiis cum oeconomia aerarii publici provideret.

9. Ut causae matrimoniales et praesertim divortiales, in quibus plurimum de validitate Sacramenti, adeoque de debita reverentia essentialibus Religionis agitur, ad ecclesiasticum Forum pertineant: misso enim hoc, quod quandoque absque omni dirimenti impedimento praesertim a Magistratibus quibusdam minoribus divortium declaratum, eoque ipso violatio Sacramenti commissa fuerit, sequitur id etiam hinc insuper, quod plebs in his praecipue provinciis, uti jam superius dictum est, minus illustrata nec inter Sacramenta matrimonium numerabit, si invalidationem illius ad forum civile pertinere viderit.

10. Ut pia legata sine praevio Placeto regio fieri permittantur: notum. enim Sacratissimae Majestati Vestrae, ad quem statum in his Provinciis ritus graeci-catholici fundationes devenerunt, hoc vero modo successive saltem cum emolumento et oeconomia aerarii publici restaurari possent.

11. Ut alumni Seminarii Generalis annum practicum et tempus Presbyterii penes cathedras iisdem expensis uti huc usque peragant, longiori enim tempore ab Episcopis probari et convenientius pro diversitate circumstantiarum applicari possent.

12. Typographiae in imprimendis libris cujuscumque idiomatis ad respectivos locorum Ordinarios racurrant, neve audeant abhinc ullos Libros sine praevia dicta approbatione imprimere: siquidem experti sumus plurimos recenter impres-

Digitized by Google

sos libros cum summo detrimento religionis manibus Fidelium teneri, quod etiam civitati, uti jam experientia probatum est, non modicum adfert impedimentum.

13. Ut monialium ordinis S. Basilii Magni saltém unum monasterium in omni dioecesi relinquatur, idque ad educandas proles foeminci sexus praesertim nobilioris conditionis ritus graeci-catholici obligetur, et necessariis ad id mediis provideatur: utique a matribus primitiae proficuae civitati et religioni educationis prolium dependent, si vero hae hauriendae bonae educationis nullum fontem habuerint, nullomodo eandem etiam prolibus suis dare poterunt.

14. Ut scholae normales, sub inspectione tamen Episcoporum, etiam lingua nationali pro diversitate locorum tradantur, neve in eodem oppido, aut in eadem villa diversitas ritus diversitatem quoad idioma scholam normalem impediat.

15. Ut didascali seu Ludimagistis, ac ministri ecclesiastici a tyrocinio militiae liberi declarentur, siquidem sine his ceremoniae et devotiones Ecclesiasticae juxta ritum Nostrum peragi, et juventus lingua nativa in primis rudiments instrui non potest, unde necessario sequitur, ut populus ritus nostri succrescens in devotione et vera religione tepescat, ac ad ulteriora studia praesertim vero ad statum Ecclesiasticum necessaria inhabilis reddatur.

Hae sunt humillimae preces nostrae, quas infrascripti ad thronum Majestatis Vestrae defferentes, approbandas enixissime iteratis vicibus efflagitant, cum debita fidelitate ac obedientia pro semper perseverando — Sacratissimae Majestatis Vestrae — obedientissimi ac fidelissimi Vasalli — Maximilianus Rylo Episcopus Premisliae r. g. c. L. S. Petrus Bielański Episcopus Leopoliens. H. C. ritus graeci-catholici m. p. L. S.

Datt. in Przemiśl die 11 Mai 1790.

Digitized by Google

Adnotationes

super Petitis ab Episcopis Premisliensi et Leopoliensi ritus graeco-catholici Sacratissimae Majestati die 30 Maji 1790 exhibitis.

Quoad 1. de restituenda Episcopi Jurisdictione agens. Cum petiti hujus decisio ad generalem dispositionem sit reservata, sequentium praesertim reflexio habenda humillime exposcitur.

a) Ne Parochi aliaeve Personae Ecclesiasticae pro minoribus devietatibus ad publicum arestum trahantur, intelligitur hic arestum octo aut quatuordecem dierum, vel etiam unius mensis, haec enim poena alio etiam modo, nimirum in domo correctionis aeque exequi posset, et tamen scandalum illud quod hinc plebs, praesertim necdum debite illustrata habere solet, evitaretur. Praeterea arestum tale infamiae publicae speciem praesefert, adeoque restitutio talis arestati pristinae suae Parochiae non facile cum principiis juris canonici conciliari potest, cum denique executio talis poenae sine scitu Jurisdictionis Ecclesiasticae fieri soleat, sequitur hinc, quod Parochia suo Parocho privetur, quin id a Jurisdictione Ecclesiastica sciatur, nec proinde defectus hic illico suppleri potest.

b) Si id permitti nequiret, ut cognitio cujuscunque criminis a persona Ecclesiastica commissi a jurisdictione Ecclesiastica peragatur, id saltem in posterum decernatur, ne similes indagationes sine asisstentia individui Ecclesiastici ad id assignandi peragantur. Evenit enim quandoque, ut Persona Ecclesiastica aut non in statu bene sese explicandi, aut plane ignoret, quid contra illam protocollo lingua germanica inscribatur; consequenter innocens condemnetur. Experientia id jam pluries probavit. Hoc loco observandum etiam ex parte Spirituali in-

Digitized by Google

dividua ad expediendas cum comissariis saecularibus commissiones adhibiti fuerint, id cum summo eorundem individuorum damno factum est. Nam commissarii saeculares, praeter annuam pensionem diurnas habendo, nullam causam properandi habuerunt, imo aliquando determinato tempore nec comparuerunt ad locum designatum. Individua vero ex parte Spirituali nullas diurnas assignatas habentes, et domi oeconomiam, ex qua sese sustentant, negligunt, et novas expensas patiuntur. Adeoque aut etiam diurnae similibus commisariis Ecclesiasticis assignentur, aut vero illae pro saecularibus destinatae in tali casu dividantur.

c) Ne accusati de crimine graviori, donec illis id deductum fuerit, ad publicum arestum trahantur, sed potius in domo correctionis sub custodia relinquantur, ibique commissiones expediantur. Quandoque enim innocentes gravissimi etiam criminis ex odio vel malitia aliorum postulantur. Sic non ita pridem Parochus ex dioecesi Premislien. accusatus de falsificatione monetae integro anno in aresto detinebatur, post expeditas vero strictissimas commissiones innocens apparuit.

d) Ut omnes dispositiones sive civile sive spirituale objectum habentes nonnisi per Consistorium Parochis intimentur; hoc enim modo multo facilius sciri poterit, num et quomodo similes dispositiones ab omnibus Parochis ad effectum deductae fuerint, praeterea nunquam quisquam illorum aliquid contrarium suum factum in ignorantiam dispositiones conjicere poterit, praesertim cum juxta modernam dispositionem quivis Parochus subscribere debeat, quod illi haec vel illa dispositio a Consistorio rite intimata fuerit, et tales subcriptiones pro legitimatione ad cancelariam consistorialem remitti solent.

e) Ne Episcopi in instituendis Individuis ad obeundam curam animarum ullum obstaculum patiantur. Contingit enim aliquoties, ut legitime instituta individua sine ulla justa causa

Digitized by Google

ad mandatum jurisdictionis civilis contra voluntatem ipsorum individuorum et Episcoporum ad aliam Parochiam transferri debuerint.

Quoad 2 de erigenda Metropolia agens.

Cum hic maxima difficultas subversetur in assignando fundo, maxime consentaneum esse videtur, si pro erigendo tali fundo recuperatio avulsorum a fundationibus Episcopauum, quibus vindicandis nulla obest ratio, regio fisco stricte injungeretur.

Observandum autem hic venit.

a) Quod praeter adducta in eodem puncto motiva ipsa antiquissima Ecclesiae disciplina id exigat.

b) Quod spectata tante amplitudine dioecesium et tanto numero Pariochiarum rectus ordo et bonum aeque religionis ac civitatis postulent, ut saltim in tres dioeceses dividantur, quarum tertia a Metropolitano regi posset.

c) Ut saltim, donec hoc petitum ad effectum suum deductum fuerit, instantia aliqua, ad quam in casibus emergentibus apellatio fieri posset, determinetur, cum id hucusque clare determinatum non fuerit, hic vero iterum tam numerosi cleri et misere subsistentis reflexio habenda exposcitur. Quod si Smae Majestati placeret aliquem ex Epicopis cum hac solum pensione, quam qua Episcopus nunc habet, ad officium et dignitatem Metropolitani promovere, sed expositur, ut pro melioratione illius Episcopi dotationis, saltim declaretur liber ab omnibus ex eadem fundatione ad aerarium publicum solvi solitis contributionibus.

Quoad 3 institutionem Surrogatorum continens.

Supplicantes opinantur optimum fore, si in omni circulo, exceptis duobus in dioecesi Premisliensi, Rzeszoviensi et

Digitized by Google

Sandecensi, qui ob exiguum numerum Parochiarum rit. gr. catholici proximioribus commode adjungi possent, Decanus circularis, ad id per respectivum loci ordinarium idoneus adinventus, constitueretur, et proportionata pensione ex fundo religionis provideretur, talis vero Decanus obligaretur:

a) Omnes in suo circulo Parochias soepius visitare, et de moribus Parochorum, omnium Personarum Ecclesiasticarum diligenter investigare.

b) Num dispositiones omnes tam a civili quam ab Ecclesiastica jurisdictione emanatae debite adimpleantur? sedulo invigilare.

c) De omnibus devietatibus et de statu Parochorum curaque ac studio illorum in promovendo bono publico fidelem relationem omni trimestri Consistorio exhibere.

d) Decreta praesertim malis aliquibus obviantia quantocyus executioni demandare.

Pensio vero pro talibus Decanis sufficiens fore videtur, si praeter congruam illorum, quam qua Parochi habere possunt, saltim 300 rh. pro unoquoque assignarentur. Cum vero munus Parochorum tales Decani obeant, et vi injuncti sibi officii soepius a Parochia abesse cogerentur, necessarii omnino forent illis Cooperatores, tales vero pro Cooperatoribus assignari deberent, qui illis etiam quandoque in cumulatis adsemel expeditionibus adjutorio esse possent, adeoque etiam pro unoquoque tali Cooperatore saltim 200 rh. assignandi esse censentur.

Per institutionem talium Decanorum etiam labores in officiis circularibus minuerentur, nam Decani taliter instituti omnibus Ecclesiastico-politicis invigilarent, idcirco ut fundatio latium Decanorum cum oeconomia aerarii fieret, quartus in circulis comissarius cassari et expensione illius Decanus cum suo Cooperatore supra mentionata remuneratione provideri posset.

Digitized by Google

Quoad 4 necessitatem erigendi Domus correctionis exhibens.

Cum etiam in hoc puncto de inveniendo fundo difficultas subversetur, idcirco supplicantibus maxime consentaneum esse videtur, ut pro necessariis expensis domus correctionis pro dioecesi Leopolien. tertia pars substantiae in bonis mobilibus post defunctum Leonem Szeptycki anteactum Leopolien. Episcopum relictae convertatur, pro dioecesi vero Premislien. cum nec aedificium tale penes ecclesiam cathedralem detur, saltim donec melior sors affulserit, Monasterium ordinis S. Basilii M. cassatum, Spas dictum, cum suis pristinis proventibus applicetur, aut, si id intuitu dioecesis Premislien. minus possibile videretur, penes Ecclesiam cathedralem in infimo ambitu cubicula ob magnam desolationem non inhabitata sumptibus fundi religionis, qui utpote exigui momenti forent, in hunc usum reparentur, et individuis saltim hucusque usitata dietim quantitas ex fundo religionis extradi ex cassa circulari juxta exigentiam circumstantiarum sine praevia pro omni emergente necessitate Gubernio insinuatione erga quietantiam recollectantium Magistri levanda pro semper decernatur, adeoque necessarium foret, ut

a) Vindicatio supradictae tertiae partis substantiae Szeptycianae quantocyus ad finem perducatur per reg. Fiscum, tum

b) Vindicata haec substantia in bonis terrestribus securius locetur, et

c) tam proventus quam expensae sint sub diligenti inspectione Lociordinarii ac illius Consistorii, ac tandem

d) ut haec fundatio sit stabilis, nullique etiam sucessu temporis obnoxia mutationi, gratiosissimo Privilegio regio pro semper firmetur, quod praeprimis humillime exposcitur unice amore boni religionis et civitatis.

Digitized by Google

Quoad 5, quo confirmatio privilegiorum petitur.

Hic intelliguntur privilegia ab Augustissimis Imperantibus nationi Ruthenae gratiose concessa, quibus coaequatio rituum catholicorum in omnibus firmatur, nimirum ne

a) Unus atterum ritum contemnat aut praeferentiam sibi aliquam appropriet, tum

b) Ut iisdem juribus admissionis ad promotiones, iisdem privilegiis ac dignitatibus clerus aeque ac status civilis ritum graeco-catholicum sequens frui permittatur; neve.

c) Unus ritus alium in obeundis suis muniis ac peragendis devotionibus quocumque modo impedire audeat.

Motiva quivis facile hic perspicere potest, nam id vel maxime concordiam inter subditos firmaret. Praeterea scandalosas illas inter clerum ipsum de juribus disceptationes quandoque fieri solitas e medio tolleret, tandem

3. Solarentur plurimum ritum graecum sequentes, quod juxta aequitatem eadem aut fors majora adhuc onera ferentes, multoque majorem partem Regni constituentes iisdem beneficiis gaudeant.

Quoad 6 concentrationis Parochiarum emendationem exoptans.

Id praesertim de concentratione Parochiarum in partibus montanis intelligendum, unde hucusque copiosae a Parochianiis querelae contra cocencentrationes Parochiarum, cum summo illorum incommodo factas, venire non cessant, testantur id protocolla aeque Consistorialia ac Gubernialia.

Nec obstat, quod hae concentrationes ab Episcopis subscriptae fuerint. Episcopis enim ipsis situs loci tunc temporis notus non erat, fidebant itaque solum subscriptionibus Decanorum suorum, hi vero in ullo puncto commissariis circularibus

Digitized by Google

contrariari nolentes, praeterea ad varietatem temporibus minus attendentes, juxta voluntatem commissoriorum protocolla regulationis Parochiarum idiomate sibi ignoto conscripta, et quin de obstaculis soepe evenientibus Parochiani interrogarentur, subscribebant.

Cum praeterea DD. commissarii ubique fere tempore sereno Parochias regulaverint, in locis illis distantiam dimidiae horae inveniebant, in quibus tempore lutoso aut brumali, plus quam integrae horae distantia aut plane impossibilis transitus fieri solet, adeoque innocenter quodammodo etiam commissarii putabant se regulis directivis insistere.

Tandem nec id negari potest, pluribus in locis, quin situs loci visus fuerit, regulationem hanc peractam fuisse, facile itaque errores plures committi poterant. Adeoque optimum esse videtur, si vicariis generalibus utriusque dioecesis praecommitteretur, qui non cunctando praesertim in partibus montanis regulationem Parochiarum verificarent, et ubi invenerint hanc debite factam, populum pacarent, ubi vero contrarie, emendandam exhiberent, unaque etiam illam partem dioecesis visitare possent. Conscientiose enim asseri hic potest, nihil magis bono religionis et civitatis nociturum, quam si similes querelantes cum suis querelis inconsolati relinquerentur.

Quoad 7 de fundatione Cleri saecularis penes Ecclesias cathedrales agens.

In hoc puncto supplicatur.

a) Ut certus numerus Individuorum ex clero saeculari sub quocumque demum nomine penes Ecclesias cathedrales instituatur, et

b) tum hic numerus, tum pro sustentatione eorundem provisiones provenientes a summis fundationalibus ad Ecclesias cathedrales pro semper privilegio regio gratiose firmentur,

Digitized by Google

quod sequenti modo sine onere aerarii publici et cum omni Ecclesiae cathedralis commoditate fieri posset.

Ecclesia cathedralis Leopolien. a summis suis fudationibus certis et nulli amplius controversiae subjectis, apud varios in bonis terrestribus securis locatis habet certum annum interesse efficiens 2716 fr. 18 xr. quod nunc variis Presbyteriis adnexas obligationes absolventibus distribuitur. Hoc interesse pro novem individuis penes eandem cathedram pro semper fundandis commode sufficeret, si hoc modo distribueretur, nimium

1.	Pro Parocho cathedrali, cujus etiam est necessitas, cum haec Ecclesia sat numerosam Parochiam sibi adnexam habet. . ;	450	fl.	rh.
2.	Pro Ceremoniarum magistro .	400	"	"
3.	Pro Concionatore . . .	350	"	"
4.	Pro Poenitentiario . .	300	"	"
5. 6.	Pro duobus Cooperatoribus .	600	"	"
7. 8.	Pro duobus chori directoribus	375	"	"
9.	Pro praefecto Sacristriae .	241	"	18 xr.
	Quod simul efficit	2716	fr.	18 xr.

Ecclesia vero cathedralis Premislien. nunc nonnisi 300 fl. certum et stabilem proventum habet, ast est summa 25000 in rem Ecclesiae cathedralis apud Successores Athan. Szeptycki Episcopi anteacti Premislien. haerens, decreto jam evicta; haec itaque summa, si per Fiscum regium reciperetur et in bonis securis locaret, annuum proventum faceret, 1250 fr. adeoque simul haberet Ecclesia Cathedralis Premisliensis proventum effieientem 1550 fl. huic si super adderetur adhuc normalis pro Parocho pensio 300 f. r. ex fundo religionis exolvenda, simul efficeret 1850 f. r. ex qua pro septem individuis sufficeret, si hoc modo distribueretur:

Digitized by Google

1.	Pro Parocho Cathedrali	400	f. r.
2.	Pro oncionatore	300	"
3.	Pro Poenitentiario	250	"
4. 5.	Pro duobus Cooperatoribus	500	"
6.	Pro Chori directore	200	"
7.	Pro Sacristiae praefecto	200	"
	Quod simul efficit	1850	f. r.

Ut autem tum penes cathedram neo fundatus tum in Parochiis existens clerus aliquem stimulum bene merendi habeat, delegati Episcoporum aequum justumque esse opinantur, ut clerus penes Ecclesias Cathedrales fundandus Praelatis Capitularibus et Cooperatoribus cathedralibus constaret, seu quod idem est, ut formalia Capitula penes utramque Ecclesiam cathedralem erigantur.

Id enim et — a) Coequatio rituum catholicorum cujus confirmatio humillime exposcitur, et

b) Ipse rectus ordo, ut nimirum Individua Ecclesiastica sese perficiendi ac in dies melius merendi aliquem stimulum habeant, et

c) Antiquissima ac nunquam interrupta Ecclesiastica disciplina ac denique

d) etiam ratio status, cum corpus pluribus membris constans multo melius ac efficacius bonum publicum promovere possit, id exigat.

Plura motiva pro necessitate ac utilitate Capitulorum tum in genere tum in specie militantia in adnexo adducuntur.

Ut autem planum id cum oeconomia aerarii publici ad effectum deduci possit, medium aptissimum sequens esse videtur.

Digitized by Google

a) Totum capitulum in utraque dioecesi constet decem individuis, nimirum quinque Praelatis, Decano, Praeposito, Archidiacono, Cancelario et Custode capitulari, et quinque Canonicis

b) Praelati primi quatuor iidem sint, qui Consistoriales eademque pensione, quam ut Consistoriales habent, contententur. Adeoque Vicarius generalis Decani, Consiliarius secundus Consistorii Praepositi, Consiliarius tertius Archidiaconi, Cancelarius capitularis una Cancelarii consistorialis officium et dignitatem possidere posset. Quinti Praelati seu Custodis Parochus cathedralis ex fundationibus cathedralis Ecclesiae sustentationem habens locum occupet. Canonici vero quinque spectatis meritis ex Parochis aut Cooperatoribus cathedralibus nominentur, suis etiam aliunde sibi assignatis congruis contenti, condonata ipsis juxta normale taxa. Cum autem hucusque in utroque Consistorio munus Cancelarii personae saeculares obeant, in locum horum ex Clero apta ad id subjecta adinventa substituantur.

c) Si quid in posterum ex avulsis in rem Capituli vindicaretur, aut si aliquod pium legatum praevio Placeto regio accederet, annuus ab hoc proventus inter omnes Capitulares dividendus decernatur, hoc enim modo quivis haberet justum motivum ad procurandum bonum Capituli.

Si itaque planum hoc Sermae Majestati placeret, necessarium foret, ut

a) Regio Fisco praecommittatur, quatenus pro Summis supra specificatis bona terrestria pro fundatione Cleri cathedralis emantur, id enim stabilem fundationem redderet, et commodius sustentationi Individuorum sufficeret.

b) Erectio Capituli privilegio regio firmetur cum omnibus juribus et privilegiis Capitulo competentibus ac denique.

c) Juxta communem consuetudinem Erectio haec capituli Sedi Romanae approbanda exhibeatur.

Digitized by Google

Praeprimis autem regia confirmatio instituendi ac fundandi penes Ecclesias cathedrales saecularis Cleri decernenda humillime exposcitur. Enimvero nunc etiam plerique ex alumnis finitis studiis melioris spei juvenes penes cathedrales Ecclesias manendi animum haberent, ast cum nullam stabilem fundationem videant, animum suum mutare cogantur.

Quoad 8 de retinendis pluribus Monasteriis Ordinis S. Basilii M. agens.

Hoc puncto petitur, ut plura Monasteria relinquantur, quoniam decreto Generalis regulationis aeque Porochiarum ac monasteriorum nonnisi sex pro utraque dioecesi ad subsistendum determinant.

Motiva in eodem puncto adducta satis demonstrant plurimum relinquendorum utilitatem, adeoque delegatorum Episcopalium opinione aut in omni circulo, ubi monasteria dicta dantur bina aut saltim in genere 18 pro diversitate locorum et circumstantiarum a Consistoriis collato cum Provinciali consilio determinanda circa appositas in eodem puncto clausulas permittantur. Ut autem publico majorem utilitatem praestent, obligentur insuper ad instruendos Ludimagistros, qui et obsequia Ecclesiae ordinate praestare, et proles Parochianorum in scholis trivialibus instruere in lectione et scriptura possent.

Quoad 9. 10. 11. et 12 nihil adnotandum venit.

Quoad 13. De monialium subsistentia agens.

Petitum hoc eum unicum finem habet, ut filiae Parochorum et nobilium pauperum ritus graeco-catholici aliquod medium hauriendae educationis haberent.

Digitized by Google

Hic autem finis obtineri nequit, nisi prius loco phisico ad id apto et fundo pro sustentatione provideantur. Adeoque necessarium foret, ut

a) Leopoli aut inceptum pro iisdem Monialibus monasterium finiatur, aut aliud aliquod vacuum detur.

In Premisliensi vero dioecesi etiam aliquod Monasterium cassatum et hucusque nulli alii usui applicatum, quale esset in Przemisl Benedictinarum, in hunc usum applicetur.

b) Ab iisdem avulsa mediante Fisco regio recuperentur et perpetuo incorporentur.

c) Noviciatus permittatur, ita tamen ut

d) Nonnisi assentiente Episcopo et ejus Consistorio illae solum candidatae suscipiantur, quae debitae educationi dandae capaces adinventae fuerint, et

e) Ultra numerum sustentationi proportionatum non acceptentur, Sivero

f) Monasterium Jaworoviense per conflagrationem integrae civitatis idem fatum expertum sit, eaedem moniales una cum substantia sua ad Monesterium cassatum Basilianorum Szczeplotense transferantur, et cassati ejusdem caenobii Szczeplotensis fundatio pro tali quali meliori sustentatione applicetur, unaque monialis ad regendum capax pro Abbatissa futurae hujus communitatis destinetur, et e Monasterio Lembergensi seligatur.

Quoad 14. De scholis Normalibus.

Per scholas normales intelliguntur hic etiam triviales penes Ecclesias Parochiales in oppidis et Pagis erigendae. Petitur vero hic, ut

a) Talium scholarum erectio permittatur praesertim cum pluribus in locis ipsimet Parochiani pro sustentanda tali schola sese obtulerint.

Digitized by Google

b) Ut in iisdem scholis juventus lingua patria in lecione scriptura et catechismo a didascalis instruatur, ubi successu temporis et ad scholas normales et ad seminarium et pro didascalis subjecta praepararentur, et hoc modo optime allici posset juventus ad frequentandas scholas.

c) Ut in eodem Oppido vel Pago erecta trivialis schola penes Ecclesiam latinam non impediat erigendam penes Ecclesiam graecam, quemadmodum id hucusque fieri solebat, neve Parochiani ritus graeci propriam scholam trivialem habere volentes ad contribuendum pro sustentanda schola triviali aliena obligentur. Datum Viennae die 26 Junii 1790 anno.

Julianus Sponring et Nicolaus Skorodyński,
Delegati Fpisoporum Leopoliensis et Premisliensis.

Ad hanc petitionem confirmabatur Seminarium generale Leopoliense Ruthenum, porro emanavit celebre *diploma* coaequationis ritus graeco-cath. Ruthenorum cum ritu latino Polonorum:

Sua Majestas ad humillimas preces duorum deputatorum Generalium Vicariorum Episcoporuum Graeco-unitorum Leopoliensis et Premisliensis in confirmationem privilegiorum pro ritu graeco-unito, quae eidem stante anteacto altissimo Regimine obtingerunt, clementissime consensit; cujus contextus in essentialibus eo tendit, ut spirituales et saeculares fideles hunce ritum sequentes sine discrimine in omni objecto aequaliter cum ritu latino reputentur et habeantur, ut dein a posteriori erga priorem neque minima postpositio admittatur, ita etiam propter differentiam Ritus praeeminentia non concedatur, ut insuper graeco-catholicis Spiritualibus et saecularibus personis eadem jura et praetensiones ad promotiones et dignitates competant, quibus illae ritus latini gaudent, ut tandem nullus ex utraque parte alteri ne minima praepedimenta quoad religionis exercitia sub severissima responsio-

Digitized by Google

ne faciat, et istud totum a quovis accuratissime observetur. Hinc desuper praedicti duo generales Vicarii circa eorum reditum verbaliter de memorato contextu pro eorum interimali pacificatione hoc cum adjuncto illico informantur, quia solitum confirmationis diploma proxime sequetur. Viennae 26 Junii 1790. Ad regium Galiciense Gubernium.

Sub die 22 Julii 1790 Nro 16441 significat Gubernium, Suam Majestatem Aulico decreto ddto 26 Junii ejusdem anni ad repreasentationem Viennam ablegatorum Vicariorum Generalium Episcoporum r. g. c. ruthenorum Galiciensium Leopoliensis et Premisliensis confirmasse jura et privilegia ab antecessoribus suis pro ritu graeco unito data nec, non coequationem ritus Graeci cum latino, de quo mox conscribendo diplomate Vicari generales sub 8 hujus mensis informati sunt, sub hodierno autem informantur Episcopi r. l. Leopoliensis Premisliensis, Tarnoviensis et r. armeni Leopoliensis. Insuper Sua Majestas sub 1 hujus mensis ad petitum Archiepiscopi armeni Jacobi Tumanowicz similia jura Cleri ritus armeni et coequationem hujus ritus cum latino confirmavit.

Nos Leopoldus II. Divina favente Clementia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Galiciae, Lodomeriae, et Hierosolimae Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae et Lotharingiae, Magnus Dux Hetruriae, Magnus Princeps Transylvaniae, Dux Mediolani, Mantuae, Parmae, etc. Comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis etc. etc.

Vobis Fidelibus Nostris sincere dilectis Episcopis ritus graeci Catholicis Galiciensibus salutem, et gratiae, clementiaeque Nostrae Regiae continuum erga vos incrementum.

Considerantes ritum graeco-catholicum a tempore revindicationis Galiciae et Lodomeriae regnorum, debitam semper

Digitized by Google

erga Nos, Nostramque Domum devotionem im omnibus occasionibus demonstrasse, humilimis petitis vestris Nobis ddto 30 Maji currentis Anni exhibitis animo deliberato et ex plenitudine Regiae potestatis Nostrae annuere decrevimus, et insistendo Decretis et Privilegiis tum ab immediato, tum ab anterioribus antecessoribus Nostris latis, coaequationem rituum Catholicorum quoad omnia firmantibus, eandem rituum catholicorum coaequationem in Regnis Nostris Galiciae et Lodomeriae, utpote justam et bono aeque religionis ac civitatis proficuam autoritate Nostra Regia confirmamus, firmiter mandantes: Primo: Ne unus catholicus alterum aeque catholicum ritum contemnat, impediat, aut molestet, aut praeferentiam aliquam sibi appropriet. Secundo: Ut iisdem juribus admissionis ad promotiones, iisdem Privilegiis ac dignitatibus aeque clerus atque civilis status ritum graeco-catholicum sequens, in Regnis Nostris fruatur, et frui permittatur. Tertio: Ne unus ritus alterum in obeundis suis muniis, ac adimplendis consuetis devotionibus quocunque modo impedire praesumat, vel ab aliis impediri, turbari, aut molestari permittat, modo aliquali; enimvero si qui ex Nobis subjectis quidpiam in obversum attentare praesumpserint, noverint semet indignationem Nostram incursuros. In quorum fidem et testimonium hasce litteras Nostras confirmantes propria manus Nostrae subscriptione et secreti majoris sigilli nostri, quo ut Galiciae et Lomeriae Rex utimur, impendentis munimine roboratas expediri, et Vobis in perpetuam rei memoriam extradi jussimus. Datum per manus fidelis Nostri nobisque sincere dilecti spectabilis et magnifici Comitis Leopoldi Krakowski de Kollowrat, Consiliari Nostri actualis intimi, ac Camerarii, Regis Bohemiae supremi, et Archiducis Austriae primi Cancellarii, aurei Velleris nec non Ordinis sancti Stephani magnae Crucis Equitis, in Archiducali Civitate Nostra Vienna die octava

Digitized by Google

mensis Julij, Anno Domini millesimo septingentesimo nonagesimo, Regnorum Nostrorum primo.

Leopoldus mp.

Leopoldus Comes a Kollowrat Regis Bohemiae supremus, et Archiducis Austriae primus Cancellarius.

(L. S.) Joannes Venceslaus Comes ab Ugarte mp.

Ad Mandatum Sacrae Regiae Majestatis proprium.
Josephus Comes O'Donel.

Intuitu restaurandae Metropoliae Haliciensis tum regulandarum Ecclesiarum cathedralium et Cleri ad supremum mandatum celebrabatur apud Gubernium sub praesidio Commisarii regii Comitis *Brigido* consultatio in praesentia utriusque Deputati Episcopalis, in qua sumebantur ad trutinationem argumenta pro capitulis Ruthenis cathedralibus, tum pro restauranda Metropolia Ruthena Haliciensi, refellebanturque objectiones, et unanimi consensu agnoscebatur necessitas Capitulorum et Metropoliae pro Ruthenis in Galicia.

Gubernium dedit hanc opinionem ut praecescisa dismembratione dioecesium Eppatus Leopoliensis ad Metropoliam elevaretur, et Metropolitae pro melioratione congruae additamentum annuum 2000 fl. assignetur. Quum vero de summis fundationibus pro Capitulo Leopoliensi legatis quaestio oriretur, Episcopus Bielański exhibuit contrarias opiniones, unde decretum Aulicum sub 16 Maji 1792 Nro 316 et Gub. ddto 8 Junii 1792 has quaestiones in decisas reliquit, et Capitulares ad gratitudinem pro acceptis jam beneficiis relegavit. Attamen idem Episcopus coequationis diploma sedulissime typis publicavit, ut tali saltem ratione injuriam ritui suo illatam resarciret, anhellans sub manuductione Josephi Dzierzkowski summis fundationalibus in rem Capituli Rutheni Leopoliensis factis.

Digitized by Google

Adnotatio II. Adducimus hic elucidationem, quae causam Capitulorum Ruthenorum in genere et Leopoliensis et Premisliensis in specie demonstrat et omni ex parte comprobat, ut nullum habeatur dubium, Capitula sicut in Ecclesia Graeca ita etiam Ruthena inde ab antiquissimis temporibus extitisse, neque eadem in Ecclesia Ruthena dici posse aliquam novitatem vel innovationem, prouti dicebantur ex hoc solum motivo, ut clerus ruthenus saecularis deprimatur, sicuti idem clerus etiam supressione Capitulorum Ruthenorum sub regimine Polonico in commodum PP. Basilianorum, magna ex parte Polonorum, depressus erat, ut tali ratione ritus Ruthenorum graeco-catholicus facilius extirpari posset, PP. Basilianis promotione ad Eppatus remuneratis, qui etiam in toto Oriente seriori tempore sibi Episcopatus et alias dignitates vindicarunt, cum injuria cleri saecularis, quem in ruditate, ignorantia, depressione ac schismate retinent, ne a clero saeculari intra moenia monastica retrudi possint, et ut ita regulas monasticas eludant, quaerendo vitam in saeculo.

Elucidatio petitorum Sacratissimae Majestati nomine Episcoporum Leopoliensis et Premisliensis exhibitorum.

Quoad primum de Capitulis agens.

Ut quae intuitu stabiliendorum ac ordinandorum ad cathedrales ritus graeco.catholici Leopoliensem et Premisliensem Ecclesias Capitulorum Sacratissimae Majestati exhibita fuere in sequelam ordinationis de die 8 Julii nro 15622 uberius illustrentur, sequentibus eadem Excelso Gubernio duximus exponenda. Cum videlicet

1. Juxta adnexum brevem tractatum non tantum in Ecclesia Graeca inde ab antiquissimis temporibus Capitula cathedralia in usu fuerint, verum etiam usus hic in Russia

Digitized by Google

et nominatim ad Leopoliensem et Premisliensem cathedram, viguerit, ideoque dum de stabiliendis praefatis capitulis sermo instituitur, *non de nova re* quapiam introducenda, sed potius antiqua, temporum injuria collapsa, aut suppressa resuscitanda agatur. Jam vero

2. Resuscitanda haecce capitula exigat tam ipsa clementissime confirmata aequiparatio catholicorum ritus graeci cum catholicis ritus latini, ubique cathedralia liberaliter fundata capitula habentibus, quam etiam eorundem capitulorum utilitas atque necessitas. Etenim

a) Decor cultus divini ritus Ecclesiastici praescriptis imperatus poscit, ut Episcopo Sacra agenti personae Capitulares pro diversitate officiorum diversa munia obeuntes, adsistant; eo vero absente in Ecclesia Cathedrali tanquam Matre, magistra et norma omnium Parochialium Sacra ritu augustiori ac ad aedificationem fidelium peragant.

b) Regimini dioecesos rite administrando, spectata prosertim tanta earundem vastitate, ut altera 1918 altera 1353 numeret Parochias, Episcopus cum tribus Consistorii Consiliariis neutiquam sufficit; plures itaque necessariae sunt personae, quae jam commissiones in dioecesi evenientes expediendo, jam Consiliarios commissionum causa absentes aut aegrotantes supplendo auxiliariam praestarent operam, quo fieret, ut et regimini pastorali sive in institutione junioris sive inspectione et correctione curati cleri, sive tuenda doctrinae puritate, sive demum observanda disciplina Ecclesiastica, et abusibus ac superstitionibus extirpandis satis consuleretur, et una formarentur continuo idonea individua ad munus consiliariorum Consistorii emergente vacantia promovenda, quod secus tyronibus negotiorum ignaris conferri deberet.

c) Gravitas muneris Episcopalis tum relate ad Ecclesiam quam civitatem considerata exigit omnino, ut plures illustrioribus dotibus instructae praesto sint personae, ex quibus in casu vacantiae debitus fieri posset delectus, istud

Digitized by Google

quippe ipsum facit, ut alii alios virtutibus ac meritis praecellere conentur, et ita facillime dioecesibus de dignis Pastoribus prospici quaeeat, ubi alias eos nonnisi adsumi aportet, quibus digniores non reperiuntur, at vero in ritu graeco, ubi Clerus praeter tenues Parochias, ad praesens nullam promotionem sperare valens, passim statum matrimonii amplectitur, nullo alio modo candidati ad Episcopatus multiplicari possunt, nisi Capitula resusciteutur.

d) Necessarium sane est, ut quemadmodum in quovis alio statu varii promotionis dantur gradus, veluti totidem zeli ac meritorum stimuli, ita etiam in statu Cleri graeci ritus existant dignitates, quas licet spectata dioecesium vastitate pauci in proemium obtinere, plures saltim sperare, et sic jam ad literas impensius calendas jam zelum in cura animarum exhibendum incitari possint, isthaec vero necessitas comparate ad ritum latinum tanto est major, cum ibi quidem complura liberalius fundata habeantur beneficia, hic vero universa ejusmodi sunt, ut vix necessaria vitae suppeditare possint. Denique.

3. Eadem capitula pro hic et nunc subsistere queant, quum fundus religionis ad nullas novas provocetur impensas. Constituto enim utrobique quinque Praelatorum et totidem Canonicorum numero.

I. Vicarius Generalis Archipresbyteri seu Decani.

II. Alter Consiliarius Praepositi. III. In dioecesi Leopoliensi Rector Seminarii, cui una directionem studii philosophici et theologici idiomate rutheno tradi soliti, et inspectionem scholarum trivialium per dioecesim comittere congruum foret. In Premisliensi vero tertius Consiliarius, ad quem pariter scholarum trivialium inspectio pertineret, Scholastici. IV. In Leopoliensi Parochus cathedralis Custodis.

V. Cancellarius Consistorii deinceps loco saecularis idoneus Ecclesiasticus ad id muneris adsumendus Cancellarii Capitularis dignitatibus gaudere possent. I Porro in dioe-

Digitized by Google

cesi Leopoliensi quandoquidem vigore Testamenti per p. m. Antonium Lewinski Praepositum capitularem et Parochum Leopoliensem 8500 fr. ea sub conditione legata sint, ut si resuscitatio capituli confirmata fuerit, summa haec in rem capituli cedat, alias pro fundatione Parochi Leopoliensis ad Ecclesiam Obdormitionis B. V. M. convertenda, justissimum foret, voluntatem legantis ita implere, ut et modernus dictae Ecclesiae Parochus proventum ab hac summa percipiens, sit una primus Canonicus et deinceps ille semper constituatur, qui una Canonici dignitatem mereretur. Caeterum, quod reliquos pro dioecesi Leopoliensi quatuor et Premisliensi quinque numero Canonicos attinet, notandum venit: Ecclesiam cathedralem Leopoliensem a summis suis fundationalibus certis et nulli amplius controversiae obnoxiis, apud varios in bonis terrestribus secure locatis habere certum annuum proventum 2716 fr. 18 cr., ad praesens variis presbyteris adnexas obligationes absolventibus, distribui solitum, qui pro novem numero individuis ad cathedram perquam necessariis pro semper fundandis commodo sufficeret, si hoc modo distribueretur. 1. Pro Parocho cathedrali f. r. 450. 2. Pro ceremoniarum magistro 400. 3. Pro Concionatore 350. 4. Pro Poenitentiaro 300. 5. 6. Pro binis Cooperatoribus 600. 7. 8. Pro Chori directoribus 375. 9. Pro praefecto Sacristiae 241 fr. 18 cr. Simul 2716 xr. 18.

Ecclesiam vero cathedralem Premisliensem pro nunc quidem nonnisi 300 fr. certum habere proventum, ast in rem ejusdem apud successores Athanasii Szeptycki antecacti Sui Episcopi decreto jam evictam haerere summam 25000 fr., a qua per Fiscum regium recipienda annuus proveniret census 1250 fr. huic si normalis Parochi pensio ex fundo religionis adjiceretur 300 fr. hujusmodi summa 1850 fr. septem summe necessariis Individuis sustentandis sufficeret, si hoc modo divideretur 1.Pro Parocho cathedrali fr. 400. 2. Concionatore 300 fr. 3. Pro Poenitentiario 250. 4. 5. Pro binis

Digitized by Google

Cooperatoribus 500 fr. 6. Pro chori directore 200. 7. Pro Sacristiae praefecto 200 fr. Simul 1850.

His ita determinatis facillime utique Leopoli quatuor, et Premisliae quinquae sive ex bocce cathedrali Clero sive ex bene meritis Decanis aut Parochis Canonici institui possent, suis respectivis proventibus eadem ratione prouti Praelati superius recensiti tamdiu contenti futuri, usquedum fundationes capituli jam avulsae vindicentur, jam piorum fundatorum munificentia adaugeantur, quo dein facto proventus capitulo noviter accedentes inter omnia ejusdem membra ex aequo distribuerentur. Idcirco praesentibus humillime supplicatur, ut 1. Ad utramque cathedralem Ecclesiam Clerus cathedralis, qui Leopoli novem, Premisliae vero septem constaret individuis, instituatur, ac pro ejusdemque fundatione recensitae summae per Fiscum reg. liquidandae determinentur, atque, ut eadem fundatio tanto sit firmior, et faciliorem suppeditet sustentationem, tam ad rationem illarum, quam etiam assignandorum pro Parocho Premisliensi 300 fr. Bona quaepiam terrestria in perpetuum distinentur. Tum 2. Edito clementissmo diplomate utrobique ex 5 Praelatis et totidem Canonicis componendum, atque paribus praerogativis et juribus quemadmodum capitula rit lat. condecorandum resuscitetur, ipsique institutum bono Ecclesiae et civitatis procurando adcommodatum pro normali regula praescribatur, denique. 3. Benignissime concedatur, ut tenues isti capituli reditus novam fundationum in rem totius capituli convertendarum accessione adaugeri valeant.

Brevis tractatus usum capitulorum cathedralium tam in Ecclesia Graeca quam etiam in Ruthena, et nominatim ad cathedras Leopoliensem et Premisliensem ob oculos sistens.

Articulus I.

De capitulis cathedralibus in Ecclesia Graeca.

Digitized by Google

Res equidem ipsa loquitur, Episcopos, ut primum dioeceses eorundem per ampliorem locorum ambitum extendi, et restituta praesertim a Constantino Magno Ecclesiae pace Sacra Christianorum ritu augustiori peragi coepissent, in celebrando cultu Divino ministris, et regimine pastorali in subditum curae Suae clerum exercendo adjutoribus carere neutiquam potuisse; adeoque Clerum cathedralem seu capitula adsciscere sibi debuisse; ast non desunt historica insuper indubitatae fidei monumenta, quae idem luculenter demonstrant.

Etenim a) Tale capitulum indigitat Apostolicus vir s. Ignatius Martyr in Epistola ad Trall., loquens de Consistorio sacro, de Consiliariis, de assessoribus Episcopi etc. Item s. Cyprianus loquens de clero suo Episcopali: „A primo die Episcopatus mei statui nihil sine consilio vestro mea privatim sententia gerere.“

b) Concilium Laodicaenum Can. 5 ita disserit: Non oportet praeter Canonicos cantores, qui ambonam ascendunt, et ex codice canunt, aliquos alios canere in Ecclesia.

c) S. Basilius ad Amphilochium Cap. 5. Canonicorum fornicationes pro matrimonio non reputentur, sed eorum conjunctio omnino divellatur“. In quem locum Balsamon: Canonicos esse dicit, qui in Canonem numerantur, et Zonaras: anonicos eos, qui in Canone recensentur, nominat.

d) Concilium Nicaenum I. Can. 16. dicit: „Quicunque in Canone recensentur.

e) Consilium Chalcedonense Can. 10 habet: „Non licere clerico in duarum civitatum Ecclesiis eodem tempore in Cathalogum seu Canonem referi.“

At vero in Canonem relati, Canoni apscripti, Canonici ideo sic dicti, quod ipsorum nomina Matriculae Ecclesiae, Graecis canon dictae, ad quam ordinabantur, in qua ministrabant, et a qua distributionibus alebantur, inscribi solerent, erant utique ministri Ecclesiarum cathedralium, atque

Digitized by Google

Episcoporum adjutores, capitulum seu Clerus cathedralis, observante Beveregio (in adnotatione ad can. 6 concil. Constantinop. I, et sic clerici in canone recensiti tam apud Graecos, quam apud Latinos Canonici audiunt) constituentes, et licet diversis nominibus, videlicet: jam Presbyteri et Diaconi, jam Presbyterium, jam Clerus Ecclesiae, Senatus Ecclesiae, Consilium Episcopi passim nuncupati, munia tamen semper eadem obeuntes disserente Tomassino de veteri et nova Ecclesiae disciplina part. I. Lib. 5. Cap. 7. „Non hic sonat vox ista capitulum, sed res ipsa vociferatur; erat enim vere capitulum Episcopi cujusque, clerus ille, illi Pesbyteri Dianonique, qui cum Episcopo de rebus quibusque deliberabant, qui una clavum gerebant Ecclesiae, qui causas et judicia nomine ejus agitabant, qui una assidebant vel adstabant Synodis, quique nomine et vice conciliis particularibus aderant, praee, rantque nonnunquam et generalibus; non vocum sonus sed sensus attendendus hic est.“

Dubitari itaque non potest jam in antiquissima Ecclesia Graeca capitula ad Ecclesias cathedrales in usu fuisse.

Porro de dignitatibus personalibus Cleri cathedralis jus Graeco-Romanum Leunclavi (Libr. 2) videri potest, ubi recensetur, quod Heraclius Imperator, qui ab anno 611 ad 640 imperavit, numerum clericorum Ecclesiae Constantinopolitanae et eorum, qui in dignitatibus erant constituti, plus justo adauctum, imminuerit, aut imminutum a Sergio Patriarcha adprobaverit. Praeterea (Libro 5.) laudati juris Graeco-Romani ad interrogationem: In dignitatibus Ecclesiasticorum boneficiorum qui primus est? qui secundus? qui tertius? et quis deinceps eorum ordo?“ respondet Joannes Episcopus hoc modo: „Ex antiqua traditione primus est Magnus dispensator, secundus, qui praeest magnae Sacellae, id est: Magnus Sacellarius, tertius magnus Sacrista, id est, vasorum Custos, quartus Chartophylax.“

Digitized by Google

Item Jacobus Goar in Euchol. Graecorum (a pag. 222 ad 242, Edit. Venet. an 1736) Officia et dignitates Ecclesiae Constantinopolitanae ex professo recenset, de quibus apud eundem (pag. 234) Simon Thessalonicensis inquit: Pileos crucibus insignitos in capitibus gerunt, et judicem personam exercent, ubi addit Goar: *„coloris varii crucibus.* Pro more igitur eotum orientalium Canonici in dignitatibus constituti, in pileis, quos nunc et illi, ut Archimanditae, et latini e collo pendentes cruces gestabant, et quidem *varii coloris*, pro distinctivo dignitatum et honorum signo.

Articulus II.

De capitulis Cathedralibus in Russia.

Praeter analogiam Ruthenos, Galiciae, Lodomeriae, Volhyniae, Podoliae aliarumque Provinciarum incolas ad fidem Christianam exeunte Seculo X a Graecis conversos, disciplinam Ecclesiasticam ab iisdem accepisse demonstrantem, sequentia insuper capitulorum cathedralium in Russia, praecipua extant vestigia. *)

1. In privilegio Leonis ducis Haliciae ddto 8 Martii 1301 ex Ruthenico in latinum verso sic legitur: „Proavus noster rex magnus Vladimirus et Pater noster addidit Metropolitanis et Episcopis per omnes terras Russiae, sic et nos Deo et purissimae ejus Matri ad Ecclesiam s. ejus Dormitionis Krylosensibus Poponibus, capitularibus Metropoliae Halicensis dedimus Diploma Spirituale, ita sicut tenet Kijoviensis Ecclesia juxta christiana et s. Patrum statuta, confirmavimus fundationes. etc.

---

*) Argumentum ex Annalibus Ruthenis adduximus p. 9 in nota.

Digitized by Google

2. Cnm Jonas schismaticus ad Archi-Episcopatum Kijoviensem, quo Isidorus post reditum a Concilio Florentino exturbatus fuerat, sese intruderet, Pius P. II ad Clerum Kijoviensem III nonas Septembris 1458 anno his verbis scribit: „Dilectis Filiis, Capitulo Ecclesiae Kijoviensis, ac Clero et Populo civitatis et dioecesis Kijoviensis, universisque Vasallis Ecclesiae memoratae nec non Lithvaniae et totius Russiae inferioris salutem.“ (Tom I Bullar. de Curia Pii P. II. pag. 155.)

3. In Synodo Ruthenorum Brestensi unionis confirmandae causa an. 1594 celebrata, quam refert Thomas a Jesu (Libr. 6. part. 3. de procuranda salute omnium Gentium,) inter articulos, quos Episcopi congregati a Sigismundo III Poloniae Rege confirmandos petierant, sic legitur. „Quoniam vero multorum Ecclesiasticorum bonorum per antecessores nostros, nescitur, quo jure amissorum possessione exclusi summus, quibus eousque nonnisi quoad antecessores nostri vixissent, carere debuerimus- petimus, ut bona haec Ecclesiasticis restituantur, siquidem in tanta inopia et egestate sumus, ut non solum necessitatibus Ecclesiarum providere, sed etiam sufficientem victum nobis suppeditare non possumus; in posterum autem, ne bona Ecclesiae sine consensu Episcoporum totiusque Capituli conferantur, a sacra regia Majestate contendimus.“ Item inferius. „Post mortem Metropolitae et Episcoporum, ne Capitanei atque Thesaurarii se in bona Ecclesiastica ingerant, sed more et ordine Romanae Ecclesiae Capitulum, quoad alter electus non fuerit, ea bona administret.“ Quod ipsum ex privilegio Sigismundi III ddto 23 Aprilis 1589, in Comitiis Varsaviensibus collato, amplius confirmatur. Ita enim ibidem habetur: „Nos itaque animadvertentes praefatam supplicationem Metropolitae Kijoviensis, Episcoporum et totius status Spiritualis religionis graecae justam et ad bonum ordinem ac commodum Ecclesiasticum necessariam cum summis fundatorum qua supremus protector

Ecclesiarum Dei et fundationum earum, has dignitates spirituales Archiepiscopalem Metropolitanam, Episcopalem et totius status spiritualis religionis graecae nec in minimo laedendo, in integro et circa plenariam potestatem ac authoritatem in praerogativa et dignitate sicut Spirituales religionis Latinae conservamus.“ Item infra: „Sed solummodo ipse Capitularis cujuslibet Ecclesiae cathedralis, hoc est, Protopresbyter et superiores cum eo Presbyteri veluti haeredes bonorum et possessionum Ecclesiasticarum Ecclesiam cathedralem cum ejus suppellectili, et omnes alias Ecclesias oppidanas et villanas, pariter bona, praedia, villas etc. in potestatem, regimen et dispositionem suam accipere debebunt, et tenebuntur.

4. Idem Sigismundus III rex mediante rescripto ddto 10 Decembris 1597 Protopresbyteris Polocensi, Vitebscensi, Mscislaviensi, Mohyloviensi et caeteris Capitularibus, superioribus Presbyteris Ecclesiarum cathedralium mandavit, ut ipsi eorumque succedanei administrationem temporalem gerant.“

5. Huc accedit constitutio regni de anno 1631 (Vol. Leg. Tom. 3. Tit. de bonis Episcopatuum et Eccles.) quae sic sonat: „Quia bonorum Ecclesiasticorum et Episcopatuum Ecclesiarum graecarum fieri consveverunt invasiones et violentiae praesertim post obitum Episcoporum ita, ut aliqui licentiosi audeant allodia, frumenta et aliam suppellectilem, nullum ad haec jus vel praetextum habentes intercipere, constituimus talem quemque pro violatore et invasore intelligendum, contra quem Capitulo, Episcopo vel Administratoribus forum in Tribunali coram Judicio composito adsignamus.“

6. In actis publicis Haliciensibus sub anno 1642 post Festum Nativitatis B. V M. legitur: „Reverendi Stephanus commendarius Kryloszensis, Iwan Podhorny et Petrus Popones ac Wasyl Diaconus suo et totius *Capituli* nomine privilegium Leonis Ducis a Sigismundo III die 1 Octobris 1592 confirmatum, ad acticandum porrexerunt.

Digitized by Google

7. In donatione Stanislai de Chodecz, Capitanei Haliciensis, de anno 1472 quae dein a Stephano, Rege 1581. anno confirmata est, legitur: „Attendentes insufficientiam honorabilis Joannis Canonici in Krylos ejus Canonicatus, sibi et suis sucessoribus perpetuo et in aevum prata Czychanow dedimus.“

8. Extant in actis publicis Haliciensibus sub 1723 anno Constitutiones Capituli Haliciensis a Macarrio Leopoliensi, primo Episcopo praescriptae et a Metropolita pariter Macario Novogrodecii 1548 anno confirmatae, ubi inter caetera legitur: „Quando Episcopus morietur, capitulares cum Dominis Terrigenis Episcopatum in potestate sua tenebunt, ad voluntatem Principis.“ Item: „Et Capitulares Sacerdotes in Krylos ad Ecclesiam Magnam Obdormitionis Dei Matris debent esse duodecem, qui Sacerdotes habent praediola 12 cum fundis, pascuis, agris et foenificiis, et cum omnibus fructibus, qui Sacerdotes debent habere servitores 12 ad inserviendum Ecclesiae Dei.“

Articulus III.

De Capitulo ad Ecclesiam Cathedralem Leopoliensem.

Post abolitam Metropoliam Haliciensem Macarium Tuczapski primum Episcopum Leopoliensem anno 1539 creatum constituisse Capitulares ad Ecclesiam Cathedralem S. Georgii cum certis proventibus et obligationibus, idemque ipsum a Sigismundo Augusto Rege die 15 Julii 1566 anno in Conventu generali Lublinensi, et dein a Vladislao IV Leopoli 15 Xbris 1634 confirmatum esse, apparet ex ipso confirmationis instrumento hic in Copia adnexo. (Quod in hac historia p. 100 adductum est.)

Denique circa annum 1700 Capitulum ad dictam Ecclesiam cathedralem extitisse, demonstrat non mi-

Digitized by Google

nus Testamentum civis hujatis *Annae Krassowska* ultimae voluntatis suae circa derelictam substantiam depromtae executionem *Barlaamo Szeptycki* Episcopo, et Capitulo committenti. Praeterea istud, quo *Josephus Szumlanski* octavus Episcopus Leopoliensis collapsas Capituli res ad meliorem statum revocare conatus fuerit, die 13 Julii 1700 anno.

Articulus IV.

De Capitulo ad Ecclesiam cathedralem Premisliensem.

1. Innocentius Winnicki, Episcopus Premisliensis, Capitulum restaurando, die 18 Octobris 1687 anno, ad normam, ut inquit, praedecessorum, Canonicos et Praelatos constituendo, videlicet: Protosyncellum, id est, Decanum Archipresbyterum, Archidiaconum, Primicerium, Custodem, Oeconomum, bona Podwole et Hryczowice iisdem sustentationis nomine inscripsit, Placetumque Regium a Joanne III die 5 Maji 1689 anno desuper obtentum, uti in adnexo patet.

Illud in Synodo dioecesana die 28 Apr. 1698 anno solenniter promulgari fecit.

2. Anno 1701 feria secunda post festum S. Michaelis Capitulum Premisliense contra renitentiam Subditorum Vallaviensium in subministrandis proventibus pro reparatione Ecclesiae cathedralis et Capitularium sustentatione coram actis publicis protestatur.

3. Inter Stanislaum Poniatowski, Castellanum Cracoviensem, qua Capitaneum Premisliensem ab una et Onuphrium Szumlanski, Episcopum ejusque Capitulum parte ab altera, ratione propinationis Pagi Wilcze, aliorumque fundorum tam intra quam extra civitatem constituentium assesoriale regni decretum extat.

Digitized by Google

4. Litterae circulares ddto 17. Maji 1762 Hrebnicki Metropolitae post mortem Onuphrii Szumlanski, Episcopi Premisliensis, ad Capitulum Clerumque universum fuere directae.

5. Inter dominum Lipski et capitulum an. 1764 decretum suspensionis in Castro Premisliensi prolatum fuit.

Ex his itque documentis patet, Capitula in Ecclesia Graeca et Ruthena non esse novitatem et innovationem, prouti clerus Polonicus praetendebat. Potius hoc spirat innovationem in Ecclesia Graeca et Ruthena, quod PP. Basiliani Capitula illa pessumdederint, ut sese ad regimen Ecclesiasticum elevarent, quod quale fuit, videmus, et dolemus, habentes exinde ruditatem cleri saecularis, varias haereses, provocatas in Ecclesia Graeca a monachis Basilianis, nec non schisma Orientale, ruditate et Basilianorum et Cleri saecularis obduratum, licet fides christiana tantopere urgeat unitatem sanctarum Dei Ecclesiarum. Quod Poloni PP. Basilianos fulcirent, fecerunt hoc, uti scimus, respectu politico et terreno cum summo damno Ecclesiae Catholicae, uti jam ostensum est, et inferius ostendetur. Neque monachi in occidente liberi sunt a culpa maximorum damnorum pro Ecclesia Catholica *), ut ita sententia nostra monachi retinendi essent in strictissima observatione regularum sibi praescriptarum, data venia in hoc solum casu, in quo id concederent graves reflexiones.

Adnotatio II. Episcopus Premisliensis Maximilianus Ryllo anno 1793 morti proximus proposuit monachum Basi-

*) Monachi latino-polonici quam maxime laborabant, ut Ruthenos graeco-catholicos latinisarent et polonisarent, quod iidem usque ad hodiernam diem in Galicia faciunt, licet hoc a s. Sede Romana prohibitum est, et licet tali ratione s. unio Ruthenorum maxima damna patitur.

Digitized by Google

lianum *Julianum Sponring* pro suo Coadjutore cum futura successione Gubernio, quod propositionem hanc favorabiliter Aulae submisit. At clerus Ruthenus Premisliensis fecit necessarios passus contra hanc propositionem, unde *Antonius Angellowicz* in Eppum Premisliensem nominatus erat. Simili modo dum Episcopatus Leopoliensis Ruthenus anno 1798 vacaret, *Julianus Sponring* omnem movebat lapidem, ut ad eundem assumeretur; at clerus Ruthenus non intermisit et tunc causam ritus sui propugnare, et ita venit, ut *Nicolaus Skorodyński* in Episcopum Leopoliensem nominationem obtinuerit.

Ex occasionem cum summa difficultate obtentae a Metropolita Rostocki an 1796 delegationis pro confirmando et consecrando nominato Episcopo Premisliensi Antonio Angellowicz in personam Episcopi Leopoliensis Petri Bielański ex traditae sub 9 Aprilis 1796 altissimum mandatum requisivit a Gubernio opinionem, quomodo interventioni et influxui extranei Kijoviens. Metropolitae quoad confirmationem et consecrationem Episcoporum horum regnorum inposterum obviari, et futuris ejusmodi delegationibus, qualis fuit Metropolitae Rostocki quoad confirmationem Episcopi Antonii Angellowiez, obex poni valeat?

Sententia Gubernii sub die 29 Aprilis 1796 eo tendebat, ut cum eotum tertius Episcopatus Chelmensis in Galicia occidentali accesserit, et Hierarchia aucta sit, ad obviandum ambagibus et recursibus ad extraneum Metropolitam, Metropolia pro Galicia Leopoli erigatur, et Episcopus Leopolien. Petrus Bielański qua senior ac Suae Majestatis Consiliarius intimus Metropolita nominetur, eidemque eousque, quousque processus quoad avulsa bonorum Perehińsko cum comitibus Skarbki non fuerit terminatus, quae avulsa saltem 3000 fl. annui proventus efficerent, additamentum 2000 fl. annue ad congruam ex fundo religionis assignaretur. Caeterum revocabat sese Gubernium ad anteriorem suam opinionem, quatenus Episcopi Hungariae quoque huic g. cath. Metropoli-

Digitized by Google

tae in Galicia subjicerentur. Huic opinioni non accessit in toto Gubernator Comes de Gaisruk, qui dedit sequens separatum votum: „Infrascriptus Gubernator hujus est opinionis, ut duntaxat penes isthanc quaestionem res maneat, utrum et quomodo in posterum is, qui hucusque fuit influxus et interventio extranei gr. cath. Kijoviensis Metropolitani in consecratione, confirmatione et impertienda jurisdictione spirituali hujatum cath. Episcoporum removendus? ac in futurum delegationibus obex ponendus sit? Ad hunc scopum obtinendum putat equidem consultum esse ac necessarium, ut Episcopus Leopolien r. g. in Metropolitanum evehatur, cui Metropoliae dein duo Eppatus Premisliensis in orientali et Chelmensis in occidentali Galicia incorporandi forent. At nulla prorsus foret ratio, eidem Metropolitano pro tam raro actu, qualis est consecratio Episcopi, additamentum annuum 2000 fl. ex fundo religionis alioquin valde enervato et pro dotatione ruralis cleri insufficienti tribuendi. Et quemadmodum negotia et occupationes Metropolitani penes subsistentiam altissimorum praescriptorum et normalium jam nullius prorsus momenti sunt et ponderis, ita inconsultum foret, adeo eadem negotia augere et praerogativas dilatare vel maxime pro asseclis graeci ritus, atque illa perinde abstrahere ab inspectione politica. Ex eadem ratione remanere deberent graeci ritus Eppi in Hungaria et Transylvania in moderno suo situ, quorum incorporatio Metropoliae Leopolien. sensum seu inclinationem nationis magis conjungeret et coadunaret, quae alioquin pro regimine indifferens non est. J. de Gaisruk. Propterea, quod a Gubernio facta erat propositio intuitu incorporandorum Episcopatuum in Hungaria Metropoliae Galiciensi, requirebatur ex parte supremi eotum Directorii Aulici eatenus opinio regiae ungaricae aulicae cancellariae, quae sese huic projecto plane contriariam adaperuit, reponendo, quod 1. Episcopi Hungariae r. g. c. in persona Primatis Regni habeant suum Metropolitam, 2. Episcopatus r. g. c. e fundatione Episcopa-

Digitized by Google

tum latini ritus sint fundati, et parochi e fundo religionis Hungarico dotati, quare malas id post se traheret sequelas, si hi Episcopi suo latini ritus Metropolitae subtraherentur et subjicerentur Metropolitae extraneo; 3. Ejusmodi subordinatio absque violatione constitutionis regni fieri nequeat, et vel clerus hungaricus a galiciensibus subselliis dependeret, et tractaretur justa normalia in publico ecclesiasticis in Galicia existentia, vel Metropolitanus Galiciensis ab instantiis regni Hungariae dependeret. In primo casu procederetur contra leges regni Hungariae, in altero casu id diversas causaret ambages et diversarum collisionum praebaeret ansam; 4. cultura cleri r. g. c. et melior in cura animarum ordo plus lucretur, si idem Metropolitam in regno habet, quam si extero Metropolitae subordinaretur, quum idem qua alienigena nunquam bonum patriae cordi habitarus sit. Ejusmodi opinio a Sua Majestate approbata extititi, et quaestio quoad in corporationem Episcopatum Hungariae Metropoliae r. g. c. Galiciensi negative decisa erat, attamen ordinabatur, ut ad obviandum influxui et interventioni extranei Metropolitae in Galicia ulterior cointelligenter cum cancellaria status praestaretur opinio. Quare eodem an 1796 sub die 16 Junii requirebatur a cancellaria status opinio, an non contra separationem Metropoliae Galiciensis a Kijoviensi juxta conjuncturas políticas aliquod sit obstaculum. Quaestione hac haud soluta totae res Metropoliae r. g. c. Galiciensis in suspenso mansit.

Post mortem Episcopi Petri Bielanski die 29 Maji 1789 et post nominationem Eppi Nicolai Skorodyński in Episcopum r. g. c. Leopolien. rursus reccurrebatur ad Metropolitam Rostocki Petropoli residentem fine impetrandae delegationis in personam Episcopi Chelmensis Porphyrii Ważyński quoad nominati confirmationem et consecrationem, quae cum difficulte an. 1799 data est.

Adnotatio III. Sub imperatore Leopoldo II. offerebat

Digitized by Google

sese optima occasio stabiliendae dotationis tam Episcopatuum quam Consistoriorum seu Capitulorum Leopolien. et Premisliensis. Mens imperatoris erat, assignandi eis loco paratae ex cassa pecuniae dotationem stabilem in bonis terrestribus. Hoc fine consignabantur Episcopis bona cameralia a Sedibus Episcopalibus haud dissita, atque selectio eorum arbitrio permittebatur, ita ut si reluta bona plus de proventibus annue ferrent, quam additamentum ad Congruam Episcopi et pensiones Consistorii efficiebant, superplus ad cassam cameralem comportandum esset. (Decretum Guber. ddto 17 Decembris 1790 Nr. 29496).

At Antistites Leop. Petrus Bielanski et Premislien. Maximilianus Ryllo non cognoverunt bonum suum, Eppatuum et cleri, et non elegerunt pro Eppatibus, Consistoris, clero et seminariis bona. Bielański maunducebatur talibus, qui suo parato peculio inhiabant, quique metuebant, ne acceptis bonis illud ad eorum meliorationem converteretur, itaque instillabant ei, se cum acceptis bonis oeconomum Consistorii evasarum, ut ei exolveret pensiones.

Ryllo ritum et clerum gr. cath. odio habens, et Basilianis solum favens, metuebat, si bona cameralia pro Consistoriis darentur, saeculares presbyteros stabilem dotationem consequuturos eosdem melioraturos fore, quod eos audaciores effiret ad se opponendum Eppo, relinquendi post se succedaneum monachum in persona Juliani Sponring vel Sozontis Ważyński Basilianorum.

Eppus Bielanski adursus praestare opinionem ad Aulam recursum fecit, acerbissime querulando, quod sibi bona cameralia obtrudantur, quae administrare non potest sine damno regiminis spiritualis dioeceseos. Ryllo etiam se opposuit. Itaque Imperator revocabat sua mandata.

Mortuo Abbate Unioviensi Bratkowski instabat Eppus Bielanski, ut haec Abbatia pro dote Vicarii generalis Skoro-

Digitized by Google

dyński daretur, quia eadem ab antiquo ad Eppatum Leopolien. pertinebat. Ast huic petito non deferebatur.

Successu temporis dum praetium rerum augeretur, et peccuniae diminueretur, apparebat, quam magnum damnum Antistites hi, qui bona cameralia recussabant, suis succedaneis intulerint. Ast non erat mali medela, et bella non sinebant eatenus preces ad thronum defera.

Anno 1803 inter alia desideria per delegatum ad aulam ab Eppis Vicarium generalem exhibita erat illud, fundationes ecclesiasticas stabilire, ut pro aere parato juxta mentem regiminis anno 1790 expressam darentur bona terrestria, et ut summae additamenti ad congruam parochorum in bonis terrestribus, ex quibus majores provisiones haberi possent, hypothecentur. (Vid. Agenda et proponenda Viennae de die 12 Maji 1803.) Id quidem ab imperatore signatum effectu caruit.

Recte tunc clerus polonus novo eotum constituto regnorum utriusque Galiciae conjunctae Gubernatori Josepho de Urmenyi instillavit projectum, ab eodem Aulae inter alia exhibitum, ut bona fundi religionis vel cameralia loco pecuniae pro Seminario, deficientibus presbyteris, capitulis r. lat. administranda darentur, atque clerus r. g. c. excluderetur a participatione ex fundo religionis, cum is totum devoraturus sit, fundus religionis vero sit ritus latini seu ex fundationibus r. l. conflatus, et non destinatus ad id, ut clerus r. g. c. sese impensis fundi r. l. elevaret, et clerum r. l. perinde anxium redderet. (Vide: Anträge des Guverners de Urmenyi I Abſchnitt §. 2. Lit. 6 Auszug aus der Hofentſchließung vom 20 Dezember 1803 ad §. 2 ad b). Projectum illud rejectum, et praebet documentum, quomodo clerus polonus quavis occasione utebatur deprimendi clerum ruthenum.

Ostendimus multis in locis hujus historiae clerum ruthenum bene dotatum venisse sub regimen polonicum, sub hocce regimine clero rutheno dotationes ereptas fuisse, hanc

Digitized by Google

rem etiam in comitiis pertractatam esse, adesse comitiorum leges circa restitutionem fundationum ecclesiarum ruthenarum, porro hanc causam etiam Romae ventilatam esse, et Benedictum Papam XIII tulisse sententiam circa eadem bona recuperanda et restituenda. (pag. 368 – 370.) Notum etiam est, ad constituendum hunc fundum contulisse quoque fundationes ruthenarum Eccum et monasteriorum. Denique clerus ruthenus participat ex hoc fundo circa obligationum persolutionem. Si regimen polonicum ordinabat statum cleri rutheni secundum sua consilia, potuit etiam regimen austriacum ordinare statum illius cleri secundum sua consilia

Adnotatio IV. Quod coequatio r. g. c. Ruthenorum cum r. l. Polonorum in Galicia clero latino polonico non arideret, et quod idem clerus hanc coequationem utriusque ritus, etiam a S. Sede Apostolica et ab anteacto regimine Polonico expresse agnitam illuderet, apparet ex sequentibus.

Quidam generosus Basilius Macewicz, officialis magistratus Leopoliensis, ruthenus r. g. c. et parochianus Ecclesiae Archicathedralis ad St. Georgium r. g. c. Leopoliensis curavit filios suos in r. l. in Ecclesia ad St. Magdalenam baptisandos, quare a parocho suo rutheno monitus erat, verum incassum, unde Consistorium r. g. c. nota ad magistratum data eundem ad officium suum vocavit, qui tamen exhibuit magistratui Leopoliensi oppositionem suam, ab eodem ad Consistorium promotam, et ad Nrm. Consistorii 1506 ex 1791 in protocollo consignatam tenoris: „Quod tangit negotium ratione baptisatorum juxta ritum latinum filiorum, non est ratio, cur parochus ruthenus immiscere se debuit, cum facultatem disponendi suarum prolium parentes omni jure relictam habent, quod vero juxta ritum latinum baptisati sunt, hoc ritui graeco unito non repugnat, cum in suo petito et Consistorium in sua querela asserat, ritum graecum cum ri-

Digitized by Google

tu latino aequalem esse; qua ergo ratione parochus ac ipsius venerabile Consistorium querulari potest, cum infrascriptus aequalitatem in ritu servavit, et juxta eorundem petitum nullam animadversionem meretur imo laudem, cum aequalitatem ritus conservavit. Ergo apparet, si ritus ritui aequalis est, ut Consistorium cum suo parocho asserant, Consistorio nullam ansam querelandi esse, cum unum idem est, ritum tam latinum quam ruthenum amplecti, ut id etiam legi potest ex recentissimo privilegio (nempe Leopoldi II), quod ritus tam latinus quam graecus unitus sint inter se aequales, non vero legitur ex eodem privilegio prohibitum esse, de ritu in ritum transire. Qua ergo fronte Consistorium querulari potuit de baptisatione prolium juxta ritum latinum cum nullum fundamentum vel de lege vel de speciali gratia majestatica monstraverit, et specificam inhibitionem transeundi de ritu in ritum non adduxerit.“ (Sunt haec oppositionis authentica verba). Petit jam, „ut parochus r. g. c. ad S. Georgium pro sua falsa querela et laesione ejus qua personae nobilitaris poena competanti afficiatur et praemoneatur, ne in futurum similia absurda peragat.“ (Oppositionis authentica verba).

Consistorium r. l. Leopoliense nota data 7 Septembris an 1791 Nr. 600 reposuit ad notam Consistorii r. g. c. Leopoliensis intuitu duarum prolium generis masculini Domini Macewicz r. g. c. in gratiam uxoris ejus r. l. a Parocho r. l. ad St. Magdalenam in ritu latino baptisatarum: „Quod id cum bulla „Etsi pastoralis“ consonet, et quod nulla alia sit lex, quae id prohibeat, et quod proprie loquendo, nemo in ritu sive latino sive graeco nascitur, quum primo in baptismo acceperunt ritum latinum, non ergo e ritu graeco ad latinum traducti sunt. Privilegium Leopoldi II, quidquid in gratiam ritus graeci continet, quem etiam nos (loquitur Consistorium Leopoliense ritus latini) utpote a S. Ecclesiae Patribus profectum cum tota Ecclesia Romana magni semper faciebamus,

Digitized by Google

et nunc summopere aestimamus, certis his Ecclesiae praescriptis (nempe adductae bullae „Etsi pastoralis“) non erit contrarium nec per earum observantiam privilegium hoc laedetur. (Quae impudens praecipitantia!) Nam si stante hac coequatione baptisati in ritu graeco non debent transire ad ritum latinum, et in baptisandis prolibus patris ritus et voluntas spectari debet, pariter stante hac coequatione baptisati ritu latino non debebunt transire ad ritum graecum, et in baptisandis prolibus patris quoque ritus et voluntas spectari debebit. Alias in privilegio hoc non coequatio ritus graeci cum latino sed potius praelatio ritus graeci super latinum contineretur, quod nemo dixerit. Non igitur succenseat nobis Illustrimum r. g. Consistorium, quod nos praescriptis Supremi totius Ecclesiae Capitis conformemus, cui omnimodam obedientiam debemus.“

Ex causa hujus notae Consistorii Leopoliensis r. l. exhibuit Consistorium r. g. c. ad Gubernium Leopoliense sub die 15 Novembris 1791 Nro 1477 per Canonicum Gutz elaboratam relationem, in qua specificati facti descriptio praeponitur, quod nempe Basilius Macewicz sit e parentibus r. g. c. natus, et hunc ritum observet, Cathalogo parochianorum Ecclesiae r. g. c. eathedralis sit inscriptus, et quod ille tres proles, unam ante duos annos et duas hoc anno adsemel domi a parocho r. l. ad S. Magdalenam baptisari caraverit, qui parochus brevi manu a parocho r. g. c. cathedrali requisitus erat, ut violata jura r. g. repararet et repararet, et dictas baptistas proles ad suscipiendum sacramentum confimationis in ritu graeco relegaret, quod ille tamen non fecit. Idcirco ad Consistorium r. l. nota in eodem objecto data erat, sed Consistorium r. l. non annuit, et e contra reposuit nota sua in fundamento bullae Etsi pastoralis“, quae tamen ad Italo-Graecos data, ad has ores extendi non potest; si ejus mentio in decreto aulico ddto 5 Julii 1787 Nr. 15522 fiat, tunc non in praejudicium r. g. c., quia requiritur reciprocitas,

Digitized by Google

magis habito respectu dispensationis a festis et jejuniis, et expresse adnotatur, eam stricte ad Ruthenos non pertinere. Aliae vero sunt Bullae Leonis X, Clementis VIII, Urbani VIII, et Benedicti XIV, porro ordinatio Archieppi Joannis Skarbek. Quibus insistens non ita pridem functus Archieppus Sierakowski transitum a ritu ad ritum prohibebat, et etiam proprio ausu ritum graec. deserentibus reditum ad eundem injunxerat. Privilegium Leopoldi II expresse dicit, ne unus ritus alterum in juribus suis turbare audeat. Ergo Consistorium latinum nullum habet pro sua parte fundamentum. Ex hoc abusu sequitur quoque diminutio jurium stolae parochorum ruthenorum in commodum latinorum, et sicut latini involant in jura parochorum ruthenorum, ita hi vicissim involabunt in jura polonorum, et unus alterum in suis proventibus defraudabit. Modus hic violandi hanc legem ritus ducet ad violandas alias civiles et ecclesiasticas leges. Inde porro solum rixae inter utrumque ritum oriuntur, quare oratur, ut consistorio rit. lat. praedisponatur, ut parocho r. l. ad St. Magdalenam injungat, ut dictas proles reddat ad nativum patris ritum, et compellat, adferri eas ad s. confirmationem, utque sub aliqua poena ad amovendos similes abusus regula aliqua statuatur, ne unus parochus in jura alterius involet.

Nota. Non habentur vestigia decisionis super hac relatione.

Decanus et Parochus Trembovliensis an. 1796 retulit, quod in Trembovla ferrifaber r. g. c. pro hoc, quod latino festivo die laborem suum exerceret, a magistratu Trembovliensi aresto personali et 8 marcis punitus sit praetendente, ritum latinum esse dominantem in Galicia. Desuper data a Consistorio relatio sub 12 Aprilis 1796 nr. 375 ad Gubernium, qua petitur, ut damnum dictae personae restituatur,

Digitized by Google

quae si sua festivali die laborass t, tunc scandalum latinis daret, qui festis r. g. c. non abstinent a laboribus.

Gubernium ddto 14 Decembris 1798 Nro 35648 (Referatus Consistorii ddto 26 Januarii 1799 Nro 1453) significat, quod ii, qui ad latinum ritum ex altiori Clero r.g.c. transire cupiunt, suas dignitates deponere debent, quibus meriti in r.g.c. remunerari possent.

Adnotatio V. Sub die 15 Aprilis 1795 Nro 257 dedit Eppus Petrus Bielanski literas pastorales, quibus ordinat:

1. Ut curati verbum Dei praedicent, vita sua exemplum dent, sacramenta et divina secundum praescripta Ecclesiae peragant, et juventutem catechisent, ante pascham ad confessionem diebus dominicis et una hebdomadali praeparent.

2. Ut curati ipsi non dent scandala, sed eadem amoveant, nempe potationes, superstitia, et neglectum sanctificationis dierum festorum.

3. Aegrotis ad vocationem sacramenta administrare, natos statim baptisare, parochianos ad suscipienda sacramenta hortari, neque ab iis equos et curum exigere, licet in filiis habitent sed suo curu ad eos se conferre, ab administratione sacramentorum imprimis poenitentiae et unctionis extremae nihil exigere debent.

4. Ne sit ad paschalem confessionem magnus populi concursus, eadem inchoanda 2 hebdomade quadragesimae prius cum junioribus et dein cum senioribus, de quo populus informandus, et quod cum licentia sui parochi confessio coram alio fieri potest, pro schedulis ad confessionem nihil exigendum, de quo incontra decani Consistorio referre debent. Quae curatis praestari debent, alio tempore exigenda, in nollentes auxilium petendum ab instantiis. Sponsi ex religione examinandi, secus docendi sunt.

Digitized by Google

5. Divina: всенощное, утреня, литургія, вечерня devote sunt peragenda et populus respondeat Гди помилуй etc. item ad alias functiones: слюбовъ, погребовъ, парастасовъ. Missa hora 9 inchoanda et populus edocendus, ut sanctificet, hos dies recedendo a laboribus, et veniendo ad Ecclesiam, tempus divini populo notificetur, ne tardet vel frustra expectet. Ideo ipsi Curati his diebus a laboribus cessent, eosdem a parochianis non exigant, et ad nundinas se non conferant. In filiis; quae Ecclesias habere possunt, divina alternative peragantur, in minoribus quavis tertia dominica et festiva die, in vigiliis festi Epiphaniae aqua in filiis benedicetur, et fideles altera die ad matricem inviandi, in tertia Ecclesia ipsa die festivali post sacra in matrice. In urbibus, ubi plures ecclesiae et si loca vicina non multum distant, omnes curati simul benedicant aquam. Die paschae parochus cum illucescente die finiat in matrice sacra, et benedicat populo escas, secedat ad filias pro celebranda resurrectione, et finiat sacra hora decima, tempore quadragesimae praesanctificatorum saltem die veneris celebranda. Ad quamvis Ecclesiam duo provisores constituendi viri seniles et religiosi, servent ordinem in Ecclesia, incitent populum ad divina, indicent Curato negligentes. Disordo factus a Curato Consistorio et a Dominio officio Circulari indicandus.

Et ipsi Curati sint erga Suam Majestatem fideles, et parochianos ad hoc manuducant, inde pro sua Majestate fiat oratio. Commendatur erga fideles lenitas et amicitia secus, nullus laborum eorum fructus, omnia ergo vitanda, quae odium parochianorum possent inducere, quare nihil pro sacris officiis exigendum supra praescripta, in iis faciendis nullum sit discrimen quoad pauperes et divites, qua ratione apparebit, quod quivis eodem modo carus, sicut Christus aequaliter omnes dilexit.

Digitized by Google

§. 32. Tempora Francisci I inde ab anno 1792 usque ad restaurationem Metropoliae Rutheoae Haliciensis an. 1808. Decretum Pii Papae VII, renovans decretum Urbani Papae VIII ddto 7 Februarii 1624. Bulla Pii Papae VII et diploma Imperatoris Francisci I circa restaurationem Metropoliae Ruthenae Haliciensis.

Anno 1793 cedebat fatis Maximilianus Ryllo Episcopus Premisliensis, in cujus locum ob eminentem applicationem (sunt verba Altissimi caes. reg. nominationis decreti), in variis scientiis et ecclesiasticis officiis tum praecipue circa educationem graec. cath. seminarii Alumnorum, tum de patria quam etiam de clero posita praeclara merita, nominabatur sub die 6 Julii 1795 ab imperatore Francisco *Antonius Angellowicz*, canonicus Leopoliensis, et seminarii glris Rector, qui dein a *Theodosio Rostocki* Metropolita totius Russiae confirmabatur, et ex illius delegatione per Episcopum Leopoliensem Petrum Bielański die 14 Februarii 1796 Leopoli consecrabatur.

Anno 1795 Galicia sic dicta occidentalis sub Dominium domus Austriacae deveniebat, et cum hac Episcopatus Chelmensis et portio Episcopatus Brestensis sub regimine Episcopi Chelmensis *Porphirii Wazynski*; unde jam tres erant Eppatus uniti in Galicia, hi tamen omnes suberant jurisdictioni Metropolitae Kijoviensis', Haliciensis et totius Russiae eo tum *Theodosii Rostocki*, at eodem tempore quoque reliqui sub Dominio Polonorum eousque existentes Episcopatus prout Brestensis, Vladimiriensis et Luceoriensis et Archiepiscopatus Metropolitani pars magna in Lithvania existens, sub dominium Russorum deveniebant, atque brevi in unitos sub dominio russico existentes, sub quibus etiam portio magna dioeceseos Camenecensis sub Episcopi Leopoliensis Petri Bielański regimine existens, reperiebatur, exorieba-

Digitized by Google

tur deploranda crisis, cujus historia sequenti capite delineabitur.

Die 29 Maji 1798 finivit vitam Episcopus Leopoliensis, Haliciensis et Cameneccensis, Suae caes. reg. Majestatis a consiliis intimis Petrus Bielański, qui zeli religionis et unionis s complura dedit specimina, quae, (prout inferius dicetur, s. Sedi Apostolicae maxime complacebant. In hujus locum succedebat a sacra caes. reg. Majestate sub die 28 Septembris 1798 nominatus et a Metropolita Theodosio Rostocki confirmatus, tum ex ejusdem delegatione per Porphirium Ważyński Episcopum Chelmensem die 1 Martii 1799 consecratus Nicolaus Skorodyński, canonicus cathedralis et antea Vicarius generalis Leopoliensis, scientia et meritis plenus, ac zelo unionis sacrae et boni religionis insignis. Metropolita Rostocki jam ab aliquot annis (prout infra enarrabitur) per regimen Russicum ab omni influxu in unitos sub Austriaco regimine degentes amotus Petropoli residebat, et in obvenientibus circumstantiis in Galicia, ejusdem jurisdictionem concernentibus, nonnissi in via diplomatica ad illum (videlicet per legatum Austriacum Petropoli residentem) patebat recursus, inde Episcopi rutheni Galicienses, in tali rerum statu, de regulanda hierarchia sua sub regimine austriaco existente, deliberabant, et rogabant Metropolitam Rostocki, ut idem suam Metropoliticam jurisdictionem in Galicia Episcopo seniori Chelmensi Porphirio Ważyński viro gravi, scientiis Romae imbuto, et zelo religionis flagranti, delegaret, simulque consentiret, ut iidem apud s. caes. reg. Majestatem et Sedem Apostolicam intuitu regulandae suae hierarchiae post sua fata passus facere valerent; ast Metropolita Rostocki nullum ad id dabat responsum.

Interea Gubernium Galiciae occidentalis Cracoviense occasione regulationis dioecesium ritus latini in Galicia occidentalia anno 1800 sub praetextu defectus dotationis rutheni

Digitized by Google

Episcopatus Chelmensis proponebat Aulae ces. reg. quatenus hic Episcopatus post mortem Episcopi Porphirii Ważyński supprimeretur, et vel Episcopatui Leopoliensi vel Premisliensi incorporaretur. Percipiebantur desuper Episcopi rutheni Premisliensis et Leopoliensis, qui dillucide exponendo, dioecesim Chelmensem Leopoli et Premislia nimis, quippe ad 40 ultro miliaribus distantem, ad fluvium Bug sese versus Varsaviam protendentem, neutri Episcopatui alioquin in se jam ipso extenso et numero parochiarum tam insigni insimul ad 2000 comprehendenti, idque tanto minus incorporari posse, cum:

a) neque Episcopi clero invigilare, neque clerus et populus ad pastorem suum in necessitatibus recurrere possent.

b) Populus ruthenus a dextra parte fluvii Bug degens, a Russis ad disunionem coactus sit, unde populus unitus oculis pastoris sui, ne ab illo abstrahatur, tanto magis indigeat.

c) Regimen Borussicum licet non catholicum, pro Ruthenis unitis in provincia Bialostocensi sub suum dominium per ultimam Poloniae divissionem translatis, annuente Sede Apostolica *in Suprasl* actualem Eppatum ac Capitulum erexerit et dotaverit. *)

d) Eppatus Chelmensis 184 parochias in linea valde sese protendente contineat, qui numerus parochiarum tanto minus pro exiguo ad Eppatum ulterius retinendum spectari valeat, quod ipse Archi-Eppatus rit. lat. Leopoliensis nonnisi 150 parochias habeat, et in Hungaria Sua Majestas pro ritu graeco-catholico fundaverat Eppatus, longe minorem habentes parochiarum numerum, prout est Eppatus Magno-Vraradinensis graec. cath. ritus, cum 50 parochiis, et Crisiensis cum parochiis nonnisi universim 7. Hisce argumentis concessum, cadebat projectum gubernii Cracoviensis seu potius in illo constituti referentis Ecclesiasticarum rerum, individui e clero lat.

*) Id recte cotum, dum de supressione Eppatus Chelmensis ageretur, contigit.

Digitized by Google

ritus, et Augustissimus Imperator regulationem dioecesis, Consistorii Chelmae, tum educationem alumnorum hujus dioeceseos in seminario generali Leopoliensi damandabat. Jam anno 1644 Episcopus Chelmensis Jacobus Susza conquerebatur inter alia, quod clerus lat. Episcopatum Chelmensem ruthenum supprimere et latino incorporare conetur.

Haec Polonorum praetensio, subjiciendi suae jurisdictioni Ruthenos graeco-catholicos et tollendi Eppos eorum, brevi post initam Ruthenorum unionem fuit meditata. Nam circa an. 1626 supremus regni cancelarius (Ecclesiasticus polonus) literis regiae nominationis pro Eppatu Rutheno Chelmensi hanc adjecit clausulam, ut nominatus Eppus Ruthenus Chelmensis teneatur suae in spiritualibus et temporalibus administrationis reddere rationem polonico Eppo Chelmensi. Sed delato Romam hocce negotio s. Congregatio praefato anno sub die 11 Septembris demandavit Nuntio Apostolico, ut agat cum rege pro revocatione hujus clausulae, et anno 1627 sub 22 Februarii Nuntius literis suis memoratam Congregationem de hujus clausulae eliminatione certificavit.

Eppi Galiciae occidentalis inter alia desideria Aulae exhibita etiam illud exponebant, ut apud Gubernium et Aulam constituerentur Consiliarii e statu ecclesiastico, qui in objectis Religionem, clerum et negotia ecclesiastica concernentibus suam opinionem depromerent. Sub die 1 Februarii an. 1797 emanabat resolutio, ut penes Gubernium Cracoviense constitueretur commissio ecclesiastica, cui capax individuum e clero adnumerandum esset. Ad propositionem polonicorum Epporum nominabatur Canonicus Cracoviensis Andreas Gawronski pro consiliario Gubernii et rerum ecclesiasticarum referente.

An. 1799 exararunt post conseerationem Eppi Leopol. Syorodyński sub die 2 Aprilis Eppi rutheni ad Suam Maje-

Digitized by Google

statem preces, ut, sicut in aliis c. r. haereditariis terris referatus ecclesiasticarum rerum ecclesiasticis personis concredatur, sicut nonuniti in cancellaria Hungarico aulica referendarium proprium habent, sicut etiam in occidentali Galicia introductum est, et in orientali Galicia non Consiliarii modo sed etiam secretarii et concepistae constituantur Epporum arbitri, etiam clero rutheno penes Gubernium Galiciae orientatalis pro rebus Ecslesiasticis assaumantur Consiliarii referentes e statu ecclesiastico. (Vide petitum ddto 2 Aprilis 1799. Petitum isthoc directe Suae Majestati submissum mansit sine effectu et reponebatur ad acta usque ad futuram regulatiorem Gubernii utriusque Galiciae.

Dum uniti Rutheni a regimine russico (prout in sequenti capite fusius enarrabitur) ad disunionem pertraherentur, et sacardotes vi a suis beneficiis expulsi et spoliati sese in Galiciam conferrent, ac in cura animarum applicarentur, transibant quoque et Monachi Basiliani (licet in illos fere nullibi persecutio in Russia vigeret, cum vel maxime de populo rutheno unito pertrahendo ad disunionem ageretur, in Galiciam, non ut disunionem effugerent, et juxta suam professionem religiosam in monasteriis Galiciensibus viverent, sed ut proprio motu abjecto statu monastico ad ritum latinum transirent. Eppi latini ritus Galicienses, non obstantibus tot Sedis Apostolicae mandatis tales Monachos, seu ab ordine apostatas et proprio motu saecularisatos suscipiebant, et inter suum clerum coaptabant. Id dabat occasionem etiam monachis Basilianis in Galicia vitae monasticae pertaesis e monasteriis prosiliendi, et ad ritum latinum transeundi. Eppi rutheni uniti galicienses conquerebantur desuper apud Sedem Apostolicam prout de durante pertractatione unitorum laicorum ad ritum latinum, vel maxime vero amaras movebant querelas superiores ordinis s. Basilii M. tam in Russia quam in Galicia mediante eotum Romae existente ad Ecclesiam ss. Sergii et Bachi generali procuratore patre Jordano Mickiewicz

Digitized by Google

et sese ad decreta Summorum Pontificum emanata provocabant, quare Summus Pontifex Pius VII sub die 13 Junii 1802 renovabat decretum Urbani VIII ddto 7 Februarii 1642.

Adnotatio f. Repraesentatio Patris Jordani Mickiewicz facta summo Pontifici sic sonabat;

Beatissime Pater!

Procurator Gnrlis ordinis S. Basilii magni congregationis Ruthenorum provolutus ad Pedes S. V. humillime repraesentat. Quod ingens jam patratum sit et continuo patratur damnum unioni Ruthenorum cum S. Ecclesia Romana ex ea libertate, quae permittitur Ruthenis et specialiter monachis Basilianis educatis in collegiis Pontificiis respectu reliquendi ritus Rutheni, et amplectendi Latini, nam isti deberent esse primum et fortissimum columen sustinendi eandem in provinciis Russiae contra praepotentiam Russorum nonunitorum, et omnes Summi Pftces mediante Alumnorum suorum educatione expresse voluerunt magis ac magis stringere vinculum nationis Ruthenae cum S. Ecclesia Romana pro utilitate religionis catholicae, et non relaxare in quibuscumque circumstantiis cum detrimento infiniti populi Rutheni, qui remanendo privatus suis Pastoribus, Parochis, Confessariis et Misionariis, avelletur a vinea Supremi nostri Pastoris Jesu Christi. Quapropter supra dictus orator nomine Episcoporum Ruthenorum, et Protoarchimandritae Ordinis Sui humillime supplicat S: Vae, ut in futurum nemini monachorum Ruthenorum permittatur ab hac s. Sede Apostolica transitus a ritu rutheno ad latinum sine praevia informatione S. Congregationis de propaganda fide, ad quam private ad alia omnia Tribunalia Romana juxta Bullam Clementis VIII pertinent in Suis negotiis Rutheni uniti, nam haec sola est bene informata de iis omnibus differentiis, quae unitos inter ac nonunitos cum S. Ecclesia Romana sustinentur. Quam gratiam.

Digitized by Google

Adnotatio II. In sequelam hujus repraesentationis datum decretum Papae Pii VII erat sequens:

Ex Audientia Ssmi habita die 13. Junii 1802.

Cum Ssmo Domino Nostro Pio Divina providentia P.P. VII expositum fuerit decretum fel. rec. Urbani VIII de non transitu Ruthenorum ad Latinum ritum editum sub die 7 Februarii 1624, confirmatum die 16 Apriliis 1774 a Clemente P. P. XIV pro omnibus locis et provinciis, quae Moscorum Imperio subsunt, aliquoties ibidem violari; Sanctitas Sua decessorum suorum vestigiis inhaerens ex gravissimis causis animum suum moventibus, referente me infrascripto S. Congregationis de propaganda Fide Secretario, decretum, de quo agitur, iterum expresse renovavit, mandans ut ab omnibus praedictorum locorum Christi fidelibus tum Ecclesiasticis, tum Laicis, sive ii latini sint, sive Graeci, sancte ac inviolabiliter observetur.

Decretum autem est hujusmodi.

Ad conservandam pacem et concordiam inter Ruthenos unitos et ob alias gravissimas causas Ssmus in Christo Pater et Dominus noster Dominus Urbanus divina providentia P. P. VIII de consilio et consensu Ven. Fratrum Suorum S. R. E. Cardinalium congregationis de propaganda Fide dedecrevit. Ne de caetero Ruthenis unitis sive Laicis, sive Ecclesiasticis tam saecularibus quam regularibus et praesertim monachis S. Basilii ad latinum ritum quacumque de causa etiam urgentissima sine speciali Sedis Apostolicae licentia transire liceat, et proinde omnibus Archiepiscopis, Episcopis et officialibus Ruthenorum unitorum districte praecipiendo mandavit, ne deinceps licentias pro hujusmodi transitu subdi-

Digitized by Google

tis suis cujuscunque gradus et conditionis existant, concedere praesumat, et Archiepiscopis, Episcopis et aliis Praelatis latinis ac eorum officialibus, ne Ruthenos praedictos unitos ad ritum latinum transire volentes, quovis praetextu, aut cauetiam cum licentia Ruthenorum Pralatorum suorum recipere ausa deant sub poenis nullitatis actrs, et aliis arbitrio Sanctitatis Suae et Romanorum Pontificum Successorum Suorum transgressoribus infligendis non obstantibus etc. Itaque hoc decretum sic renovatum Eadem Sanctitas Sua mandavit in notitiam caute deduci omnium Episcoporum tum latini, tum rutheni ritus, iisque denunciari, non licere sibi in posterum Ruthenos sive monachos sive clericos, sive etiam laicos ad latinum ritum quavis de causa, inconsulta Sede Apostolica, admittere praetextu etiam cujusvis facultatis, quam forsan a Sanctitate Sua vel ejus Praedecessoribus, sive scripto, sive voce obtinuerint, quas facultates SanctitasSua tenore praesentium revocat, suoque peculiari judicio hujusmodi transitus perpetuo Sibi Suisque Successoribus reservat sub iisdem poenis in superiori decreto propositis; contrariis quibuscumque non obstantibus."

Datum Romae ex aedibus dictae s. Congregationis die et anno quibus supra.

Dominicus Archiepiscopus Myren. Secret.

Universis et singulis, quorum interest, fidem facio atque testor Ego infrascriptus praesentem copiam de verbo ad verbum concordare cum suo Originalí: Quod firmo mea subscriptione et majoris hujus Apostolicae cancellariae Sigilli appositione, tamquam Insigni officii mei communio. Datum Viennae Austriae ex cancellaria S. Nuntiaturae Apostolicae die 9 Mensis Julii Anno Dom. 1803.

Christophorus Busa Nntus Apostolicus Juratus S. Nuntiaturae Apostolicae cancellarius.

Digitized by Google

Hoc itaque decretum, confirmans decretum Urbani Papae VIII ddto 7 Februarii 1624 prohibet traductionem Ruthenorum monachorum, Clericorum et Laicorum inconsulta Sede Apostolica, praetextu etiam cujusvis facultatis a dicto Papa vel ejus Praedecessoribus sive scripto sive voce obtentae, quas facultates Sanctitas Sua revocat, Suo et Succesorum suorum peculiari judicio hujusmodi transitum perpetuo reservans.

Literae Excellentissimi Domini Cajetani Kicki Archiepiscopi Leopoliensis ritus latini ad quemdam Agentem Suae Curiae, Viennae habitantem, in materia ad Hierarchiam Ruthenorum unitorum spectanti, sub die 25 Septembris 1802 anno scriptae, et ab hoc Ejus agente Illustrissimo Severoli Nuntio Apostolico Viennensi communicate, atque ab ipso supradicto Nuntio Romam mandatae pro Informatione.

Illustriss Adm. Reverende Domine Patrone Colendissime.

Pronum te semper Illris Adm. Rnde Dne ad beneficia, atque alieno incommodo facile commoveri experientia edoctus, nihil commodis tuis officere existimo, si miseram sortem cujusdam Constantini Kopczynski ord. S. Basilii M. ritus graeci religiiosi tibi depingam, ac opem tuam, si quam praestare posses, in ejus causa imploravero. Miser hic religiosus durante adhuc illa tempestate generalis persecutionis contra catholicos ritus graeci in Russia, et quae praecipue in sacerdotes et religiosos, magis saeviebat, confugerat in Galiciam, seu verius hic in tutiora a persecutione loca se recipere fuerat coactus. Magis miser, quo ad hanc Monastici Instituti vitam (ut asserit) olim coactus causam invalidandae suae professionis religiosae instituere tunc fere meditabatur, cum maxima catholicorum Graeci ritus incoepisset vexatio nec causam suam ideo ordinate promovere, nec discrimen aliter evadere poterat, quam hic confugiens, profitendo se ordinis superius recensiti esse religiosum: (erat Polonus) ut sic et asyllum, sive personae suae nancisceretur immunitatem, et facultatem procuraret

Digitized by Google

casuae suae ulterius promovendae. Hic interim commorans diutius, cum nec Superiores suos legitimos, a quibus causa illius ad legem Ecclesiae dijudicari debuerat, nec documenta necessaria ad causam, quae absque reditu in patriam, et novo discrimine: non quidem jam vexationis praeteritae, sed luendae pro desertione poenae haberi nequeunt, obtinere posset, tandem tardius paulo ad me ante aliquot primum menses confugerat, desiderans, ut eum ad clerum meum susciperem, et ad hunc effectum Sedis Apostolicae gratiam quaererem, ut et saecularisationis obtinere queat fecultatem, et transitum ad nostrum ritum Romanum maximopere, cum et ipse origine latino-Romanus (Polonus) sit. Nam ad invalidandam votorum professionem, causamque ejus generis instituendam documenta congerere eo difficilius fuerat, quod fratres suos germanos (Nobilis enim domus et familia est) sibi pertimesceret vel ideo inimicos, quod eosdem causam suae ad statum religiosum coactionis indigitaret. Nunc porro suspicaretur hos suos fratres omnem movere lapidem, ut non modo a proposito suo invalidandae professionis arceretur prorsus, sed forte hac fore usuros occasione, ut tanquam patriae desertor tractaretur, quo facilius bonis et facultatibus, quae illis a parentibus obvenire possint, frueretur!

Hujus porro Constantini presbyteri et religiosi S. Basilii M. causam in me suscipere non valui, cum non fuissem proprie confugientis Ordinarius, et ut nosti, sit Ordinarius Graecorum hic Leopoli. Attamen cum nec sperassem, ut proprius Ordinarius eidem quidquam opitularetur, ex Christi et proximi amore (!) consilium dederam, ut confugeret potius ad oras nostrarum ditionum, ubi nullus praeter latinum datur ritus, et consequenter nullus graeci ritus Episcopus. Ejus orae igitur Episcopus, seu sub quoque nomine ordinarius, esset illi tunc proprius ordinarius, nec in causa ejus tuenda praepediri posset a quopiam Episcopo Graeco. (!) Huic Ordinario, qui erat administrator Tarnoviensis, commendaveram aeque per-

Digitized by Google

sonam ac ejus causam, et nec administrator Tarnoviensis ad meam commendationem vel tantillum haesitaverat, (!) quin causam ejusdm ad urbem promovisset.

Verum inde a negotiorum gestore eruditur, ad preces Graecorum latum fuisse recenter a Summo Pontifice decretum, quo transitus eorum ad ritum latinum plane prohibetur. Hic tamen Cassiani Kopczyński religiosi diversus (?) est casus, quam fuerant forte Supremo Pontifici motiva ad ferendam ejusmodi sententiam. Nam is nec in patriam suam amplius redire poterit, multo minus monasterium proprium intrare, nec causam suam ob defectum documentorum promovere coram hujus loci Ordinario Graeco quibit. Si vero istud verum sit, quod sit coactus ad vitam monasticam, quemadmodum queritur, contestatur et ejulat, coactus ergo pariter erat ad mutandum ritum, religionem ejusmodi ritus intrando. (!) Quod igitur per strepitum juris obtineri nequit, quaerit per gratiam, quae nihil sanctitati ritus, quem Supremus Pontifex intertenere cupit, officere potest, (!) ut cum gratiam transeundi ad statum Presbyteri saecularis obtinuerit, redeat una ad nativum suum ritum: nimirum latinum. Sed nescio unde Graecis, sive ritus eorum tanta undequaque Patrocinia? hic in nostris oris tanta praevalent multitudine, ut ad numerum Romano-catholicor. ita se habeant sicut decem ad centum! nimirum ubi centum millia Roano-catholicor. ritus latini sunt, sunt certe Ruthenorum decies centena millia, etsi vel unum contigeret ritum suum in Latinum velle mutare, clamitant sibi injuriam inferri, ac despici suum Ritum, ac ne id fiat, undequaque patrocinia conquirunt, quanto vero ardore Catholicae Romanae Ecclesiae studeant, videramus ante paucos annos in partibus Russicis, quae nuper Russorum imperatrici cesserunt, ubi poculum concremati vini Legiones integras in Schismaticas partes trahebat. Nostri vero nimirum Galicienses Rutheni tanto Romano-Catholicae Ecclesiae fervent aestu, ut non raro contigisset presbyteros eorum publice etiam in suis Eclesiis depraedicare, ejusmo-

Digitized by Google

di hominis animam in summo periculo salutis versari, qui ritum suum Graecum in Latinum mutaverit. Quinimo semel mihi delatum habui, unum parochorum in sua Ecclesia de quopiam, qui ritum suum in Latinum mutavit, dixisse, malle se eum Haebreum quam Latinum videre. Id quidem Tibi facile mente effingere potes, ejusmodi temeritatem severe reprehensam fuisse, quo tamen reguntur spiritu, nullo labore conijcere vales, et quo ductu etiàm illorum Consistora et Ordinatus faveant, videre licet, ast cum interdum, aut intertenenda inter conjuges unio, aut mutua fovenda Charitas, aut pacis studium, aut scandalum et offensio plebis vitanda suadeant omnino Ritus mutationem, magis se semper ligatos existimant, ut transitum ad Ritum prohibeant, ac rigidi sui Ritus defensores videantur, quam ut horum, quae mox recensui, servent rationem. Incredebile dictu, quales et quantos excitent clamores, quanto undique patrocinia quaerunt, quanto ardore concitent contra nos autoritatem Gubernii. Si quempiam ex tam nobili et proprie Christiano (?) motivo ritum mutare contigerit, soepe Ego exemplum dare cupiens, (?) quae in Ecclesia Dei, non obstante diversitate Ritus una vigere debeat charitas, quam nobis mutuas obligamur dare manus, ut Christum exhibere in membris nostris semper studendo, charitatem Dei hominibus praedicemus, soepe, inquam, exemplum dare cupiens me facile permisurum exhibui, ut Latinus suum in Graecum mutaret Ritum, si aliter Christiana charitas maximopere a Magistro Nostro nobis commendata obtineri aut conservari nequibat, vel verum id omnino poscebat; ast nec in id consentiunt. Spécie quasi ardoris utrumque aequo marte conservandi Ritum, reapse vero, quia se id facile absque meo concensu consecuturus fore, aut consequi posse sciunt. Cum tanta sui ritus praevaleant multitudine, ut in uno pago trecentarum familiarum ferme interdum tres aut quatuor familiae Latinae reperiantur. Unde cum aut remotiores ab Ecclesiis Latinis morentur, aut conjugiis cum Ruthe-

nis jungantur, propriis commodis studendo facilius transeunt ad ritum eorum, seu Graecum. Interim nos patimur, nos oprimimur, nos sumus in discrimine positi, (?) Rutheni adhuc patrocinia contra nos aquirunt. Expedit tamen et publicae rei et Christianissimo principi, (!) ut quamvis Sanctitas Ritus utriusque interteneatur, et observetur, tamen semper conari, ut latinus Ritus — tamque nobilior (!) quo sancta Mater Romana Ecclesia utitur, et ejus Cultor est ipse princeps, semper privaleat. Cur tot in una eademque Ecclesia Ordinariatus? disparitas, malo dicere, diversitas Ritus non exigit diversitatem Ordinariatus (!) nam si duo capita ejusdem erunt Ecclesiae, facile hoc etiam erit et verendum est, ne sit, data occasione, dispar. Non me piget tibi tanquam amico haec paulo fusius scribere. Multa tamen me manent adhuc, quae essent scribenda. Quae adhuc? Sed tua abuti patientia non possum. Peto te exquiras media quoad principale negotium spectat, nimirum religiosi. Constantini Kopczyński, quibus hic suum intentum possit obtinere. Soepe te contingit cum Excellentissimo Rmo Nuntio Apostolico versari, Ejusque auditore, dicas si potes, nostram, qua opprimimur aerumnam, et una cures causam mox dicti religiosi.

Vale et me ama.

Cajetanus m. p.

Quando cum Excellentissimo Nuntio Apostolico, aut Ejus auditore versaberis, accidere tibi poterit ab illis audire, quod non obstante nimia facilitate graeci ritus catholicae Ecclesiae unitis ruthenis, nullum nunc contingat cessata persecutione in Russia in partes Schismaticas abire.

Scias id non ruthenorum Presbyterorum zelo, sed Episcopis eorum adscribendum esse, qui omnes praeter unum sunt origine ex ritu latino, et ideo Romanae Ecclesiae sum-

Digitized by Google

mopere addicti atque una de ritu conservando solliciti. Hic porro unus Ruthenus quidem origine est, sed ab infantia in Nuntiatura Varsaviensi Ramana eruditus, atque ideo strenuus Romanus, non id ipsum de Galiciensibus dici potest nostris?

Responsum Procuratoris Generalis Ord. S. Basilii Magni congregationis Ruthenorum ad suprascriptas litteras Illmi Dni Cajetani Archiepiscopi Leopoliensis ritus latini sub die 27 Septembris 1802 anno ad quemdam agentem in curia Nuntiaturae Viennensis, datum Excellentissimo Archiepiscopo Mirnensi Dominico Copula, Secretario S. Congregationis de propaganda Fide.

Duo sunt Excellentissime Domine puncta in communicatis mihi Illustrissimi Cajetani Archiepiscopi Leopoliensis ritus latini, unum de Constantino Kopczyński, monacho professo Ord. S. Basilii M. Congregationis Ruthenorum, alterum de accusandis Episcopis hierarchiae Ruthenae; ad utrumque, gerendo morem mandatis Excellentiae Vestrae, pro munere officii mei in hunc modum respondeo. Licet supradictus Constantinus Kopczyński uti professus Ord. S. B. M. ante noviciatum, annum decimum octavum, et completo anno noviciatus jam decimum nonum agens expensis, religionis in studiis humanitatis, philosophiae ac theologiae educatus, non possit probare ante legitimos suos Superiores incompetentiam annorum, et procurare invaliditatem emissae votorum professionis, quia et anno aetatis suae 29 uti alumnus S. Congregationis de propaganda Fide confirmavit in collegio Urbano vocationem juramento: promittendo se perseveraturum in Ordine Basiliano; et licet nec ab Ordinariis Hierarchiae Suae Ruthenae juxta dispositionem Benedicti XIV per decreta S. Congregationis de propaganda Fide anno 1748 factam, nec a Superioribus ordinis habeat permissionem commorandi extra limites Suae dioecesis agendi vices Parochorum latinorum, procurandi Romae facultatem transeundi a ritu rutheno ad lati-

Digitized by Google

num, saecularisandi, et habilitandi se in hoc ritu ad beneficia saecularia; ac licet demum praeter multa decreta anteriorum summorum Pontificum, et feliciter nobis regnantis Pii VII decretum sub die 13 Junii anno currenti latum; propter majus bonum Ecclesiae catholicae expresse prohibeat transitum Ruthenis et specialiter Monachis Basilianis in collegiis Pontificiis educatis, qui deberent esse primi defensores et propatores unionis Russiae disunitae cum S. Romana Ecclesia, quia tamen idem monachus jam ab aliquot annis extra moenia claustralia, extra provincias Sui Ordinis, extra fines Ordinariorum Hierarchiae Ruthenae tanquam apostata vagatur, et in presentiarum ab Illustrissimo Ordinario latino dioecesis Leopoliensis protectus, et consulta opera in dioecesi Tarnoviensi: ubi nullus Ruthenorum Ordinarius reperitur, jam est, collocatus, quo melius consulatur instabilis religiosi conscientiae, quo clarius probetur, nullo modo subsistere eas omnes accusationes, quas Illustrissimus Cajetanus adducit contra Episcopos ruthenos, et quo strictius in una Christi vinea, sub uno unius Ecclesiae Pastore foveatur mutua Orthodoxorum charitas, mihi videtur (si ita placuerit Smo Domino Nostro) indulgendum esse benigne, ut hic religiosus tandem aliquando reducatur ad meliorem vitae frugem, in eo statu, quem sibi sub emendicato Illustrissimi Leopoliensis latini patrocinio ad casum suae inhabilitatis jam dudum praefixit. Ut autem ad alterum punctum aequa ratione pateat responsio: satis est considerare in hujusmodi Litteris capita accusationis.

Accusat Illustrissimus Cajetanus Episcopos ruthenos de retinendis cum zelo in ritu suo subditis, et quidem in numero majori, quam sunt latini; quasi Episcopi graeco-rutheni non essent positi ab eodem Spiritu ad regendam Ecclesiam ut et latini; quasi essent diversae Vineae operarii; quasi non haberent eandem Jurisdictionem in Ecclesia catholica uti et latini, et non contemplatur in uno duntaxat angulo Europae catholicae vigere ritum Ruthenorum, ubi Fides catholi-

Digitized by Google

ca in hoc ritu propagata extitit, et in tota extensione Austriae, Russiae et Prussiae non plures, quam septem Episcopos graeco-ruthenos reperiri, millenas vero, immo omnes alias provincias in regnis catholicorum prorsus vacuas graeco ruthenis.

Accusat idem Episcopos graeco-ruthenos unitos de clamoribus contra se excitari solitis respectu transeuntium de ritu suo ad latinum; et praeterit silentio modestiam ac patientiam, praeter caeteros in aliis Russiae catholicae dioecesibus, in sua solum dioecesi Leopoliensi Episcopi Leopoliensis rutheni, qui videns oculis suis (nescitur qua authoritate) mutato ritu rutheno missis in silentio Laicis, saecularisatos monachos ordinis S. Basilii M. Josaphatum Janicki, Athanasium Niedzielski, Jasonem Korzeniewicz, Olympium Angellowicz, Josaphatum Strzalkiewicz, Joannem sive alius nominis Dąbrowa, et praesentem Const. Kopczyński ex Sua Dioecesi ad aliam latinorum propter eundem finem consulto translatum, non conqueritur de injustitia, non excitat clamores, non recurrit ad Summum Sedis Apostolicae Judicem pro revocandis illis ad suum primitivum ritum.

Accusat Consistoria et Ordinariatus Episcoporum Ruthenorum, quasi hi indulgeant Parochis sui ritus praedicare contra ritum latinum, et magis favere professioni Russorum disunitorum, quam catholicorum, et non dolet infelicem unitorum sortem sub Dominio praepotenti novorum, Principum a quo tempore revolutionis Polonae expulsis Pastoribus Parochis ac monachis unitis, simplicis populi legiones, de quibus loquitur in Suis litteris, non poculo concremati vini, sed variorum bonorum promissis, falsorum missionariorum praedicationibus, exiliis, fame, verberibus, ac carceribus per vim armatam in partes Schismaticorum pertractae, omni modo redeundi ad Sanctam unionem privatae hucusque suspirant a S. Sede Apostolica paternum aliquod auxilium!

Digitized by Google

Protestatur se facilem in permittendo suis subditis transitum a ritu latino ad ruthenum propter fovendam in Ecclesia Dei mutuam charitatem, et hic transitus nec a Sede Apostolica solet permitti, nec in provinciis Russo-Polonis praeter casualem ingressum ad ordinem S. Basilii M. similis consuetudo practicatur!

Consurgit contra Ordinariatus diversi ritus. Inculcat ratione principatus saecularis sustinendam praevalentiam unius, et submissionem alterius, scrutatur originem et statum Episcp: unitorum, movet-Dubia de fidelitate eorum erga communem Matrem Ecclesiam, quasi ille solus de vocatis ad custodiendam vineam Christi sit electus, et ad regendam in illis partibus Ecclesiam positus!

Haec omnia non tam Charitatis fovendae, quam potius excitandae discordiae, ac inquietudinis sunt patetica argumenta. Omnes Episcopi cujuscunquee sint ritus, approbati sunt ab Ecclesia veri successores Apostolorum, omnes ejusdem in regendo Suo Populo jurisdictionis, omnes in una Ecclesia uni subsunt supremo et universali Pastori, et nec unus Apostolus aut doctor Ecclesiae militantis contra alium etsi in diversis linguis et ritibus per universum mundum praedicaretur verbum divinum: ita movebat querelas, uti Illustrissimus Cajetanus contra eorum successores, et Suos collegas ob diversitatem ritus sed ab omnibus in solidum propter Gloriam Dei et animarum salutem laborabatur!

Proptet has rationes infra scriptus Procurator nomine Hierarchae Ruth: humillime supplicat Sacrae Congregationi de Propaganda Fide, ut mediante authoritate Excellentissimi Nuntii Viennensis Decreta Sanctae Sedis Apostolicae transitum Ruthenorum respicientia inviolabiliter observentur, ut consulta transportatio Eorum inscis Ordinaris mutandi ritus gratia extra Dioeces Hierarchiae Ruthenae, uti est factum cum persona Constantini Kopczyński, prohibeatur, ut ejusdem Catholicae Ecclesiae Episcopi licet diversi ritus ab Illustrissimo

Digitized by Google

Accusatore tanquam Fratres habeantur, ut sic in omnibus unius Ecclesiae Pastoribus unus, verus, et apostolicus sine contemptu et praedominatu in aeternum triumphet Spiritus!

Haec pauca, et se ipsum humiliat Excellentiae Vestrae Infimus ac Obsequiosissimus Servus. P. Jordanus Mickiewicz, Ordinis Sancti Basilii Magni Congregationis Ruthenorum Procurator Generalis.

Rationes et momenta, quibus innixa Sacra propagandae fidei Congregatio difficulter admodum, et nonnisi gravissimis ex causis transitum permittit a ritu ad ritum.

Ex Epistola ipsius Sae Congregationis ad Excellm et Reverendissimum Dominum Nuntium Apostolicum Viennensem data sub die 2 Aprilis 1803.

Fuit hoc semper praecipuum Apostolicae Sedis studium ut integer serveratur eorum splendor diversis ritibus, et ob eorum antiquitatem summa veneratione colendis, et tam legi, me introductis, receptis et approbatis in Ecclesia Catholica, cujus cum ipsa concordi eorum varietate pulcherrimum et elegantissimum ornamentum efficiunt. Universalis haec Apostolicae Sedis Oeconomia majori etiam cura est tenenda cum natione Ruthena, quae a catholica unione magna ex parte segregata, licet in ritu plane uniformis, nunquam fortasse sperandum esset, ut ad Ecclesiae unitatem rediret, si paulatim inter eos deficerent illi, qui in Communione catholica eumdem ritum profiterentur. Ad effectum itaque ut ostium ass idue pateat nonunitis, quo minori cum difficultate inducantur ad introeundum in unicum ovile unici supremi Pastoris Jesu Christi, expediens omni tempore visa est conservatio Ruthenorum unitorum in eorum ritus professione, eaque de causa idem Summus Pontifex Pius VII, quem Deus diu incolumem praestet, suorum praedecessorum dispositionibus inhaerens, omnino ipsis transitum inhibuit ad ritum latinum, nisi expressa specialis Apostolicae Sedis dispensatio intercederet, prout patet ex Chirografo dato sub die 13 Junii anni 1802.

Digitized by Google

Adnotatio III. Hocce tempore Eppos Polonicos non curasse dectreta s. Sedis Romanae, circa ritum graeco-catholicum Ruthenorum data, docent insuper sequentia historica monumenta. Sic Eppus polonicus Premisliensis Golaszewski repraesentabat Gubernio Galiciensi, ut cum Ruthenis Graeco-Catholicis in Galicia procedatur secundum Bullam „Etsi pastorialis." Gubernium requisivit desuper sententiam Eppi Rutheni Premisliensis Antonii Angellowicz sub die 6 maji 1798, qui pacis amore et charitate ductus sub die 3 decembris 1800 dedit sequentem notam

ad, Illustrissimum ac Reverendissimum Antonium Golaszewski Episcopum Premisliensem.

Restituendae in Clero et populo curae nostrae Pastorali obnoxio, quam a pluribus jam saeculis non parum perturbat excitata de transitu a ritu ad ritum quaestio, pacis tranquilitatisque amore ductus, depromo lubens animi mei sensa circa propositionem a Regio Gubernio sub die 6ta maji 1798. Nro. 6838 de praefato transitu factam, dum ad peramicas Illmae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae literas de die 16 augusti a. el. Nro. 305. restituendo allegata acta sequentibus respondeo:

Ad 1mum. Quid hucusque ab utraque Parte usitatum fuerit?

Quaestio haec duplici ratione spectari potest, nimirum: quid fuerit legibus ecclesiasticae et civilis potestatis definitum? et quaenam legibus conformis aut dissona obtinuerit consvetudo?

Utrumque docebit sequens brevis documentis innixa narratio:

Teste Leone Allatio Libro de interstitiis excitatis graecos inter et latinos Episcopos rixis super ritibus et jurisdictionibus declaravit Leo Papa X die 18 maji 1521 latinos Episcopos non posse involare in graecorum Episcoporum ju-

Digitized by Google

risdictiones, debere tamen ipsos extendere jurisdictionem in eosdem Graecos, qui proprii ritus Episcopos non habent, sine ulla nihilominus ritus immutatione.

Constitutionem hanc Leonis X confirmavit Clemens Papa VII die 26 martii 1526. Porro sub die 10 Decembris 1615 Paulus Papa V. auditis Velamini Metropolitae totius Russiae precibus, declaravit: „Mentem Sedis Apostolice nunquam fuisse, nec esse, ut praetextu unionis Ruthenorum ritus graecus tollatur," atque demandavit, ut Rutheni ritum servent juxta Literas Clementis VIII, juxta decreta Concilii Florentin et juxta collegii graeci de Urbe regulas, cujus Alumni emittunt juramentum de non transeundo ad ritum latinum sine Apostolicae Sedis dispensatione.

Ast cum non obstantibus ejusmodi constitutionibus Clerus latinus in regno Poloniae partim praematuro zelo, partim studio jurisdictionis suae ampliandae compulsus omni conatu catholicos graecum sequentes ritum ad ritum latinum continuo pertraheret, indeque ab Episcopis graeci ritus in regno Poloniae constitutis ad Sedem Apostolicam soepius querelae deferrentur: ideo Urbanus VIII Pontifex malis occurrere cupiens edito die 7 Februarii 1624 decreto: „Ad conservandam pacem et concordiam inter Ruthenos unitos et ob alias gravissimas causas, de consilio et assensu Venerabilium Fratrum suorum, S. R. E. Cardinalium Congregationis de propaganda fide statuit, ne de caetero Ruthenis unitis sive laicis sive ecclesiasticis tam saecularibus quam regularibus et praesertim monachis S. Basilii ad latinum ritum quacunque de causa etiam urgentissima sine speciali Sedis Apostolicae licentia transire liceat, et proinde omnibus Archiepiscopis, Episcopis et Officialibus Ruthenorum unitorum distincte praecipiendo mandavit, ne deinceps licentias pro hujusmodi transitu subditis suis cujuscunque gradus et conditionis existant, concedere praesumant, et Archiepiscopis, Episcopis et aliis Praelatis latinis et eorum Officialibus, ne Ruthenos unitos predictos ad

latinum ritum transire volentes, quovis praetextu aut causa etiam cum licentia Ruthenorum Praelatorum suorum recipere audeant sub poena nullitatis actus et aliis arbitrio Sanctitatis Suae et Romanorum Pontificum, Successorum suorum, transgressoribus infligendis."

Quia vero Episcopis latinis, distinctam Ecclesiae ruthenae jurisdictionem aegre ferentibus, isthaec Sedis Apostolicae providentia summopere displicuerat, nihil intentatum reliquerunt, quod Sigismundum III Regem Poloniae inducere poterat, ad svadendum nuntio in regno Poloniae residenti, supra ludatum decretum vergere in damnum fidei sanctae, eo quod (uti falso supponebatur) Rutheni eousque tantum in unione permansuri sint, donec Metropolita eorum Velaminus Rutski e vivis excesserit. Equidem (candide fateor, id, quod in monumentis historicis asservatum reperi) motivo hoc utut falso inductus nuntius, nimis praecipitanter consuliut S. Sedi sub die 30 Maji ejusdem anni restrictionem supradicti decreti ad solos ecclesiasticos; num tamen restrictio hujusmodi sub die 7 Julii praefati anni, uti nonnulli contendunt, reapse fuerit sequuta, persvederi minime possum, quinimo firmiter credo, decretum Congregationis propagandae fidei de dato 7 Julii 1624 occasione duorum Basilianorum Religiosorum, nimirum Cassiani Sakowicz et alterius nomine Clementis, qui ritum latinum fuerant amplexi, emanatum non restricionem, sed renovationem potius fuisse decreti prioris, quo etiam laicis transitus a ritu graeco ad latinum sine dispensatione Pontificia interdictus est; Sedem etenim Apostolicam constanter exequutionem istius decreti ursisse, et liberum transitum e graeco ad latinum ritum etiam laicorum nunquam non improbasse luculenter mihi ex sequentibus patet. *)

---

1. Decretum Urbani VIII de die 7. Februarii prohibens transitum laicis aeque ac ecclesiasticis graecis ad ritum latinum sub nullitate actus an prodiit anno 1624 vel velo 1627

Digitized by Google

a) ex mandato eodem anno ad Generalem Jesuitarum dato, juxta quod iidem sub 21 8bris 1624 moniti sunt, „ne laicos ad latinum ritum e graeco traducerent,“ quod quidem mandatum sub die 12 7bris 1629. iteratum fuerat.

b) ex decreto Congregationis de propaganda fide de dato 29 Julii 1631, ubi declaratum est, non esse recedendum a decreto Urbani VIII, die 7 Februarii 1624 edito, et mandatum nomine Summi Pontificis confessariis latinis, ne laicos ruthenos ad latinum ritum pertraherent“.

c) ex relatione nuntii apostolici in Polonia constituti Pignatelli de gestis Brestensis Ruthenorum, cui ipse adfuerat, Capituli die 12 Martii 1667, Congregationi de propaganda fide facta, ubi significat: „prohibuisse se ritus mutationem juxta decretum Urbani VIII de die 7. Februarii 1624 tamquam Schismaticis summe scandalosam, et fidei Catholicae nocivam“.

---

2. In primo casu an existat Decretum posterius occasione Basilii Szczawiński emanatum sub 7. Julii 1624, quo illud prius ad solos ecclesiastics restringeretur et cujusmodi sit?

3. In casu altero an occasione Casiaani Sakowicz editum sit decretum 7 Februarii 1624, quo prohibetur transitus solis ecclesiasticis, et quod dein anno 1627 ad laicos etiam extensum fuisset.

Ratio quaerendi.

Quia casum secundum confirmat informatio ex Congressu Epporum Vilnae 1753 Februario cellebrato ad Sedem romanam missa. Casum vero alterum adserit dissertatatio contra Juristam quendam Vilnen. Maier edita, quae restrictionem de 7 Julii 1624 velut fabellam explodit ex ipso ejus tilo Roma indigno.

Digitized by Google

d) ex decreto Congregationis propagandae fidei die 9 Maji 1667 edito, quo omnia probata sunt, quae in Capitulo Brestensi acta fuere, adeoque prohibitio etiam decreto Urbani VIII conformis, de quo Nuntius Pignatelli retulerat.

e) ex decretali Benedicti XIV die 2. Maji 1744 ad Ruthenos data, quae incipit: „Inter plures etc." et qua unitis sub maximo rigore poenarum praeceptum est, ut alteram decretalem praecedente anno 1743 die 24. xbris ad Graecos Melchitas directam, quae incipit: „Demandatam coelitus etc.", strictissime obsevent, quae posterior „non solum transitum e graeco ad latinum ritum et dispensationem a quopiam alio praeter a Sede Romana impetrandam prohibet," sed insuper declarat: „infantes Graecorum vel alias hujus ritus personas non inde censeri, esse ritus latini, quod interdum urgente aliqua necessitate a latinis sacerdotibus baptizentur, vel alia sacramenta suscipiant." Vid. Bullar. Tom. I. nro. 98.

f) ex Brevi ejusdem Benedicti XIV ad Episcopos ritus graeci Premisliensem et Leopoliensem die 18 7bris 1751 dato, ubi iste immortalis memoriae Pontifex declarat. „Praedecessores suos semper abhorruisse, et se quam maxime abhorrescere a libertate nociva, qua laici rutheni ad ritum latinum transeunt, atque pro paterna sua sollicitudine et incomparabili erga gentem ruthenam benignitate pollicetur, se omnem moturum lapidem, ne decretum Urbani VIII debito careat effectu." Denique asseverat, „se non destructionem sed conservationem ritus graeci desiderare."

Quae utique omnia demonstrant abunde, decretum Urbani VIII die 7 Februarii 1624 editum, neutiquam abrogatum fuisse, verum potius Romanam Sedem matrem et magistram Nostram, constantissime quovis tempore maximo zelo et indefesso studio totius soepe fati decreti effectum, exequutionem atque omnimodam observantiam commendasse et praecepisse, a libertate vero transitus arbitraria veluti sanctorum orientalis Ecclesiae rituum destructrice vehementer

Digitized by Google

abhorruisse et conservationi eorumdem summopere invigilasse.

Inde quoque factum est, ut isthaec Sedis Apostolicae constitutio, tam a politico Poloniae regimine, quam etiam a compluribus latinis Episcopis, iis videlicet, qui majore in Sedem Pontificiam ferebantur pietate, magisque effatu illius venerabantur, quam ut consiliis Jesuitarum sinistro quopiam zelo adversus ritum graecum flagrantium obsecundassent, aut cupidinem ampliandae suae jurisdictionis praevalescere sivissent, fuerit acceptata et exequutioni mandata. Liquet id

a) ex celebri illo Poloniae tractatu, consentientibus Episcopis latinis, regni ministris et senatoribus, de expressa voluntate Joannis III regis anno 1681 die 18 Martii in comitiis regni generalibus Varsaviae concluso et subscripto, quo Ruthenis cauta fuit plena decreti Urbani VIII ddo 7 Februarii 1624 exequutio: ne scilicet quivis pro sui libitu a ritu graeco ad latinum transire praesumeret, aut Episcopi latini negotiis ruthenorum sese immiscerent.

b) ex edicto publico a Joanne Skarbek Archiepiscopo latino Leopoliensi die 14 Junii 1714 edito, quo cunctis dioeceseos suae Ecclesiasticis praecepit, ut ruthenos sacerdotes, Pontifici Romano obedientes, sincera charitate amore et cultu prosequerentur, nec in jura ipsorum involarent, aut laicos contra decretum Urbani VIII die 7 Februarii 1624 latum suscipere, minusque superinducere ad deserendum graecum et amplectendum latinum ritum praesumerent.

c) ex edicto itidem publico Episcopi latini Vilnensis Michaelis Zienkiewicz, collatis consiliis cum suo coadjutore Sapieha et Athanasio Szeptycki Metropolita Russiae anno 1745 die 16 Julii edito, quo idem e Clero suo binos deputaverat commissarios, necessariis facultatibus et expresso mandato instructos, ut omnibus Parochis dioeceseos Vilnensis severe inhiberent, ne decaetero ullos laicos ruthenos contra Urbani VIII et sequentium Pontificum decreta ad ritum

Digitized by Google

latinum suscipere audeant, atque ad reditun cogerent omnes illos, qui proprio arbitrio insolenter deserto graeco ritu ad latinum convolarunt.

. Quemadmodum autem frequenter accidere solet, ut leges sanctissimae, Ecclesiae et civitati maxime proficuae, inveniant adversarios et violatores, qui ipsas in perversum trahere sensum nulli ducunt piaculo, dummodo praestitutum consequntur scopum; ita etiam supra allatis evenit disciplinae ecclesiasticae statutis. Displicuit nimirum non paucis Antistibus latinis mens Pontificiae Sedis libertatem transitus a ritu graeco ad latinum coercens. Posteaquam igitur Benedictus XIV Pontifex bullam suam „Etsi pastoralis“ ad Italo-graecos in Sicilia et Calabria degentes, propriis Episcopis destitutos, anno 1742 edidisset, qua et libertas transeundi a graeco ad latinum ritum concessa, praeeminentia ritui latino prae ritu graeco assignata est, polliceri sibi nonnulli eorum coepere, facili negotio effectum iri, ut extensa ad Ruthenos hac bulla, uniti in Polonia laici ad ritum latinum pertrahantur, et perinde sua jurisdictio dilatetur. Quare anno 1752 Grodnae congregati, non tantum petitum ad Sedem Apostolicam exararunt, ut libertas transeundi a ritu graeco ad latinum laicis unitis concederetur, atque bulla „Etsi pastoralis“ ad Italo-Graecos directa, etiam ad unitos Ruthenos in regno Poloniae extenderetur; verum etiam atrocissima congesta crimina Ruthenis appinxerunt: quasi videlicet essent rebeles, proditores patriae et Sedis Apostolieae etc. Neque satis erat isthaec Sedi Apostolicae ad demonstrandam necessitatem multiplicandi latinas et diminuendi ecclesias graecas detulisse, (cujus quidem scripti copia authentica ex actis Congregationis de propaganda fide desumpta prae manibus est,) publicis enim scriptis insuper eadem ipsa divulgari fecerunt, quibus aulas, scholas, civitates et oppida implentes Cleri et populi sui animos ad contemptum, sacrasmos, scommata et vexationes in Ruthenos graeci ritus sequaces exerendas im-

Digitized by Google

pulerunt adeo, ut non pauci Rutheni uniti exhausta omni stabilitate et constantia, spe tranquillitatis ducti, a ritu graeco ad latinum desciverint.

Non intermisserant equidem Episcopi rutheni causam Cleri et populi sui tam apud anteactos Poloniae reges, quam apud Sanctam Sedem agere, exoperatique sunt demum apud regem Augustum III anno 1753 litteras ad Summum Pontificem directas, quibus integritatem ritus graeci catholicorum Ruthenorum manutendam urgenter Pontifici Maximo commendaverat; at injuriae temporum, angustiae adjunctorum, ac tandem regis et Pontificiis mors obicem posuere, quin finalis decisio litis istius, quae tot odiis, animositatibus, scandalis et innumeris malis ansam praebuerat, secuta fuerit, et clarissima Urbani VIII constitutio ubique intentum et a sacra Sede exoptatum effectum obtinuerit.

Praefatam tamen Sedem Apostolicam numquam a decreto Urbani VIII recessisse, apertissimum praebent argumentum vel ipsa exempla defuncti hoc anno Parochi ritus graeci in Hussakow Hermanowicz, superstitis adhuc Concionatoris et Vicarii Jaroslaviensis Saykiewicz, tum non pridem vita functi generosi Bandrowski, quorum primum et tertium e conventu PP. Carmelitarum, medium vero e conventu ordinis S. Francisci Reformatorum Premisliensibus evocatos, et personaliter Romam incassum recurrentes, anno 1760 die 12 Aprilis praedecessor meus Onuphrius Szumlański in fundamento decreti Urbani VIII nativo graeco restituit ritui circa poenae excommunicationis in transgressores dictorum scilicet conventuum Rectores comminationem.

Quicunque proinde casus in contrarium adduci possent, eos non legitime sed contra leges et decreta ecclesiastica evenisse, ex allatis hactenus manifeste eruitur; libertatem quippe transitus de ritu graeco ad latinum fuisse aliquando a legitima potestate concessam, nullatenus demonstrari valet.

Digitized by Google

Idcirco dum altissimo decreto aulico ddo 15 Februarii 1777 statutum fuisset, ut intuitu transeuntium ad ritum latinum ratio haberetur decretalium a Summis Pontificibus eatenus editorum, eo ipso civili etiam supremae modernae politicae potestatis isthac lege libertas transeundi a graeco ad latinum ritum, utpote praefatis decretalibus inhibita, sublata est, ac id quidem eo certius, cum decretum illud aulicum ad remonstrationes piae memoriae Metropolitae et Episcopi Leopolitani Leonis Szeptycki Sacratissimae majestati Mariae Theresiae exhibitas, quibus excerpta e decretalibus Summorum Pontificium superius adductis inseruerat, emanaverit.

Cum porro dein recursus Romam, qui pro obtinenda licentia transitus a ritu graeco ad latinum juxta decretum Urbani VIII fuisset instituendus, per summum imperantem Josephum scilicet II prohiberetur, hine statutum p. m. praedecessoris Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae, ne transitus propria authoritate de ritu ad ritum fieret, sed ad locorum ordinarios, utpote plenaria jurisdictione gaudentes eatenus quilibet se referet: decretalibus pontificiis menti Altissimae, recto ordini et tranquillitati communi maxime conforme fuisse opinor.

Ad 2um: Quaenam inconvenientiae ex observantia, qualis hucdum viguit, profluant?

Libertatem transitus pro arbitrio de ritu ad ritum inconvenientias, incommoda et damna in religionem, civitatem et animarum salutem redundantia post se trahere, tristis sane experientia docuit hactenus abunde. Nam

I. In religionem redundant sequentia:

a) Religio utique promovetur per spiritualem animarum curam: hac poscit, ut pastores suas oves, oves autem suos pastores noscant, et vocem illorum audiant; ast quomo-

Digitized by Google

do id fieri poterit, si ovibus integrum relinquatur, quoties libuerit, ab ovili se separare, et pastoribus terga vertere?

b) Sacramenta proinde invaliditati exponuntur: sic accidit cum Sacramento Poenitentiae, si illud administratur subjecto, super quod nulla administranti competit jurisdictio, atque istud totiès evenit, quoties assecla graeci ritus auctoritate propria ad ritum latinum commigrans hocce Sacramentum suscipit a Sacerdote, cui in eum nec ordinaria nec subdelegata competit jurisdictio. Etenim, verba sunt Synodi Tridentinae sess. XIV Cap. VII, persvasum semper in Ecclesia Dei fuit, et verissimum esse, Synodus haec confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam non habet jurisdictionem.

Sic fit cum Sacramento Matrimonii, dum illud omissis in propria parochia bannis ad essentiam contractus materiam Sacramenti constituentis juxta expressam legem principis necessariis, quas per transitum ad alium ritum transiens se evitasse existimat, benedici solet etc.

c) Religionis essentialia quoque periculo vilipensionis exponuntur. Ut primum enim aliquis externa religionis et accidentalia parvi pendere incipit, ut primum ritum, in quo natus et educatus est, vilipendit, perindeque jurisdictionem ecclesiasticam, cui subjacet, contemnit, talis profecto etiam essentialia religionis vilipendere incipit, et a contemptu ceremoniarum, quae in se spectatae adiaphorae sunt, ad contemptum dogmatum progredietur, praesertim cum transitus de ritu ad ritum raro contingere soleat absque praeconcepta quadam sinistra opinione sive de ceremoniis sive de disciplina illius ritus, quem antea quis sequebatur. Supersedeo proferendis in medium exemplis, quae mihi experientia eatenus subministrat. Denique id

a.) Pastoribus animarum seu Parochis continuam praebet ansam simultatum, dissidiorum et odii: an vero parum

obest religioni, dum qui charitatis infucatae exemplo fidelibus praelucere deberet, in mutuis vivunt discordiis et scandalo sunt potius caeteris? neque autem spectando, quod Parochi homines affectibus obnoxii esse non cessent, aliud unquam sperari potest, si liceat uni in messem alterius falcem immittere, oves alienas ad suum ovile pertrahere, atque uni jura stolae alterius laedere. An vero haec omnia non sint „inconvenientiae?" praesertim cum inde quoque promanent damna.

II. *In Civitatem* Quippe

a) experientia constat, complures divortiales processus inde ortos esse, quod alterutrius sponsorum, vel banna omisssa fuerint, vel Parochus proprius copulationi non adstiterit ideo, quia mox ante nuptias ritum in fraudem legis mutaverat, et illegitime ad alienam parochiam transierat, num vero, si divellendi matrimonia suppeditatur facilitas, discordiae inter familias oriuntur, et prolium sustentatio et educatio detrimentum patitur, exigua in civitatem et singulares familias promanat incommoda? Porro

b.) Civitati vel maxime obsunt dissidia et simultates civium, et familiarum, quae facile oriri solent, dum quivis existimans transitum a ritu ad ritum a proprio pendere arbitrio, alios ad suum pertrahere cupiens eosdem molestat, et sarcasmis afficit, ut suum obtineat scopum; demum

c.) Civitati noxia sunt quoque permixtio spiritualium jurisdictionum et relationis, quam curatores animarum ad suos habent parochianos, perturbtio, indeque oriri solitae lites,

Quae utique omnia redundant etiam in

III. *Salutis animarum detrimentum.*

Si etenim religio vilipenditur, Sacramenta invaliditati exponuntur, pastores ab ovibus deseruntur, derelinquuntur pro arbitrio ecclesiae propriae, curritur ad alios ecclesiasticos

Digitized by Google

jurisdictione et potestate absolvendi destitutos, certe salus animarum non in modicum vergit discrimen.

Ad 3tium: Hujates graeco-catholici privilegium aequalitatis cum ritu latino anno 1790 in saecularibus et ecclesiasticis rebus obtinuerunt.

Privilegium hoc non ad solam jurium civilium aequalitatem, sed etiam ad res ecclesiasticas, seu ritus ecclesiastici exercitium extendi debere, vel ipse ejusdem contextus docet, habentur quippe in eodem sequentia: „insistendo decretis et privilegiis, tum ab immediato tum ab anterioribus antecessoribus nostris latis, coaequationem rituum catholicorum quoad omnia firmantibus, eandem rituum catholicorum coaequationem in regnis nostris Galiciae, utpote justam, et bono aeque religionis ac civitatis proficuam auctoritate nonostra regia confirmamus, firmiter mandantes primo: ne unus catholicus alterum aeque catholicum ritum contemnat, impediat, aut molestet, aut praeferentiam aliquam sibi adpropriet. etc.

Unde elicitur.

1mo. ritum graeco-catholicum non esse toleratum et permissum, quemadmodum sunt religiones acatholicae, in provinciis nostris toleratae.

2-do. praefatum ritum mox dicto privilegio „quoad omnia“ ritui latino esse coaequatum, adeoque

3-tio. ritum latinum nullam sibi posse „praeferentiam“ nullum „praedominum“ prae ritu graeco vendicare, nullamque „inaequalitatem“ ritui graeco adscribere.

4-to. omnia, quaecunque „praeferentiam“ aliquam ritus latini prae graeco praeseferrent, per praefatum privilegium esse sublata et abrogata.

Digitized by Google

Et sane statutis Serenissimorum olim Poloniae Regum Vladislai Jagiellonidae dedato Jedlna ann. 1433 Privilegio 52 Sigismundi III de anno 1595 sub die 30 Julii, Joannis Casimiri in Comitiis generalibus de anno 1668 sub 29. Augusti, Michaelis in comitiis coronationis de anno 1669 die 19 8bris, Joannis III pariter in comitiis coronationis anno 1676 die 3-tia Martii ritus graeco-catholicus latino fuerat aequiparatus.

Porro per bullas Romanorum Pontificum Leonis X. „Accepimus nuper" sub die 17 Maji 1521, Benedicti XIV. de anno 1743 die 24 xbris „Demandatam coelitus" tum per decreta congregationis rituum, praesertim vero illud de anno 1630 eadem paritatis et aequalitatis utriusque ritus declaratur ratio.

Quare diplomate divae memoriae Leopoldi II. Imperatoris id tantum modo, quod jam antea fuerat statutum, declaratur et confirmatur, ne ullum amplius subversetur dubium neve ritus latinus quamcunque sibi praeterentiam et praedominium arrogaret et vendicaret.

Quod vero attinet animadversionem in fine puncti 3-tii. factam, quae graeco-catholicos acatholicis aequiparare videtur, illam silentio praeterire consultius judico, quam, ut discutiendo, ambages incurrere cogar, adversas charitati, quae signum et thesseram religionis nostrae constituit.

Ad 4-tum: Bulla Benedicti XIV „Etsi pastoralis" solos dumtaxat Italogracos propriis Episcopis destitutos respicit.

Bullam hanc ad solos Italograecos fuisse directam, eos tantum solos respexisse, et ad alios ritum graecum sequentes juxta expressam Legislatoris mentem numquam extendi potuisse et debuisse patet ex ipsius verbis Nro 24. contentis, quae ita sonant. „His insuper, quae superius in qua-

Digitized by Google

cunque parte Italograecis concessimus, indulsimus, declaravimus, praecepimus, ordinavimus, et interdiximus seu prohibuimus, Graecorum in oriente sub propriis catholicis Episcopis, Archiepiscopis et Patriarchis commorantium et aliarum Christianarum nationum quorumcunque rituum a Sacra Sede approbatorum seu permisserum juribus qualibuscunque, si quae illis de jure vel consvetudine vel alias quomodolibet legitime competant, aut apostolicis constitutionibus vel conciliorum generalium, seu Congregationum Venerabilium Fratrum nostrum S. R. E. Cardinalium decretis, quae super ritibus Graecorum, seu aliorum Orientalium emanarunt, ullo pacto praejudicatum vel praejudicium ullum, quamvis minimum illatum esse non intendimus, idque expresse declaramus, et pro declarato, et in qualibet hujus nostrae declarationis seu dispositionis parte pro repetito haberi volumus et mandamus."

Quantumvis porro, uti ad punctum 1mum dictum est, ex parte Episcoporum ritus latini jam tum anno videlicet 1752 a Sede Romana postulatum fuerit, ut bulla „Etsi Pastoralis" ad unitos Ruthenos in regno Poloniae degentes extenderetur: id tamen factum umquam fuisse, nullo documento probari valet.

Licet vero ad sinistram forsitan repraesentationem decretum Aulicum sub die 19 Junii 1787, seu prouti asseritur „Placetum Regium" admittens, Bullam hanc in Galicia emanaverit; exinde tamen minime sequitur, Bullam istam jam propterea ab eo tempore robur aliquod et vim obligandi in Galicia obtinuisse. Etenim.

I. „Placetum regium" est jus tantummodo inspiciendi leges ecclesiasticas ante promulgationem earumdem, et si quaem illis nociva civitati deprehenderentur, suspendendi promulgationem. Quare Princeps, quo ad legem ecclesiasticam, cui tribuit „placetum." permisive se habet ita, ut si lex aliqua a legislatore ecclesiatico lata, et ad suos subditos se

extendens nihil civitati noxium comprehendat, promulgationem et exequutionem illius permittat, secus vero eandem suspendit, Vid. Pehem juris ecclesiastici parte I. §. 808.

Jam vero ex iis, quae superius dicta sunt, manifestum fit, Bullam „Etsi pastoralis" non pro Ruthenis unitis in Polonia seu moderna Galicia habitantibus latam, nec ad eos directam, immo expresse et directis verbis declaratum fuisse, eandem „ad alias nationes praeter Italograecos," adeoque nec ad Ruthenos se minime extendisse, ac proinde quoad Ruthenos unitos ita considerandam fuisse, acsi prosus non extitisset. At ubi nulla erat lex, ibi nec promulgatio illius juxta mentem Legislatoris locum habere, adeoque nec permissio principis eam promulgandi seu „placetum regium" super eadem concipi poterat. Eapropter licet priceps haud rite informatus in falso supposito, acsi pro suis subditis lata, et ad eosdem directa fuisset, promulgationem illius permiserit, illa tamen perinde nec fortius robur, nec majorem vim obligandi sortita est, ac habuerit antea a Legislatore, a quo prodierat, acceptam; cum itaque is Ruthenos in his oris degentes, eadem obligare nullatenus voluerit; sua sponte consequitur, eosdem Ruthenos illa neutiquam obligari, corruente videlicet „regio placeto," quoad legem intuitu Ruthenorum Galiciensium non existentem impetrato. Ast si etiam II. liberaliter concederetur, Bullae „Etsi pastoralis" per mox dictum placetum regium de anno 1787. robur aliquod accessisse, tum sane robur istiusmodi subsequo tempore prorsus evanuisse dubitari non potest. Praefata enim bulla statuuntur ejusmodi regulae, quae apertam inducunt rituum inaequalitatem et praedominum ac praeferentiam ritus latini prae ritu graeco declarant, exempli gratia, „ut latina uxor non sequatur graeci mariti ritum, graecus vero maritus uxoris latinae ritum sequi valeat; ut matrimonium inter sponsum latinum et sponsam graecam benedicatur a Parocho latino; ut infantes nati ex patre latino et matre graeca omnes latinis ceremoniis baptizentur."

Digitized by Google

Jam vero diploma divae mem. Leopoldi II de anno 1790 die 8 Julii veluti superius ad 3) demonstratum est, coaequationem rituum catholicorum quoad omnia firmando, omnem praeferentiam et praedominium unius prae altero diserte sustulit; adeoque lex haec posterior derogavit illi, si quae etiam fuisse admitteretur, priori nimirum placeto super bulla Etsi Pastoralis anno 1787 edito.

Caeterum animadvertendum hic esse censeo, civilem potestatem neutiquam in toto, et non eo modo, qui literis Pastoralibus Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae ddo 30 Decembris 1787 continebatur, bullae Etsi Patoralis placetum regium per decretum de die 5 Julii 1787 tribuere voluisse, quin potius introducendae ulli inaequalitati rituum expresse obstitisse, dum ad nr. IV Literarum Pastoralium expressam adjecit clausulam, quod etiam uxori latinae stante matrimonio ritum mariti graeci suscipere integrum sit, uti id ex indorsato guberniali de die 24 Aug. Nro 19931 hic reacluso clare dispicitur.

Ad 5tum: Casus praeteriti transitum concernentes silentio praetereantur.

Propositioni hujusmodi lubens adquiesco, dummodo infantes illi, qui ritu graeco baptismatis fonte ablui debuissent, recenter latino ritu sunt baptisati, ad sacramentum confirmationis suscipiendum ad suos legitimos Parochos deferantur, tum illae personae, de quibus per tractum praesentis quaestionis, meaequae Episcopalis jurisdictionis a Consistorio meo ad Consistorium Illustrissimae et Reverendissimac Dominationis Vestrae interpellationes factae fuere, suo ritui restituantur juxta decretales Benedicti XIV ad Nr. 1 sub e) adductas, ut sic tandem aliquando litibus et dissidiis inter clerum nobis subordinatum finis imponatur.

Digitized by Google

Ad 6tum. Ab hinc transitus ab uno ad alium ritum non aliter quam cum consensu, dispensatione et dimissione proprii Ordinariatus adeoque numquam proprio arbitrio fieri et acceptari debeat.

Regulam hanc et rectus ordo et notio ordinariae jurisdictionis ecclesiasticae utrinque manutenendae et ipsa aequitas ac justitia svadet statuendam.

I. *Rectus ordo.* Is quippe exigit, ut in rebus disciplinam ecclesiasticam spectantibus Christi fideles non proprio arbitrio sed auctoritate ecclesiastica regantur, quod minime fieret, si cuivis pro libitu liceret, jam hanc jam illam sequi ecclesiae disciplinam.

II. Notio ordinariae jurisdictionis ecclesiasticae. Episcopi enim soli sunt illi, qui regunt dioeceses vi stabilis sibi injuncti officii, et quorum regimen in omnes dioeceseos fideles ita exporrigitur, ut iis invitis extra casum necessitatis, aut majoris ecclesiae utilitatis, nulla liberatio ab illorum jurisdictione valere queat, et nemo praeter Episcopum jurisdictionem quamdam in ejus dioecesi praetendere valeat. Porro ejusmodi jurisdictio secum fert omnino, ut Episcopi soli gaudeant potestat ex causa canonica, id est, Ecclesiarum utilitate et necessitate solvendi suos dioecesanos in casu quodam particulari legibus ecclesiasticis. Vid. Pehem juris ecclesiastici Parte I. §§. 372 et sequentibus.

Unde certissimum est, omnes ritus alicujus asseclas subjacere jurisdictioni ordinariae, a qua nec sua sponte et pro arbitrio, nec per quempiam alium praeter solum loci Ordinarium liberari possunt; adeoque nullatenus dubitandum est, existere legem ecclesiasticam de observando ritu seu disciplina ecclesiastica illa, cui quis adscriptus est. Licet vero eam tantam vim obligandi habere superius demonstratum est, ut potestas dispensandi ab illa Sedi Romanae fuerit reserva-

Digitized by Google

ta, cum nihilominus in praesentiarum recursus ad Sedem Romanam sit impeditus, et alioquin potestas hujusmodi, spectata notione jurisdictionis ordinariae Episcopis competat, consequitur omnino, illos solos posse et debere in transitu a ritu ad ritum dispensare. Quod ipsum svadet etiam

III. *Aequitas et justitia.* Relicta enim illimitata cuivis libertate ab uno ad alium ritum commigrandi, pastores non amplius suas oves, neque oves suos noscent pastores, violabuntur jura parochialia, contemnetur ecclestastica jurisdictio, frangentur ausu temerario Ecclesiae praecepta, et semel introducta libertas in rebus disciplinae trahet post se libertatem in rebus fidei et morum.

Quodsi justae causae dispensationem exigerent, quis hac in re melius cognoscere et discernere valebit, praeter eum, quem Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei seu Ordinarius loci?

Neque existimandum est coarctari perinde libertatem fidelium in exercendo religioso cultu. Etenim, eadem est in utroque ritu fides, eadem religio, eadem salutis consequendae media, neque arcentur fideles Christi utriusque ritus ab accedendis alterutrius ritus Ecclesiis, ut in iis suae in Deum pietatis exercitiis vacare possint. Porro observatio ritus alterutrius nullum quoque ponit impedimentum rebus temporalibus, cum quivis pro sua apitudine et arbitrio honesta vitae media quaerere, licitis commoditatibus frui, legitime promoveri, juste peculium colligere, omnemque sese perficiendi conatum adhibere valeat. Si quis igitur transitum ab uno ad alium ritum ob solam petulantiam et contemptum sive ritus sive ejusdem pastorum, ob persequutiones, vel ad eludendas leges in contrahendo matrimonio, quae ipsi ob diversitatem parochiarum implendae praecipiuntur, praetendat, an non aequitati et justitiae consonum est futurum, si ad haec omnia discernenda jurisdictio ecclesiastica eidem erit

Digitized by Google

interpellanda? quae si causas justas esse repererit, certe dispensationem petenti non denegabit.

Non video sane recursum talem ad Lociordinarium subesse quibusdam difficultatibus, si Parochis injunctum fuerit, ut preces hujusmodi per suos Decanos ad Consistorium illius ritus, a quo transeundi licentia petitur, sine mora mittant.

Quod porro concernit puellas, quae Sacerdotibus ritus mei nupserunt, et ritum suorum maritorum sequutae esse dicuntur, de his mihi prorsus non constat, quinimo tales in suo ritu permanere mihi sciscitanti relatum fuit.

Quod demum spectat Colonistas antea helveticae aut augustanae confessioni addictos, quorum complures ritui graeco adnumeratos esse Illma et Reuma Dominatio Vestra adserit, quantumvis origine sua pertinuerint ad ritum latinum, et ab ordinariatu latino consensum transeundi ad ritum graecum non sint consecuti, liceat mihi adserere, tales extra Ecclesiam existere, et neutrius nostrum jurisdictioni subesse. Illos ad sinum Ecclesiae revocandi par nobis incumbit cura et obligatio, neque persvadere mihi possum fore, ut Illma et Rendma Dnao Vra mihi meisque Parochis vitio verteret, si totum hunc populum in gremium Ecclesiae Catholicae et spem salutis reductum ritui et gregi meo adnumerarem, quemadmodum ego vicissim cum meo clero, Illustrmae et Rendmae Dni Vrae minime succenserem, si Clerus ritus latini omnes graecos nonunitos ad unionem cum ecclesia Catholica reduceret, et gregi suo ac jurisdictioni adscriberet.

Ad 7mum. **Proles a parentibus diversi ritus progeneratae secundum sexum sequantur ritum respectivorum parentum.**

* Nihil profecto aequius, atque stabilitae et firmatae utriusque ritus aequalitati convenientius esse protest. Quousque

Digitized by Google

enim regula haec profundas non egerit rèdices, eousque dissidiorum et simultatum nunquam sperandus est finis. Semper quippe utrinque adhibebitur conatus pertrahendi ab uno ad alterum ritum, et Parochus unus querulabitur contra alterum, sua violari jura.

Non possum ego in eam ire sententiam, ut libertas relinquatur sponsis paciscendi de ritu a prolibus observando, cum id rursus dissidiorum praesertim inter Parochos non modicam praeberet ansam, et alioquin hoc nec ipsis diversae religionis sponsis amplius concedatur, sed firma eatènus statuta sit regula decreto Aulico de die 13 8bris 1781.

Quid autem de Bulla „Etsi pastoralis“ tenendum sit? superius ad *4tum* sat prolixe dictum est.

Nec etiam istius sum opinionis, acsi observantia ritus in sola sumptione sacramentorum juxta proprium ritum consisteret, verum existimo potius requiri quoque, ut et festa et jejunia observentur, quin tamen censem istud in matrimonio rei familiari et paci domesticae obesse. Si etenim matrimonium juxta effatum doctoris gentium est mystica significatio vinculi, qud Christum inter et Ecclesiam intercedit, et Ecclesiae unitas est charitativum vinculum unionis rituum, tum isthaec mystica significatio et unitas maxime repraesentatur in familia, quae ex diverso coalescit ritu, et se mutuo prosequitur amore. Si vero contentiones et jurgia in tali familia oriuntur, isthaec non diversitati rituum sed potius debili judicio, et sinistrae persvasioni Parochorum, majorem praestantiam et dignitatem ritus alterutrius passim inspirantium, vel autem pravo cordi conjugum tribuenda sunt. Quot enim diversi ritus matrimonia in concordia et tranquillitate vivant? quot vero etiam unius ritus discordent? testis est experientia.

Si quae ex rituum diversitate profluant incommoda haec, tamquam praevisa non feriunt, et charitas omnia vincet, illi enim, qui copulantur, norunt bene, quales copulentur? et

Digitized by Google

qui invicem concordans, non durum reputant, ut maritus cum uxore jejunet feriam quartam, et uxor cum marito diem Sabbathinum et viceversa. Par manere potest et quoad festos dies concordia, non enim ad praesens in hoc vel alio ritu datur non ferenda festorum dierum multitudo. Sed et quid obesset, si in ejusmodi numerosiori familia, ille praeeligeretur quoad jejunia et dies festos observandus ritus, cujus personae plures numero essent. Omnia haec incommoda facile superarentur, si Parochi utriusque ritus et copulando Sponsos ritus diversi et aliis commodis occasionibus oblatis loco immaturi zeli faciendi proselytas, juxta religionis nostrae principia instruerent populum, quod Ecclesia catholica tamquam justa, prudens et pia mater, diversos ritus pari foveat affectu, non sit unius mater, alterius noverca, ac proinde huic Ecclesiae exemplo inhaerendo uterque ritus tamquam a SS. Patribus institutus suscipiendus, proles diversi licet ritus pari paterno affectu complectendae, nullaque praeferentia ab asseclis unius ritus prae alio arroganda sit.

Ad 8vum. Usus in necessitate Sacramentorum baptismi et Eucharistiae non imponant obligationem permanendi in ritu illo, juxta quem sunt administrata, et deserendi ritum proprium.

Juxta ea, quae ad *1mum* Litt. e. dicta sunt, regula haec praescripta est decretali Sedis Apostolicae sub die 24. Decembris 1743 edita, quae incipit: „Inter plures,“ et quae per subsequam de die 2 Maji 1744 incipientem: „Demandatam coelitus,“ pro strictissima observatione ad has oras missa fuit, adeoque vi legis gaudet.

Sic vero sonat §. 18. mox dictae Bullae „Demandatam coelitus. „Caeterum si quos in posterum Graecos necessitate cogente ob defectum Parochi Catholici ritus graeci baptismum

Digitized by Google

aut alia sacramenta a latino presbytero recipere eveniat, illi non ideo censendi erunt latinum ritum suscepisse, sed omni dubitatione sublata, ritum graecum, in quo orti sunt, observare teneatur.

His itaque praemissis sententiam meam sequentibus aperio.

1mo Regulas a Regio Gubernio propositas per omnia praevio Supremi Regiminis mandato ubivis introducendas et strictissime observandas esse, vi quarum

a) Nemini deinceps integrum esto, ex uno ad alium transire ritum sine dispensatione Loci Ordinarii.

b) Proles juxta sexum parentum sequantur ritum.

c) Usus Sacramentorum non inducat obligationem manendi in ritu.

Censerem tamen

2do Personas illas, quae stante mea jurisdictione ad latinum ritum me non dispensante transierunt, et de quibus querelae ad Consistorium Illmae et Rendissimae Dnis Vestrae delatae sunt, graeco ritui esse restituendas.

3tio. Sacramentum Matrimonii diversi ritus a Parocho sponsae secundum Consitutionem Archiepiscopi Leopoliensis Skarbek et vigentem antiquam consvetudinem esse administrandum.

4to. Quoad festa et jejunia in posterum hanc regulam observari debere, ut si familia duabus constet personis, ritus mariti, si pluribus, ille teneatur, ad quem plures pertinent personae.

5to. Curatores et Parochos aperte sive clam his regulis contravenientes severis poenis esse subjiciendos, atque ideo:

Digitized by Google

6to. Praevio Summi Principis beneplacito ab utroque Ordinariatu literas pastorales ad Clerum et populum esse dirigendas, quibus praefatae regulae deinceps observandae praecipiantur. Przemysl die 3. Decembris 1800.

Antonius Angełłowicz.
Eps. P. Samb. San.

Ad Gubernium autem rescripsit idem Eppus Ruthenus haec:

Excelsum Gubernium.

Ad communicatam mihi ddto 10 9bris a. c. nro. 33227 Illustrissimi et Rendmi Antonii Gołaszewski Episcopi R. L. Premislien. ratione transitus declarationem, penes reacclusionem Communicatorum ddto 1. xbris a. c. nro. 35393 tum adjectionem sub eodem dato Ejusdem Illmi Episcopi ad me sub 16 Augusti 1799 directae notae, sequentibus meam mentem adaperior.

Ragulam *1mam.* Non debere admitti in utroque ritu transitum sine dispensatione Loci Ordinarii; inhaerere indubitatis demonstrationibus et notioni Loci Ordinariatus exaratis a me in nota mea responsoria ad Illmum et Rendmum Episcopum Gołaszewski ad punctum 1mum et 2dum.

Cujus restrictio sub A. in nota Ejusdem Illmi et Rendmi Gołaszewski Episcopi ad Excelsum Gubernium sub die 23 8br an. cur. adjecta, scilicet. Insinuandum esse stricte loci Ordinariatibus, ne ob ritus praedilectionem difficultent in dispensando recurrentes etiamsi hi extra rationabiles causas ex solo suo debili judicio expetant transitum: videtur mihi esse

Digitized by Google

I. Supervacanea, nam

a) Ipsa regula innuit, eandem posse et debere dari, et

b) Quia dabatur, ipsi Alumni in Seminario latino sese educantes a ritu graeco dimissi et dispensati probant; tum quod

c) Innuat in dispensante nullam adesse debere prudentem deliberationem, sed praecipiti sententia in vota recurrentis ruere teneri, ac quod hinc sequitur

d) Nunquam perpendendae veritati locum relinquendum esse, verum errorem ex debili judicio ortum foveri debere.

II. Regulam elidens:

Ejus enim intentum eo tendit: „Sequaces ritus graeci personae antiquam sui ritus depressionem tolerantes, et plures ob impatientiam in stabilitate quassati, ac a Clero latino animati, turmatim ad ritum latinum transeundi facultatem petent, nuquam negandam.“ Pro stabilienda itaque firmius hac regula sequentia Loci Ordinariatibus insinuanda velim.

a) Extradita ab uno Ordinariatu dispensatio alteri Ordinariatui communicetur pro recognitione, quis huic accrescat, et alteri decrescat.

b) decernatur, ut jura stolae (juste enim peti possunt, quia lege civili cauta, quin inde contrahatur nota avaritiae,) de dispensata in transitu persona seu viva seu mortua aliique personales proventus vel etiam fundi jure aut legitima consvetudine probati, non Parocho, ad quem transit, sed Parocho a quo discedit, solvenda statuantur: hoc namque pacto praeocupabitur animositas Parochorum utriusque ritus in permovendis fidelibus ad transitum.

c) Data et acceptata ab utroque Ordinariatu dispensatio, tamquam extradita et admissa ad utriusque ritus Parochos consignetur pro directione, et tollenda inter Parochos fors ob ignorantiam subsequutae dispensationis, dissensione aut altercatione.

Digitized by Google

2dam regulam: Proles scilicet ex mixto matrimonio natas sequi debere in ritu sexum suorum Parentum,

Svadet

a) Antiquissima consvetudo usu et praxi probata, et

b) Ratio: quia quibus competit jus in Parentes, eisdem et in eorum proles, tum

c) Exposita in mea nota ad 7mum, ubi et subjuncta sub b, regulae restrictio de relinquenda sponsis, paciscendi de liberis, quonam ritu educandi essent libertate; satis habetur dictum, cum

a) Mixtus in familia ritus utriusque reverentiam conciliat.

b) Parochis abinvicem contra se querulandi occasionem subtrahit, et

c) Ejusmodi paciscendi de liberis vel inter Catholicos et acatholicos sponsos libertas lege vetatur ddie 13 Octobris 1781 anno lata.

Equidem Latinorum Curatorum aliquando a sponsis hoc pactum exactum eo intenditur, ut pertractis ad suum ritum Magnatibus nobilibus, etiam civitatibus et oppidis ritum graecum exturbent. Exemplo est oppidum Mosciska, ubi 140 et ultra mixta matrimonia proles suas ritu latino indiscriminatim baptizandas offerunt ita, ut fere totam graecorum parochiam exhauserint, et sic porro.

Quid mirum est, si etiam mei Parochi vicem repetere satagant, et inde dissensionum causam praebent?

Regula 3tia: Participationem Sacramentorum non inducere obligationem manendi in ritu,

Non respicit futura, sed petitur ad declaranda praeterita. Solent enim Latini illud suum tritum axioma depraedicare: „Qui semel etiam in maxima necessitate positus latino ritu communicaverit, eidem jam ultra ad proprium ritum redire non licere,“ et sic porro: hinc nata est illa regulae restrictio.

Digitized by Google

Ad c. de non cogendo reditu ad ritum: nec admittendo etiamsi sponte aliquis redire vellet.

Sane, si graeci ritus sequaces, tot saeculis et moderno, variis modis cogebantur, et adhucdum pertrahi intenduntur ad deserendum ritum nativum, assumendumque latinum, testante hoc ipsomet Illmo Episcopo in nota sua ad me data Puncto 1mo, ac me id repraesentante in mea ad idem punctum responsione, nec ulla consideratio manebat inquietudinis conscientiarum sive cogentis, sive coati, pertrahentis aut pertracti, ille nunc primo suboritur scrupulus, dum ob temerarium transitum et nativi ritus abjectionem in conscientia inquieti ad ejus per reditum quietem repetuntur. Cujus rationem videtur apposita reflexio intendere.

Sub d. respectu in familiis diversi ritus festorum et jejuniorum: qui minimae considerationis est, si

a) In his famuli sequantur obligationem suorum herorum.

b) In familiis pari numero Mariti.

c) In inaequali, pluralitatis, si circumstantiae non svaderent respectivas obligationes servare.

Interim tamen inde infertur Calendariorum in unum confusio.

Absit, ut supponar intrare in rationes correcti Calendarii. Fateor tamen, quod illud ad meum ritum inducere dissvadeat

I. Convenientia

a) Universali Ecclesiae Ordinationi.

Ecclesia enim universalis stetit decisioni Nicaenae Synodi, declarantis Pascha, a quo omnia mobilia festa dependent, celebrandum esse:

1mo. Mense Nisan.

2do. Post ejus plenilunium.

3tio. Die Dominico.

4to. Non simul cum Judaeis.

Digitized by Google

Conveniens itquae est, ut in aliquo catholico ritu haec veneranda antiquitate lex intacta maneat, cui et ipsa Roma exacte ad annum 1582 paruit. Equidem correctio Calendarii innititur hypotesi calculi solaris, qua stabilita evenit, ut non is sit mensis Nisan, qui Martius aut Aprilis. Unde accidit, quod anno 1799 Pasche latinum integro mense Azyma Judaeorum praecesserat, et anno venturo 1802 Pascha latinum eodem puncto cum Judaeis incipiet. Erret itaque vetus calendarium juxta principia matematica, dum salvum sit juxta historiam Evangelicam et praxim ac statuta universalis Ecclesiae.

b) Juribus

a) Ecclesiasticis, nam

1mo. Nusquam Romani Potifices stabilita Ruthenorum cum Romana Ecclesia unione correctum Calendarium suscipiendum demandarunt Ruthenis.

2do. Subjectionem hujus Orae suae Romanae Sedi, quae incipit: — „Nos in Deo pro Synodo legitime Bresciae anno Domini 1596 mense Octobri octava die juxta vetus Calendarium congregati“ in Persona Clementis VIII Pontificis maximi libentissime susceperunt.

3tio. Ad quaestionem: „An tolerari debeat, ut Abissyni Pasha celebrent alia dominica praeter illam, in qua ab Ecclesia Romana celebratur?“ Supremae Inquisitionis decreto de 27 Julii 1631 statuerunt, „nihil esse innovandum circa celebrationem paschatis,“ voluerunt itaque, ut ad ritus orientalium correctum Calendarium non inducatur.

b) Civilibus, cum

1mo. Stephanus cognomento Batory Rex Poloniae Decreto suo ddto 20 mensis Februarii 1585 Varsaviae, poenam decem millium Ducatorum extendit in eos, qui Ruthenos in Palatinatibus Russiae et Belzensi ad sequendum correctum Calendarium cogerent, et festa juxta vetus celebrantes turbarent.

Digitized by Google

2do Augustissimus aeternae memoriae Josephus II Imperator festa in ritu graeco ad populum celebranda, conformiter ad reliquas in ditionibus suis ritus graeci Dioeceses, ac quod inde sequitur, ad vetus Calendarium decreto suo firmavit de dato 19 Junii 1787.

3tio Augustissimus divinae memoriae Leopoldus II Imperator, postquam exintegro ad omnia coaequaverat Latino ritui in possesione veteris Calendarii manentem ritum graecum, simulque omnia praedecessorum suorum Privilegia et decreta in rem hujus ritus edita diplomate suo de anno 1790 confirmaverat, eo ipso etiam et vetus Calendarium sartum tectum esse voluit, et lata circa illud praedecessorum decreta.

II. Dissuadet Consensus Episcoporum.

a) Nam sub Imperio potentissimae Domus Austriacae dantur octo uniti Graecorum Episcopi et novem disuniti, qui vetus Calendarium sequuntur, a quorum Unitorum consensu

b) Secessum in Calendario novo admittendo in binis dioecesibus facere, nota levitatis est.

c) Apud disunitos nota servitutis, ac quod inde sequitur, majoris in Catholicos tam Graecos quam latinos offensionis, odii et subsannationis.

d) Inde namque sequeretur majoribus praerogativis et eminentiore jure gaudere posse in Imperio Disunitos, penes vetus Calendarium intactos, Unitis ad novum Calendarium suscipiendum coactis.

III. *Dissuadet* nulla inde subsequenda jejuniorum ac festorum praeconcepta cohaerentia.

1mo Equidem conjunctum Calendarium quoad ejunia

a) Nec latinos ad jejunandam Feriam 4tam nec Ruthenos ad Sabbatum induceret.

b) Numquam Latini jejunandae Quadragesimae a dominica Quinquagesimae, ut Rutheni, se submitterent.

Digitized by Google

c) In reliquis quoque jejuniis integra maneret diversitas, quae quatuor temporibus apud latinos decernuntur ac vigiliis, apud ruthenos longe alia ratione.

2do Confuso Calendario, festa non confunderentur in eandem diem, nam

a) Latinis festa dies est immaculatae Conceptionis, Corporis Christi, Omnium Sanctorum, quae Ruthenis profesta.

b) Ruthenis festa dies est Magnum Parasceve, Feria 3tia Resurrectionis, Transfigurationis, Exaltationis S. Crucis, S. Demetrii, Praesentationis Bmae V. s. Nicolai, et 3ium Ecclesiae Doctorum Basilii, Gregori et Chrysostomi, latinis profesta.

c) S. Stephani alia in Calendario dies s. Michaelis non solum dies sed mensis recolendae memoriae apud hos quam illos praefigitur, itaquae si aliqua cohaererent festa, id paucis absolveretur.

IV. Dissuadet incommodum

1mo Spiritulae, nam

Crescente in dies Ecclesiae ministrorum defectu

a) Tolleretur mutua necessarii auxilii charitas in celebrando, concianando, Confessiones excipiendo.

b) Oboriretur difficilior fidelibus poenitentiae et communionis sacramentorum participatio. Unusquique enim ex lege interteneretur propriae Ecclesiae officiis.

2do Temporale

a) Transportatoribus mercium et viatoribus in reparandis curribus aliisque, quae stante Calendariorum diversitate tollitur, nam si horum reparandorum apud opifices non datur commoditas in uno ritu, datur in altero.

b) Deberent omnino novocalendariani graeci conquirere rubricellas pro determinandis tam festis quam etiam pro directione ad chorum, quas directiones jam perpetuo juxta vetus Calendarium ordinatas possident, quae

Digitized by Google

c) Comparatio rubricellarum in ritu graeco Clero, familiis onerato et paucis proviso, quotannis quaesita vel eo ipso, quod typi Literarum Methodianarum, quia rarioros eo cariores sint, in magnum detrimentum vergeret.

V. Et damnum Publicum

1mo Ratione expensi e publico aerario subeundi et quidem minus necessarii, equidem

a) Festorum mobilium vetus Calendarium ita juxta Methodianum alphabetum usque ad mundi consumationem ordinatas habet tabulas, ut rudi, dummodo legere noscat, facile eadem pateant non minus venturi anni sed praeterito aut futuro centesimo aut millesimo anno, praeterlapsa aut ventura secus ac Tebellae correcti Calendarii per Literas Dominicales tantum ac Ciclos Epactarum dispositae, quae nisi juvarentur rubricellis, paucis latinis Parochis sunt cognitae, hinc

b) Constituendi forent viri, qui ad methodum veteris Calendarii, novi Calendarii mobilia festa reducendi opus assumerent, et debitum laboris stipendium peterent.

c) Opus consummatum publici aerarii impensis typo premendum foret idque tanta copia, ut utramque Dioecesim impleret.

2do Oeçonomiae universalis.

In qua licet una dies parvum videtur inferre singulari individuo damnum, at id in Universum emergeret notabile, hinc

a) Quot coreti inseminantur hoc eodem die ab aliis, qui laborant, aliis quiescentibus ob festum? et

b) Quot manipuli congregantur similiter, ita ut stante diversitate Calendariorum exceptis dominicis continuum ducitur agriculturae opus, in qua una dies vel multum obest, vel multum prodest.

3tio Mercaturae.

Nam certum est in his oris publicas nundinas determinari a festis, et quidem in aliis oppidis a Latinis, et aliis

Digitized by Google

a Graecis, et potissimum iisdem: dies fluentes a dato unius Calendarii ad datum alterius reliquunt spatium temporis exercendae mercaturae, quae suo ordine ducitur in hoc, donec incipiat in alio oppido.

Patet id exemplo clarius. In oppido Mosciska incipiunt celeberrimae nundinae a festo nativitatis S. Joannis et continuantur binis septimanis juxta Calendarium novum, et ab eodem festo juxta vetus Calendarium incipiunt Premisliae totidem septimanis continuandae, jam conflato in unum Calendario

a) Populus antiquissimo usu tempori assvetus sive propinquus sive remotissimus in tempore nundinarum confunderetur.

b) Frequentia ejus, utpote qui ratione festi locum accedit, et ibi etiam nundinas in crastinum promovendas expectat, imminueretur.

c) Nundinae in binis locis propinquis distractae vacillarent et inde.

d) Lucrum oppidi vel civitatis ex nundinis emergens cessaret, atquae hinc

e) Oppida et civitates damnum ac perinde pauperiem sentire cogerentur, praesertim cum omnis innovatio confusionem pariat.

Non mihi lynceus oculus, ut assequi valeam, quodnam magnum pro publico bonum ex confusione Calendariorum fluat, nisi fors id, ut integer populus simul a labore quiescens majori frequentia impleat popinas, largius ebrietati indulgeat, commodius parta sudore pecunia exhauriatur, rixas, contentiones et jurgia ebrius excitet, majorem in dies morum dessolutionem combibat, ac copiosius lytrum justitiae respectivis judicibus persolvat.

Verum in eo minor nobis incumbit labor, cuinam Ritus obligationi fideles quoad festa et jejunia faciant satis? sive hunc sive illum ritum sequantur, conquirent virtutum

Digitized by Google

mediae, et laudabunt Dei vel in Mysteriis recolendis bonitatem, vel in memoriis Sanctorum gratiam, petentque exempla virtutum; id majus requirit studium et curam, ne potentiores scilicet, qui Dominia constituunt, et communiter ritum latinum sequuntur, loco inevitabilis obligationis manuducendae sibi subditae plebis ad Officia religionis, eandem abusiva sua potestate, ab iisdem retrahant. Nam plane mihi ex annuis tabellis super statu Parochiarum submitti solitis constat,

a) Popinas horis devotioni publicae dicatis patere, et in iisdem propinari, quo populus a Divinis audiendis et Ecclesis frequentandis avocatur.

b) Praeceptum Ecclesiae de non instituendis choreis tempore vetito passim frangi, ob studium copiosioris ad popinas convocandae plebis.

c) Subditos diebus festis, laboribus, transportis, deponendis, de diebus laboratilibus per septimanam peractis calculis, ad ea violanda, et intermittendum ad Ecclesias accessum cogi.

d) Nundinas hebdomadales diebus Dominicis in pluribus oppidis etiam cum spirituali populi damno agitari.

e) Dominos Collatores, aliquando Possessores tantum cum Missa celebranda ad 11mam et 12mam etiam horam a Parochis expectari, unde plebs reliqua aestus solis aut frigoris impatiens, ad popinas vel domos, non audita missa discedere cogitur.

f) Destruendae in plebe Parochorum auctoritatis, aut sumendae vindictae de his gratia, eorum filios aut Cantores per immissos turmatim rusticos in eorum residentias, violenter pro hyronibus extrahi, si vel extirpandis abusibus se accingunt, vel jura sua tuentur, vel integritatem fundorum defendunt, et

g) Generaliter fere nullam considerationem ministorum Dei et religionis haberi. Quorum abusuum extirpandorum

Digitized by Google

causa, implentur quidem a meo Consistorio recursibus Circularia Officia, at nulla manus apponitur efficax nisi Excelsum Gubernium his medelam adferat. Signatum die 24 xbris 1801.

Opinioni huic praefati Eppi Rutheni adstipulabatur Gubernium, ac eadem non arrisit Eppis Polonicis Galiciensibus.

Dum itaque et monachi et clerici et laici Rutheni ritus graeco-catholici proprio marte ad ritum latinum transirent, et ad eundem sine facultate Sedis Apostolicae susciperentur, Eppi Rutheni non intermittebant apud s. Sedem causam ritus sui propugnare per agentem suum Romae Patrem Jordanum Mickiewicz. Inde promanarunt constitutio Pii Papae VII et Epistola Cong. de prop. fide, supra adductae, et ad manus Eppi Rutheni Antonii Angellowicz eum in finem datae, ut eas deduceret in notitiam Epporum Polonicorum.

Attamen Constitutio Pii Papae VII non placuit Eppis Polonicis, qui illam subruere conabantur. Pugnam hanc inchoavit Archieppus Polonicus Cajetanus Kicki supra adducta epistola sua, refutata a Patre Mickiewicz. Unde etiam a Vicario generali Leopoliensi Michaele Harasiewicz, qua delegato Epporum Ruthenorum Galiciensium apud caes. reg. Aulam directum erat in causa ritus ad Nuntium Apostolicum Viennensem Severoli sequens

Promemoria.

Decretis et Constitutionibus summorum Pfcum, nominatim felicis recordationis Urbani 8vi die 7 Februarii 1624 tum Clementis 14ti die 16 Aprilis 1774 per feliciter ad praesens Ecclesiam universalem gubernantem Sanctis. Dominum Pium 7um sub die 13 Junii 1803 renovatis stricte prohibitum habetur, ne

Digitized by Google

1. Ruthenis unitis sive laicis sive Ecclsiasticis tum saecularibus tum regularibus ad lat. ritum quacumque de causa etiam urgentissima sine speciali Sedis Apostolicae licentia transire liceat.

2. Locorum Ordinariis Ruthenorum unitorum praeceptum esse, ne licentias pro hujusmodi transitu subditis suis, cujuscumque gradus et conditionis existant, concedere praesumant; jam autem

3. Ordinariatibus lat. rit. mandatum esse, ne Ruthenos unitos ad lat. rit. transire volentes quovis praetextu aut causa etiam cum licentia Ruthenorum Praelatorum recipere audeant sub poenis nullitatis actus.

Cum autem fiat persoepe, ut Rutheni uniti in Galicia existentes Laici et Clerici non tantum inconsulta Sede Apolica sed etiam absque consensu et scitu propriorum loci Ordinariorum ad lat. rit. transeant et suscipiantur, alii autem in adversum Constitutionibus eatenus editis, et nominatim felicis recordationis Benedicti 14 per decreta S. Congregationis de propaganda fide anno 1748 facta praetermissis propris loci Ordinariis Ruthenis unitis, de causis hujus transitus optimam notitiam habentibus, sesse directe ad s. Nuntiaturam Applicam vel ipsam s. Sedem cum suis precibus soepenumero frivolis et infundatis conferant, alii autem emendicata non propriorum locorum Ordinariorum sed Praelatorum rit. lat. pro se intercessione, aliquando etiam subreptitie dispensationes obtineant. Ideo Eppi Rutheni uniti in Galicia existentes, et quidem Chelmensis et Bełzensis ac Administrator Brestensis, Premisl. Sambor. et Sanocen. Leopol. Hâlic. et Camenec. midiante infrascripto ad aulam Caes: reg: in negotiis regulandae Hierarchiae ruth. unitae speciali delegato S. Nuntiaturae Aplicae humillime supplicare coguntur, quatenus

1. Conformiter supraditctis Constitutionibus nullius sive clerici sive laici petitioni ad rit. lat. transire cupientis praebeantur

Digitized by Google

aures, quae a proprio loci Ordinario ruth. unito non fuerit substrata, cum

a. Motiva supplicantium istiusmodi propriis locorum Ordinaris optime perspecta sint, et hi soli de petitionibus hujus generis, an et quonam nituntur fundamento, accuratissimam Sacrae Sedi informationem praebe.e valent.

b. Hoc modo praecludetur via labefactationi disciplinae Ecclesiasticae et Monasticae tum discordiae ac comtentui jurisdictionis Ordinariae et abusibus plurimis inde promanantibus, dum oratores, praesertim Clerici et Monachi, praetermissis ac inconsultis propriis locorum Ordinariis ad alium transeunt ritum, et ad aliam transferuntur jurisdictionem, jam vero e converso

c. Manutenebitur subordinatio et reve.entia debita pastoribus propriis in Clero saeculari et regulari ac populo, cujus omnimodam conservationem bonum Religionis et Ecclesiae omnino exigit. Cui autem haud modicum per translationes ex uno ritu ad alium absque scitu et cosensu propriorum praepositorum adferri solet detrimentum, ac insuper

d. Hac ratione conservabitur mutua pax et concordia, atque obviabitur simultatibus, contentionibus et controversiis tam inter Parochos gr. uniti et lat. ritus, quam etiam eorum praepositos, ex eo fonte semper oriri solitis, dum subditi aliquorum priorum inconsultis et insciis propriis praepositis Ecclesiasticis ad alium suscipiantur ritum, Parochialis et Dioececesana jurisdictio violatur, ac unus in alterius involat jura.

2. Hocce humillimum desiderium ad s. Sedem promomoveatur.

Viennae 30 Julli 1803.

Etiam in Hungaria vigebant similes contentiones Epporum latinorum contra ritum graeco cath. Ruthenorum, unde Eppus Ruthenus Munkaciensis Baczyński cogebatur auxilium

Digitized by Google

a Sua c. r. Majestate expetere occasione ejectae ex Ecclesia in Malczow s. iconostasis anno 1805. (Vide: Supplices preces ad Suam Majestatem Eppi Munkaciensis Baczyński ddto 24 Augusti 1805 et 8 Octobris 1805.)

Cum itaque lites de transitu ex ritu graeco-catholico ad latinum durarent, Eppi Rutheni provocabant sese ad decretum Pii Papae VII, quod tamen Eppi Polonici — nec sit hoc mirum, quia Poloni in genere parum curabant observationem legum, pro Ruthenis a se ipsis et ab aliis datarum, — detrectabant, obmoventes, eidem decreto ex parte regiminis Austriaci placetum regium non esse datum. Quare Eppi Rutheni exhibebat soepe dictum decretum Pontificium Regimini, petentes, ut eidem placetum regium tribuatur, et ut eo magis executioni mandetur, cum id duntaxat anteriores Summorum Pontificum eatenus emanatas Constitutiones confirmet quarum observatio anterioribus Aulicis resolutionibus injuncta erat. (Vide: Relatio ad Gubernium ddto 5 Novembris 1807 a nominato eotum Metropolita Angellowicz facta.) Hoc tempore erat in Gubernio referens ecclesiasticarum rerum Sacerdos latinus Z e i s l, Ruthenorum et ritus eorum graeco-cath. adversarius, contra quem posthac Eppi Rutheni querelas obmovebant, et qui in praesenti causa ad Aulam sinistram elaboravit enucleationem, secundum quam emanavit decretum Aulae sub 11 Februarii 1808 declarans, quod intuitu transitus ex uno ad alterum ritum Ordinationibus desuper jam antea emanatis insistendum sit, et quemadmodum hae normales ordinationes manutenentur, ita de novis decretis Sedis Apostolicae, quae placetum regium non obtinuerant, nulla notitia summenda est. (Vide: Decretum aulicum ddto 11 Februarii 1808 et intimationem Gubernialem ddto 11 Martii 1808 Nro 10504.) Ita clerus latinus eludebat decreta Sedis Apostolicae pro Ruthenis data, et recte datis talibus decretis clerus latinus Polonicus eo magis intendebat traductioni Ruthenorum ad ritum latinum et eorum polonisationi.

Digitized by Google

Eodem tempore praeparabatur revolutio a Polonis in Galicia, et in talibus circumstantiis Poloni semper vexabant Ruthenos, partim ut eos contra regimen Austracum qua injustum concitarent, partim ut eos pro fidelitate erga dictum regimen punirent, partim vero ut causam nationalitatis polonicae promoverent.

Similis procella contra ritum graeco-catholicum Ruthenorum excitata erat tunc temporis, circa an 1788 et sequentibus in ditionibus Poloniae, siquidem tota parochia ruthena gr. cath. in Wyrow per proprietarium hujus localitatis Dnum Franciscum Kuszel ad ritum latinum Polonorum coacta erat, et etiam in aliis locis pertrahebantur Rutheni graec. cath. ad ritum latinum, quem in finem adducimus sequentem notam Consistorii r. l. Lublinensis ad Consistorium r. g. c. Chelmense, praesentatam ab hoc ultimo 14 7bris 1804.

Nro. 240.

Ad Illustrissime ac Reverendissime Consistorium Chelmense Ritus Graeci.

Consistorium Lublinense accepta nota Illrmi ac Reverendissimi Consistorii Helmensis R. G. cum annexis querelis Josephi Kurmanowicz Parochi Parczoviensis Ritus Graeci, tum Confraternitatis ejusdem loci, contra Curatum Ecclesiae Parochialis Parczoviensis r. l. respectu acsi pertrahendi Parochianos Catholicos r. Graeci, ad Latinum, communicatisque dicto Curato ad respondendum, praesentibus illud certius reddit.

Quod tam Simon Kozicki Curatus, quam Adalbertus Braun ab 8 annis Commendarius dictae Ecclesiae Parczoviensis r. l. neque publice neque privatim sollicitaverint quemque ad amplectendum r. l. scientes se non debere in messem alienam mittere falcem, suisque Ovibus contenti, pro quibus reddenda est ab unoquoque Pastore strictissima Deo ratio,

Digitized by Google

alienas minime quaerunt. Ad comprobandum hanc veritatem fidem appellant ipsarum Personarum, quae transierunt ad Ritum Latinum. Constat vero Parochianos Josephi Kurmanowicz mutasse Ritum vel maxime ipsiusmet cupla. Cum enim impedire soleat matrimonia contrahenda inter Personas diversi Ritus, Personae rit. Graeci ad assequendum finem suum in tempore clanculum transire ad Ritum Latinum intendunt. Cui profecto curatus Latinus numqam praebuisset assensum, si prius illi aperuissent intentionem suam. Verum accidit tales inconsulto curato Latino, ac soepissime in altera remota Ecclesia accedere ad Sacram Synaxim Ritu Latino, eaque ratione mutare Ritum Graecum.

Quod spectat assertionem Josephi Kurmanowicz, acsi transitus ex Ritu Graeco ad Latinum repugnet Legi Ecclesiasticae, non latet equidem Parochos Latinos proxime post susceptam Unionem ad preces Episcoporum Ritus Graeci decretum congregationis de propaganda Fide die 7 Febr. anno 1624 latum fuisse, quo prohibetur Ruthenis unitis tam Laicis, — quam Ecclesiasticis, Saecularibus et Regularibus, ne transeant ad Ritum Latinum ex quacumque causa etiam urgentissima sine speciali Sedis Apostolicae licentia, quod approbatum fuit a Summo Potifice Urbano VIII. Cum tamen Sigismundus III Rex Poloniarum sese opponeret publicationi hujus decreti in Regno Poloniae ex hoc motivo, quod si prohibetur transitus ad Ritum Latinum etiam Laicis, esset impeditus progressus religionis eo attento, quod Laici Rutheni amplectebantur unionem cum intentione, ut transeant ad Ritum Latinum.

Praeter regem fuerunt etiam contrarii publicationi hujus decreti primores ex Russia et Lithvania dicentes, quod cum publicatione hujus decreti sequeretur ruina unionis; propterea Nuntius Aplicus eo temporis apud regem Sigis-

Digitized by Google

mundum considerans maturo consilio diversas rationes, insinuavit dictae Congregationi, ne prohiberetur transitus Laicis ad Ritum Latinum, sed tantum Clericis et religiosis. Unde in Congretione habita die 7 Julii anno 1624 rationes, quas Nuntius Poloniae significabat a rege opponi publicationi decreti de transitu Ruthenorum ad ritum Latinum, idem Urbanus VIII jussit decretum restringi tantum ad Ecclesiasticos. Prout re ipsa restrictum, publicatum, tabulisque insertum legitur, quod incipit: Ad conservandum pacem et concordiam inter Ruthenos unitos et ob alias gravisimas causas S. in Christo Pater et D. N. D. Urbanus divina providentia VIII de consilio et assensu V.V. Fratrum suorum S. R.E. Cardinalium Congregationis de propaganda fide decrevit, ne de caetero presbyteris et aliis Ecclesiasticis Ruthenorum unitorum et praesertim monachis S. Basilii ad Ritum Latinum quacumque de causa etiam urgentissima sine speciali Sedis Aplicae licentia transire liceat etc. Cum vero post dictum decretum fuerit facta instantia ab aliquibus Laicis pro permissione, ut transirent de Ritu Graeco in Latinum, dicta congregatio tractando de puris Laicis semper respondit, non indigere dispensatione vigore decreti sub die 7 Julii 1624 lati, quod decretum cum sit posterius primo sub die 7 Febr. 1624 lato, quocirca Ecclesiasticos tantum in quocunque Ordine tam majori, quam minori constitutos seculares vel regulares a Ritu Graeco ad Latinum sine expressa licentia Sedis Aplicae transire non posse, Laicos vero posse transire in hac regione, nullus dubitat. Talisque semper ad mentem hujus decreti posterioris usus ac consvetudo in Polonia vigebat. Quae itaque allata sunt in querela Parochi Parczovien R. G. de decreto illo primo renovata nuper a S. D. N. Pio Divina Providentia Papa VII, quod tantum confirmatum fuisse olim a Clemente XIV legitur pro locis et provinciis, quae moschorum imperio subsunt, jam per se ruunt; imo dant ansam suspicandi, illud prius decretum subreptitie, tum ad malam informationem sine

Digitized by Google

abrogatione posterioris procuratum ac innovatum esse. Quod profecto neque in vivis degente Clemente XIV neque feliciter moderante Ecclesiam Summo Pontifice Pio VII in hac regione publicatum est. Ob has itaque causas non convenit, ut Consistorium Lublinense injungat curato Parczoviensis r.l. restitutionem personarum, quae sponte sua ac illo inscio, nec non ad mentem Legis Ecclesiasticae ac consvetudinis immemorabilis transierunt ad ritum Latinum; eo magis, quod ejusmodi restitutio significaret quodammodo unum ritum praestantiorem esse altero, daretque occasionem populo sentiendi, posse unumquemque pro libitu suo, alternis vicibus jam unum jam alterum amplecti ritum. Quali restitutioni longe majori ex parte sua non insistit jurisdictio spiritualis ritus Latini apud illustrissimum consistorium Helmense R. G. sciens ritum variare continuo prohibitum esse. Quodsi enim unus Parochus R. G. conquestus sit contra transitum nonnullarum personarum ex ritu Graeco in Latinum, longe plures procul dubio curati Latini in hac dioecesi accusant quotidianos fere ausus Parochorum r.G.de pertractis et admissis ad suum ritum Latinis variis ac subdolis modis, praecipue in pagis dissitis ab ecclesiis parochialibus Latinis, qui sub praetextu administrati sacramenti baptismi infantibus parentum Latinorum ob longinquitatem loci in casu necessitatis, plerumque usurpare solent potestatem spiritualem, tamquam in suos proprios parochianos in ritu Graeco. Ad obviandum itaque similibus casibus in futurum, necessarium esse existimat consistorium Lublinense, ut quemadmodum a sua jurisdictione jam dudum injunctum fuerat curatis ritus Latini, injungeturque adhuc ad praesens, ut neminem sollicitent ad amplectendum ritum Latinum, ita quoque illustrissimum ac reverendissimum consistorium Helmense r. G. dignetur prohibere sui ritus Parochis, qui augendi vel maxime reditus cusa ex juribus stolae augere quoque numerum suorum parochianorum cuperent, ne ad

Digitized by Google

suum ritum pertrahere Latinos sub ullo quovis praetextu audeant.

Lublini die 2 Augusti 1804 anno

Vincentius Jezierski officialis Generalis Lublinensis, consistorii Praeses.

Praesentibus Illustribus
Josepho Gornicki,
Andrea Paczowski,
Adamo Brożek,
Ignatio Gorajewski,
Mathia Mieliński,
Consistorii Assessoribus.

Circa an 1804 dereliquit sine scitu Superiorum suorum monasterium S. Basilii M. Hoszoviense in Galicia monachus Basilianus r. g. c. Nicander Mikolajewicz, suscipiebatur a Consistorio r. l. Premisliensi ad r. l. et applicabatur in Dublany circuli Samboriensis qua Cooperator ad Ecclesiam latinam. Ad querelam Eppi Rutheni Angellowicz sed etiam ad repraesentationem Consistorii latini Praemisliensis ordinabatur a Gubernio sub 29 Januarii 1805 Nro 3041 pertractatio circa saecularisationem dicti monachi. Ex hac causa exhibuit Eppus Angellowicz ad Suam Majestatem sequentem recursum.

Euere Majeſtät!

Seit dem Jahre 1624 beſteht die päpſtliche zur Handhabung der guten Harmonie und aus wichtigſten Urſachen vom Urban VIII unterm 24. Februar erlaſſene Verordnung, A wodurch den in der Union mit der Römiſchen Kirche lebenden Ruthenen oder den griechiſchen Katholiken, ſowohl des weltlichen als des geiſtlichen Standes, und beſonders den Baſilianer-Ordens-Geiſtlichen ſtreng verbothen worden: „aus was

Digitized by Google

immer für einer auch der dringendſten Urſache ohne vorläufi-ge Diſpenſazion des päpſtlichen Stuhles vom griechiſchen zum lateiniſchen Ritus zu übertreten, und den Ordinarien ſowohl des griechiſchen als des lateiniſchen Ritus unterſagt, unter keinem Vorwande ſolchen Übertrit zu geſtatten, oder die Übertretenden aufzunehmen, mit der Erklärung, daß ſolcher Übertrit als null und nichtig anzuſehen ſei."

Da dieſe Vorſchrift in der Folge theis wenig geachtet, theils von einigen in Zweifel gezogen worden, ſo wurde die beſagte Verordnnng vermög der nämlichen Beilage A unterm 16 April 1774 vom heiligen Stuhle erneuert.

Nach der allerhöchſten Hofentſchließung dtto 15 Hornung 1777, wodurch allergnädigſt feſtgeſetzt worden: „daß in Anſehung der übertretenden griechiſch-katholiſchen Unterthanen ad ritum latinum ſich lediglich an die Vorſchrift der dießfalls erlaſſenen päpſtlichen Verordnung zu halten ſei," erhielt die obbeſagte päpſtliche Verordnnng in den revindizirten Ländern Galizien und Lodomerien das allerhöchſte Placetum und die Kraft des Geſetzes für alle ſowohl weltliche als geiſtliche Unterthanen Euer Majeſtät.

Die erwähnte päpſtliche vom Urban VIII erlaſſene und vom Clemens XIV erneuerte Verordnung wurde von Seiner Heiligkeit dem dermaligen Papſte Pius VII unterm 13 Juni 1802 neuerdings nach ihrem ganzen Inhalte wiederholt und beſtätigt.

Es iſt daher kein Zweifel übrig, daß ſich nach dieſer Vorſchrift ſowohl von den Ordinariaten der beiden Ritus als auch von ihren Glaubensgenoſſen genau benommen werden müße.

Demongeachtet wird aber dieſe Vorſchrift von den Ordinariaten des lateiniſchen Ritus hierlandes außer Acht gelaſſen, und nicht nur die weltlichen ſondern auch die geiſtlichen eigenmächtig zum lateiniſchen Ritus übertretenden Individuen ohne allen Anſtand angenommen, und ohne vorläu-

Digitized by Google

ſige Entlaſſung von ihren vorgeſetzten Ordinariaten auch zur Seelſorge bei dem lateiniſchen Ritus vorſchriftswidrig verwendet.

Folgender Fall dient hier zum Beweiſe, wodurch man bemüſſiget wird in aller Unterthänigkeit die Zuflucht an Euere Majeſtät zu nehmen.

Ein gewiſſer Prieſter des Baſilianer-Ordens Namens Nikander Mikołajewicz verließ eigenmächtig ſein in der hieſigen Diözeſe Stryer Kreiſes gelegenes Kloſter Hoszow, begab ſich in die Przemysler Diözes des lateiniſchen Ritus, ging vom griechiſchen zum lateiniſchen Ritus über, und wurde vom Przemysler Konſiſtorium des lateiniſchen Ritus ohne vorläufiger Rückſprache mit ſeinen Ordens-Obern und ſeinem Ordinariate des griechiſch-katholiſchen Ritus in Dublany Samborer Kreiſes als Pfarr-Cooperator angeſtellt.

Auf die sub praes. 17 September v. J. vom Baſilianer-Ordens-Provinzial Zdziuszyński an dieſes treugehorſamſte Ordinariat gemachte Anzeige wurde vermög B unterm 6 Oktober v. J. Zahl. 1353 das erwähnte Konſiſtorium des lateiniſchen Ritus angegangen, womit der gedachte Baſilianer-Ordensprieſter Mikołajewicz, der eigenmächtig ſein Kloſter, ſeine Diözes und ſeinen Ritus verließ, zu demſelben umſomehr zurückgewieſen werden möchte, als ſein Übertrit vermög der päpſtlichen Verordnung und der höchſten Civil-Vorſchrift dtto. 15 Hornung 1777 null und nichtig ſei.

Dieſe Note blieb ohne alle Wirkung, und man erhielt darauf vom Konſiſtorium bisnunzu gar keine Antwort.

Unterdeſſen reichte der Baſilianer Prieſter Mikolajewicz eine Vorſtellung bei der hieſigen Landesſtelle ad Nr. 39.887 1804 ein, worin derſelbe vorgab, urſprünglich vom lateiniſchen Ritus zu ſein, die Ordensgelübden in ſeiner Minderjährigkeit abgelegt zu haben, und hiezu gezwungen geweſen zu ſein; den Baſilianer-Ordens-Obern verſchiedene Verbrechen zur Laſt legte, und bat, womit ſeine Ordens-Gelübden für nichtig er-

klärt, und er bei ſeinem eigenmächtig, auf Einrathen eines Beichtvaters bewerkſtelligten Übertrite zum lateiniſchen Ritus beibehalten werden möchte.

Dieſe Vorſtellung wurde dieſem treugehorſamſten Ordinariate unterm 5 Oktober v. J. Z. 39887 zur Aeußerung, ob der vorgegebene Übertrit des Bittlegers von dem lateiniſchen zum griechiſchen Ritus mit Genehmigung des Ordinariats geſchehen, und dem weiteren Bedeuten mitgetheilt, daß der beſagte Prieſter einſtweilen bei ſeiner Cooperatur des lateiniſchen Ritus zu belaſſen ſei.

Hierauf wurde der in der Anlage C mitgehende ausführliche Bericht unterm 15 Dezember v. J. Z. 1710 erſtattet, darin aktenmäßig der Ungrund und die offenbaren Widerſprüche des vom Orden apoſtaſirten Prieſters Mikolajewicz dergeſtellt, und gehorſamſt angetragen, womit:

1. Der Ordensprieſter Mikolajewicz auf ſeinen Beſtimmungsort ins Kloſter zu Hoszow zurückgewieſen,

2. Dem Ordens-Provinzial aufgetragen würde, für ſeinen Unterhalt zu ſorgen, und ihn ungekränkt zu belaſſen.

3. Über die Angaben und Anklagen des beſagten Prieſters wider die Ordens-Obern eine gemiſchte Unterſuchung, wozu auch nebſt einen von hieraus zu beſtimmenden Kommiſſär ein Individuum vom lateiniſchen Klerus zugezogen werden dürfte, deßwegen angeordnet würde, weil der beſagte Prieſter im vorigen Jahre zu wiederholten Mahlen ſeine Ordens-Obern über mehrere Verbrechen bei dem Landes-Präſidium denunzirte, und bei der hierüber vorgenommenen Unterſuchung ſich erklärt hatte, hievon keine Kenntniß zu haben.

Hierauf wurde unterm 29 Jänner l. J. Z. 3041 von der Landesſtelle vermög der Anlage D. bedeutet, daß

1. Dem Przemysler lateiniſchen Konſiſtorium aufgetragen ſei, die Angelegenheit des Prieſters Mikolajewicz mit Zuziehung eines von dieſem Konſiſtorium zubeſtimmenden Kom-

Digitized by Google

miſſärs, und Zuziehung des Baſilianer-Ordens-Provinzials zu unterſuchen.

2. Den Prieſter Mikolajewicz bis auf weitere Anordnung bei ſeiner Kooperatur zu belaſſen, und zugleich

3. Dieſem Ordinariate anbefohlen, ſich wegen des von ſeiner Seite zu dieſer Unterſuchung zubeſtimmenden Kommiſſärs mit dem Przemysler lateiniſchen Konſiſtorium in das gehörige Einvernehmen zu ſetzen.

Nachdem aber quo ad

I.

1. Solche Unterſuchung in loco in Kloſter Hoszow hieſiger Diözes deßwegen vorzunehmen iſt, weil der Prieſter Mikolajewicz den Kloſterobern des beſagten Kloſters verſchiedene Verbrechen zur Laſt legt, und zur Beweisführung hierinfalls zu verhalten wäre.

2. Das Przemysler lateiniſche Konſiſtorium, indem es

a) einen aus dem Kloſter apoſtaſirten wider die päpſtlichen und Landesvorſchriften eigenmächtig zum lateiniſchen Ritus übergetretenen religioſen Prieſter der fremden Diözes ohne vorläufig nach den kanoniſchen Satzungen und der allerhöchſten Normalvorſchrift Euerer Majeſtät dtto. 18 Dezember 1802 eine Rückſprache mit ſeinem Ordinariate genommen, oder eine Diözeſan-Entlaſſung gefordert zu haben, in ſeine Diözes aufgenommen, und bei der Seelſorge angeſtellt habe, hierinfalls ſelbſt gleichſam als eine Parthei zu betrachten käme; und daher,

b) demſelben die Unterſuchung dieſer Angelegenheit um ſo weniger überlaſſen werden dürfte, als ſich hier zugleich um Erhebung einiger bei dem Baſilianer-Orden, welcher dem Przemysler lateiniſchen Konſiſtorium nicht untergeordnet iſt, eingeſchliechen ſey mögenden Mißbräuche handelt.

Digitized by Google

c) Der Baſilianer-Ordens-Provinzial in Sachen, die ſeine Amtierung und ſeinen Wirkungskreis betreffen, dem Ordinariate eines anderen Ritus mit Hintanſetzung des eigenen Ordinariats nicht füglich untergeordnet werden dürfte; da ferner ad

II.

a) Die eigenmächtige Entfernung des Baſilianer-Mönchs Mikolajewicz aus dem ihm angewieſenen Kloſter eine ſogenannte Apoſtaſie,

b) ſein Übertrit aus dem griechiſchen zum lateiniſchen Ritus geſetzwidrig, und

c) für ſich null nnd nichtig ſei, auch

d) der Vorwand, als ob ihm das von einem Beichtvater gerathen worden umſoweniger ſeinen Fürgang entſchuldigen könne, als ſonſt hiedurch ein offener Weg gebahnt würde, jedes Geſetz zu übertreten; da

e) aus dieſer Gubernial-Verfügung mehrere ſehr übel auf den Staat und Religion wirkende Folgen, als: die Auflöſung der Kloſterzucht, die Inſubordinazion gegen eigene Obrigkeit, die Geringſchätzung ihrer Anordnungen und eigenmächtige Verlaſſungen des Kloſters entſpringen; da endlich ad

III.

a) Das Przemysler lateiniſche Konſiſtorium auf die Litt. B. an dasſelbe ergangene und Litt. C. wiederholte Zuſchrift weder eine Antwort bisher zu ertheilen, noch die mitgetheilten Akten zurückzuſtellen für gut fand; daher mit demſelben das gehörige Einvernehmen diesfalls ſehr ſchwer gepflogen werden dürfte:

So ſieht ſich das treugehorſamſte Ordinariat zur Hand-

Digitized by Google

habung ſeiner Rechte und ſeines Anſehens der beſtehenden Ordensſtatuten und der ohnehin verfallenen Klosterzucht bemüſſiget an Euere Majeſtät ſeine allerunterthänigſte Berufung zu machen, und ehrfurchtsvollſt zu bitten: Eurer Majeſtät geruhen allergnädigſt anzuordnen, womit

I.

Die Verfügung der Landesſtelle ddto. 29 Jänner l J. dahin abgeändert werde, daß

1. Der geſetzwidrig aus ſeinem Kloſter, ſeinem Orden ſeiner Diözes und ſeinem Ritus übergetretene Baſilianer-Ordens-Mönch Nikander Mikołajewicz in ſein Kloſter zu Hoszow ohneweiters zurückgewieſen,

2. eine im Hoszower Kloſter abzuhaltende, aus einem von dieſem gehorſamſten Ordinariate, einem von der Landesſtelle zu benehmenden Kreisindividuum, und einem Individuum des lateiniſchen Klerus zuſammengeſetzte Kommiſſion zur Unterſuchung der die Ordensgelübde und den Übertrit zum lateiniſchen Ritus des Baſilianermönchs Mikolajewicz betreffenden Angelegenheit angeordnet, dieſer Kommiſſion zugleich die Erhebung der wider die Kloſterobern vom Baſilianermönche Mikolajewicz angebrachten Beſchuldigungen übertragen, und das Nöthige hierinfalls durch dieſes treugehorſamſte Ordinariat eingeleitet, dann

II.

Sämtlichen hierländigen Ordinariaten beiderlei Ritus in Gemäßheit der allerhöchſten Entſchließung dtto. 15 Hornung 1777 die genaue Beobachtung der päpſtlichen in Anſehung des Übertrites der griechiſch-katholiſchen Perſonen ad ritum latinum beſtehenden Verordnung nachdrücklichſt anem-

pfohlen, und dieſes zur Richtſchnur ſämtlichen hierländigen politiſchen Behörden allergnädigſt deßwegen mitgegeben werden möchte, weil

1. ſolche eigenmächtig öfters geſchehen pflegenden Übertretungen der Religion, der Moralität und dem Staate deßwegen ſchädlich ſind, indem

a) die heiligen Sacramente, als: der Ehe, der Buſſe, und der Prieſterweihe theils der Ungiltigkeit ausgeſetzt, theils unerlaubterweiſe ertheilt werden, wenn nämlich eine vom griechiſch-katholiſchen Ritus eigenmächtig, folglich ungiltig zum lateiniſchen übertretene Perſon, ohne vorläufig in ihrer Pfarre vorgenommenen Verkündigungen und Aſſiſtenz des eigenen Pfarrers vom lateiniſchen copulirt, oder ſolcher Perſon, über welche der lateiniſche Pfarrer nach den Kirchengeſetzen keine Jurisdikzion hat, die Sacramental-Abſolution ertheilt, oder aber einem geiſtigen Kandidaten, der die Weihen vom griechiſch-katholiſchen Biſchofe erhalten hat, und eigenmächtig zum lateiniſchen Ritus übergetreten iſt, ohne vorläufiger Entlaſſung ſeines griechiſch-katholiſchen Ordinarius die weiteren Weihen vom lateiniſchen Ordinarius ertheilt werden; weil ferner dadurch

b) Die Ungiltigkeit der Ehen, worüber öfters die Fragen entſtehen, veranlaßt, die Trennung der Eheverbindungen verurſacht, und daraus mehrere üble Folgen für die Moralität, Gewiſſensruhe der Perſonen, und für die bürgerliche Geſellſchaft entſtehen;

2. die politiſchen Behörden hierlands von dieſer Vorſchrift keine Kenntniß zu haben ſcheinen, wie dieſes aus dem von der Landesſtelle mitgetheilten in Abſchrift Litt. F. beiliegenden Berichte des Tarnopoler Kreisamts erhellet, worin zugleich die Nothwendigkeit vorgeſtellt wird, eine Vorſchrift, wodurch ſolchem eigenmächtigen Proſelytenmachen, welches nur zwiſchen dem Klerus der beiderlei Ritus Mißverſtändniſſe und Feindſeligkeiten verurſacht, und die griechiſch-katholiſche Geiſt-

lichkeit durch Verminderung der Pfarrkinder in ihren Einkünften verkürzt, vorgebeugt werde, feſtzuſetzen, weil endlich

3. hiedurch allein zwiſchen den Mitgliedern der nämlichen katholiſchen Kirche von zweierlei Ritus die erwünſchte Liebe, Ruhe, Friede und brüderliche Eintracht erhalten werden würden

Lemberg den 2 März 1805.

Etiam Procurator Basilianorum Romae Mickiewicz exhibuit Cardinalibus contra consistorium r. l. Premisliense desuper querelam, quod hunc monachum aufugam protegat. Ex hac querela apparet, dictum monachum fuisse origine polonum et ritus latini, notumque est, Polonos intrasse in ordinem Basilianum, et quando ibidem non invenerant Abbatias et Eppatus, dictum ordinem deseruisse.

Sequuntur jam aliae speciales pertractationes ex causa traductionis Ruthenorum gr. cath. ad ritum latinum Polonorum:

Gubernium requirit sub 15 Augusti 1806 anni Nro. 27398 relationem Consistorii r. g. c. Leopoliensis opinativam super formalitates, sub quibus transitus ab uno ad alterum ritum fieri deberet, quum evenerint casus, quod multae personae nominatim in urbe Sanok r. g. c. ad ritum latinum sine praevia licentia sui Eppi transiverint, qui dant ansam odiorum inter curatos et fideles utriusque ritus, quibus vinculum Concordiae inter eos laeditur.

Ad hanc requisitionem exhibuit Consistorium r. g. c. Leopoliense sub 1 Novambris 1806 Nro. 1741 relationem tenoris: „Sermonem tantum esse posse de transitu a ritu gr. cath. ad latinum, qui evenit, contra quem jam sufficientia decreta emanarunt a Sede Apostolica et a regimine supremo, quae manutenenda essent, ut malo huic occuratur, et quae adducta sunt in recursu ad Suam Majestatem sub 2 Martii 1805, qui Gubernio sub 2 Martii 1805 Nro 261 ad promo-

Digitized by Google

vendum substratus est, denique petitur, ut Gubernium intercedat, ut recursus hic mox resolvatur.

Gubernium requirit sub 1 Octobris 1807 Nro 41397 copiam petiti cum documentorum allegatis ad Suam Maiestatem ddto 2 Martii 1805 quoad transitum a r. g. c. ad latinum.

Gubernium ddto 9 Aprilis 1807 Nro. 17,736 in fundamento decreti aulici Nro. $^{5827}/_{485}$ significat, fideles r. g. c. non posse sine licentia Eppi r. g. c. ad latinum ritum transire, et si haec licentia non adest, tunc manent iidem perochiani ecclesiae r. g. c., in qua banna eorum publicanda sunt, et sine hac publicatione bannorum vel dispensatione ab iisdem initum est illicitum et nullum. Insimul Gubernio demandatur, ut requirat modalitates, sub quibus transitus a ritu gr. c. ad lat. fieri posset.

Gubernium sub 13 Novembris 1807 anni Nro 45243 significat Consistorio pro notitia et directione, quod cum juvenes r. g. c. ad latinum seminarium suscipiantur, vel latina stipendia accipiant, et posthac iterum ad seminarium r. g. c. revertantur, et tali ratione fundationes pro canditatis latinis occupent, proinde consistorium r. l. requisitum sit, ut ab omnibus in seminario latino existentibus alumnis r. g. c. dimissoriales ab Eppo r. g. c. eis pro transitu ad ritum latinum datas repetat, et si easdem intra 2 menses non producerent, eos dimittat. In posterum vero tantum tales juvenes r. g. c. ad seminarium r. l. suscipi possunt, qui dimissoriales a suo r. g. c. Eppo producere possunt. (Cons. Referatus sub 23 Decembris 1807 Nro 1723 cum nota: inserviat notitiae.)

Gubernial-Verordnung vom 1. Juli 1808 Z. 25070 (Cons. Cur. vom 30. November 1808 Z. 1837) eröffnet, daß das lat. Ordinariat beauftragt worden ſei, ſeinen Klerus anzuweiſen, ſich vor der prieſterlichen Einſegnung die Überzeugung zu verſchaffen, ob beide Brautleute r. l. ſind im ent-

gegengeſetzten Falle iſt entweder die Bewilligung zum Übertrite zum lat. Ritus von Seite des griech. kath. Ordinariats nachzuſuchen, oder die Erfüllung der Vorſchriften des Ehegeſetzes zu fordern. Ebenſo ſollen die gr. kath. Kuraten mit den Gläubigen r. l. verfahren.

Anno 1810 Parochus Leopoliensis ad Ecclesiam obdormitionis B. M. V. r. g. c. Joannes Lipnicki conquerebatur, quod parochi r. l. Leopolienses plerosque praesertim ex parentibus mixti ritus baptizent. Consistorium r. g. c. Leopoliense requirebat nota ddto 17 Januarii 1810 Nro 7 Consistorium r. l. Leopoliense, ut prohibeat hoc parochis suis latinis.

Geb. V. 2. November 1810 Z. 24907 (Cons. Cur. 26. Jänner 1811 Z. 112) ſchrieb vor, daß die Geiſtlichkeit beider Ritus, das lat. und gr. kath. Ritus, die Ausübung ihrer geiſtlichen Jurisdikzion bloß auf die Pfarrkinder ihres Ritus bei Taufen - Trauungen und Begräbnißen beſchränken ſollen, und zwar aus Anlaß, daß die Geiſtlichen des gr. Ritus an mehreren Orten ohne Vorwiſſen der lat. Pfarrer an ihren Glaubensgenoſſen dieſe Akte vornehmen.

Mit der obigen Currende wird die gr. kath. Geiſtlichkeit an dieſe Verordnung gewieſen, aber an das Gubernium wird folgender Bericht sub eodem erſtattet.

Hochlöbliche k. k. Landesſtelle!

Man hat zwar die h. Weiſung vom 2 Nov. v. J. empfangen am 26. d. M. und J. Z. 24907 wegen der von der gr. kath. Kurat-Geiſtlichkeit zu beſchränkenden Ausübung der geiſtlichen Jurisdikzion bloß auf die Pfarrkinder ihres Ritus unter Einem dem ſämmtlichen unterſtehenden Diözeſan-Klerus kundgemacht und ihn angewieſen, ſich darnach genau zu richten. Allein da man nach den hierorts öfters vorgekommenen Fällen überzeugt iſt, daß 1) vielmehr die lat. Kurat-

Digitized by Google

Geiſtlichkeit, welche ohnehin die höchſte mittels h. Gubern. Intimation vom 22. Juli 1790 Z. 1644, erfloſſene Normal-Vorſchrift vom 26. Juni 1790 dann jene vom 8. Juli 1790 außer Acht läßt, und ſich immer einen Vorzug vor der gr. kath. Geiſtlichkeit anmaßt, wodurch nur die gute Eintracht und Einverſtändniß, welches zwiſchen des Geiſtlichkeit der beiden Ritus herrſchen ſoll, geſtört und nicht nur zu gegenſeitgen Gehäßigkeiten ſondern auch dem Volke zum Irrthume Anlaß gegeben wird, als ob der lat. Ritus beſſer und vollkommener vor dem gr. kath. Ritus, und nur dieſer zur ewigen Seeligkeit nothwendig wäre, und deßwegen von einem jeden angenommen werden müße, ſich an mehreren Orten in die Ausübung der geiſtl. Funkzionen des gr. kath. Ritus einzumengen, hauptſächlich aber die von Eltern dieſes Ritus erzeugten Kinder zu taufen, ſelbe in die Geburtsbücher des latein. Ritus einzutragen und Individuen des gr. kath. Ritus zum Uebertritte zu dem lat. Ritus eigenmächtig zuzulaſſen pflege, daß 2) das hieſige lat. Konſiſtorium die dießfälligen Vergehungen ſeines Klerus zu begünſtigen ſcheine, weil es weder hierortigen in dieſen Sachen an dasſelbe gerichteten Noten zu erledigen, noch ſelbe gegen Rückſchluß mitgetheilter Aktenſtücke anher rückzuſchließen pflegt, wovon der aus den hieſigen Konſiſtorialakten gemachte und hier beigehende Auszug nur einiger derlei vorgekommenen Fällen einen Beweis liefert. Daß 3) die lat. Kuratgeiſtlichkeit beſonders aber die bei der Seelſorge angeſtellten Ordensprieſter dieſes Ritus dem Landvolke die irrige Meinung einflößen, daß jeder des gr. kath. Ritus, der in einer lat. Kirche gebeichtet und daſelbſt die h. Communion nach dem lat. Ritus empfangen hat, zu dem lat. Ritus übertreten und in dieſem Ritus immer verbleiben müſſe; So ſieht man ſich bemüſſiget, Eine h. Landesſtelle in Ehrerbiethung zu bitten, womit zur Beſeitigung des aus den oberwähnten Unfügen der lat. Kuratgeiſtlichkeit entſpringenden nachtheiligen Unzukömmlichkeiten a) mittels des betreffenden

Digitized by Google

hieſigen lat. Metrop. Konſiſtoriums der lat. Kurat Geiſtlichkeit nachdrukſam unterſagt werden möchte, wider den Willen und ohne vorheriges Einvernehmen der gr. kath. Seelſorger ſich in die letzteren zuſtehende Amtshandlungen nicht einzumiſchen und hauptſächlich die von den Eltern des gr. kath. Ritus erzeugten Kinder eigenmächtig nicht zu taufen, ſie in die Geburtsbücher des lat. Ritus nicht einzutragen und Niemanden des gr. kath. Ritus zum Uebertrite zu dem lat. Ritus ohne geſetzliche Erlaubniß zuzulaſſen zugleich dieſe Geiſtlichkeit dahin anzuweiſen, daß ſie ſich ernſtlich angelegen ſein laſſe, dieſe oben auberührten, von einigen unbedachtſam eingeflößten gar irrigen Sätze zu beſtreiten, und das Volk, wo derlei Irrthümer herſchen, gehörig zu belehren, dann womit b) die Allerhöchſte Normal-Vorſchrift vom 26. Juni und 8. Juli 1790 zur Geb. Z. 16441 ex 1790 zur allg. Richtſchnur abermals in Erinnernng gebracht und c) hierinfalls auch mittelſt der k. k. Kreisämter das nöthige eingeleitet werden möchte, indem vermuthlich von Seite des hieſigen lat. Metropol.-Konſiſtoriums dem dießfälligen Verlangen kaum Genüge geleiſtet ſein wird, endlich damit d) das Gedachte hieſige lat. Konſiſtorium zur baldigen Erledigung ſowohl der in dem angeſchloſſenen Auszuge ausgewieſenen, als auch anderer daſelbſt noch nicht erledigten hierortigen Noten verhalten werden möchte."

Rescriptum guberniale ddto 14 Augusti 1812 anni Nro. 29, 153 adaperit Consistorio metropolitano r. g. c., quod Suae Majestati innotuerit defectus Cleri latino poloni in archidioecesi Leopoliensi r. l. et quod Suae Majestati propositum sit, si juvenibus ruthenis r. g. c. transitus ad ritum latinum permitteretur, qui eundem petere velent, tunc huic defectui occurri posset, et quod hic transitus dictis juvenibus permitti posset, quia in ritu gr. cath. defectus talis Cleri non obtinet. Itaque supremo aulico decreto ddto 25 Junii 1812 demandata erat perceptio metropolitani r. g. c. Consi-

Digitized by Google

storii, in hoc negotio, et promotio hujus perceptionis ad altum locum. Quare Consistorium r. g. c. requiritur, suam opinionem intra quatuor hebdomadas exhibere, sub quibus modalitatibus hujusmodi transitus permitti posset.

Desuper exhibuit Consistorium metropolitanum sub 10 Novembris 1812 Nro 1330 relationem sequentis tenoris: informatio, quod in ritu grae. cath. habeatur superabundantia Candidatorum status sacerdotalis, est sine fundamento, nam ex acclusis consignationibus talium Candidatorum, qui sese ab an. 1811 usque ad an. 1812 ad Seminarium insinuarunt, patet, quod omnia sistemisata loca minime hisce candidatibus expleri possent. Injuste igitur requirit Consistorium r. l. Candidatos status sacerdotalis e ritu grae. cath., in quo etiam defectus talium Candidatorum habetur, pro suo Seminario. Insuper non potest concipi, quomodo Consistorium r. l. defectum horum Candidatorum in suo ritu obmovere possit, quum beneficia saecularia in hoc ritu abunde dotata sint, et cum proinde quisque facilius sese ad statum sacerdotalem in hoc ritu decidere posset. *) Monasteria latina Dominicanorum, Franciscanorum et Carmelitarum non laborant defectu novitiorum. **) Econtra vero beneficia ruthena non gaudent splendida dotatione, et congrua exsolvitur Curatis ruthenis in notis bancalibus antiquis: si itaque Candidatis r. g. c. liberum esset ad ritum latinum arbitrarie transire, tunc cum tempore omnes eruditi juvenes rutheni r. g. c. susciperent ritum lati-

---

*) Consistorium r. g. c. alludit ad hoc, quod juventus polona militiae Napoleonopolonicae nomem dederit, unde verosimiliter etiam Imperator instabat, ut juventus ruthena beneficia ecclesiastica polona occuparet, ut ab iisdem arceretur polona, spiritu revolutionistico imbuta.

**) Ergo essent quoque Candidati pro Seminario, itaque haud vere praetendebatur hic defectus.

Digitized by Google

num, et ritus g. c. haberet omnimodam penuriam Candidatorum status sacerdotalis. Igitur non esset cuique petito transeundi ad ritum latinum deferendum. Sed motiva hujus transitus acurationi examini subjicienda et ponderanda essent.

Ad haec significavit Gubernium sub 2 Aprilis 1813 Nr. 11557, quod Sua Majestas relationem ddto 10 Novembris 1812 Nro. 1330 de consensu (?) quoad transitum ad ritum latinum candidatorum status sacerdotalis r. g. c. propter tegendum defectum Cleri curati latinopoloni, postquam necessitati horum Candidatorum in r. g. c. satis provissum esset, ad amoenam notitiam sumpserat.

Ubique, ut videmus, applicarunt Poloni ad Ruthenos hodiernum communisticum principium: Qui tu habes, et ego non habeo, hinc des mihi, et ego aufero tibi.

Si Rutheni anhellarent bonis polonicis, tunc optima erat occasio, eadam ad se trahendi: verum Rutheni resistebant principio communistico.

Gubernium ddto 11 Novembris 1812 anni Nro. 39325 requirit opinativam relationem intuitu legum quoad transitum a ritu graeco ad latinum.

Desuper dedit Consistorium r. g. c. Leopoliense relationem sub 10 Novembris hujus anni Nro. 1330, repetendo multas alias desuper relationes,

Gubernium ddto 30 Aprilis 1813 Nro. 15525 significat, sibi a quodam Circulari oficio projectum in eo factum esse, ut porochis r. g. c. divinorum celebratio et doctrinae spiritualis explanatio non amplius alternative et in ecclesiis matricibus et adfiliatis sed solum in ecclesiis matricibus ideo disponatur, quod per ejusmodi in ecclesiis matricibus et adfiliatis fieri solitam divinorum celebrationem tam ipsum divinum officium quam doctrina spiritualis detrimentum capiat. Proinde requiritur desuper ad vigentia normalia solida opinio.

Consistorium metropolitanum praestitit in hac causa sub 29 Maji 1813 Nro. 605 relationem sequentis te-

Digitized by Google

noris, quod per hoc daretur populo adfiliatorum, disitorum locorum ansa, non comparendi ad divina offiicia, et quidem eo magis, cum Ecclesiae ruthenae etiam matrices augustae sint, et majorem numerum populi non possent capere, cum soepissime proprii parochiani extra Ecclesiam stare coguntur, quod praecipue hieme difficile venit. Itaque supersedendum est normalibus praescriptis ddto 31 Martii 1791, 24 Octobris 1791 Nro 24734 et 28 Novembris 1794 Nro. 30,560, quae adfiliatis locis concedunt ecclesias proprio eorum sumptu sustentandas et parochis praescribunt, alternative vel quavis 3 vel 4 die solis et festivali ibidem divina peragere officia. Unde in fundamento citatorum normalium emanavit sub 15 Aprilis 1795 epistola pastoralis ad Clerum utriusque dioecesis, quae praescribit necessaria quoad divina officia in locis adfiliatis. Mutatio jam in hac praxi malas posset post se trahere sequelas, praeprimis autem teporem fidelium in adfiliatis locis ad divina. Consistorium r. g. c. relatione sub 4 Februarii 1814 anni Nro. 182 refert Gubernio ad ejus requisitionem ddto 29 Januarii 1814 No. 2805 in fundamento decreti aulici ddto 13 Januarii 1814 Nro. 161 quod 1 matrimonia sponsorum mitxi ritus secundum ordinationem Archieppi r. l. Leopoliensis Joannis Škarbek ddto 14 Junii 1714 a curato sponsae benedicuntur, quod 2 procreatae proles a conjugibus mixti ritus secundum sexum baptisentur, filii secundum ritum patris, et filiae secundum ritum matris.

An. 1803 ad mandatum Imperatoris Francisci pertractabatur apud Magistratus Caes. Reg. regulatio Eppatuum rit. lat. prouti Cracoviensis, Kielcensis, Premisliensis etc. erectio ac dotatio Eppatum ac capitulorum pro eodem ritu, atque hac occasione insinuebatur a clero rit. lat. projectum subordinandi Eppos Ruthenos unitos in Galicia Eppis latini ritus, et post eorundem decessum nullum Eppum ruthenum consistuendi, sed clerum et populum latino loci Ordinario subjiciendi. Id praebuit occasionum Eppis ruthenis Galiciensibus,

Digitized by Google

deputatum in persona eotum Vicarii generalis in spiritualibus Leopoliensis Michaelis Harasiewicz Viennam ad Aulam Caes. Reg. et Nuntium Sedis Apostolicae mittendi ac a Suprema cas. reg. Aula tum a s. Sede Apostolica restaurationem Metropoliae Haliciensis a Metropolia Kijoviensi separandae et regulandae hierarchiae Ruthenae unitae in regnis Galiciae et Lodomeriae. Deputatus itaque praedictus tam Suae caes. reg. Majestati exhibebat preces, quam nuntio apostolico, eotum comiti Severoli, Archieppo Petrensi, promemoria ad Sedem Apostolicam transmittendum sub die 11 Juli 1803, brevem historicam Metropoliae Haliciensis notitiam, et circumstantiarum descriptionem tum motiva pro restauratione Metropoliae Haliciensis pugnantia in se continens. Cum porro Episcopis Ruthenis non ignotum esset, obicem restaurandae Metropoliae Haliciensis, vivente adhuc et superstite Metropolita Rostocki omnino maximum futurum, si idem juri suo eatenus haud renuntiaret, ideo recurrebant rursus ad mox dictum Metropolitam expostulantes, ut jus suum in personam Eppi Ważyński cederet, ast dum nullum ab eodem subsequeretur responsum, negotiam isthoc apud magistratus caesareos adurgeri haud poterat. — Anno eodem 1803. rutheno clero in Galicia rursus a sua Caes: Reg. Majestate novum accessit beneficium, quod praeter alumnos in seminario Leopoli generali sumptibus fundi religionis interteneri solitos — certus numerus candidatorum status Ecclesiastici Viennam mitti et in Caes. Reg. convictu sub regimine clericorum regularium „scholarum piarum“ scientiis theologicis imbui jubebatur — ita ut haec individua gradu theologico ad impensas Caes. regias in universitate Viennensi insigniri, et dein subseque ad cathedras theologicas et doctrinae religionis, tam officia superiorum in seminario, ac ad alia dioecesana promoveri possent. *)

*) In hocce convictu educatus et laurea theologica Viennae insignitus fuit Eppus Premisliensis Joannes Snigurski.

Digitized by Google

Porro Eppus Chelmensis Ważyński congrua sustentatione destitutus, usque ad futuram regulationem Eppatuum obtinebat ex cassa publica 5,500 fl. rhenensium pensionem et pro vicario generali ejusdem assignabatur annua 1500 fl. rh. pensio.

Adnotatio I. Anno 1803 missus erat Viennam ab Eppis Chelmensi, Premisliensi et Leopoliensi Vicarius Generalis Leopolien. Michael Harasiewicz qua delegatus ad c. r. aulam, qui ablegatus Epporum praestitit haec: 1) Sub die 15 Junii in audientia apud Suam Majestatem primum inter desideria Epporum r. g. c. Galiciensium exposuit, ut antiqua Haliciensis Metropolia pro Galicia restauraretur. 2) Oretenus nuntium Apostolicum Comitem Severoli Archieppum Vienensem multoties hoc in negotio interpellavit, et eidem scriptum promemoria ad dillucidandam rem fine ejusdem ad Sedem Apostolicam promovendae exhibuit (Promemoria ddto 11 Julii 1803 nuntio Severoli porrectum) 3) Cum hoc negotium ab opinione cancellariae status dependeret, huic etiam promemoria sub 20 Junii 1803 substravit. 4) Copiam memorialium submisit Romam Procuratori et Superiori Ordinis S. Basilii M. Collegii graeci Patri Jordano Mickiewicz pro informatione sub die 15 Octobris an 1803. Cathegoria ex supplici libello Suae Majestati sub 15 Junii 1803 a delegato exhibita, Metropoliam concernens sub die 21 Julii communicata fuit per cancellariam aulicam cancellariae status cum requisitione, ut suam jam an. 1796 ad mandatum altissimum requisitam opinionem depromeret intuitu restaurandae Metropoliae Haliciensis et separandae a Kijoviensi. Cum nuntius Apostolic. Viennensis ac alii quoad Metropoliae restaurationem eam difficultatem obmoverent, quod actualis Metropolita Rostocki in vivis existeret, et vix stante vita sua juri suo renuntiaret, ideo sub 26 Octobris 1803 exarabantur ab Eppis Premislien. Angellowicz et Leopoliensi Skorodyński ad Metrop. Rostocki literae, quibus petebant, ut propter criticas circumstantias sibi in Galicia

Digitized by Google

in Coadjutorem Metropoliae Eppum Chelmensem Ważyński assumeret, et hac in parte scriptam resolutionem daret. Ad has literas Metrop. Rostocki reponebat sub 16 Februarii 1804, se sperare, quod sua Imperatoria Majestas Russica nova gratiae suae pro asseclis r. g. c. editura sit documenta, quod ex hac causa Eppus Luceoriensis Petropolim vocatus advenerit, quodque prudentia suadeat, effectum conferentiarum in causa ritus nostri expectandum esse, et ideo desiderio sibi proposito satisfacere non posse. Prius vero antequam literae ad Metrop. Rostocki expedirentur, exhibebatur sub 13 7bris 1803 ab Eppo Chelmensis Ważyński et Leopol. Skorodyński Gubernatori Galiciae d' Urmeny petitum intuitu restaurandae Metropoliae pro Galicia, et nominandi in Metropolitam unum ex tribus Eppis. Demum sub 1 Decembris 1803 expediebantur directe ad Suam Majestatem ab Eppis Leopolien. et Premislien. petitum, ut Metropolia in Galicia restauraretur, et Eppus Chelm. Ważyński senio et meritis reliquos superans Metropolita constitueretur.

Adnotatio II. Promemoria. Intuitu restaurandae Metropoliae Haliciensis pro Ruthenis cum S. R. Ecclesia unitis in Caesareis Regnis Galiciae et Lodomeriae degentibus. *)

Ex antiquis extantibus hucusque monumentis ex sae 13 constat, Hierarchiam ruth. ex Episcopalibus pluribus, et binis praecipue saec. 14 Metropoliis a se invicem distinctis, nimirum Kojoviensi altera, altera Haliciensi fuisse compositam, atque posterioris Sedem fuisse capitalem tunc urbem Russiae rubrae, seu regni Haliciae, Halicz dictam, prioris autem ur-

*) Vide: Acta Patriarchatus Constantinopolitani Viennae an. 1861 edita, quibus haec monumenta extra omne dubium ponuntur.

Digitized by Google

bem Kijow, quae utraque urbs erat residentia Principum Ruthenorum.

Historica documenta docent, regnum Russiae rubrae dictae, quae etiam nomine regnorum Galiciae et Lodomeriae venire solet, plurimas revolutiones fuisse perpessum, et sub dominatu diverso, jam propriorum Principum, jam regum Hungariae, jam Ducum Lithvaniae jam regum Polonorum extitisse.

Soepissimae per incursiones praecipue Tatarorum et Turcarum fuisse penitus devastatum et depopulatum, perindeque etiam Metropoliticas, et Archiepiscopales Sedes mutationem subisse. Occasione devastationis et combustionis urbis, quondam capitalis Russiae rubrae seu regni Haliciae, Halicz dictae, factum est, ut dum principes Russiae suam Sedem Kijoviam transtulissent, etiam Metropolita Haliciensis ibidem suam Sedem fixerit, et successu tempores evenit, ut Metropolia Haliciensis Metropoliae Kijoviensi adhaeserit, et jurisdictio Metropolitica ab uno Metropolita Kijoviensi exerceretur, qui Metropolita Kijoviensis, Haliciensis et totius Russiae nuncupabatur. Hic autem super districtibus proprie quondam ad Metropolitam Haliciensem tamquam ad Ordinariam jurisdictionem pertinentibus Vicarium in Spiritualibus constituebat.

Cum tamen diversis in negotiis spiritualibus ad ipsummet Metropolitam in loco dissito residentem recurri debebat, idque tam Spiritualibus quam Laicis personis haud facile et molestum erat, postquam regiones illae, quae quondam Dioecesim Metropolitanam Haliciensem constituebant, sub Dominum regum Polonorum devenissent, et incolae earundem Sigismundo regi Poloniae suplicassent, ut illis de proprio Pastore provideret, ideo anno 1539 Sigismundus rex Vicarium Metropolitae Haliciensis quendam Macarium Tuczapski in Episcopum illorum destrictuum nominavit, qui antea jurisdictioni Ordinariae Metropolitae Haliciensis suberant, hic proinde a Macario ejusdem nominis tum Metropolita Kijo-

Digitized by Google

viensi et Haliciensi in Episcopum Haliciensem, Leopoliensem et Camenecensem consecratus et institutus fuerat, quippe se Episcopum Metropoliae Haliciesis appellaverat.

Ab hoc Macario inchoatur series Episcoporum Leopoliensium, Haliciensium et Camenecensium, qui cum Sedem suam Leopoli tamquem capitali tum Russiae rubrae urbe fixissent, Episcoporum Leopoliensium titulum anteponebant.

Quoad Metropoliticam jurisdictionem Metropolitae Kijoviensis et Haliciensis, eodem modo prout et alii etiam in Russia superiori rubra quae antiquitus regnum Haliciae seu Galiciae dicebatur, existentes Episcopi nominatim: Premisliensis, Chelmensis, Luceoriensis, Vladimirensis, Brestensis suberant. — Deducitur id vel ex ipsa Bulla Pii II P. M. an. 1458 tertio nonas septembris edita, in qua suffraganci Episcopatus Metropoliae Kijoviensis et Haliciensis exprimuntur in Superiori Russia siti, atque ex actis Concilii Florentini eruitur, ruth: Hierarchiam jam dudum unionem cum S. R. Ecclesia habuisse, quae licet interdum fuisset interupta, constabilita tamen plene fuit anno 1595, quo universa ruth: Hierarchia sub dominatione regum Poloniae existens, sub Metropolita Michaeli Rahoza unionem cum Romana ecclesia solemnissime amplexa est, quod apprime deducitur ex Bulla Clementis VIII die 7 Febr. 1595, quae incipit: Benedictus Pastor. Quo etiam anno 1595 die 7 Martii Summus Pontifex supra memoratus Clemens VIII per Bullam, quae incipit: Decet Romanum Pontificem sua perpetua valitura constitutione ect. statuerat, ut Episcopi Metropolitani Kijovienses et Halicienses uniti Ruth. jus, quo antea gaudebant, confirmandi et consecrandi Episcopos suffraganeos suae Metropoliae inposterum exercerent, sed ipsi duntaxat a Sede Apostolica confirmationem et institutionem sui ipsius peterent. Isthaec Hierarchia ex 9 Episopatibus et 2 Archi Epatibus composita quorum uni nempe Vladimirensi dignitas Prothothronii uni item nimirum Luceoriensi Exarchatus Metropoliae erat adnexa, sub immediato

Digitized by Google

suo Archi-Praesule Metropolita Kijoviensi et Haliciensi ac totius Rusiae nuncapato, intacta permansit usque ad primam regni Poloniae divisionem an. 1772 factam.

Dignitas Metropolitica uni Sedi allegata non erat ex eo, quod Sedes Kijoviensis in manibus nonunitorum permansit, qui proprium ibi non unitum Archi-Episcopum habebant. Sedes autem Haliciensis jam proprio et distincto Episcopo ordinario, prout supra dictum est, fuerit provisa. Circumire itaque solebat dignitas Metropolitica per diversas Sedes episcopales, cum nonnisi actualibus Eppis eadem conferetur, et jam Archi-Eppi Polocenses, jam Leopolienses, jam Premislienses, jam Vladimirenses, jam Chelmenses dignitate isthac insigniebantur,qui etiam Episcopatus suos una cum dignitate Metropolitica, cum dispensatione Sedis Apostolice retinebant. Post primam Poloniae divisionem Episcopatus rutheni uniti Leopoliensis et Haliciensis ac pro parte Camenecensis integer Premisliensis, Samboriensis et Sanocensis, pars Episcopatus Chelmensis et Belscensis, pars item Episcopatus Luceoriensis in Russia rubra seu regnis Galiciae et Lodomeriae siti, sub imperio S.C.R. Maj. Rom: Imperatoris devenere, atque conformitér ordinationi p. m. Josephi II. annuente Metropolitano Kijoviensi et Haliciensi Jasone Smogorzewski arrondatio partium Dioeceseos Chelmensis et Luceoriensis in revindicatis regnis Galiciae et Lodomeriae sitarum ita facta est, ut pars Dioecesis Luceoriensis Leopoliensi, pars vero Chelmensis Premisliensi Dioecesi incorporata extiterit. Attamen Episcopi Ruth: uniti in ditionibus C. R. in Galicia existentes sciente et consentiente supremo regimine politico, nexum Hierarchcum cum Metropolitano Kijoviensi et Halicien. in regno Poloniae degente conservantes, ad illum tamquam immediatum Hierarchiae ruthenae unitae Praesulem in iis, quae Metropoliticam jurisdictionem concernebant, sese referre nunquam non soliti fuerunt.

Anno 1794 tertia et ultima divisione Poloniae subsecuta sub dominium Caes. Reg. devenit Dioecesis unita

Digitized by Google

Chełmensis et Bełcensis, tum etiam Dioecesis Brestensis magna ex parte, quae cum proprio Pastore destitueretur, eandem in Administrationem interimalem Eppus. Cheł. et Bełzensis tamquam vicinus suscepit.

Ab hoc an. 1794 in partibus illis anteactae Poloniae seu Lithvaniae, quae sub Dominatum Russiae devererant, maxima procella in unitos Ruthenos excitata est. Episcopi quippe e suis Dioecesibus pulsi et jurisdictione omni spoliati sunt. Metropolita unitus aeque jurisdictione privatus et Petropolim venire jussus, omnem communicationem cum anteactis Dioecesanis suis severissime prohibitam habet. Hucusque quidem praedictus Metropolita Theodosius Rostocki Petropoli supervivere dicitur, at extincta ejusdem jurisdictione, extinctis Episcopatibus in illis terris Ruthenis unitis, Hierarchiam constituentibus, pertracto populo ad disunionem, constitutis Eppis disunitis in partibus illis, ubi antea uniti existebant, sacerdotibus unitis partim pulsis, partim ad disunionem coactis, extincta jam est antiquissima Hierarchia Ruthena unita in illis terris, Russico Dominatui subjectis, ac seriem Metropolitarum Kijoviensium et Haliciensium Ruth. unitorum infelici fato procul dubio claudet modernus Theodosius Rostocki, jam aetate, adversitatibus et viribus phisicis fractus, ultimos vitae dies paucos admodum numeraturus.

Hunc legitimum Metropolitam Rutheni uniti in regnis Caes. reg. Galiciae et Lodomeriae constituti hucusque agnoscunt, et in Liturgia collectis ac officiis ecclesiasticis post Summum Pontificem quotidie commemorant, ad illumque in obvenientibus casibus proprie Metropoliticam jurisdictionem respicientibus cum consensu regiminis politici recurere solent, licet ad illum admodum dificilis sit recursus, et mediante Caes. R. Petropoli residente Legato fieri debeat.

Regnum Galiciae, partem magnam Hierarchiae Ruth. unitae in se comprehendit. Dioecesis Leopoliensis, Haliciensis, Camenecensis, Premisliensis, Samboriensis, Sanocensis,

Digitized by Google

Chełmensis, et Belzensis, ac demum Brestensis, tum pars Dioeceseos Luceoriensis ad 3.000 Parochiarum continent, quae magna ex parte adjacent limitibus Russicis, in quibus populus ad disunionem est pertractus, et collimitant, cum partibus Buccovinae caesareae ab antiquo a Valachis disunitis inhabitatae, ibidemque proprium Eppum in Czernowiec residentem et a Metropolitano Carlovicensi dependentem habentibus.

Interest sane et Episcoporum unitorum Galiciensium et totius Cleri ac populi rutheni S. R. Ecclesiae addictissimi, ut dum in partibus russicis Hierarchia ruthena unita jam est extincta, eadem in partibus Galiciae conservetur, et in locum Kijoviensis unitorum ruth: supressae Metropoliae restauretur Metropolia pro unitis antiqua Haliciensis in Galicia, utque ex Eppis unus Metropolitica dignitate gaudeat, illisque juribus utatur, quibus hucusque Metropolitae Kijovienses et Halicienses usi sunt, quaeque illis sacra Sedes tempore susceptae Unionis, prout supra dictum est, in perpetuum reservaverat.

Aulae C. R. cath: religionis protectricis, cujus uniti Rutheni in Galicia singularem tutelam et beneficia experiuntur, mens eo etiam collimare videtur, ut pro unitis Ruthenis Metropolia in Galicia erigatur, et unus ex Episcopis jam actualibus ad hancce dignitatem evehatur.

Cum vero id absque assensu Sedis Apostolicae fieri nequeat, et fors brevi hac in materia Ministerium C. R. apud s. Sedem officio suo interpositurum est; ideo Episcopi uniti Rutheni Galicienses mediante infrascripto suo speciali ad Aulam C. R. in negotiis regulandae suae Hierarchiae misso Delegato — Excellentiae Vestrae hanc in partem gratiosissimam intercessionem ad s. Sedem Apostolicam humillime eflagitant, quatenus isthoc negotium, Hierarchiae suae conservationem concernens, ex parte Sedis Apost. faustam eventum sortiri

Digitized by Google

quaeat. Pro effectuando hocce negotio desiderioque sequentia adferunt vel maxime pugnantia motiva.

1 Quia Clerus numerosus et populus ruth: unitus in Galicia id exoptat, ideo ne secus deterior esse videatur disunitis collimitaneis, suos Archiepiscopos et Metropolitas, ad quos recursus in rebus spiritualibus fieri solet, habentibus, quod

2 In Liturgia et divinis oficiis omnibus specialis collecta pro Archiepiscopo Metropolitano recitari soleat, quae si omitteretur, id sinistram impressionem apud populum facere posset, quod

3 Per restaurationem Metropoliae Haliciensis conservata Hierarchia ruthena unita in Galicia, spes adhuc semper affulgebit, ut matatis fors circumstantiis politicis illi, qui ab unione cum S. R. Ecclesia disciverunt, ad eandem revententur, et sub. immediato Hierarchiae ruthenae Capite Metropolita Haliciensi, rursus Eparchiae antiquae restituentur, quae spes tanto minor evadet, si nec vestigia unitae Hierarchiae superfuerint, et Episcopi uniti Rutheni proprio immediato Archipraesule caruerint.

4 Disunitus Metropolita in ditionibus Russicis Kijoviae residens titulum Metropolitae Kijoviensis et Haliciensis retinet, et perinde sibi quasi jurisdictionem spiritualem etiam pro regno Haliciae seu Galiciae, in quo meri sunt Rutheni uniti, competere venditet. Cui praetensioni utique pro semper ponetur obex, si in Galicia propria Metropolia Haliciensis pro unitis fuerit restaurata et stabilita. Viennae 11 Julii 1803.

Ad Excellentissimum, Illustrissimum, Reverendissimum D. Antonium Gabrielem e Comitibus Severoli Archi-Eppm: Farensem Nuntium Apostolicum, porecta petito ex speciali commisso Episcoporum novem Dioecesium Chełmensis, Bełzensis, Brestensis, Premisliensis, Samboriensis, Sanocensis, Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis.

Digitized by Google

Memoria.

Ad sacram Congregationem de propaganda fide respectu restaurandi Metropoliam Haliciensem Ruthenorum Unitorum.

Haud quando potuit major necessitas, aut magis commodum tempus haberi erigendi, seu potius erecti jam dudum sed incorporati Metropoliae Kijoviensi, restaurandi in Dominiis Cesareo-regiis Galiciae dictis Tituli Metropolitani Haliciensis.

Stante regno Poloniae cum divisa fuisset Russia superior ab inferiori et in rebus politicis et in rebus spiritualibus Metropolitanus Russiae unitae cum s. Ecclesia Romana utebatur Titulo Metropolitani Kijoviensis et Haliciensis etsi nec in Halicz nec in urbe Capitali Kijovia,sed in meditulio Russiae superioris et inferioris scilicet in Radomyslia resideret, eo principaliter fine, ut in Dioeceses ad Metropoliam Unitam pertinentes exercet et suam Jurisdictionem, et recuperandae Sedis Kijoviensis non perderet memoriam. Sed diviso hoc regno in tria Dominia, scilicet Russiae, Prussiae et Austriae, et translato ex vita mortali ad aeternam Theodosio Rostocki, ultimo Ruthenorum Unitorum Metropolitano, extincta est omnis spes sustinendi unius in supradictis diversae religionis Dominiis Metropolitani cum tali in omnes Graeco-Ruthenos Jurisdictione, quali antea in uno Dominio Catholico gaudebant.

Quapropter Episcopi Graeco Rutheni remanentes post ultimam Poloniae divisionem sub Dominio Austriae, considerando in Dominiis Russiae et Prussiae in dies majora ac majora detrimenta inferri Unioni Ruthenorum supplicarunt anno 1803 et per se ipsos et mediante Nuntio Apostolico Viennensi Caesareo — regiae Majestati Francisco II, ut instante pro hoc negotio Eodem Principe imperante ad hanc

Sedem Apostolicam novus Metropolitanus in Dominiis Caesareo-regiis instituatur, ad quem si per Leges politicas ex Dominiis Russiae et Prussiae non licuerit Ruthenis Unitis in negotiis Spiritualibus secundum antiquam consuetudinem, saltem ex omnibus Austriae Catholicae Provinciis liceat recurrere.

Anteponitur hic sacrae Congregationi representatio supra dictorum Episcoporum Ruthenorum, et ut quam primum Hierarchia Ruthenorum unitorum, quae modo acceptata est, habeat suum proprium Metropolitanum tanquam Caput; nomine totius Populi et utriusque Cleri Rutheni supplicatur ob rationes tenoris sequentis.

Prima.

Clerus numerosus et Populus Ruthenus Unitus in Dominiis Galiciae constitutus id exoptat ideo, ne secus deterior videatur esse Disunitis collimitaneis, suos Archi-Episcopos et Metropolitas, ad quos recursus in rebus spiritualibus fieri solet, habentibus.

Secunda.

In Liturgia et aliis omnibus Officiis Divinis post Summum Pontificem Romanum specialis collecta alta voce pro Archi-Episcopo Metropolitano totius Russiae recitari solet, quae si omitteretur, id sinistram impressionem apud Populum facere posset.

Tertia.

Per restaurationem Metropoliae Haliciensis conservabitur Hierarchia Unita in Galicia, et spes semper restabit ut

Digitized by Google

mutatis fortassis circumstantiis mundi politicis, illi qui ab Unione S. R. Ecclesiae in ultima Poloniae revolutione desciverunt, ad eandem revertantur, et sub inmediato Hierarchiae Ruthenae Capite Metropolita Haliciensi rursus Eparchiae antiquae restituantur, quae spes prorsus evanescet, si nec vestigia unitae Hierarchiae superfuerint, et Episcopi Rutheni uniti immediato suo Archi Praesule caruerint.

Quarta.

Mortuo Metropolita Unito in Dominiis Russiae, disunitus Metropolita Kijoviae residens Titulum Metropolitae Kijoviensis et Haliciensis retinebit, et perinde sibi quasi Jurisdictionem Spiritualem etiam pro regno Haliciae sive Galiciae competere venditabit, cui praetensioni ponetur obex in futurum, si in Halicia Metropolita Haliciensis pro Ruthenis Unitis restauratus fuerit.

Quinta.

A tempore divisionis Russiae Superioris ab inferiori, quae fuit facta sub pontificatu Pii II, eligebatur unus post alium Metropolita Unitus in Russia inferiori usque ad praesens Saeculum, per quam Metropolitarum Unitorum non interruptam Seriem conservabatur Unio Ruthenorum in Concilio Florentio inter Latinos et Graeco Ruthenos stabilita, deficiente vero in omnibus tribus exdivisae Poloniae partibus Metropolita Unito, cessabit haec series, et hoc ipso delebitur memoria cum tanto trimpho sub Clemente VIII factae Ruthenorum cum s. Romana Ecclesia Unionis.

Digitized by Google

Sexta.

Si consentiente Sua Majestate Imperiali Francisco II non restaurabitur Metropolia Haliciensis, exsurgent fortassis et Schismaticorum praetensiones, ut suo Metopolitano, et Latinorum ut Suo, sparsi Rutheni Uniti subjaceant, quod utrumque quales unioni sustinendae inter Orientem et Occidentem inducet effectus? nemo non videt, qui hoc considerare voluerit; aut in uno ex tribus Dominiis solos Latinos aut in altero solos Schismaticos remansuros fore. Sed cum ad eligendum Metropolitam novum in regno Galiciae praeter voluntatem Imperantis Principis sit necessaria praesentia Episcoporum Unitorum, et isti ex partibus diversi Dominii haud possint ad hunc actum condescendere, in ipso vero regno Galiciae unicus modo supersit vivus Episcopus Premisliensis vacantibus Sedibus Chełmensi et Leopoliensi:

Infra scriptus Procurator Generalis Ruthenorum Unitorum supplicat humillime Sacra congregationi de propaganda fide pro instantia nova ad aulam Viennensem, ut novos Candidatos Sedi Apostolicae sive ex clero saeculari sive regulari Rutheno pro Episcopatu Chełmensi et Leopoliensi praesentet, et ad declarandum unum ex tribus pro Archi Episcopo Metropolita Haliciensi consentiat.

Datum Romae die 13 Augusti 1805 anno.
Jordanus Mickiewicz O. S. Basilii Magni
Congregationis Ruthenor. Procurator Generalis.

Adnotatio III. Huc venit exhibenda pertractatio circa referentem ad Gubernium Galiciense pro ritu graeco catholico. Postquam utraque Galicia orient. et occidentalis uno cum Gubernio conjuncta esset, et Gubernium

Digitized by Google

Leopoli pro omnibus negotiis regularetur, atque praevideretur, penes novum Gubernium referentem pro ecclesiasticis negotiis ex clero polono pro utroque ritu constituendum fore; ideo anno 1803 Eppi. rutheni delegato suo Vicario generali Leopoliensi in negotiis hierarchicis ad Aulam misso inter alia agenda praecipue comittebant, ut penes Gubernium horum regnorum ad normam aliorum sive commissio ecclesiastica, in qua persona ex ritu graeco assideret, constituatur, aut saltem referatus ecclesiasticus rutheno sacerdoti in rebus ecclesiasticis quoad clerum et ritum gr. c. concedatur, quia experientia docet, propter defectum notitiae rerum ecclesiasticarum, quas nosse laicas personas non interest, negotia ecclesiastica non omni ex parte pertractari ita, prout deberent, ideo fundationes ecclesiasticas perire, clerum despici, et religioni ipsi detrimentum inferri. Si hoc negotium ad effectum deduci non posset ideo, quod pro tali referente apud Gubernium solarium e fundo camerali deficeret, pro eo casu determinandum esset ad id negotium individuum ex membris capituli alicujus, suam fundationem habentis. Inter alia desideria exhibebat delegatus Suae Majestati etiam hoc sub die 15 Junii 1803. Ast cum ex colloquio cum Sua Majestate in audientia, et cum ministris et status consiliariis intellexisset, desiderium hoc ob defectum fundi rejiciendum facile fore, idcirco ab Eppis in commissis accipiebat, ut Suae Majestati suppletorie repraesentaret, Eppos esse paratos in casu defectus fundi de proprio sustentationem, ad cassam cameralem deponendam, ejusmodi individuo pendere, donec fors restauratis Capitulis, quod primo petebatur, talis sustentatio eidem qua capitulari obveniret; hac ratione sub die 22 Julii 1803 exhibebat delegatus in supplementum prioris petiti Suae Majestati porrecti, declarationem Epporum. Petita haec signatura Suae Majestatis provisa a cancellaria Aulica quoad objectum referatus ecclesiastici communicabantur Gubernatori de Urmenij. Is habens praeconceptam contra ritum et clerum ruthenum opini-

Digitized by Google

onem — praeventus quippe a clero polonico -- exhibuit Aulae anno 1803 propositionem, ut clerus ruthenus a participatione fundi religionis excluderetur, (Lit. Eppi Skorodyński ddto 6 Julii 1803) nec in negotio referatus ecclesiastici ex clero rutheno favorabilis esse voluit, licet quidem brevis terminus pro opinione depromenda ab Aula assignatus fuit, studio moram trahebat, ut si sua opinio praesente Vienna Delegato Epporum advenisset, idem in contrarium ageret. Quare ab Eppis ruthenis sub die 18. Octobris 1803 directe ad proprias manus Suae Majestatis submittebatur remonstratio, ut pro ritu graeco-cath. proprius referens constitueretur, novaque motiva adducebantur, quod rursus sub die 1 Decembris 1803 repetebatur, revocando sese ad preces totius cleri anno 1783 Aulae exhibitas, et pro fundatis agnitas, cum eotum sacerdos r. g. c. ad commissionem eccleciasticam esset assumptus. Petita haec communicabantur Gubernatori Urmenij pro danda opinione, qui eadem resignabat Gubernio. Sub die 22 Januarii 1804 substernabatur rursus prolixa remonstratio Aulae, in qua exponebatur, quod conatus cleri polonici eo vergant, ut ritus graeco-cath. opprimatur, jura et jurisdictio Epporum ruthenorum coarctentur, et pax inter clerum et populum utriusque ritus tollatur, quod tam antiquioribus factis, quam recenti scripto Archieppi Leopolien. polonici ad Sedem Romanam delato probabatur. Gubernium sub die 16 Martii 1804 exhibebat Aulae opinionem, ut Epporum ruthenorum petita qua infundata rejicerentur, et potius nullus ecclesiasticus referens ex quocunque ritu constituatur. Porro sub 30 Martii 1804 substernebatur a Gubernio propositio candidatorum e ritu latino pro referente ecclesiasticorum negotiorum utriusque ritus, ac inter caeteros commendabatur Andreas Zeisl parochus in Inwald, dioecesis Tarnoviensis. Gubernator Urmenij subjungebat suam separatam opinionem, ut institutio referatus ecclesiastici apud Gubernium adhuc differatur ideo, quia ille observavit magnam diffidentiam inter clerum ritus latini (po-

Digitized by Google

lonicum) et gr. catholicum, quae certo augeretur, si referens ecclesasticorum negotiorum pro utroque ritu ex clero latino assumeretur. Cancellaria Aulica accedebat opinioni Gubernii, Epporum ruthenorum pro ritu graeco proprium referentem postulantium motiva infundata esse ex eo, quod conclusa Gubernii non a referente sed a gremio Gubernii, quibus Eppi g. c. fidere debent, efformentur. Pro solatio tamen Epporum ruth. projectabatur, ut in iis negotiis, ubi de ritualibus, divinorum officiorum ordine ageretur, commissio apud Gubernium, ad quam Eppus Leopolien. vel ejus Vicarius generalis invitandus esset, delegaretur. Pro referente utriusque ritus proponebatur Andreas Zeisl. Hac occasione Eppi rutheni submittebant sub 6 Martii 1805 Suae Majestati repraesentationem, in qua revocando sese ad antecedentes, postulabant, ut harum respectus haberetur, et pro ritu g. c. proprius ex hoc ritu referens constitueretur. Omnia haec frustra tentabantur. Clerus polonicus nactus erat pro sua parte consiliarium status Lorenz, qui sub initium huic desiderio ruth. Epporum non erat contrarius, imo idem suadebat, ut ipsi Eppi de fundo ejus providerent; — idem nunc omnem movebat lapidem, ne clerus gr. c. voti sui compos fiat. Atque ita sub 31. Aprilis 1805 in consiliarium Gubernii et referentem ecclesiasticum nominabatur Zeisl, Eppis vero ruth. intimandum decernebatur, eorum iteratis petitis intuitu referentis ex ritu graeco vel ex eo deferri non posse, quod latina et graeca cath. ecclesia non binas religiones habeat, prout hoc in petito haud recte adducitur, sed duntaxat diversam liturgiam adhibeant, *) et gr. cath. Eppi omnem habent rationem, conclusis Gubernii

*) Non duae quidem Ecclesiae hic discernendae veniunt, sed duo distincti ritus, gr. cath. Ruthenorum et latinus Polonorum.

Digitized by Google

fidendi, a quocunquae demum negotia ecclesiastica referantur. *) Ut tamen omni suspicioni Eoporum ruthen. consulatur, Sua Majestas ordinabat, ut quoties de negotiis quoad rituale, ordinem divini officii et constitutiones graeco-cath. communitatis ageretur, a Praesidio Gubernii commissio deleganda est; ad quam Eppus Leopolien. ruth. vel ejus Vicarius generalis accersendus est, et sub Praesidio Gubernatoris vel ejus locumtenentis negotium hoc discuti debet. (Decret. Aulicum ddto. 30 Aprilis 1805 Guber. ddto. 24. Maji 1805 Nr. 20.826). Quam tortuose in hac causa ad insinuationes cleri polonici ageretur, et quam sinistre res Suae Majestati fuerit exposita, vel ex eo apparet, quod in hac resolutione appingatur Eppis ruthenis, acsi illi in suis petitis asseruissent religionem et fidei confessionem Ecclesiae gr. cath. aliam quam latinae esse, quodque ecclesia graeco-cath. in Galicia, quam Eppi in suo petito ddto 15. Octobr. 1803 parochiis 2159 constare et longe numerosiorem esse latina in Galicia, adeoque si non majorem saltem aequalem respectum cum latina mereri exponebant, in hac resolutione nonnisi graeco-cathol. communitas (Gemeinde) appelletur, cum tamen in schematismo aulico aliquod duntaxat parochiae ritus armeni, ex quibus archiep. patus Armenorum constat, Ecclesia armeno-catholica compelletur**). Insuper haec resolutio praebat documentum, officialistas austriacos sicut Viennae sic Leopoli caruisse omni notitia provinciarum, primo an. 1809, 1846 et 1848, quo officialistae germanici in Galicia a Polonis vexabantur, eis il-

---

*) Eventus docuit, Eppos Ruthenos habuisse justas rationes diffidendi.

**) Poloni sciebant, quid et quorsum agant, non ita viri status austriaci, sicut et hodie existentia Ruthenorum in Galicia negatur, et solum Poloni ritus latini et ritus graeco-cath. adstruuntur.

Digitized by Google

lucescere coepit, Ruthenos esse distinctam slavicam nationem a polonica. — Resolutio isthaec supervenit jam tunc, quando Eppus Chelm. Ważyński et Leopolen. Skorodyński vita migrassent, et unicus Eppus Premislien. Angellowicz etiam aegrotus superesset. In talibus circumstantiis nihil amplius agi poterat tanto minus, cum communes repraesentationes trium Epporum absque effectu manserant.

Novus referens gubern. Zeisl ab Archieppo Leopol. pol. Kicki propositus, nominabatur decanus Capituli, unde sibi tanto majorem in gr. cath. clerum sumebat auctoritatem, ut sese Patriarcham esse crederet. Resolutiones Gubernii ad Consistoria et Eppum r. g. c. redolebant villipensionem et despectum, subordinatus clerus contra spiritualem jurisdictionem quasi studio stimulabatur ad resistentiam, justissima projecta et propositiones Consistorii arbitrarie rejiciebatur, et ubivis redolebat aperte jam a saeculis cleri polonici intentum, opprimendi clerum et ritum Ruthenorum. Ad id peroportuna offerebat se referenti circumstantia vacantiae duorum ruthenorum Eppatuum. Monachi Basiliani, praetensam sui ordinis praelatici praerogativam recuperare cupientes, diversis mediis et modis referentem Zeisl sibi conciliare sciebant, qui sua ex parte arripuit hanc occasionem, nutriendi inter clerum ruthenum dissidia, ut inter duos litigantes clerus polonicus gaudeat, atque ita in perniciem cleri rutheni saecularis communi conatu adlaborabat, ut Basiliani ad sedes Eppales eveherentur, et dein latinis subordinati adjutricem Polonis manum praeberent, extripadi ritum graeco-catholicum.

Adnotatio IV. Circa dotationem cleri Rutheni Chelmensis notatu digna sunt sequentia.

Cum Eppatus Ruthenus Chelmensis et Galicia occidentalis sub regimen Austriacum devenerant, ad representationem Eppi Chelmensis Rutheni Ważyński resolvebat Sua Majestas

Digitized by Google

sub 9 Aprilis 1797, ut praedicto Eppo 4000 fl. in sustentationem annue penderentur, quousque uberior dotatio eidem non assignaretur. (Decret. Guber. Cracov. ddto 24 Aprilis 1797 Nro 5518.) Ad remonstrationes factas ab Eppo ad thronum assignabatur eidem sub 12 Junii 1801 additamentum 1500 fl. usque ad futuram regulationem dioecesium. (Intim. Gubern. ddto 4 8bris 1803 Nro 18190.) Dein determinabatur dotatio hujus Eppi in quota 8000 fl. ast assignatio ejus usque ad regulationem dioecesium differebatur. Anno 1803 dum Vicarius Generalis Leopoliensis qua delegatus omnium Epporum Galiciensium r. g. c. Michael Harasiewicz negotia Hierarchica Ruthena promoveret, exhibebat preces etiam intuitu assignandae congruae pro Eppo Chelmensi in quota 8000 fl., quarum effectum licet apud Gubernium Galiciense urgeret, incassum tamen erat, quia adversarii r. g. c. hac in re causabant ambages. (Lit. Eppi Ważyński ddto 16 et 29 8bris 1803 ad Vicar. General. Leopol. Lit. Agentis aulici Böhm ddto 23 Martii 1804. Lit. Vicar. Gener. Chelmensis Nazarewicz ddto 10 Aprilis 1804.) At sub die 22 Martii 1804 emanabat aulica decisio, qua Vicario Generali Chelmensi Nazarewicz assignabatur pensio 1500 fl. Obitus Eppi Ważyński die 9 Martii 1804 dein revolutio subsequuta anno 1809 omnibus posuit finem. Notatu dignum est, quod in hac parte dioecesis Chelmensis, quae tunc ad Austriam pervenerat, assignata Curatis Ruthenis congrua usque ad hodiernam diem sub regimine Russico perduret, quum in altera parte hujus dioecesis, quae non erat sub regimine austriaco, Curati Rutheni non percipiant additamentum ad congruam.

Adnotatio V. Pro consilio capessendo circa hanc delegationem Viennam convenerant Eppi Rutheni Skorodyński et Angellowicz nec non Michael Harasiewicz in pagum Jazów ad parochum Ruthenum Strzelbicki, commorabantur ibi tres

Digitized by Google

dies, et postbac ablegatus Michael Harasiewicz directe Viennam profectus est.

Die 9. Martii 1804 Eppus Chelmensis Porphyrius Ważyński e vivis cedebat. — Porro 25 Januarii 1805 claudebat diem et seriem Metropolitanorum Kijoviensium et Haliciensium unitorum Petropoli Theodosius Rostocki Metropolita,— qui obitus ab Eppis Premisliensi ac Leopoliensi Suae Caes. Reg. Majestati indicabatur, et supplicabatur, ut conformiter precibus sub de 15. Junii 1803 per delegatum Epporum substratis Metropolia Haliciensis per intercessionem apud Sedem Apostolicam restauretur.

Ad promovenda negotia Hierarchiae Ruthenae Viennae constituebantur ab eadem duo agentes: de Böhm et Jekel circa annum salarium per 450 fl. Quum tamen referens aulicus de Dankesreiter multis negotiis obrutus esset, nihil in illis negotiis Suae Majestati proproni poterat, sed omnia inter restantias haerebant, unde Böhm sub 27 Martii 1805 suadebat, ut unus ex Eppis Viennam veniret. Die 23 Mai 1805 cedebat e vivis etiam Eppus Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis Nicolaus Skorodyński, qua ratione pro tota Galicia et ritu graeco-catholici unicus nonnisi remanebat Eppus Premisliensis Antonius Angellowicz cui onus spiritualis regiminis trium dioecesium incummbebat.

Licet porro tam ex parte Episcopi quam cleri Suae Majestati iterato substernerentur preces, ut orbatas Episcopis dioeceses novis provideret Pastoribus, id tamen partim ob subversantes tum bellicas cum Imperatore Napoleone circumstantias tum ob varias ab adversariis ritus et cleri Rutheni causatas ambages haud subsequebatur.

Ingruente bello cum Gallis Episcopus Premisliensis et Administrator reliquarum dioecesium *) conformiter menti su-

*) Eotunc capitula cathedralia nondum erant regulata, idcirco per Capitulares Vicarios dioeceses administrari non poterant.

Digitized by Google

premi regiminis edebat pastorales literas ad clerum et populum universum Galiciensem Ruthenum sub die 25 Octobris 1805, in quibus eosdem ad defendendam patriam et optimum principem, ad ferenda aequo animo onera belli pro scopo conservationem pacis et ordinis socialis, religionis catholicae et verae felicitatis subditorum habentis. Quae literae pastorales Episcopo et clero rutheno, qui e sacro suggestu populum suum confermiter illis instruebat, magnum conciliabant apud illos odium, qui regimini Austriaco infensi et principiis Gallorum ducti in Galicia Napoleonis Dominium exoptabant, idque tanto magis, cum Sua Caes. Reg. Majestas desuper maximam complacentiam Episcopo Angellowicz et clero eidem subjecto significaret.

Subsequebatur pax cum Imperatore Napoleone sub finem an. 1805 Posonii conclusa, et clerus ruthenus Galiciensis tam Suam Caes. Reg Majestatem, quam Sedem Apostolicam intuitu restaurandae Metropoliae Haliciensis interpellabat. Et licet ex parte Nuntii Apostolici Vienensis ad mandatum sacrae Sedis ejusdem mens prona eatenus Aulae Caes. Reg. adaperiretur; attamen conatus cleri rit. ſat., ut Episcopi rutheni uniti proprium Metropolitam non haberent, sed latino Archiepiscopo Leopoliensi subordinarentur, apud magistratus regios impediebant totum negotium, donec id a magistratibus caes. reg. Majestati substratum sub die 11 Septembris 1806 a Suae Caes. Reg. Majestate ita decideretur, ut Metropolia Haliciensis separata ex toto a ritu latino restauraretur, et Episcopus Premisliensis Angellowicz in Metropolitam nominaretur, atque literis ad Summum Pontificem missis pro confirmatione praesentaretur. Nominatio porro Episcoporum Premisliensis et Chelmensis differebatur eousque, donec nominatus Metropolita a Sede Apostolica confirmandus, Metropolitanam Sedem conscenderet, a quo dein intuitu individuorum ad ejusmodi dignitates requisitis qualitatibus praeditorum, informatio haberi posset.

Digitized by Google

Hoc dum in Aula caes. reg. de restauratione Metropoliae Haliciensis pro Galiciensibus Episcopatibus Leopoliensi, Premisliensi et Chelmensi ageretur, Imperator Alexander sub die 24 Julii 1806 edebat scriptum manuale, quo Archiepiscopus Polocensis Hieraclius Lissowski nominabatur in Metropolitam unitarum Ecclesiarum in Russia. Licet huic novo Metropolitae titulus Metropolitae Haliciensis haud adscribebatur, ejusdemque jurisdictio jam ex ipso edicto Imperatoris ad Ecclesias solummodo unitas in Russia sitas restringebatur, id tamen dabat ansam dissensionibus et difficultatibus apud Sedem Apostolicam intuitu restaurationis Metropoliae Haliciensis ejusdemque a Kijoviensi separationis, *) et tribuendorum eorum jurium Metropolitae Haliciensi, quibus antea Metropolitae Kijovienses et Halicienses fruebantur, quaeque penes susceptam unionem an. 1595 iisdem relinquebantur.

Ast hisce omnibus dilucidatis et superatis expediebantur sub die XVII kalendas Aprilis 1807 Bullae, in quarum prima, quae incipit: In universalis Ecclesiae meritis licet impari-

*) In literis sub die 11 Septembris 1806 a Sua Caes Reg. Majestate Francisco Imperatore ad Summum Pontificem directis, quibus Episcopus Antonius Angellowicz in Metropolitam nominatus pro confirmatione praesentabatur, petebatur, ut s. Pontifex Ecclesiam hactenus cathedralem Leopoliensem ad Metropolitanam evehere, hujus Episcopum pro futuris temporibus non solum dignitate verum etiam juribus et praerogativis, quae per literas Apostolicas p. m. Clementis VIII de an. 1595. „Decet Pontificem Rom. etc Haliciensi et Kijoviensi Metropolitae concessa erant, benevole insignire, ejusdemque Metropolitanae jurisdictioni caeteros duos Episcopos graec. cath. Premisliensem nimirum et Chelmensem universumque per Galiciam clerum et populum ejusdem ritus subordinare velit.

Digitized by Google

bus constituti, Metropolia Haliciensis restituebatur, Ecclesia cathedralis Leopoliensis unita eidem pro antiqua Archiepiscopali Ecclesia Haliciensi in Metropolitanam evehebatur,et Metropolitae caeteri duo Episcopi Premisliensis et Chelmensis ac universus Galiciensis clerus ac populus ejusdem ritus subordinabantur, tum praedictus Metropolita juribus et praerogativis ab antiquo Metropolitis competentibus insigniebatur. Altera bulla, quae incipit: Romani Pontifices, confirmabatur in Metropolitam nominatus Episcopus Premisliensis Antonius Angellowicz, isque Leopolim transferrebatur, reliqua continebant fidei professionem et pallium.

Adnotatio I. Die 25. Januarii 1805 mortuus est Petropoli 80 anno suae aetatis Metropolita Theodosius Rostocki, cujus obitus ab Eppo Premisliensi Angellowicz et aegrotante jam tum graviter Eppo Leopolien. Skorodyński a Vicario generali Leopolien. sub die 12 Maji 1805 regnorum Gubernio et clero dioecesano sub 13 Mai 1805 indicatus est.

Eodem anno sub 23 Maji mortuus est Eppus Leopol. Nicolaus, Skorodyński itaque Eppus Premis. Angellowicz remansit unus ad regendas tres dioeceses ruthenas.

Evenit praeterea, quod etiam negotia ritus graeco-cath. constituto referenti apud Gubernium r. l. Dr. Zeisl fuerint concredita, et petito Epporum r. g. c. intuitu constituendi referentis e ritu proprio fuerit denegatum (Decret. aulicum ddto. 30. Aprilii 1805 Nr. Gub. 20.826.)

Ante initium anni 1805 vocatus supremo mandato (Miniſterialſchreiben ddto. 2. Dezember 1804) Julianus Sponring Vicarius generalis Premisliensis pro directore missionis in Dalmatiam, eotum commorabatur Viennae, qui multoties anhelans dignitatem Eppalem Praemisliae et Leopoli repulsam tulit. Nunc faustiores circumstantias sibi affulgere credens, iis, qui ritui et clero rutheno haud favebant, adjutricem ma-

Digitized by Google

num in omnibus praebere facilis erat, dummodo suam promotionem quovis demum modo consequeretur.

Porro praeter praedictum Sponring ordinis Basiliani monachum ordo PP. Basilianorum, anhellans Eppatus, omnem movebat lapidem, ut hanc praetensam praerogativam recuperaret. Atque hac in re faventem sibi invenit referentem Gubernii *Zeisl*, qui cleri saecularis r. g. c. elavationem praepedire, eundemque supprimere cupiens, optimum sibi a patribus Basilianis sappeditatum medium arripuit, ad vacantes Eppatus Leopolien. et Chelmen. monachos Basilianos evehendi.

Ut his adversariorum r. g. c. et cleri saecularis machitionibus occurreretur, procurabatur in Aula, ut Praesidio Gubernii daretur mandatum, quatenus propositio candidatorum pro vacautibus Eppatibus Eppo Angellowicz qua administratori spiritualium pro opinione daretur, quod etiam reapse venit, (Lit. Agentis de Böhm ddto. 22 Julii 1805) et ordinatum fuit, et in sequelam hujus supremi mandati emanavit requisitio Gubernatoris de Urmenij ddto 23 Julii 1805 Nr. 5723 (Präſidial-Schreiben), ut sibi indicarentur viri ex hujati clero gr. cath. qui ad dignitatem Eppalem apti essent.

Adnotatio. II. Probabilius ex occasione captae notitiae de morte Theodosii Rostocki Romae tum ad instantiam Nuntii Viennensis apud Congreg. de prop. fide exoriebatur quaestio de creanda Metropolia pro ritu gr. cath. in Galicia, qua occasione requisita erat sub 13 Augusti 1805 opinio a p. Jordano Mickiewicz O. S. B. M. procuratore Romae, quam ille cum adnexis binis a Vicaris Generali Leopolien. anno 1803 sibi communicatis memorialibus congregationi praestitit. Verosimiliter idem Procurator qua membrum ordinis Basiliani ad dignitatem Metropolitanam et ad Eppatus vacantes religiosos sui ordinis recommendabat, siquidem brevi Nuntius Vien. Comes Serveroli binas cancellariae status sub 14 et 24 Octobris 1805 exhibuit nomine Congregationis de propag. de notas, petendo, ut 1o. Metropolia Halicien. pro ritu gr. cath.

Digitized by Google

erigeretur; 2o. nominandi Eppi rit. gr. cath. ad vacantes sedes non ex clero saeculari sed ex ordine Basiliano eligerentur; utque 3o. Eppatus Baccoviensis in Moldavia e fundo religionis Buccovinensi restauraretur.

Adnotatio III. Circumstantiae belli cum allis sub finem an. 1805 exorti, in quo Eppus Angellowicz suam propensionem erga regimen et Domum Austriacam demonstravit, et altissimam complacentiam suae C. S. Majestatis adapertam habuit (V. Literas ministri Policiae supremae Baronis de Saurau ddto. 26 Novembris 1805 et ddto. 2 Decembris 1805 ex Oppavia datas) negotia omnia retardaverant, et missioni in Dalmatiam Juliani Spouring posuerant obicem et causabant ejus reditum Premisliam. Initio anni 1806 Leopolim veniens conferebat cum Zeisl et cum aliis Basilianis, ne commendati ab Angellowicz sub 28 Octobris 1805 Praesidio Gubernii sed Basiliani ad vacantes Eppatus promoveantur, licet idem Sponring ab Eppo Angellowicz ad Eppatum Chelmen. esset commendatus. Hoc tamen non contentus Leopolien. Sedem ahellabat, ut ita Metropolita evaderet, credebatque Chelmen. Eppatum pro alio ex Basilianis exoperandum fore.

Referens Gubernial. Zeisl pertraxit gremium Gubernii et Praesidium ad sua sensa, et sub die 21 Februarii 1806 sessione secreta semotis etiam secretariis pro Eppatibus Leopolien. et Chelmen. et insimul pro restauranda Metropolia deprimebat candidatos ex clero saeculari, efferebat vero Basilianos, et eos pro Eppatibus Suae Majestati commendare conabatur. (Vid. extract. Propositionis ddto. 21 Februarii 1806 Nr. 46520.) In separata porro Aulae substernenda relatione deducebat, tum pro Ecclesia quam pro civitate summe proficuum fore, si Eppi r. g. c. in Galicia ita, ut in Hungaria, Metropolitanae jurisdictioni Archieppi Leopolien.

Digitized by Google

ritus latini subjicerentur *), et perinde major adhuc unio atque conjunctio cleri utriusque ritus effectuaretur, cui sententiae praeter referentem quinque adhuc de Gremio Gubernii accedebant (Kohlmanhueber, Platzer, Com. Gaisruk, Bar. de Binder et Steipee.) Attamen pluralitas votorum Gubernii cum Praesidio credebat, ut ad evitandas collisiones et querimonias Epporum r. g. c. intuitu depressionis sui ritus proprius Metropolita e clero r. g. c. a Sua Majestate nominaretur, cum jura et praerogativae in Bulla Pontificia Clementis VIII Metropolitis concessa Metropolitas ex hoc ritu et natione electos consecrandi a Sede Romana latino Metropolitae vix concederentur, atque ut Sedes Leopolien. r. g. c. ad Metropolitanam eveheretur, cui praeficiendus Eppus primo suam confirmationem et consecrationem a Sede Romana obtineret, dein vero sua elevatio ad dignitatem Metropoliticam a Sede Romana sequeretur, qua obtenta idem primo ad confirmationem nominandi Eppi Chelmensis accederet. In utroque proposito casu promotio Sponring ad Sedem Leopolien. sive idem latini Archieppi jurisdictioni subjiceretur, cui recte eotum Eppi latini Galiciae occidentalis subjiciebantur, (Vid. Praesidial Schreiben ddto 14 Juni 1806) sive Metropolita crearetur, omnino intendebatur praecipue hisce ex motivis, quod idem scientia et actuositate in regenda dioecesi quam scholis polet, patriotismo excellit, et unice quatificatus sit ad dirigendum Seminarium Leopoli, quod plane neglectum sit, et suo fini haud respondeat. (Vid. Epistol. Zeisl ad Sponring ddto 14 8bris 1805 ddto 24 Februari 1806 et 3 Aprilis 1806.)

In eadem sessione etiam propositio pro Eppatu Leopoliensi et Chelmen. erat conclusa, et pro primo Sponring et

---

*) Ita ergo non in elevatione sed depressione Ruthenorum graec. catholicorum reponebatur firmior eorum unio, et sub praetextu unionis putabant licitam esse illam depressionem.

Digitized by Google

Michalski, monachi Basiliani, tum 3tio loco Szankowski, Parochus in Horodenka, pro Chelmensi vero Petrus Kozakiewicz Vicar. general. Brestensis, Doretheus Michalski et Bartholomeus Nazarewicz proponebantur, praeterea summis encomiis commendabantur Basiliani Hryniewiecki et Radkiewicz, postpositis ex clero saeculari omnibus ab Angellowicz commendatis.

Praeterea sub die 11 Aprilis 1806 super communicatis Gubernio notis Nuntii Vien. intuitu restaurandae Metropoliae Haliciensis et promovendorum ad dignitatem Eppalem Monachorum O. S. B. M. praestabatur a Gubernio eo tendens opinio, ut hae dignitates religiosis Basilianis, summe laudatis, conferrentur, cum iteratis vicibus jam individuis e clero saeculari Eppatus collati fuerint. Quoad Metropoliam revocabat sese Gubernium ad relationem sub die 21 Februarii praestitam.

His in circumstantiis exponebatur sub 15 Martii 1806 ex parte Eppi Antonii Angellowicz per Agentes illius in Aula, quam tortuosis viis propositiones pro vacantibus Eppatibus fuerint factae, directe Suae Majestati exponebatur necessitas, ut propositio facta retromitteretur, et in commissione apud Gubernium adhibito Eppo Administratore vacantium dioecesium ventillaretur. Ex parte plenipotentum cleri sub die 20 Aprilis dirigebatur ad Suam Majestatem prolixa represen tatio documentis instructa, ut in promotione ad Eppatum Leopolien. monachis non detur locus, ut aedes ad cathedram S. Georgii Leopoli a monachis occupatae ab iisdem evacuarentur, ut haerens apud Gubernium a duobus annis propositio regulandi Cleri archicathedralis Suae Majestati substerni demandaretur, ut Sponring ad Sedem Leopolien praecluderetur via, (Remonstratio ddto 16 Martii 1806 ad Suam Majestatem directa). Separate directe Suae Majestati substernebatur memoriale cum allegatis, ex quibus Clerus eundem

Digitized by Google

a promotione ad Eppatum Leopoliem excludi petit. (Promemoria ddto 20 Maji 1806.)

Omnes hic passus non caruerunt eventu, et sub die 17 Julii 1806 negotium restaurationis Metropoliae in Cancellaria aulica propositum et cum sequenti opinione Suae Majestati praestitum, (cum adursa Cancellaria Status tandem aliquando declarasset: Restaurationi Metropoliae in Galiciae pro ritu gr. cath. nullum ex parte politica subversari obstaculum).

I Quod restauratio Metropoliae pro ritu graeco-cath. a latino separatae in Galicia et sub Ecclesiastico et politico respectu summe proficua et necessaria sit: a) quia conservatio jurium Metopoliticorum r. g. c. pro Ecclesia et civitate summe utilis sit, quidem influxui extraneo ponat obicem; b) votis Cleri r. g. c. a tot annis toties repetitis et fundatis satisfieret, c) nullum sit ex parte Ecclesiastica vel politica obstaculum, cum Metropolita Rostocki mortuus et in ejus locum nemo suffectus sit.

II Quod opinio minoritatis Gubernii, ut jura Metropolitica super Eppis r. g. c. Archieppis r. l. Leopolien. adscribantur, ex eo audi nequeat, quia a) penes revindicationem regnorum Galiciae asseclis r. g. c. ibidem valde numerosis aequalis tutella et protectio sit a Sua Majestate adpromissa, et b) quia clero graeco cath. qui quavis occasione contra clerum r. l. de depressione et persequutionibus querulatur, hoc in casu causa fundata querimoniarum praestaretur, c) quia id non tantum tres Eppos r. g. c. malecontentos redderet, sed etiam clero et populo universim ansam praeberet ad desserendam unionem ad exemplum vicinorum in imperio russico, d) quia Sedes Romana probabiliter sese nullatanus commoveri sineret ad amplianda jura r. l. Archipporum Leopolien., quae pro Metropolitis r. g. c. tempore susceptae unionis sunt stipulata, prouti id ex contextu ipsius Bullae

Digitized by Google

Clementis VIII et ex contextu notae Nuntii Apostolici Vien. collimari potest, e) quia Gubernium Galicien. in suis anterioribus relationibus nunquam projectum hocce fecerat, sed toties opinabatur, separatam pro ritu graeco-cath. in Galicia restaurandam esse Metropoliam. Caeterum hic de incorporandis huic Metropoliae Eppis Hungariae r. g. c. non est amplius sermo, cum id jam a Sua Majestate sit decisum.

III Ut Leopolis pro Sede Metropolitana designetur, quia Halicz antiqua Metropolitarum Sedes in circuitu dioecesis Leopoliens. reperiatur, adeoque perinde non agatur hic de creatione novae sed resuscitatione antiquae Metropoliae, quae circumstantia Romae rei huic compulsum daret.

IV. Pro dotatione assignetur congrua 10,000 fl, quae erat Eppis Leopolien. assignata cum additamento 2000 ', ex fundo religionis, donec Bona in processu cum comitibus Skarbkie existentia reciperentur.

V. Ut dignitas Metropolitae non proposito a Gubernio Sponring sed potius Eppo Premisliensi Angellowicz conferratur, quia a) pro promovendo alio esset valde repentina promotio, prae Eppo vero actuali Angellowicz haud promerita, et injuriosa, qui jam non tantum ab 11 annis Eppum sed adpraesens etiam omnium trium dioecesium administratorem agit, et ita presbytero noviter in Metropolitam creando haud subjici debeat. b) Ipsum Gubernium an. 1796 proposuerat, ut dignitas Metropolitae non simplici presbytero sed uni ex actualibus Epis conferratur. c) Etiam haec circumstantia pro Eppo Angellowicz pugnat, quod Leopoli sit Seminarium pro tribus dioecesibus, et Antistes Leopol. super idem superinspectionem habere debeat, cum ille rector seminarii generalis erat, et ob merita ejus in hoc seminario ei Eppatus a Sua Majestate collatus sit.

Digitized by Google

Caeterum restauratio Metropoliae praecedere debet provisionem aliarum Sedium Eppalium, et nominanda a Sua Majestate individua a futuro Metropolita suam confirmationem et consecrationem obtinere debeant.

Haec opinio supremae cancellariae aulicae et in Consilio status invenit unanimem sententiam, et a Sua Majestate juxta tenorem decreti aulici ddto 11 Septembris 1806 Nro. 16,239 in toto approbata, atque restauratio Metropoliae Haliciensis separatae ex toto a ritu latino ac elevatio Eppatus Leopolien. ad Metropoliam cum dotatione projectata decisa est. In cujus sequellam sub eodem expediebantur ad Sedem Pontificiam literae ddto 11 7bris 1806, quibus Antonius Angellowicz Summo Pontifici pro confimatione praesentabatur, et petebatur, ut Papa Ecclesiam hactenus cathedralem Leopoliensem ad Metropolitanam evehere, et hujus Eppum pro futuris temporibus non solum dignitate verum etiam juribus et praerogativis, quae per literas Apostolicas p. m. Clementis VIII de an. 1595 „Decet Romanum Pontificem" Haliciensi et Kijoviensi Metropolitae concessae erant, benevole insignire ejusdemque Metropolitanae jurisdictioni caeteros duos Eppos graeco-catholicos Premisliensem et Chelmensem universumque per Galiciam Clerum et populum ejusdem ritus subordinare velit.

At adversarii r. g. c. non cessabant a suis machinationibus. Dum negotium Metropoliae in suprema Aula agitaretur, in Russia sub 24 Julii 1806 nominabatur Hieraclius Lisowski Archieppus Polocensis in Metropolitam unitarum in Russia Ecclesiarum (Vid. manuale scriptum Imperator. Alexandri ddto 24 Julii 1806). Hac circumstantia utebantur osores r. g. c. ad praepediendum Romae negotium restaurationis Metropoliae Haliciensis et confirmationis nominati Metropolitae Angellowicz, cujus promotio iis non arridebat. Sedes Romana se induci permisit, ut se contrariam ad instantiam Aulae c. r. intuitu restaurationis Metrop. Haliciensis et confir-

Digitized by Google

mationis Antonii Angellowicz declaraverit ex motivis: 1mo quod apud Ruthenos nunquam duo Metropolitae existerent, 2o jam Archieppus Polocensis Lisowski ab Imperatore Rusiae Metropolita nominatus sit, 3o Leopoli alioquin existit jam Metropolita r. l. et consuetum sit, ut in eadem provincia et eadem civitate non sint duo Metropolitae, 4o monachi Basiliani et eorum Protoarchimandrita perinde offenderentur. Haec daclarata erant, etiamsi jam et confirmatio restaurationis Metropoliae Haliciensis et personae ad eam nominatae Angellowicz fuisset decreta, et bullarum expiditio disposita. Datum bullarum est quidem 17 Kalendas Aprilis 1807, attamen hae primum post annum erant expeditae.

Ejusmodi negativa declaratione Sedis Romanae medio cancellariae status cancellariae aulicae communicata, medio derecti aulici ddto 13 Junii 1807 Nro 10806 et Gubernialis ddto 3 Julii 1807 Nro 27709 exigebatur a Metropolita, ut 1o documenta praestaret ad demonstrandum, quod Metropolia Haliciensis a Kijoviensi quondam distincta fuerit, et per injuriam temporum extincta cum Metropolia Kijoviensi conjuncta extiterit, 2o copiam repraesentatonis an 1790 a deputatis Epporum Skorodyński et Sponring exhibitae intuitu restaurandae Metropoliae pro ritu gr. cath. 3o seriem Metropolitarum Haliciensim in quantum ex documentis eadem erui possit, 4) dillucidationem correlationis Protoarchimandritae Basilianorum intuitu ordinis et Metropolitae.

Hae ambages causatae erant a Basilianis et Clero latino. Quare concinabatur a Vicario generali Leopoliensi sub die 27 Julii 1807 disertatio de Metropolia Haliciensi distincta a Kijoviensi documentis innixa, chronologia Metropolitarum Haliciensium, in quantun haec ex antiquis documentis erui potest. Hisce acclusis sub die 29 Julii 1807. c. r. Gubernio longe lateque dipingebatur correlatio Protoarchimandritae Basilianorum quoad ordinem et Metropolitam, et demonstrabatur, anteactam organisationem ordinis Basilianorum reapse

Digitized by Google

fuisse statum in statu, maximas collisiones inter Basilianos et Eppos causasse, quibus ipsa Sedes Romana obicem ponere non valebat, quod tamen Protoarchimanditae correlatio ad ordinem Basilianorum post praeclusum an 1781 nexum cum extraneis provinciis cessaret, imo ad praesens etiam in Russia subtatum est, et Basiliani antea ab Eppis exempti, nunc eorum jurisdictioni subjecti, tamen semper flagrant animo, clerum saecularem deprimendi. (Relatio ad Guber. Metrop. Angellowicz sub 27 Julii 1807.)

Eodem tempore per privatas literas ad comitem Stadion c. r. ministrum externorum negotiorum exponebatur uberius res tota, et refellebantur objectiones contra restaurationem Metropoliae eo addito, quod totum ab insinuationibus Basilianorum factis, quos referens Zeisl protegit, et ad Eppatus promovere vult, provenit, ad quos iidem monachi exclusivum jus praetendunt, habentes se pro ordine praelatico, qui Eppos super se non agnoscunt, et exemptionem quaerunt.

His praehabitis cancellaria aulica medio cancellariae status fortissinam misit repraesentationem Romam, refellendo illa plane infundata motiva, et urgendo confirmationem Metropoliae et nominati Metropolitae tanto magis, quod ipsa Romana Sedes id a Sua Majestate previe postulaverat. Adhuc Romana Sedes tentaverat hoc: proponebat medio cancellariae status, ut Eppi Galiciensas r. g. c. a nexu cum Metropolita Kijoviensi in Russia separati, illi directe subordinarentur, ut ita non esset necesse erigere Metropoliam, hac ratione jura hierarchica r. g. c. cessarent. Huic projecto opposuit sese fortiter Cancellaria aulica, ac instabat pro confirmatione Metropoliae et Metropolitae. (Epistol. Agentis Böhm ddto 4 9bris 1807). Itaque Nuntio commissum erat peragendi processum canonicum pro confirmando Metropolita, et non expectato processu expediebantur Bullae ac in Bulla errectionis Metropoliae inserebantur duae clausulae, 1o ut praescripta

Digitized by Google

Synodi Zamoscenae observentur, 2o ut Nuntius scriberet Archieppo in Russia Metropolitano in Russia Lissowski, quod Metropolita Haliciensis constituatur. Datum bullarum est XVII Kalendas Aprilis 1807, ex quo liquet, expeditionem earum jam medio Aprilis fuisse dispositam, at per influxum adversariorum in quaestionem vocatam. Bullae tres respiciebant personam nominati pallium et professionem fidei et juramentum, quae illico placetum regium obtinuerunt, et transmittebantur mense majo 1808. Bulla vero incipiens: „In universalis Ecclesiae meritis licet imparibus constituti" Sua Majestati ideo pro placeto regio exhibita fuit, quia in eadem agebatur de faciendis a Nuntio ad Metropolitam in Russia passibus, ut idem juribus quoad Eppatum Haliciensem renuntiaret, et de praescriptis Synodi Zamoscienae observandiis, ut Eppi ex ordine Basiliano sint, vel ex clero saeculari assumpti professionem monasticam emittant. Ex principiis Aulae amovendi influxum extraneum decidebatur in consilio status, ut haec bulla Romam medio cancellariae status seu ministerii extraneorum negotiorum (geheime Staats Kanzelei) restitueretur ad immutationem, quatenus illa, quae Nuntio Vien. intuitu correspondentiae cum Metropolita in Russia committebantur, Archieppo Leopol. ritus l. Kicki committerentur, et ab hocce ad effectum deducerentur ita, prout commissa ei arrendatio dioecesium ritus latini an. 1806 ad effectum deducta est. (Miniſteralſchreiben ddto 14 Junii 1806), secus praedicta Bulla placetum regium obtinere non potest. Inter haec ad anteriores requisitiones a Romana Sede Aulae c. r. factas, quod processus canonicus in causa restaurandae Metropoliae Haliciensis et nominatae ad eam personae apud Nuntium Vien. sit peragendus, decreto Aulae ddto 24 Martii 1808 medio Gubernii inviabatur Metrop. Angellowicz, ut se Nuntio insinuaret, qui mittebat Vicarium gener. Leopoliensem cum plenipotentia Viennam, ut is omnem daret operam ad finiendam restaurationem Metropoliae. (Ralatio ad Guber. ddto 23 Aprilis

Digitized by Google

1808) Plenipotens Metropolitae Viennam primis diebus Maji veniens, certior fiebat, quod processus Canonicus ante expeditionem Bullarum Romae cum Basiliano Jordano Mickiewicz fuit peractus, et idem qua mandatarius, licet talis non constitutus, nomine nominati Metropol. Angellowicz, palium extradi petierit, quale a Metropolita nunquam quaerebatur, quodque bullae tres obtinuerint placetum, jam vero illa de cratione Metropoliae rursus restituenda sit, quodque diploma c. r. pro restauratione Metropoliae non prius extradendum sit, quuosque nova bulla cum immutatione Roma non advenerit.

Nuntius Apostol. comes Severoli a delegato informatus pronum se demonstravit ad negotium finiendum et jussis Romanae Sedis satisfaciens exaravit literas ad Metropolitam in Russia quoad restaurationem Metropoliae Haliciensis, desiderando ab eodem, ut is juri suo renuntiaret, (quod tamen non habuit constitutus Metropolita Ecclesiarum unitarum in Rossia et a s. Sede non confirmatus, quam confirmationem non petiit), praeterea ad preces delagati informavit Nuntius de tota hac re Sac. Congregationem de propag. fide, demonstrando non esse hic locum alicujus renuntiationis Metropolitae Lissowski. Necesse erat omnem adhibere conatum, ne bulla restaurationis Metropoliae Halicien. Romam retromittatur fine mutationis, ne s. Sedes ad sinistam informationem denegaret desideriis Aulae et negotium protaheret; in eo etiam casu, si Sedes Romana in mutationes ab Aula c. r. desidaratas consensisset, et loco Nuntii Archippo r. l. Leopolien. Kicki hoc negotium committeret, timendum erat, ne idem Archieppus non tantum ad assensum Metrop. Lissowski fine renuntiationis suis juribus inhil conferret, et potius projectum gubernialis referentis et minorenitatis Gubernii de tribuenda sibi jurisdictione Metropolitica super Eppos r. g c. renovaret, et rem protaheret, quod facile erat ob subsequutas brevi politicas circumstantias mutatas et Epptu Chelmensi an. 1809 et magna parte dioecesis Leopolien. in circulo Tarnopol

et Zaleszczycensi ab Austria avulsis, et Papa Pio VII 6 Julii 1809 Roma abducto.

Quare delegatus instabat apud illas personas in cancellaria status, quibus commissum erat bullam Romam remittere, atque collatis cum Nuntio Severoli consilliis dedit promemoria cancellariae status sub 5 Julii 1808, quod Nuntio Apost. reprasentaverit, assensum Hierarcli Lissowski ad restaurationem Metropoliae Haliciensis non esse necessarium, cum neque pro Galicia nominatus neque a Sede Romana confirmatus, titulo Halicien. Metropolitae utatur; restauratio haec Metropoliae solum a Sua Majestate et Sede Apostolica dependeat, ideo sibi a Nuntio data sit assecuratio, quod eo intuitu conformiter commissis Sedis Romanae solum notificatio Archieppo Lissowski data sit, et tota res jam sopita sit. Itaque cancellaria status cum acclusione Bullae Suae Majestati repraesentabat, supervacaneam esse retromissionem Bullae Romam, cum ejusmodi clausulis alioquin placetum regium denegari valeat, secus negotium isthoc in annos protraheretur. Porro delegatus ob absentiam Suae Majestatis in expetita audientia apud Archiducem Reinerum die 3 Augusti causam totam exposuit, et accellerationem placeti regii super bullam et Diplomatis c. r. super erectionem Metropoliae Haliciensis expostulavit. Qui passus faustum eventum habuit, atque tam placetum regium super bulla, quod ea, quae Synodum Zamoscinam et monachos concernunt, ex eadem exmittenda sint, tum approbatio conceptus diplomatis supremi ddto 11 Augusti 1808 ab altissimo loco emanavit.

Medio decreti aulici ddto 4 Augusti 1808 probatae etiam erant ceremoniae solennes introductionis ad Sedem Metropolitanam Metropolitae, quae solennis introductio die 25 Septembris 1808 peracta, et ita dignitas Metropolitana Haliciensis, quae a quinque saeculis interierat, resuscitata est.

Vide: Ordo et ceremoniae tempore solennis ingressus Exmi Illustissimi et Rdmi Dni Antonii Angellowicz Metro-

Digitized by Google

politae Haliciensis ad Sedem Metropolitanam die 25 Septembris 1808 observatae.

Adnotatio. Literae pastorales Metropolitae Antonii Angellowicz datae occasione restauratae Metropoliae Ruthenae Haliciensis:

АНТОНІЙ АНГЕЛЛОВИЧЪ,

Божїею милостїю Митрополитъ Галицкїй, Архїепископъ Львовскїй, Епископъ Каменецкїй, Его Цѣсарско-Королевской Апостольской Милости дѣйствительный тайный совѣтникъ.

Всемꙋ мірскомꙋ и монашескомꙋ Дꙋховенствꙋ и народови діецезій дотѣхчасъ Львовской, Галицкой, Каменецкой, также діецезій Перемышльской, Самборской, Саноцкой, Хелмской, Белзской и въ краѧхъ Галицкихъ Берестійской находѧщимсѧ: миръ о Господѣ и благословеніе Архіпастырское.

Уже подъ днемъ 26. Маѧ 1805. рокꙋ завѣдомили мы листомъ нашимъ пастырскимъ Васъ возлюбленнѣйши во Христѣ братіѧ! о смꙋтномъ длѧ цѣлой нашой іерархіи приключенію, или о успокоенію ясне велможного Ѳеодосіѧ Ростоцкого, Митрополита Кіевского, Галицкого и всей Руси. Сіе приключеніе имѣло тое послѣдствіе, що іерархіѧ наша греческо-кадолическаѧ безпосреднꙋ потерѧвши главꙋ, остала осиротѣлою. Но не долго смꙋтилисмосѧ тѣмъ осиротѣніемъ. Всеблагій промыслъ Бога, печалѧщійсѧ

Digitized by Google

о благо дꙋховное численного своего стада, вдохнꙋлъ найвысшой въ мірѣ мірской и дꙋховной власти, дабы томꙋ недостаткови зарядити.

Оже сталося, що стародавна Митрополія Галицка, отъ пять вѣковъ въ томъ краю згасла, востановленною зостала.

Ибо Найяснѣйшій Цѣсарь Францъ I. намъ всемилостиво панꙋющій и о добро дꙋховное народовъ подвластныхъ ровно ꙗкъ дочастное печалящійся нетолько рачилъ рѣшеніемъ своимъ подъ днемъ 11. Вересня 1806 востановленіе Митрополіи Галицкой ꙋхвалити, столицю тойже Митрополіи во Львовѣ назначити, и оноꙋ приличнымъ фондомъ одаровати, но надто своимъ важнымъ ходатайствомъ ꙋ Престола Апостольского старался его склонити, дабы Митрополія Галицка дотѣхчасъ съ Кіевскою соединенна, навсегда отъ ней отдѣленна, и сновъ до своего блеска и власти, ꙗкꙋ иногда въ тѣхъ краяхъ посѣдала, повернена зостала. И найвысша глава церкви кафолической Пій VII. предложеніями ревного о добро Религіи Монарха прнклоненъ, по точномъ въ консисторіи Кардиналовъ такъ важной рѣчи розсмотрѣнію Бꙋллею своею подъ днемъ 15. Цвѣтня 1807 рокꙋ выданою, и востановленіе старожитной Митрополіи Галицкой ꙋтвердити, и насъ недостойныхъ, отъ всемилостивого Монарха на сіе достоинство всеблаго поднесенныхъ со полною властію и правоправленіемъ отъ давна Митрополитамъ прислꙋжащимъ, и силою Бꙋлли Климента VIII рокꙋ 1595 выданой: „Decet Romunum Pontificem“ начинающойся, навсегда важною, на томже потвердити благоволилъ.

Когда же до сего въ іерархіи нашой такъ высокого степени отъ найвысшой мірской и дꙋховной власти призванны дня 25. т. м. правоправленіе наше Ми-

трополическое торжественно въ Архикаѳедрѣ нашей Львовской подъ титломъ св. Георгія Мученника заложилисьмо, васъ всѣхъ, возлюбленныи во Христѣ братія! о томъ тѣмъ Архипастырскимъ листомъ нашимъ завѣдомляемъ съ симъ припорученіемъ: дабы вы

1. Повинное высочайшому промыслови отдали благодареніе за его благодѣтельну печаль о іерархію нашу:

2. принесли Подателю всѣхъ даровъ найсмиреннѣйши моленія, щобы видиму св. церкви главу Пія VII. всесильно подкрѣпляти рачилъ въ его стараніяхъ и Апостольскихъ дѣлахъ, а при томъ щобы намѣренія всемилостивѣйшого Монарха нашего Франца I. благословилъ, и Єму своею держительною десницею въ Єго мыслахъ для блага подчиненныхъ народовъ и для храненія спокоя и безпечности общой скерованныхъ помоществовалъ, дабы мы всѣ въ тышинѣ званію нашему удоволетворяли; такожде дабы

3. вы разомъ съ нами вознесли руцѣ къ небесамъ, щобы они подали намъ благодать и силъ потребныхъ, поносити тягари, которы тое высокое іерархіческое Достоинство на насъ вложенное, необходимо со собою несетъ; надъ то дабы

4. всѣ Насъ за начальника іерархіи, а священьство и народъ Архидіецезіи нашой Галицкой, Львовской и Каменецкой Насъ за своею безпосредного оттеперь почитали Архипастыря; наконецъ дабы

5. въ ектеніяхъ такъ во время св. литургіи якъ также иныхъ чиновъ церковныхъ по приписамъ

обрѧда имѧ наше Антоніѧ Митрополита ѹпомина-лосѧ.

Къ томꙋ, щобы сіе роспорѧженіе Наше шкъ найскорѣйше къ вѣдомости всѣхъ прійшло, листъ предлежащій Архипастырскій напечатати и черезъ ГГ. Декановъ Форальныхъ по всѣхъ церквахъ пароxіальныхъ и монастырскихъ къ обвѣщенію народови на Богослꙋженіе собранномꙋ розослати повелѣваемо.

Дано въ Львовѣ при Архикаѳедрѣ Нашей св. Георгіѧ Мꙋченика.

Днѧ 25. Вереснѧ 1808.

Антоній Митрополитъ.

(М. П.)

Bulla Apostolica de restauratione Metropoliae Haliciensis.

Pius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In universalis Ecclesiae regimine Divina disponente Clementia meritis licet imparibus collocati, ad gregem Dominicum oculos nostrae mentis intentos semper habentes, et quid Apostolicae providentiae impendere debeamus, ut ubique commode atque utiliter gubernetur, et ad ecclesiastica pascusa fideliter dirigatur, eam potissimum muneris Nostri curam agnoscimus, quod tot ecclesiarum Praesules opportunis pro commodiori populorum spirituali regimine prerogativis decorentur. Eapropter Christianorum Principum vota hisce in rebus favore complectimur, et nonnulla interdum statuere curamus, quae in Domino salubriter conspicimus expedire. Postquam felicis recordationis Clemens Papa Octavus Predecessor Noster tunc

Digitized by Google

cum Michael Tertius Kioviensis Metropolita assentientibus aliis Episcopis Ruthenis concilio coacto in civitate Brestiae, et publice in eo nationis Ruthenae cum Apostolica Sede unione statuta ad eam perficiendam duos Episcopos Romam miserat, Nationem praedictam ad sancte catholicae Romanae Ecclesiae communionem recepit, atque hanc unionem per suas apostolicas sub plumbo expeditas literas incipiendo: Magnus Dominus-Anno pontificatus sui quarto datas et Incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto decimo Kalendas Januarii approbavit ac confirmavit, nec non per alias similes literas incipiendo-Decet Romanum Pontificem eodem Incarnationis Dominicae anno expeditas ac datas septimo Kalendas Martii idem Pontifex postmodum Archiepiscopo Kijoviensi Ruthenorum Metropolitano facultatem benigne concessit, confirmandi nomine Apostolicae Sedis Episcopos Suffraganeos ejusdem ritus in Polonia existentes, eosque juxta illius ritus formam consecrandi. Alia etiam haec Apostolica Sedes diversis temporibus quoad Ruthenam Nationem praedictam disposuit, praecipue per organum Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis de propaganda fide propositorum, ac insuper de anno domini Millesimo Septingentesimo vigesimo de speciali assensu felicis recordationis Clementis Papae undecimi Predecessoris Nostri coacta in civitate Zamosciae Synodo Nationali Ruthena eique praesidente Hieronimo bonae memoriae Archiepiscopo Edessae tunc in Poloniae regno Sedis Apostolicae Nuntio, deinde sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Grimaldo nuncupato, ac in ea nonnullis statutis atque ordinatis cum Benedictus recolendae memoriae Papa decimustertius similiter Predecessor Noster satis compererit, hujusmodi statuta et ordinationes ecclesiasticae disciplinae summopere esse profutura, per Apostolicas Suas literas incipiendo — Apostolatus officium-in forma brevis expeditas sub Annulo Piscatoris die nona mensis Julii anno Millessimo septingen-

Digitized by Google

tesimo vigesimo quarto Pontificatus sui anno primo, firmis tamen semper remanentibus aliorum Praedecessorum Pontificum constitutionibus et Apostolicis ordinationibus aliisque etiam in generalibus Conciliis super Graecorum Rititus emanatis decretis ac salva quoque Auctoritate Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium tam de propaganda fide negotiis praepositorum, quam Tridentini Concilii Interpretum respectivarum congregationum benigne atque expresse apporobavit et confirmavit. Ob varias postmodum temporum vicissitudines, et praecipue immutatum temporalis jurisdictionis Dominium in illis partibus, in quibus Ruthenorum ecclesiae collocatae reperiebantur, n·cesse visum fuit, ut ab Apostolica Sede saepenumero super his rebus negotia nonnulla gererentu·, ita ut de natione hujusmodi Ruthena sedulam curam suscipiendo perspectis circumstantiis aliqua de novo statuere Sedes ipsa Apostolica haud neglexerit, et Pontifex quoque immediatus Praedecessor noster Pius Papa Sextus recolendae memoriae Episcopalem Ecclesiam ejusdem rutheni ritus erexerit in civitate Suprasliae, tunc in Serenissimi regis Borussiae ditione existente, necnon quoad Metropolitanam Kijoviensem aliasque Episcopales ecclesias ejusdem ritus in Russiaco imperio existentes plura statuere non omiserit: Nobis autem nuper exposito, quoad populi Catholici Rutheni ritus Leopoliensi, Kelmensi et Premisliensi respective Episcopis subjecti, et in charissimi in Christo filii nostri Francisci primi Austriae Imperatoris ac Bohemiae et Hungariae regis Apostolici ditione existentes ad Metropolitanam Kijoviensem appellare, et Episcopi ipsi suum Metropolitam consiliorum eorum participem facere minime respective possint, quoque laudatus Franciscus Imperator et Rex summopere cupiat Ruthenorum in regno Galiciae existentium spirituali bono consulere, atque idcirco a Nobis singulari studio per suas literas postulaverit, ut a jure Metropolitico praedecti Archiepiscopi Kijoviensis abdicatis ecclesiis ante-

Digitized by Google

dictis, Leopoliensem Cathedralem ecclesiam, quae a felicis recordationis Joanne Papa vigesimo tertio per suas literas Romae datas quinto Kalendas Septembris anno Millesimo quadringentesimo decimo Pontificatus sui anno tertio antiquam Sedem Haliciensem transferendo in Metropolitanam sub invocatione Beatae Mariae Virginis tunc fuerat erecta, ac deinceps ad simplicis Episcopalis Ecclesiae statum redactam nunc denuo in Metropolitanam cum unione tituli dictae perantiquae Haliciensis Ecclesiae, cujus territorium intra limites suae ditionis modo reperitur, per Nos erigatur, necnon Kelmensis et Premisliensis respective Episcopales Ecclesiae ejusdem novae Metropolitanae Leopoliensis ecclesiae suffraganeae declarentur, ac demum gratiae et indulta praecipue quoad jus nominationis ad illas et ad illarum Praesulum canonicam institutionem respective concedantur. Nos itaque temporum et locorum circumstantiis mature perspectis, agnoscentes plures easque non leves esse difficultates, quae opponuntur Kijoviensi Archi-Episcopo ad exercendum jus suum Metropoliticum in Ruthenos Galiciae regno subjectos, compertaque necessitate occurendi stabili methodo spirituali Ruthenorum Regimini, Apostolici officii nostri esse duximus, vota precesque ejusdem Francisci Imperatoris ac regis benigne suscipere, et illis quantum opportune in Domino possumus, clementer obsecundare. Quapropter ne injuncto Nobis Apostolicae servitutis officio deesse videamur, Venerabili Fratri Nostro Antonio Gabrieli Archiepiscopo Petrens. atque ecclesiarum Viterbiensis et Tuscanensis invicem perpetuo canonice unitarum Episcopo necnon Nostro et Sedis Apostolicae Nuntio Viennae Austriae commoranti per praesentes committimus et mandamus, ut sive per se sive per aliam personam ecclesiasticam ab eo ad hoc specialiter subdelegandam certiorato prius Venerabili etiam Fratre Eraclio Lissowski, Ecclesiae Polocensis Archiepiscopo, atque in praesentiarum attenta vacatione Metropolitanae Kijoviensis ejusdem Ecclesiae et Dioecesis Administratore titulum peranti-

Digitized by Google

quae Ecclesiae Haliciensis a Metropolitana Ecclesia Kijoviensi, cui pridem unitus fuerat, Apostolica Nostra sibi delegata auctoritate servatis servandis disjungat ac separet, nec non momoratas Ecclesias Episcopales Rutheni ritus Leopoliensem, Kelmensem et Premisliensem antea ejusdem Metropolitanae Ecclesiae Kijoviensis suffraganeas a quacumque superioritate et Metropolitica jurisdictione Ecclesiae et Archiepiscopi Kijoviensis extra praedicti Francisci Imperatoris ac regis ditionem in praesentiarum existentis sejungat, abdicet, et absolvat, atque in posterum separatas et minime Archiepiscopatui ac pro tempore existenti ipsius Ecclesiae Kijoviensis Antistiti subjectas esse declaret, Episcopalibus autem Ecclesiis Rutheni ritus superius expressis Leopoliensi, Kelmensi et Premisliensi sic a Metropolitica nominatae Archiepiscopalis Ecclesiae Kijoviensis subjectione disjunctis et separatis Leopoliensi Ecclesiae titulum alterius Ecclesiae Haliciensis simili facultate uniat, ac perpetius futuris temporibus unitum esse ac fore declaret, et Nostro nomine decernat ita, ut quisqumque in posterum Cathedram Leopoliensem canonice occupaverit, unasimul nuncupetur et inscribatur Leopoliensis et Haliciensis Ecclesiarum Praesul, et deinde sicut praefertur unitas Leopoliensem et Haliciensem ecclesias ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei, Beatissimae Virginis Mariae ac Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli necnon Fidei catholicae exaltationem totiusque militantis Ecclesiae decus in ecclesias Archiepiscopales Rutheni ritus unitas et Metropolitanam pro uno Archiepiscopo, qui palii et crucis usum more Archiepiscoporum ejusdem ritus habeat, aliisque gaudeat privilegiis, praerogativiis honoribus et juribus similibus Archiepiscopis debitis et concessis, quibus omnibus pro tempore existentes hujus Leopoliensis, et Haliciensis Ecclesiarum invicem, ut praefertur, unitarum Archiepiscopi uti, frui, potiri et gaudere possint, et valeant ac etium debeant Apostolica Nostra hujusmodi sibi delegata auctoritate ipsarum tenore praesentium

perpetuo erigat et instituat ita, ut dictarum Leopoliensis et Haliciensis Ecclesiarum unitarum Praesules omnia et singula, quae ad similes Ruthenae Nationis et ritus Archiepiscopos in eorum civitatibus et Dioecesibus ad Archiepiscopale munus exercendum de jure, usu, consuetudine aut alias quomodolibet spectare et pertinere solent ac debent, gerere, facere et exercere libere ac licite possint, plenam et omnimodam auctoritatem tenore praesentium concedere et imperitiri Nostro nomine possit et valeat. Alteras vero Ecclesias Episcopales supra dictas Kelmensem videlicet et Premisliensem jam per eum Nostro nomine ut supra a Metropolitico jure et respectiva subjectione Archiepiscopi Kijoviensis exemptas et liberatas ad hoc, ut Ecclesiasticae Hierarchiae in toto catholico orbe semper servetur ordo, in praedictarum Archiepiscopalium Leopoliensis et Haliciensis Ecclesiarum invicem unitarum suffraganeas assignet, atque illarum Episcopalium Ecclesiarum Praesules et loca omnia personasque tam Ecclesiasticas quam laicas in earum respective Dioecesibus existentes pro tempore existentium Archiepiscoporum ante dictarum Leopoliensis et Haliciensis invicem, ut praefertur, unitarum Ecclesiarum Metropolitico jure simili Nostra delegata auctoritate perpetuo subjiciat atque supponat. Volumus autem, ut hujusmodi Ecclesia Cathedralis Leopoliensis ad Metropolitanae Ecclesiae gradum evecta una cum suo Capitulo et eodem, quo ad praesens reperitur Leopoliensis et Haliciensis Dioecesis territorio firma etiam in posterum remaneat, atque futuri ac pro tempore existentes Leopoliensis et Haliciensis Ecclesiarum Praesules omnes et singulos eis spectantes redditus ac proventus, quos Episcopi Leopolienses hucusque perceperint, quique ad annuos Decem mille orens Monetae illarum partium, ut asseritur, ascendunt, integre ac libere percipiant, ac insuper eidem futuro Metopolitano summam assignent aliorum florenorum similium bismille, a praelaudato Francisco Imperatore ac Rege annuatim persolvendam, usque dum nonnulla bona

Digitized by Google

perantiquae mensae Haliciensi antea spectantia, ob temporum vicissitudines in aliorum pestate existentia, opportune recuperentur. — Quum vero omnia et singula superius expressa Nostro nomine ab antedicto venerabili Fratre Antonio Gabriele fuerint expleta, nos eidem Francisco Imperatori et regi ejusque in Galiciae regno successoribus facultatem in quolibet vacationis casu nominandi ad antedictas Leopoliensem et Haliciensem invicem unitas Archiepiscopales Ecclesias et Kelmensem et Premisliensem Ecclesias Episcopales infra tempus a jure praefixum Ecclesiasticas personas idoneas iis dotibus praeditas, quae juxta Sacrorum Canonum praescripta et juxta statuta supra nominatae Synodi Zamosciensis requiruntur, impertimur cum lege tamen, quod quandocumqe Metropolitana Ecclesia Leopoliensis et Haliciensis vacare contigerit, quilibet ad eam nominatus confirmationem suae nominationis, institutionem ac provisionem Ecclesiae hujusmodi nec non muneris consecrationis a Nobis et a Romano Pontifice pro tempore existente petere atque obtinere, literasque Apostolicas in consueta forma per secretam viam de curia nuncupatam expedire facere omnimo debet ac teneatur. Nos enim futuram ac pro tempore existentem Archiepiscopum dictarum Ecclesiarum Leopoliensis et Haliciensis invicem unitarum Ruthenorum omnium in laudati Francisci Imperato ris ac regis dominio degentium Metropolitam declaramus cum auctoritate singula exerdendi, quae ad hujusmodi jus Metropoliticum dignoscuntur pertinere. Eidem insuper futuro ac pro tempore existenti Leopoliensi et Haliciensi unitarum ecclesiarum Metropolitae attentis pecularibus circumstantiis et de speciali Indulgentia facultatem concedimus, nominatos ad suas suffraganeas Episcopales Ecclesias Kelmensem et Premisliensem, dummodo iis dotibus praediti sint, quae ut supra dictum est, requiruntur, auctoritate et nomine Sedis Apoconfirmandi et instituendi, munusque consecrationis impendendi iisdem modo ac forma, quibus facultas hujusmodi Metro-

Digitized by Google

politano Kijoviensi ab antedicto Papa Clemente octavo Praedecessore nostro per suas Apostolicas literas secundo loco supramemoratas fuerat elargita. Volumus etiam quod omnia et singula, quae statuta fuerunt in laudata Zamosciae Synodo per Apostolicam Sedem confirmata, nunc et in postorum a Leopoliensi et Haliciensi Metropolita atque ab Episcopis Kelmensi et Premisliensi et ab universae natione Ruthena observentur, firmis et in suo robore semper mansuris Apostolicis constitutionibus et Conciliorum generalium decretis super ritibus Gracorum emanatis necnon Venerabilium Fratrum Nostrorum s Romanae Ecclesiae Cardinalium tam negotiis de propaganda fide praepositorum quam interpretum Concilii Tridentini respectivarum congregationum auctoritate salva semper et integra remanente. Volumus praeterea, quod per disposita in hisce Nostris literis nullum de caetero juribus ac privilegiis Metropolitanae Ecclesiae Kijoviensis praejudicium inferatur, nec quidquam circa Ruthenorum in imperio Russico existentium Ecclesiasticam Hierarchiam censeatur immutatum. Denique volumus, quod nihil pariter super ordine Monachorum s. Basilii Magni, ejusdem Ruthenae nationis innovatum intelligatur. Praesentes vero literas nostras et in eis contenta quaecumque semper et perpetuo validas et efficaces esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri debere, et nullo unquam tempore ex quocumque capite vel qualibet causa, quantum vis juridica et legitima etiam ex eo, quod causae, propter quas eaedem praesentes emanarunt, adductae verificatae et justificatae non fuerint, de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio vel intentionis Nostrae aut quolibet alio quantumvis magno substantiali et inexcogitato ac specialem et individuam mentionem requirentur defectu, seu etiam ex eo, quod in praemissis solemnitates et quaevis alia servanda et adimplenda servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumcumque alio capite vel jure vel facto seu statuto vel consuetudine aliqua resultante aut quocumque alio colore pretextu

Digitized by Google

ratione vel causa etiam quantumvis rationabili legitima pia privilegiliata et tali, quae ad effectum valitudinis praemissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari in jus vel controversiam vocari aut ad terminos juris vel facti aut gratiae remedium impetrari seu quomodolibet etiam, motu scientia et potestatis plenitudine concesse et impetrato aut emanato quempiam uti seu se juvari in judicio vel extra posse neque ipsas praesentes sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum limitationibus derogationibus aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas et Apostolicas constitutiones aut Cancellariae Nostrae Apostolicae regulas comprehendi, sed semper ab illis excipi et quoties illae emanabunt, toties in pristinum vel validissimum statum restitutas repositas et plenarie reintegratas esse et fore, sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Pallatii Apostolici Auditores ac Santae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, Vice-legatos dictaeque Sedis nuntios et alios quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate et privilegio fungentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate quocumquein judicio, seu quacumque instantia judicari et definiri debere et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus. Non obstantibus quibusvis etiam in Provincialibus Generalibus universalibusque Conciliis specialibus vel generalibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis dictarumque Kioviensis, Leopoliensis, Haliciensis, Kelmensis et Premisliensis respective Ecclesiarum etiam juramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus etiam immemorabilibus privilegiis quoque indultis et literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibuscumque derogatoriis et clausulis irritantibusque decretis in contrarium praemissorum forsan concessis approba-

Digitized by Google

tis et confirmatis, quibus omnibus et singulis etiamsi de illis specialis specifica et expressa mentio aut expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eisdem praesentibus pro pleno et sufficienter expressis habentes, ad praemissorum validitatem plenissime ac specialiter et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscumque. Praeterea etiam volumus, quod earumdem praesentium transumptis etiam typis impressis manu alicujus notarii publici subscriptis et sigillo alicujus personae in ecclesiastica dignitate constituta munitis eadem prorsus fides in judicio et extra illud adhibeatur, acsi illae exhibitae forent vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum commissionis, disjunctionis, abdicationis, separationis errectionis, unionis, indulti, concesionis, impertitionis, derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. — Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicae Millesimo Octingentesimo Septimo, octavo, Kalendas Martii Pontificatus Nostri anno octavo. — A Card. Prot. R. Card. Brachius de Honestis. Visa de Curia I. Manassei. Fr. Lavizzarius. Loco † Plumbi.

Dieſer römiſchen Urkunde wird, inſoweit darin nichts den landesfürſtlichen Verordnungen und Gerechtſamen Entgegenſtehendes enthalten iſt, das Placetum Regium ertheilt. Per Sacram Caes. Reg. Majestatem. Wien am 11. Auguſt 1808. Andreas Lanfer mp.

Diploma Caesareo-Regium, vigore cujus Episcopatus Leopoliensis Ritus Graec. Cath. in Sedem Metropolitanam erigitur, et Antonio Angellowicz Episcopo Premisliensi in Metropolitam Leopoliensem et Haliciensem nominatio confertur.

Nos Franciscus Primus Divina favente clementia Austriae Imperator; Hierosolymae, Hungariae, Bohemiae, Dal-

matiae, Croatiae, Slavoniae, Galiciae et Lodomeriae Rex, Archidux Austriae, Lotharingiae, Salisburgi, Wirceburgi, et in Franconia Dux; Magnus Dux Cracoviae; Magnus Princeps Transilvaniae; Dux Styriae, Carinthiae, et Carniolae; Superioris et inferioris Silesiae; Princeps Berchtoldsgadenae, et Mergenthemii, Comes Habsburgi etc.

Significamus praesentibus literis Nostris universis et singulis, quorum interest. Nos ad splendorem ecclesiae Catholicae promovendum paternumque Nostrum affectum erge clerum et poplum ritus graeco Catholici in regnis Nostris haereditariis Galiciae et Lodomeriae degentem commonstrandum, constituisse Metropolitanam dignitatem, quae olim Haliczii extiterat, per temporum vero vicissitudines abolita est, restituere, eamque cum Episcopatu Leopoliensi conjungere. Quapropter consentiete in id Summo Pontifice SS. Papa Pio VII erigimus, et augmento dotationis decretis Nostris statuto ornamus Episcopatum Leopoliensem ritus graeco catholici in Metropolitanam sedem titulo: Ecclesiae Metropolitanae Leopoliensis et Haliciensis, cujus Antistites Archiepiscopali dignitate praesint Ecclesiis Premisliensi cum Samboriensi et Sanocensi unitae et Chelmensi cum Brestensi et Belzensi unitae. Cumque haec Ecclesia per obitum Venerabilis, devoti, Nobis dilecti Episcopi Nicolai Skorodyński praesule suo orbata sit, jure Patronatus, et nominationis Nobis, qua Regi Galiciae de facto competente, necnon etiam post evectionem ecclesiae hactenus cathedralis in Metropolitanam in perpetuum reservato, Nobis dilectum et devotum Antonium Angellowicz, hactenus Episcopum Premisliensem, Samboriensem et Sanocensem, ritus graeco-catholici, Consilarium Nostrum intimum, ejus virtutes, pietatem, vitae integritatem, morum probitatem, peculiarem in promovenda sancta unione et in regimine Ecclesiarum ei hucusque concreditarum comprobatum zelum ac erga Nostram Majestatem devotionem animo volentes, Metropolitam Leopoliensem et Haliciensem nominare duximus, uti praesentibus li-

Digitized by Google

teris vi juris Nostri Regii Patronatus clementissime nominamus, eique Archiepiscopatum Leopoliensem et Haliciensem conferimus. Vigore harum literarum Nostrarum Caes. Regiarum, praefatus Reverendus in Christo pater Antonius Angellowicz dictum Archiepiscopatum cum omnibus villis, praediis, agris, pratis eorum fructibus et pertinentiis, necnon cum jurisdictione spirituali super Ecclesias, Capitulum, Decanos, Parochos et universum Clerum saecularem ac confraternitates ejusdem ritus graeco-catholici Dioecesani et Metropolitani tenebit et possidebit ac jura Metropolitana in Episcopatus Premisliensem et Chelmensem, cum unitis ejusdem ritus graeci-catholici exercebit ad vitae suae tempora, dantes eidem praeterea plenam potestatem juxta leges canonicas omnes causas spirituales judicandi, regimen universi majoris et minoris cleri dioecesani habendi, et officium Metropolitani exercendi. Promittentes id de Nobis et de serenissimis successoribus Nostris, quod praedictum Reverendissimum Metropolitam Antonium Angellowicz in hujus Metropoliae Leopoliensis et Haliciensis jurisdictione spirituali et in posessione bonorum ad eandem Metropoliam spectantium, in quorum administrationem et usufructum eundem mediante Gubernio nostro Regnorum Galiciae et Lodomeriae intromitti clementissime mandamus, plene conservabimus; nec cuipiam potestatem aliquid de his alienandi dabimus, quid et Serenissimi Nostri Successores facient. Quod omnibus cujuscumque status et conditionis hominibus Regnorum Nostrorum Galiciae et Lodomeriae, Dioecesanis ritus graeco-catholici Leopoliensibus et Haliciensibus, nec non, quantum ad dignitatem Metropoliticam ejusque jura attinet, Dioecesanis quoque Ecclesiarum Premisliensis et Chelmensis ac his unitarum ad notitiam deducendo volumus et mandamus, ut praefatum Reverendissimum Antonium Angellowicz, quamprimum in Ecclesiam Metropolitanam solemni ritu ingressum fecerit, pro vero Metropolita et Archiepiscopo Leopoliensi et Haliciensi habeant, no-

Digitized by Google

minent, ac recognoscant, libertate, praeeminentia, jurisdictione ac praerogativis muneris sui uti sinant, nec auctoritatem ejus vel minime impediant, et secus non faciant sub jactura gratiae Nostrae. In quorum fidem praesentes literas manu Nostra subscripsimus, et Sigillum Nostrum Casareo-Regium apprimi jussimus. Datum in Civitate Nostra Viennae die undecima mensis Augusti, Anno Domini millesimo octingentesimo octavo, Regnorum Nostrorum decimo septimo.

Franciscus mp. Aloysius Comes ab Urgarte mp. Reg. Boh. Sup. et A. A. pr. Can. Josephus L. B. von der Marck mp. Franciscus Comes Woyna mp. Ad mandatum Sacrae Cas: Reg: Majestatis proprium. Joannes Nep. de Dankesreither mp. S. C. R. et Apost. Majest. Consiliarius Aul. Ep. Pell.

Decretum Guberniale, mediante quo suprascripta Bulla Pontifica de restauratione Metropoliae, et Caes. Reg. Diploma Metropolitae Antonio Angellowicz admanuatum, unaque significatum est, Synodo Zamoscianae et ejus actis jam ddto 13 Februarii 1783 Placetum Regnum denegatum esse.

Vom k. k. galiziſchen Landes Gubernium Nro 40965.

An den k. k. geheimen Rath und gr. kath. Metropoliten Anton Angellowicz.

In der Anlage werden dem Herrn Metropoliten die Erectionsbulle der Metropolie ſammt dem widimirten Transumpte, und das k. k. Diplom mit der in Folge herabgelangten höchſten Hofdekrets von 11 August d. J. gegebenen Weiſung zugemittelt, daß dieſe Urkunde in dem Archive der Metropolie ſorgſältigſt aufzubewahren, bei der Introdukzion das k. k. Diplom zuerſt feyerlich vorzuleſen, und bei der darauf folgenden Kundmachung der päbſtlichen Bulle jenes, was darin von der Zamoscer Synode und von dem Basilianer Orden geſagt wird, wegzulaſſen ſei; weil gedachter Synode

und den Akten derſelben unter dem 13 Hornung 1783 das Placetum Regium ausdrücklich verſagt worden iſt.

Ferner wird dem Hr. Metropoliten zur Wiſſenſchaft bedeutet, das jenes, was in der Bulle wegen Ausführung der Erection der Metropolie durch den an dem k. k. Hoflager befindlichen päpſtlichen Nuntius vorkömt, vermöge herabgelangter allerhöchſten Eröffnung bereits behoben ſei.

Lemberg am 16 September 1808.
Wurmser mp. Linder mp.

Adnotatio V. Clerus Leopoliensis in Synodo dioecesana congregatus sub die 6 Julii 1807 tum nominato Archipraesuli debitum per literas praestitit homagium, tum etiam Suae Majestati tam pro restaurata Metropolia Haliciensi quam pro nominato ad hanc dignitatem Eppo Angellowicz humillimas rependit gratias, quae literae juxta decretum Aulae ddto 20 Augusti 1807 gratiassime acceptae erant (Vid. Gub. Dekret ddto 11 7bris 1807 Z. 37397).

Adnotatio VI. Referens Zeisl qua organum adversariorum ritus gr. cath. contra restaurationem Metropoliae Haliciens. et nominationem Metropolitae Angellowicz cointelligenter cum Basilianis suadebat Romanae Sedi, ut Eppi rutheni polonicis subordinarentur, atque suis arbitriis passibus omnia pervertere studebat, ideo collectis omnibus necessariis actibus sub die 1 Septembr. 1806 submittebatur ab Metrop. Angellowicz directe ad suam Majestatem representatio, in qua deducebatur, referentem Zeisl autoritatem Ordinariatuum deprimere, in omnibus diffidentiam regiminis erga Ordinariatus commonstrare, abusum in educatione juventutis ecclesiasticae in Seminario fovere, arbitrarie et contra altissima normalia

Digitized by Google

a Polonia avulsis existentibus, nullum causabat praejudicium, verum insuper permittebat, ut Clerus et populus ruthenus unitus in portionibus dioecesium, quarum Eppi et sedes extra territorium russicum positae erant, ulterius a propriis Eppis regerentur. Sic pars dioeceseos Kamenecensis in Podolia, ad Eppum Leopoliensem spectans, ulterius ab eodem dependebat et regebatur; sic etiam pars major dioeceseos Chelmensis in Volhynia trans fluvium Bug existens, ab Eppo Chelmensi Porphyrio Wazyński in Chelm, sub regimine polonico degente, gubernabatur absque minimo a russico regimine eatenus posito obice. — Anno 1794. mutabatur rerum facies, nova in Polonia contra Russos sub Duce Generali Thadeo Kosciuszkò insurrectio et eorum bellum cum Polonis ad id occasionem praebebat.

Regimen russicum ex litteris ad quosdam ecclesiasticos unitos a Generali Koszciuszko et illius asseclis missis ac interceptis ad notatiam devenit, — projectari, ut per sacerdotes latini ritus et nonnullos ruthenos unitos populus, in avulsis provinciis a Polonia degens, prout in Podolia et Volhynia, contra russicum regimen concitaretur et armaretur. Eodem porro tempore recte in terra Chelmensi sub Poloniae regimine existente actus insurrectionis contra Russos, in residentia Eppi Rutheni uniti Porphyrii Ważyński celebrabatur, rustici falcibus armabantur, et adveniente exercitu russico Chelmam a sacerdate ordinis Basilianorum unito Głowniewski cum cruce praeeunte contra Russos ducebantur. Quibus a Russis dissipatis Eppus Ważyński, nisi sibi fuga in ditiones austriacas consuluisset, forsitan tamquam victima cecidisset. Hac ratione nexus cleri et populi, in partibus russicis siti, ad Eppum Chelmensem spectantis, rumpebatur, et ut populus in Podolia et Volhynia existens unitus ruthenus regimini russico addictior et contra conatus concitatorum illo tempore spiritu sic dicto Jacobinico imbutorum, magis inaccessibilis redderetur, tanquam medium optimum putabat

Digitized by Google

esse russicum regimen, si populus hic ruthenus unitus ad disunionem pertraheretur.

Hoc fine eligebatur in Minscensem Archieppum Archimandrita Victor Sadkowski, coadjutor Metropoliae Kijoviensis nonunitorum, idem qui sub regimine polonico an. 1791 ob suspicionem proditionis patriae et conspirationis cum Russis Varsoviae diu in carcere detinebatur, et designabatur in Praesidem missionis, ex sacerdotibus non unitis compositae, pro qua sustentanda 20,000 rubl. ab Imperatrice Catharina II. assignabantur, ad convertendos unitos Ruthenos ad dominantem religionem nonunitorum. Quare praefatus Archieppus Victor sub die 26. Maji 1794. in Sluck impressam publicabat encyclicam epistolam ad universum clerum et populum unitum directam, in qua exponendo, quod ad unionem cum Ecclesia Romana maxima ex parte vi coactus fuerit, adpraesens vero sub regimine Imperatricis existat, cujus dominans religio est religio et fides Patrum suorum, et ideo plena gaudeat libertate exercitii religionis et fidei, eundem ad reditum ad avitam graeco-russicam religionem sub protectione Imperatoriae Majestatis hortabatur. Missi porro ab illo presbyteri nonuniti in assistentia civilium personarum e magistratibus russicis et officialium militarium peragrabant dioeceses unitorum, Metropolitanam in Ukraina ac Palatinatu Kijoviensi et Braclaviensi, Luceoriensem Vladimiriensem et Chelmensem in Volhynia, tum Camenecensem in Podolia, populum unitum cujusvis parochiae ad deserendam unionem animantes, ac ubi vel minima pars communitatis ad id prona inveniebatur, illicò Ecclesiam parochialem recipiebant, illique praeficiebant presbyterum nonunitum, jam vero Parochum unitum, si se contrarium disunioni declarabat, una cum familia e domo et beneficio ejiciebant. *)

*) Uniti per Polonos ad nihil redacti non valebant resistere. Mirum tamen, quod nobilitas ruthena latinisata et

Digitized by Google

In partibus illis, ubi jam a longo tempore inter unitos ac nonunitos Ruthenos de Ecclesiis et fundationibus ecclesiasticiis, ad quemnam spectare deberent, perdurabant lites, atque nonuniti ab unitis et clero latino sub regimine polonico vexabantur, prout id fiebat in Palatinatu Kijoviensi et Braclaviensi, tum in Volhynia, facile erat missionariis nonunitis tam populum quam clerum caeteroquin ex culpa Poloniae nonexcultum, prout dictum est, ad Ecclesiam nonunitam graeco-russicam pertrahere, super quo nonuniti in Mohilew et Polock,*) Minsk et Luck constituebantur Eppi. Id attamen non facile evenit in Podolia in dioecesi Camenecensi, eotum sub regimine Eppi Leopoliensis, Haliciensis ac simul Camenecensis Petri Bielański existenti ideo, quod Consistoria Camenecii et in Bar a dicto Eppo constituta, majori invigilarent zelo, et curatores animarum ipsimet magis exculti et suae vocationi incumbentes, majori gaudebant dexteritate ad sese pseudomissioni opponendum.

Ubi itaque Eclesiae parochiales per vim a nonunitis

---

polonisata necnon clerus polonicus huic intento se non opposuerint, relinquentes suis in Galicia debachare contra unitos ex causa hujus calamitatis coram Vienna et s. Sede Romana, ut eosdem ad polonisationem traderent, et quaerentes tali modo Poloniam non Ecclesiam catholicam.

*) Athanasius Eppus nonunitus Mohyloviensis et Polocensis in sua epistola encyclica mense Majo 1795 ad clerum et populum in Guberniis Minscensi, Izjaslaviensi et Braclaviensi degentem edita, dicebat inter alia: ultra millionem hominum diversi sexus et generis, quorum proavi, vel illimet ipsi terrore vel fraude a via recta recesserant, adjunxerunt se gregi fideli Christi.

Digitized by Google

recipiebantur, ibi divina vel in capellis Dominorum terrestrium, vel in propriis domibus pro populo fideli unito peragebantur, et sacramenta administrabantur. Id nonnuiti aegreferentes, medio Gubernatoris loci, Generalis Scheremetew, Eppum Bielański adurgebant, ut sua ex parte sacerdotibus unitis prohiberet, ne propagandae graeco-orthodoxae religioni contra severa imperatoria mandata obices ponerent, et populo in capellis et domibus privatis sacras functiones administrarent, ad quas litteras reponebant Eppus Bielański Gubernatori: relationes infundatas de unitis sacerdotibus factas inde unice promanare, quod sacerdotes uniti parochianos suos, in unione perseverantes, omissis propriis Ecclesiis in privatis domibus provideant spiritualibus necessitatibus, in quo tanto minus culpari possunt, cum id et strictissima obligatio illorum omnino exigat, et Imperatorio edicto solummodo prohibeatur, ne volentibus amplecti graeco — russicam confessionem obices ponantur et hi injuriis afficiantur, nullatenus vero fuerat vetitum, ne parochi unitis suis parochianis functiones sacras administrarent, quinimo declarata solemniter circa vindicationem Krasnorossiae nomine Imperatricis Majestatis tolerantia omnium ibidem existentium religionum poscat, ut unitus etiam clerus et populus tanquam fideles suae Imperatoriae Majestatis subditi, circa liberum suae religionis exercitium conserventur, et parochi uniti mandato Suae Imperatoriae Majestatis sese conforment, et nolentes amplecti graeco-russicam religionem tanto minus impediantur, cum alienati passim a suis Ecclesiis, et undique persecutioni graeco-russicorum sacerdotum expositi nec modos nec media habeant, quibus transeuntes ad graeco-russicam confesionem impedire aut persequi valerent. Idcirco rogabat Eppus Gubernatorem, ut Ruthenos unitos eorumque sacerdotes, in unione perseverare desiderantes, circa exercitium suae religionis contra omnis generis persecutiones tueretur, nec eosdem ad mutationem religionis cogi permitteret.

Digitized by Google

Jam initio statim, quamprimum Eppus Bielański epistolam encyclicam Archeppi nonuniti Victoris Sadkowski acceperat, non intermittebat, medio Nuntii Apostolici Viennensis desuper Apostolicam Sedem informare, ac statum unitorum, eorundem persecutiones et ruinam unionis depingendo, auxilium in suborta crisi exposcere, praesertim per intercessionem Suae Caes. Reg. Apostolicae Majestatis a Sede Apostolica exoperandam. Ad ejusmodi Eppi litteras repponebat Cardinalis Antonellus, s. Congregationis de propaganda fide Praefectus sub die 10 10bris 1794., s. Sedem dolere miseram rerum faciem aspiciendo eo magis, quod in tanta rerum omnium perturbatione quid agendum, aut quid implorandum validioris auxilii non appareat; tempora esse, in quibus Eppi ad Apostolicam agendi formam expresse adiguntur, quam ipsi prae oculis habere semper et verbo et opere complere debent, pro possibili exhortandum esse et verbo et exemplo, ubi autem exhortatio vana esset, orationibus et jejuniis miserationem Divinam implorandam. Caeterum ab Apostolica Sede fiduciam Eppi laudari summopore, quam respicit uti speculum fortitudinis et sanctae perseverantiae ejusdem promeriturae illi gregique suae victoriae coronam. Caeterum s. Sedes rem unionis Suae Caes. Reg. Apostolicae Majestati per Nuntium suum exponendam jubet, ipsi autem Nuntio committit, ut si quid exinde Eppo nuntiandum sit, recte eidem significet.*)

Cum porro Eppo Bielański a Nuntio Apostolico Viennensi in hoc negotio nihil significaretur, et uniti in Russia in dies magis magisque praemerentur; ideo opportunum esse credidit Eppus medio magistratuum Caes. Reg. rem totam Suae Caes. Reg. Apostolicae Majestati exponere, atque inter-

---

*) Talem rerum faciem arduam Archieppus Leopoliensis polonicus Kicki, uti vidimus, vertebat unitis in Galicia vitio ad eos eo magis deprimendos.

Digitized by Google

positionem pro catholico ritus graeci in Dioecesi Camenecensi existente clero et populo a Sua Majestate efflagitare. — Repraesentatio haec sub die 19 8bris 1795 fiebat, et a regnorum Galiciae Gubernio, cui circumstantiae expositae, qua in vicinitate contingentes, notae erant, favorabili cum sententia ad thronum Suae Caes. Reg. Apost. Majestatis promovebatur. Eppus vero datis ad Nuntium Apost. Viennensem litteris communicabat cum eodem praedictam scripturam postulando ab eodem nomine Sedis Apostolicae interventionem apud Caes. Reg. Aulam.

Scriptura haec Eppi Bielański, quam grata fuerit Sedi Apostolicae, litterae Cardinalis de Vada eotum Secretarii status, sub die 3 Febr. 1796 ad Eppum Bielański nomine Pii VI. P. M. datae demonstrant, in quibus Cardinalis significabat: „Summum Pontificem non latuisse scripturam Eppi, qua tutellam Suae Majestatis ad praesidium pro portione Suae dioeceseos in Imperii russici ditione sita, implorabat, simulque aliorum sui ritus Epporum, qui in eadem ditione sunt, causam egregie prudenterque defendebat, et duobus maximis Principibus obsequium debitum ita conservabat, ut officia, a quo expetebantur, alliceret, justitiam vero alterius et magnanimitatem excitaret. Cum itaque, sunt verba epistolae, scriptionem hanc tuam, optimo Eppo dignam, Sanctitas Sua vehementer probaverit, habueritque gratissimam, non est passus tantum ardorem zeli pro s. unione Tui, charitatem tantam prudentiamque merita laude fraudere, meque jusit Amplitudini Tuae Suo nomine gratias agere, tum etiam significare, nullam se eidem gratificandi, paternaeque benevolentiae suae comprobandae occassionem unquam praetermissurum.“ Eppus Petrus Bielański fuit post longum temporis intervallum, primus e clero saeculari ad hanc dignitatem promotus, cui ordo Basilianus omnes possibiles in consequenda confirmatione et consecratione ponebat obices, fuitque ille in ritu graeco — catholico natus et educatus, iam vero caeteri Eppi rutheni

Digitized by Google

uniti eo tum sub imperio russico existentes, erant origine Poloni et ex ordine Basiliano, prouti Metropolita Rostocki, Eppus Vladimiriensis Mlocki, Eppus Luceoriensis Stadnicki, propter alendam suam stupiditatem a Polonis Eppatu rutheno provisus, Eppus Pinscensis Horbacki, Suffraganeus Metropolitae Butrynowicz; repetimus: Omnes Poloni, omnes Basiliani! Unicus nonnisi eotum Coadjutor cum futura succesione Eppatus Luceoriensis Stephanus Lewiński fuit origine ruthenus r. g. c. e clero saeculari et Capitulari Leopoliensi (Archidiacono) a rege Stanislao Auguso elevatus, sed non habens ullam potestatem! necnon a Polonis, uti dictum, vexatus! Attamen haec scriptura et hi conatus Eppi Bielański apud Aulam C. R. carebant effectu, quippe sub die 12 Januarii 1796 emanabat Aulica resolutio ad Gubernium Galiciense in tenore: „Quod postquam Ceas. russicum decretum, juxta quod graeci uniti ad transitum ad ritum nonunitum provocantur, jam in omnibus ex parte Russiae occupatis provinciis polonicis a longiori tempore emanaverit, ac in illo Imperio (prout notum est) communiter usitatum sit, ut Graeci in illo reperibiles in una et eadem doctrina fidei orientalis Ecclesiae uniantur, inde tanto minus faustus eventus ministerialis a caes. reg. Gubernio Leopoliensi projectatae intercessionis expectari valeat, cum insuper denuo prodierit ordinatio russica, vigore cujus dioeceses, in omnibus a Russia occupatis polonicis provinciis existentes, a quovis extraneo in clerum cath. influxu independentes declarantur, et subordinantur propriis in Imperio degentibus Eppis, perinde vero cesset ratio ad fundamentum, cui ministerialis intercessio, superstrui posset; idcirco res haec suo cursui relinquenda sit. — Hisce in circumstantiis praecluso omni cum Dioecesanis Camenecensibus a Russis nexu, nihil amplius ab Eppo Bielański in causa unionis agi poterat. *)

---

*) Cum his comparanda est epistola Archieppi Kicki supra allata.

Digitized by Google

Dum ita Eppus Bielański causam s. unionis suorumque confratrum Epporum unitorum in Russia propugnaret, removebantur illi per russicum regimen a suis ovilibus ac mandato Imperatricis Catharinae II Theodosio Rostocki Metropolitae assignabantur annue 6000 rubl. eo cum mandato, ut suam habitationem vel Petropoli vel Romae figeret, — Eppis vero Vladimiriensi Mlocki, Luceoriensi Lewinski (cum hujus coadjutus fatis cesserit), Pinscensi Horbacki et Suffraganeo Metropolitae Butrynowicz pensio annua 3000 rubl. dabatur. Bona vero omnia ad Metropoliam et Eppatus unitorum spectantia camerae imperiali cedebant, quae demum diversis personis militaribus et civilibus donabantur. Superstites unitorum Ecclesiae et Monasteria subordinabantur jurisdictioni uniti Archieppi Polocensi Hieraclii Lissowski. Jam vero in Gubernio Podoliensi nonunitus Eppus Joanicius, in Volhynensi in Ostrog Barlaam, in Lithvania Archieppus Victor Sadkowski et in Ukraina ac Russia alba Athanasius constituebatur. —

Quoad super restantia monasteria Basilianorum in unione ordinabatur, ut illa, quae educationi juventutis vel curae aegrotorum aut egenorum non incumberent, supprimerentur, — Sacerdotibus vero saecularibus unitis ad graeco — russicam nonunitam Ecclesiam transire nollentibus, ex speciali imperiali gratia, libera extra regna emigratio concedebatur, quod si ulterius in oris russicis permanerent, assignabatur pensio annua a 50 usque 100. rublones. Hac ratione plurimi sacerdotes a suis parochiis per nonunitos ejecti emigrabant in Galiciam, et annuente Supremo Regimine Caes. Reg. applicabantur curae animarum, praesertim in Dioecesi Leopoliensi. Populus vero pastoribus spoliatus cogebatur ad disunionem. Metropolita Theodosius Rostocki Petropolim se conferrebat, et ibidem usque ad suum obitum permanebat, quin aliquid pro s. unione et bono Hierarchiae ruthenae unitae ageret. Archieppus Polocensis Lissowski dabat ad clerum et populum unitum in Guberniis Minscensi, Volhyniensi, Podoliensi et Braclaviensi,

penes unionem permanentem, sub die 3 9bris 1795 encyclicas litteras, in quibus inculcabat, ne quispiam circa regressum ad dominantem religionem alteri impedimentum ponere auderet, aud id alicui clam vel palam objicere, cum hac ratione judicio criminali tradendus, et absque ulla pastorali protectione severissimas poenas incurreret. *) Sic fiebat, ut in dioecesi Metropolitana, Luceoriensi, Vladimiriensi et Camenecensi ex 5000 parochiarum vix 200 parochiae in unione permanserint. Caeterum in Archidioecesi Polocensi et dioecesi Brestensi, ad Gubernia alia spectantibus, cum ibi uniti tales persecutiones non experirentur, ideo quoad magnam partem in unione permenserant. Dependebat hac in parte multum a localibus Gubernatoribus, et propterea in illis partibus, ubi Gubernatores tollerantes, nonunitis in unitos sevire haud sinebant, iidem penes unionem manserant. **)

Sedes Apostolica de iis, quae in imperio Russico cum unitis fierent, certior facta, delegabat specialem Congregationem Cardinalium pro ecclesiasticis Poloniae rebus, ac ad ejusdem Consilium Decretum edidit, quo Christi fideles omnes uni-

---

*) Hic Archieppus Lissowski idem est, quem clerus polonicus et Basiliani obmovebant, ne Metropolia ruthena graeco-catholica Haliciensis restauretur, acsi per hoc ei injuria fieret!

**) Si s. unio Ruthenorum aliter tractata, et qua medium ad polonisationem eorum non esset adhibita, certe alia facies rei haberetur. Sed ad praedam Polonis destinata, reputabatur aliis in circumstantiis etiam qua praeda Moscovitismi!

Quam parum porro Ordo P. P. Basilianorum expatationi Sedis Apostolticae in tuenda s. unione responderit, ex illis, quae dicta sunt et inferius dicentur, apparet et apparebit,

Digitized by Google

ti in imperio russico, legitimis orbati pastoribus, submittebantur potestati et jurisdictioni Archieppi Polocensis Lissowski, qui tamen non videbatur satisfecisse fiduciae s. Sedis in se positae, quemadmodum id ex litteris Nuntii Varsqviensis Laurentii ad Eppum Bielański sub die 5 Augusti 1796 datis colligitur.

Subsequuto brevipost obitu Imperatricis Catharinae II. major pro unitis erat tranquilitas. Monasteria Basilianorum melius dotata, prout in Zydyczyn, Derman, Owrucz, Vladimir, Bar, Dubno, Lubar, Poczajów evaserant suppresionem eo modo, quod in aliquibus ex illis erigebantur gymnasia, aliorum vero proventus partim ad sustentandum Vilnense Seminarium, partim ad intertenendas scholas et gymnasia in aliis locis convertebantur.

Edicto Imperatoris Pauli I. anno 1798 sufferrebatur dignitas Protoarchimandritae ordinis Basilianorum. Eotum a Sede Apostolica mittebatur qua legatus a latere Nuntius Laurentius Litta Petropolim, cum magna potestate. Superiores Basilianorum complures sub specie quasi tuendorum monasteriorum expetebant ab illo titulos Abbatiales, et hac benevolentia dein abutebantur, cum proventus monasteriorum pro se suisque familiis converterent, *) quod praebuit occasionem diversorum inter ipsos religiosos ordinis simultatum, et in detrimentum ordinis ipsius vergebat, prouti de hoc sermo recurret.

Post decessum Imperatoris Pauli I, Imperante Alexandro I. majorem uniti Rutheni in Russia experiebantur protectionem. Negotia ecclesiastica Ruthenorum unitorum in ultima instantia decidebantur per collegium justitiae et sic dictum departamentum ecclesiasticum, in quo Metropolita latinarum polonicarum Ecclesiarum in Russia Siestrzenczewicz

*) Erant hi Basiliani et Abbates natione Poloni.

Digitized by Google

praesidebat, et ex Clero latino Praelati assidebat. Rutheni uniti a clero latini ritus polonico injuria affecti in suis recursibus ad collegium justitiae soepius experiebantur studium partium in sententiis, et ad Imperatorem ipsum recurrebant. Unde Imperator Alexander I. ad ponendum hisce obicem, Departamentum Collegii justitiae Ecclesiasticum biffariam dividi, et uni Eppum ruthenum unitum qua-Vicepraesidem praefici, ac pro eodem individua ex clero unito pro assessoribus assumi jussit, ut negotia ecclesiastica utriusque ritus tanto accuratius et absque partium studio discuti possent. —

Sub Alexandro I. recedebatur a mandato Catharinae II, quo jurisdictio super omnibus Unitis Archieppo Polocensi Lissowski concredita fuit, et Eppus Luceoriensis Lewinski suam jurisdictionem recuperabat in superstites Ecclesias unitas et monasteria, suamque Sedem in Poczajōviensi Monasterio figebat; omnes unitae Ecclesiae et monasteria in Podolia seu dioecesi Camenecensi et in Volhynia, ubi quondam dioeceses Luceoriensis, Vladimiriensis et Chelmensis sese extendebant, quae in unione permanserant, huic Eppo subordinabantur, qui etiam Eppum suffraganeum, Abbatia Zydycensi dotatam, obtinebat. Praeterea pro regenda dioecesi Metropolitana, in parte Lithvaniae existente unita, constituebatur etiam Eppus suffraganeus. —

Anno 1802 celebrabatur in Torokanie ordinis Basilianorum capitulum, in quo dignitas Protoarchimandritae restituebatur, et tam Protoarchimandrita quam Provincialis ordinis eligabatur, omnes vero illi per privilegium legati a latere Sedis apostolicae Litta creati Abbates cassabantur, ac a Sede Apostolica postulabatur, ut haec statuta confirmaret. Mittebatur eotum in Russiam cum charactere legati a latere Nuntius Apostolicus Arezzo, cui committebatur inter alia, ut praedictos Abbates renuntiandum suis titulis permoveret, aut cogeret. At hi Abbates, quorum antesignanum egit quidam Pater Nowicki, recurrebant contra conclusa ordinis ad Collegium Ju-

Digitized by Google

stitiae, in quo dum causa caderet, (erat eotum Departamantum ecclesiasticum ex solis individuis e clero latino compositum,) apellabant ad senatum, cujus decreto, an. 1803 emanato, Protoarchimandrita seu Generalis ordinis Basilianorum cassabatur, annihilabantur statuta capituli Basilianorum Torokanensis, et religiosi ordinis Basiliani jurisdictioni Epporum subordinabantur, jam vero creati Abbates penes suos titulos conservabantur. Porro hac occasione bini praelati latini ritus assesores collegii Justiciae ecclesiastici Benislawski et Skierniewski ex collegio excludebantur, pro studio partium commonstrato, tum accersebatur Petropolim pro Assesore ex parte unitorum Eppus Lewiński, et dein Eppus Brestensis Bulhak. Brevi evenit, ut unus ex toties dictis Abbatibus P. Nowicki a confratribus religiosis exacerbatus et ipse disunionem amplecteretur, et bina numerosa et bene dotata monasteria in Alba Russia: in Polock et Witebsk ad nonunitos pertraheret. — Vivebat eotum adhuc Petropoli degens Metropolita unitorum Theodosius Rostocki, ast prorsus nulla activitate gaudens, hic sub regimine Alexandri I, si modicum adhibuisset conatum, suae jurisdictioni restitui, et rebus unitorum magnum auxilium praestare potuisset, at apatia illius erat tanta, ut ad nullum passum bono unionis, hierarchiae, cleri et populi uniti proficuum adduci potuerit, atque ita clausit seriem Metropolitarum Kijoviensium et Haliciensium, inter quos fuit sexagesimus, dum die 25. Januarii 1805 vitam cum morte commutaret.

Adnotatio I. Inter proclamationes Generalis Thaddaei Kosciuszko, caeteroquin provenientis ex familia ruthena, ad clerum ruthenum graeco catholicum, ut ad resuscitationem antiquae Poloniae conferat, habetur sequens data e Polaniec die 4. Julii 1794: „Venerabilis Sacerdos! Character tuus aperit tibi corda populi; inculca ei, doce eum, et ostende ei, quomodo patriam (Poloniam) amare debeat. Inculca ei, ut

Digitized by Google

proprii sui boni causa conjungat sese cum armis polonicis, et ad eliberandam patriam cooperet. O Sacerdotes Graeci ritus! Sors et existentia vestra erant semper sub injusto regimine, et hucusque deprimuntur; verum liberi et independentes Poloni meliorabunt certe hanc miseram sortem, et facient felices Zelatores suos, et parabunt eis statum altae eorum vocationi correspondentem. Assecuro vos desuper nomine nationis. O venerabilis sacerdos! Sis persuasus de mea sinceritate et gratitudine, ego spondeo tibi haec nomine nationis polonicae. Commendo me tuae pietati et amicitiae. Thaddeus Kosciuszko." Calida sane verba; ast Rutheni audiebant olim pulchriora! Agnoscitur quidem mala tractatio cleri graeco-catholici, verum de nationalitate ruthena qua tali et ejus juribus ex professo nihil dicitur recte ideo, ut eadem, efficiens 15 milliones animarum, ab oculis mundi abscondatur, quod usque ad hodiernam fit diem. Sed durante adhuc regimine polonico distinguebatur natio ruthena a polonica acuratissime, ut qua talis aliter tractetur quam polonica. Nunc cessante regimine polonico neque jam mentio Ruthenorum fit, sicut ipse Thaddeus Kosciuszko neque sese noverat Ruthenum. — Olim sub regimine polonico erant multae politicae et ecclesi. uniones Ruthenorum cum Polonis: in Horodlo, in Lublin, in Brześć, in Zborow, in Hadziacz; nunc jam Poloni nihil uniendum esse putant, quasi Rutheni ipsissimi Poloni essent, licet praefatae uniones assecurabant ruthenae nationalitati politica et ecclesiastica jura haec eadem, quae inserviebant polonicae nationalitati. Equidem nobilitas ruthena polonisata, retrudens nobilitatatem polonicam a regimine, efficiebat multos reges penes regem Poloniae: ideo etiam eadem suspirat ad Poloniam, quam vero pesumdabat cudens leges pro teterrimo subditatu, ipsa vero nullam pro se habens. Quid mirum si reliqui incollae antiquae Poloniae eam nunc perhorrescant? Preterea pro ruthena nationalitate non solum disunita, sed etiam catholica nulla erat in Polonia tollerantia. Quid porro

Digitized by Google

fiebat et fit? Hoc: Rutheni in Galicia insinuabantur et insinuantur usque ad nauseam qua propensi ad Moscovitismum et Schisma. Quare? Ut tradantur a Vienna et Roma Polonis ad restaurandam antiquam Poloniam! Sed recte hoc ostendit, Polonos bene distinguere a se Ruthenos, quod etiam faciunt, dum depraedicant esse ad libertatem et Ruthenos ad servitutem eorum sese natos. Denigrant porro Ruthenos Romae qua adversarios ritus latini, quod tamen falsum est; neque enim est odi ritum latinum, si contra expressas Constitutiones Sedis Romanae nolint latinisari et polonisari. Denigrant Ruthenos qua Communistas: et tamen Rutheni in Polonia omnia amiserunt, ipsum quoquae nomen sum contra expressa pacta Poloniae. Extranei liberalistae ex informatione Polonorum etiam aegreferunt, quod Rutheni fugiant scholam Polonorum civilisationis et libertatis. At Rutheni non aliter credent his liberalistis, quam habentes eorum testimonium ex experientia desumptum. Pulchrae dictiones, species juris, formae juridicae, artificiosa sophismata perbene jam sunt Ruthenis notae, neque his captari possunt. Caeterum Rutheni nemini invidere volunt felicitatem, doceri a Polonis. Ipsi docebantur per quatuor saecula; possunt etiam alii doceri. Quum in praesentiarum Rutheni graeco-catholici Viennae et Romae qua proclives ad Schisma denigrantur, exposuit eis ephemerides polonica „Tygodnik katolicki, Grodzisk, 1861 Nro. 3, eorum unionem consistere in hoc, ut conferant ad restaurationem catholici regni intra Vistulam et Dnieprum, nempe antiquae Poloniae. Quousque Rutheni hoc non praestabunt, eousque denigrabuntur qua Schismatici, et quidem eo magis, si ex hac demigratione habebunt Poloni commoda pro suo polonismo, quae revere habent! Tam arduae sunt circumstantiae Ruthenorum!

Adnotatio II. Communicamus correspondentias Archieppi rutheni Polocensis Hieraclii Lissowski cum Eppo ruthe-

no Chelmensi Porphyrio Ważyński, et hujus ultimi cum Eppo rutheno Leopoliensi circa ritum Ruthenorum graeco-catholicum, agentibus Polonis latinisatum et polonisatum, ut instauretur, quia secus s. Unio inter disunitos Ruthenos et alios Orientales haud valeat proficere.

Kopia listu J. W. X. Hierakliusza Lissowskiege Arcybiskupa Polockiego pisanego do J. W. X. Biskupa Chelmenskiego i Bełzeńskiego.

Czasu zaleconej mi zgóry wizyty cerkwi i Klasztorów po Guberniach nowo ufundowanych zbliżywszy się pod kordon Cesarski żądałem usilnie mieć powitanie z JW. Panem Dobr. oraz otworzyć mu moje myśli względem Unii naszej, zasiągając Jego rozumnej rady, jako w kościele s. dobrego Pasterza, a u Stolicy Apostolskiej męża poważanego. Lecz przejazdy graniczne zatamowały mnie tego wielce potrzebnego zamiaru, miasto więc ustnego nieuskutecznionego rozmówienia się, listem niniejszym opiszę stan naszej cerkwi niszczejący, i prosić będę Jaśnie W. Pana Dobr. abyś się wdał do s. Stolicy Apostolskiej, bo mi samemu, prócz udzielnego dozwolenia Senatu niewolno z najżywszemi od wszystkich nas prożbami, izby ona przyłożyć swoich starunków raczyła, względem nadgrodzenia upadłej małej garstki naszych unitów w tak obszernym państwie rossyjskim zawczasu zaczynając o powszechne z całym imperium zjednoczenia się. Stan unii naszej jest taraz takowy po przejednoczeniu się całej Archidioecezyi Metropolitańskiej do panujący religii, acz niektóre cerkwi zostały się były przy swoim zjednoczeniu, jednak owa ta misya, która oznaczona w r. 1793 w Maju pod prezidencyą biskupa ruskiego Barlaama z pensyą 20,000 rubli na pracujących w tym dziele kapłanów rossyj-

Digitized by Google

skich, sklonila, i teraz jeszcze skłania do przyjęcia ku swemu weznaniu tak dalece, że ja teraz objeżdżając Wołyń i Ukrainę ledwom e wszystkich a wszystkich skasowanych naszych biskupów narachować mógł do liczby 200, w którym zliczeniu wiele widziałem i z tej mały kwoty rzeczywistemi misionarzami, co dzięń przyjednoczone do pastwy swoich biskupów, których dwóch podolskim Joanicym, a wołyńskim Barlaamem z trzecim Arcybiskupem Mińskim Sadkowskim Wiktorym po ustałych jurisdykcyach naszych biskupów najjaśniejsza monarchini, pani nasza najmiłościwsza, jako już dla jednowiernego swojego narodu hojniejsza, fundować raczyła, z klasztorów zaś tutejszych, których w liczbie było w prowincii koronnej 28 ledwo ostało 19, i to do dalszego krajowego rozrządzenia, w Białej Rosyi zaś do mojego na ninieyszą wizytę wyjazdu, po odejściu przez podobneż pierwszej missyą po większej części nad trzecią i trzech klasztorów, acz ostają się cerkwie i klasztory, jednak i o tych nieprzestanny czyni starunek rządzący Synod petersburgski przez wyznaczone osoby, aby powoli z czasem nakłonione były do gr. ros. wyznania; co i nastąpić musi; ponieważ ten starunek nakazała najjaśniejsza monarchini że swoim przezornym ministerium, rzeczonemu Syndowi reskryptem swoim r. 1795 w miesiącu Maju. Dla czego to więc się działało, z unią naszą w Rosyi, i dalej się dziać nieprzestanie, racz to wiedzić JW. Panie Dobr. co napewniej wiedząc Mu przedłoże w krotce, więcej go do historii i wszystkim wiadomej odsyłając, niżeli podobno opisując. Od 1595 po odnowieniu jedności s. przez naszych biskupów Pocieją i Terleckiego i 1596, po Synodzie Brzeskim na którym została na tęż unią niezgoda Bałabana i Kopystyńskiego, wiadoma z Reskryptów Zygmunta króla, jakie fatalne nastąpiły kłótnie, czytamy smutne opisanie Tragedii ciągle prawie prez dwa wieki, widzieliśmy, i na oczy swe Humańskie rzezie, owe więzienia arcybiskupa Sadkowskiego o jedyne fał-

Digitized by Google

szywe o rzeż niby z dworem naszym przez niego knowaną podejrzenie, owe nawet naszych kapłanów Unitów haniebne przez mistrza głów ucinanie w Krzemieńcu niby za jakowąś rzeż rzymskich katolików uprojektowaną, wktórym czasie ledwo się od podobnych napaści godny biskup Lucki, Lewiński, pasterz rzeczonych niewinnych męczenników parochów wywinoł. Te tedy niezgody unitów z nieunitami i kłótnie acz były Sejmami polskiemi przy dohoworach silnych rosyjskiego dworu zawsze bezskutecznie mitygowane, nigdy jednak nie wzięły końca, ani skutek nastąpił interesowania się, przez co zawsze pomnażała się wzajemna nienawiść katolików, obojga obrzędów do gr. rosyjskiej religii wyznawców, z których poszły niedawno haniebne dwóch godnych biskupów zdrugiemi magnatami powieszenia wśród Warszazy, których przykonywano za sprzyjanie Rosianom, jako syzmatykóm.

Ztąd wyrodziły się owi Kossienirowi i Pikinierowie zbiednych kmiotków po powstaniu krakowskim, i porwaniu się na Rosyan Warszawskim, i ten biedny tłum ludu na rzeż przeciw rosyjskim niezwyciężonym wojskom prowadzono, ponieważ mu punkt religii wmawiano, jakoby na przeciw Bissurmanóm. Ów to Zelus naszych duchównych, jako to: Opata Owruckiego — biskupa Kaluskiego, kanonika Kulikowskiego i drugich już wygnaniem ukaranych za zdradę knowane po zaprzysiężeniu wierności tronowi rosyjskiemu, i inne tym podobne rzeczy dały powod niecierpienia dalej Unii naszej, w małej liczbie wpośród wielu milionów narodu rosyjskiego; swiezo zagarnięty teraz, ponieważ z niej fundowania się, a ze strony błahoczystywych przeciw jej krzewieniu się, sprzeciwienia się, najokropniejsze pochodziły praktyki, wedle Rosyjanów powszechnego zdania.

A że to, com wyraził, jest rzeczą istotną, pokazuje tę prawdę udzielny o Unitach mandat monarchini naszej 1794. do najwyższego rządcy krajów Wołyńskich, Ukrainskich Podolskich i JW. Tutulmina ordynowany; w tych między inszemi sło-

Digitized by Google

wach: Do wykorzenienia Unii z Rzymiany, najlepszy środek przypowiadenia słowa bożego, a tym środkiem przewrócenia spokojności i jednomyślności w tamtych stronach. — Jeżeli tedy za niezgody i naruszenia spokojności i jednomyślności upada Unia nasza, któżby najpewniej tę spokojność i jednomyślność od monarchini naszej po narodzie zadaną nam Rosyanom wszystkim na zawsze darować potrafił, a tym zupełnie uszczęśliwić, o to nie kto inny, (zdaniem wszystkich) jak tylko najwyższy nasz pasterz kościoła s. Pius VI. swoją przy assystencyi Ducha s. staranuością u dworu rossyjskiego i duchowieństwa traktując w całym wielkoludnym Imperium zrobić jedność, niżeli ono w kilku tylu prowinciach, jak dotąd było, utrzymując.

Nie zejdzie Jego świątobliwość na skutecznych do tego dzieła sposobach, którego poselstwo 1784 do monarchini naszej w interesie fundowania arcybiskupa rzymskiego JW. Siestrzenczewicza i onego paliuszem przyozdobienia zostało, z wielką katolików naszych radością upoważnione, i uskutecznione na wszelkich Ojca s. żądaniach, którego wspaniałe przyjęcie wojażujących wielkich książąt, następców rosyjskich w Rzymie Katarzynie II. wdzięczne wielce zostało, którego odezwy listowne do tejże monarchini z radością naszą i nadzieją powszechnej kiedyż tedy jedności uskutecznione zostawały. Jednak ten sposób najprzyzwoitszy w tych czasach przydałby się, jak tu miemamy, gdyby zdało się Ojcowi s. wznowić ten starunek ugody, któren uczynili byli w Sorbońskiej akademii doktorowie anno 1717. die 15 Junii pismem swoim przez ręce Imperatora rosyjskiego s. p. do biskupów i kleru ruskiego adresowanym, takowa bowiem odezwa Ojca s. niechybnie ugody żądanej przyniosłaby skutki, gdyby to wszystko najwyższy Pasterz kościoła ś. co do artykułów wiary przyznał kościołowi rosyjskiemu, co przyznali doktorowie Sorbońscy.

Niechby raczył Ojciec s. wezwać najjaśniejszego cesarza Chresciańskiego do tejże ugody wdania się, przez co swoje przymierze z Imperium rosyjskim daleko mocniej ugruntowałby ten monarcha, gdyby owo obostronne wewnętrzne odróżnianie się względem niejedności religii ustalo.

Niechby raczył Ojciec s. niebawnie uprosić u monarchini naszej, gdyby tymczasem nakazała rzymskim, unickim i swoim ruskim biskupom partikularnie rozmówić się, i ułożyć środki ugody. Niechby naszym niektórym biskupom dozwolono było, czy do Rzymu czy do Nunciatury zjechać dla obszerniejszego zainformowania, że kościół rossyjski toż samo wierzy, co wierzymy my Unici, że tymże samym obrzędem s. sakramenta administruje, ktorym i my unici, nawet w niedostatku jednejże agendy, jednego mszała, i jednego Pontificała ad mentem Euchologii Benedicti XIV, czymbyśmy przynajmniej ucieszyli się w teraznicjszym konaniu naszym.

Przełożywszy tedy jaśnie i dowodnie stan Unii naszej dogorywającej na fundamencie mandatów monarchini pani naszej najmiłościwszej, które na tych trzech leciech o nas zapadłe w liczbie pięciu, tak rozumiem że albo bywsza jeneralność zakonu przez swego prokuratora, albo JW. Metropolita czyli też nasi bisknpi dla wiadomości a z tąd informacyi Stolicy s. przedstawili.

Więc najpokorniej Vestram Excellentiam proszę swoim i wszystkich unitów imieniem, abyś przedsięwzioł o tem wszystkim Ojca s. objaśnić, i gorąco prosić o wdanie się w środki pokoju, co przyniosłoby kościołowi s. na tych czasiech zmiejszającemu się, osobliwsze pomnożenie, przez złączenie się rossyjskiego w chrześciaństwie największego królestwa, protekcyą najusilniejszą Ojcowi s. nieśmiertelną sławę, gdyby w tym oświeconym wieku tak długo i żałośnie trwającą diwersią kościołów zaspokoił: a wraz by to pomieściło naszych biskupów, prałatów teraz bezmiestnych na stolicach znów pasterkich, biednych parochów, którzy po odejściu

Digitized by Google

ladu swojego do panujący religii wstrzymani są a divinis, do swoich że znowu ołtarzów wróciłoby, cerkwie wielu klasztorów Baziliańskich, w których była cura animarum, zamknięte, zostałyby znowu otwarte, klasztory mnichów i mniszek zabrane dla duchowieństwa niezjednoczonego i pomieszkania wyż wyrażonych trzech biskupów znów zwróconeby były, przez tęż żądaną ugodę zostałoby duchowieństwo zakonne i swieckie teraz w cieniu siedzące ze swojemi pasterzami w osobliwszym szacunku i poważaniu, jeszcze niezliczone nastąpiłyby dla wszystkich katolików uszczęśliwienia.

W tym otwarcie zjaśniawszy się mojemu dobrodziejowi i w szkołach nauczycielowi, któremu nunquam satis z mojej wdzięczności, polecam się Jego s. modlitwom u ołtarza bożego ze zwykłą i należną czcią zapisujący się. 1796 tertia Septembris w Żydyczynskim klasztorze.

Excellentissime ac Reverendissime Domine, Patrone collendissime!

Donosiłem podobno Sac Excellentiae, że JW. X. arcybiskup Połocki niedawno znajdując się na Wołyniu ze mną żądał widzieć się, już ten pasterz z Wołynia zabierał się do powrotu na białą Ruś właściwej swojej Diecezyi przez Kijów, dokąd tegoż miał odprowadzać JM. X. Husakowski, koronny Prowincjał. Tenże prałat widząc trudność zjechania się ze mną, raczył mnie nawidzić listem swoim z Żydyczyna pisanym, który chociaż późno staraniem znać X.X. Poczajowskich na Brodzką pocztę oddany mnie doszedł, jaki ja przetłumaczywszy na język łaciński dzisiejszą pocztą do Rzymu posłałem, a tu wierną kopię w ojczystym języku przyłączam; okaże list taki wielce chwalebną chęć i gorliwość tego prałata do zjednoczenia całego kraju rossyjskiego z ko-

Digitized by Google

ściołem rzymskim dążącą chociaż mniej podobną do uskutecznienia, jednak in magnis et tentare laudabile est, do czego ile z naszej strony dopomódz możemy, wselkiej pracy i staranności dołożyć powinniśmy, i tym końcem Excellentiae Vestrae kopię listu tego komunikując, ażebyś swoją radą, i jakąkolwiek możesz pomocą tak wa ny interes chciał popierać. Rzecz pewna, iż Rossianów może odstręczać od jedności nasze od greckiego obrządku oddalenie się, zdaje się zatem, iż należy takiemu wstrętowi zapobiedz, jak najpilniej starając się nienaganne zwrócić obrzędy Cerkiewne, baczność mając jak największą na księgi cerkiewne, aby te drukokowano zgodne zdawnemi exemplarzami, a nastąpione odmiane żadną nieupoważnione ustawą były otrącone, mianowicie w mszałach, w Trebnykach i Pontifikałach. Już przed lat blisko trzydziestu nasi poprzednicy uznawali takiej pilności potrzebę i projektowali tym końcem Synod złożyć przygotowawszy pierwey ksiąg poprawę, i tychże pracą był ułożony Trebnyk wydrukowany niewiadomo gdzie ktorego wydał; ja mam wprawdzie exemplarz, jakiego w całej Rusi naszej dopytać i wynaleść przy wielkiej pilności niemoglem, i tego ja użyczyłbym Suae Excellentiae do przejrzenia i osądzenia, jeżli na takim przestawać mamy i starać się, aby podług tegoż odtąd były drukowane, żadnych odmian nieprzypuszczając, a względem mszałów, i osobliwie pontifikałów należy nam pilności uczynić, abyśmy następcom naszym też poprawione zostawili.

Polecam mnie szacownej przyjaźni i łasce Suae Excellentiae z winnym uszanowaniem statecznie zostający Excellmae et Revdmae Dnationis Vae humillimus servus et Exorator P. S. Wazyński Eppus Chelm. et Belzens. m. p.

Z Chełma dnia 13. Novemb. 1796.

Digitized by Google

Adnotatio III. Adducimus hic sequentia documenta circa conservandam s. unionem in Russiae imperio per Eppos ruthenos Leopolienses Leonem Szeptycki et Petrum Bielański. Literae Eppi eopol. Leonis Szeptycki datae Imperatrici Mariae Theresiae an. 1775. Sacra Caes. Reg. et Apostolica Majestas! Eppus Leopol. ritus graeco cath. summa perfusus voluptate, quod frequens populus Ukrainensis regno Poloniae subjectus, cujus ille qua administrator et cum futura successione Metropoliae totius Russiae Coadjutor Divina miseratiotione spiritualem curam gerit, saeviente non ita pridem Schismaticorum persecutione lapsus, nunc ad verum Christi ovile redeat, nihil antiquius ducit, quam ut hac super re Sacratissimam Majestetem Vestram summa cum veneratione et observantia faciat certiorem. Cui enim post Deum Ruthena Ecclesia hoc praestantissimum atque religiosissimum opus in acceptis referre debet, si non singulari Vrae. Smae. Majestatis in Deum pietati et erga orthodoxam fidem Zelo? Quamprimum enim Majestas Vestra Sma ad humillimam Eppi Leopoliensis instantiam supremam Suam apud Aulam Petersburgensem Auctoritatem intesposuit, illico persequutiones in Ukraina remittere, populus vi Schismaticorum oppressus respirare, poenitentiam agere, ac in sinum S. Matris Ecclesiae fidenter sese rursus recipere coepit ita, ut intra tres menses 60 parochiae, prout ex seorsivo elencho colligitur, numerentur, quae Schismate abjurato fortius quam alias unquam cum Romana Eoclesia coaluerint. Quaesivit V. Majestas Sma tanta sollicitudine drachmam, quae perdita fuerat, et ecce inventa est ovis errabunda, e faucibus inimici erepta et conservata est! Quanto igitur gaudio piissimum Majestatis Vestrae cor perfundi necesse est, cujus opera tot animae praetioso Christi sanguine redemptae a limine orci ad semitam coeli per gratiam Jesu Christi sint revocatae? Quam vere Majestas Vra

Digitized by Google

Sma Apostolicae Reginae nomen meruerit, facta ipsa ostendunt, quae cum adeo ampla sunt, ut haereditariis ditionibus contineri non valeant, ad exteras usque nationes religionis promovendae studium porrigunt. Haec inter alia gloriosa facinora augustissimi Imperii pars nobilissima est, haec Austriacae domus characteristica orbe universo jure merito celebranda. Utinam Superi Smam Majestatem Vram una cum augustissima familia pro bono subditorum, Ecclesiae sanctaeque unionis incremento gloriosissimam diutissime, ac si per mortalitatem liceret, etiam immortalem conservent. Ita ardentissime vovet ac cum universo clero sibi subordinato a eo T. O. M. devote exorat Sacratissimae Majestatis Vrae. Fidelis Subditus et Capellanus. Leo Szeptycki Eppus Leopoliensis." Documenta autem circa conservandam s. Unionem in Imperio Russico ex parte Eppi rutheni Petri Bielański sequuntur:

Illris et Rdme Dne uti Frater. — Per Apostolicum Viennae Legatum accepimus litteras Ampl. Tuae Legato ipsi directas die 4 Octobris, quibus opem et auxilium implorabas in praesenti suborta crisi ad ruinam sactae Unionis cum Ecclesia Romana per invasionem praecipue Pseudo-Episcopi Victoris, unde jam multae Unitis ereptae Ecclesiae, Parochique expulsi, et locus insuper praepeditus etiam querelis. Doluimus certe tam miseram rerum faciem aspicientes; eoquo magis doluimus, quod in tanta rerum omnium perturbatione quid agendum succurrat, aut quid implorandum validioris auxilii non apparet. Nimirum ipsissima tempora haec sunt, in quibus Episcopi ad Apostolicam agendi formam, prout strictius Evangelium praedicat, expresse adiguntur; hanc ipsi modo prae oculis habere semper et verbo, et opere complere debent, quidquid reliquum est, quo vires eorum non attingant, ei, qui tempora et momenta in sua posuit potestate, Patri luminum commendantes. Ne cesses igitur exhortari verbo et exemplo, ubi possis; ubi autem vana sit exhortatio, miserationem Divinam orationibus et jejuniis implorare. Interim au-

Digitized by Google

tem haec Apostolica Sedes fiduciam, quam in Eamdem exhibuisti, summopere laudat; quippe quam respicit uti speculum fortitudinis, et sacrae perseverantiae Tuae promeriturae in finem Tibi ipsi gregique tuo coronam Victoriae. Si quid autem pro temporum circumstantiis faciendum occurrat, quod utile atque opportunam videri possit ad tuendam fovendamque sanctam Unionem, id exiqui totis viribus Sanctitas Sua juxta pastoralem Apostolici muneris sollicititudinem non ommittet, atque hoc unum, quod modo potest, impensius satagit, út rem Sacrae Caesareae Aplicae Majestati per Nuntium Suam exponendam et commendandam jubeat; ipsi autem Nuntio committimus, ut si quid exinde Tibi nuntiandum sit, recta significet. De reliquo Deum precor, ut Amplitudinem Tuam diu sospitem et incolumem servet.

Romae 20 Decembris 1794.

Amplitudinis Tuae Uti Frater

L. Card. Antonellus Praef.

R. P. D. Petro Bielański Eppo Leopoliensi
Ritus Graeci — uniti (Leopolim)

Nota ad Gubernium data die 19 8bris 1795. Excelsum Gubernium!

Altissimo Diplomate Augustissimae divae memoriae Imperatricis Mariae Theresiae in Episcopum Leopoliensem, Haliciensem et Camenecensem nominatus ad eundemque Episcopatum institutus a quindecem jam annis omnes eo contuli conatus, ut Obligationes curae pastoralis circa universum me-

Digitized by Google

um gregem rite adimplerem ita quidem, ut sollicitudo mea circa Dioecesim quoque Camenecensem extra Galiciam in Palatinatu Podoliae ultra 800 Parochias et octo Basilianorum Monasteria numerantem, quantumvis proventus illius unice in datione annua 3 f. ch.· a qualibet parochia consistens jam anno 1790 per Rempublicam Polonam poenitus sublatus extiterit, nihilominus semper eadem et nunquam minor fuerit, ac circa Dioeceses meas caeteras, praeterquam enim, quod bina illic rite ordinata Consistoria alterum in Kamieniec, in Bar alterum continuo habuerim, curae animarum per idoneos Sacerdotes incessanter providerim, et quovis altero anno dictam Dioecesim in propria persona visitaverim, residentiam insuper episcopalem in Kamieniec impensis 10 milia f. ch. aedificavi, Summam capitalem 25 milium f. ch. partim de proprio, partim a piis benefactoribus adjutus pro Vicariis cathedralibus fundavi, atque Seminarium Clericorum circa Ecclesiam cathedralem erexi adprobante et libenter haec omnia acceptante Rege et Republica polona, quamdiu nimirum praefata Dioecesis illorum suberat regimini. Quinimo etiam dum Russia anno 1793 partes illas suo adjunxisset imperio, ego acceptis a Gubernatore Russico Kreczetnikow innotescentialibus litteris et patentalibus per ipsum editis ad praestandum fidelitatis juramentum fui accersitus, illudque debito tempore per plenipotentem praestiti, dein vero ipsemet eo me contuli, et non tantum publicas devotiones in Ecclesia cathedrali una cum convocato clero in praesentia Gubernatorum caetorumque Officialium peregi, et necessarias dispositiones regimen cleri et animarum curam concernentes edidi, quae egi et disposui, regimen loci scripto informavi, atque sic omnibus gratus et acceptus gregem meum in pace et omnimoda tranquilitate redux Leopolim reliqui.

At vero anno proxime elapso 1794 sub die 26 Maji nonnunitus quidam Archiepiscopus nomine Victor editas a se edictales litteras in praefata Dioecesi Camenecensi per su-

os Sacerdotes adhibito brachio saeculari ubique locorum eo fine publicari curavit, ut clerum et populum catholicum ad disunionem pertraheret, quod ut tanto facilius obtineretur, praeclusa Consistoriis, Decanis et parochis omni inter se ipsos et mecum communicatione parochi ad disunionem transire nolentes a suis parochiis, habitationibus et proventibus amoti, imo nonnulli etiam ad carceres intrusi, omnesque severissime prohibiti fuere, ne sive in Capellis privatis sive in catholicis ritus latini Ecclesiis sacra peragere audeant; laici vero jam variis seductionibus jam minis jam etiam verberibus ad amplectendam disunionem compellebantur, et licet duo nonnisi vel tres ex tota parochia hoc modo compulsi disunioni subscripsissent, tota parochia velut disunita reputabatur, et toti Sacerdos non unitus in parochum assignabatur; sicubi namque pulsum a parochia sua parochum catholicum in privata Capella, aut latini ritus Ecclesia pro perseverantibus in sua religione Catholicis Sacramenta administrare contigerat, id tali parocho tanquam capitale crimen fuerat imputatum. Patet id ex litteris Generalis Basilii Szeremettew ad me datis ad quas licet responderim, nullum tamen obtinui effectum.

Hac ratione factum est, ut ex octingentis et amplius parochiis atque octo Basilianorum Monasteriis vix minima pars in religione catholica hucusque perseveret, Parochi autem perseverantes omni modo vivendi destituti persecutionibusque et summa undique miseria oppressi acerbam suam sortem defleant, praesertim cum nec conqueri nec emigrare nec etiam litteras ad me dare sit ipsis permissum. Persvadere mihi sane nullatenus possum, ejusmodi in Catholicos persecutiones ex mandato supremi Regiminis Russici promanare, imo ejus potius sum opinionis, Imperatrici Russiae prorsus ignotum esse, quantis aerumnis fideles Ejus subditi religionis catholicae cultores in partibus Krasnorussiae divexentur; nam:

1. Supra allegatis litteris patentalibus a Gubernatore Michaele Kreczetnikow sancto suae Imperatoriae Majestatis

Digitized by Google

nomine et verbo omnes neosubditi solemnissime certi redduntur: „confirmari plenam ipsorum et illimittatam publici Religionis exercitii libertatem."

2. Tractatu Grodnensi Russiam inter et Poloniam anno 1793 die 15 Julii Art. VIII inito unitis Catholicis sub Imperium Russicum transeuntibus Imperatrix Russiae „plenum et liberum suae religionis exercitium atque usum privilegiorum eidem religioni adnexorum solemniter confirmat promittendo pro se suisque Successioribus, nunquam se usuram esse juribus Monarchicis in praejudicium Religionis romano-catholicae utriusque ritus."

3. Generalis Gubernator Tutolmin in responso suo ad petitum catholici Metropolitae Rostocki dato explicando supra citatum edictum Archiepiscopi nonuniti Victoris expresse declarat, edictum illud id solummodo intendere, ut volentibus transire ad Graecorussicam religionem plena relinquatur libertas, neutiquam vero, ut aliquis contra propriam voluntatem cogatur ad recedendum ab unione. Illas igitur ego in catholicos excitatas persecutiones unice provenire existimo ex nimio ac in ordinato zelo Archiepiscopi nonuniti Victoris, qui in alienam messem falcem immittens, perinde Jurisdictionem suam opitulantibus sibi districtualibus Officialibus extendere conatur, ac idcirco omnis generis calumnias coram ejate regimine in Sacerdotes catholicos vibrare non desinit, ut hoc modo sibi majorem fidem, catholicis autem odium conciliare valeat, ut id ex litteris Generalis Szeremetew aucclusis evidenter eruitur. Nulli quidem hactenus peperci operae, ut tantas adversitates a grege meo averterem, ast omnia incassum abierunt, atque gemitus nonnisi et lamenta perseverantis in Religione catholica cleri et populi ad aures meas perveniunt, quin iisdem ullo modo opitulari valeam.

Quapropter perbene sciens, Augustissimam Caesareo-regiam et Apostolicam Majestatem Dominum meum clementissimum singularem esse religionis catholicae Patronum ac

Digitized by Google

Protectorem, plenus fiducia benignissimam Ejusdem opem implorare in animum induxi humillime efflagitans, ut apud Aulam Petropolitanam potenti sua Intercessione impetrari dignetur: ne perseverantes in sua religione Catholici ad amplectendam religionem graeco-russicam adigantur, sed ut iis liberum suae religionis exercitium, coactis vero ad amplectendam disunionem plena conscientiae libertas concedatur, et parochi a suis parochiis amoti iisdem denuo restituantur; quod quidem indubie secuturum eo firmius credo, quo certius est: Augustissimam Russiae Imperatricem hujuscemodi Intercessionem, per quam solam veritas ad Ejus aures penetrare potest, grato animo esse recepturam.

Excelsum autem Gubernium rogo: dignetur hocce meum humillimum petitum gratiosa sua Opinione ad altissimum Thronum commitari.

Foris. Illustrissimo Domino Praesuli Bielański, Episcopo unito Leopoliensi et Camenecensi Ritus Graeci rutheni Vienna Leopolim. Ilustrissime et Reverendissime Domine!

Romanum Pontificem propter summam Suam in universo Christi grege gubernando vigilantiam latere non potuit expositio ab Amplitudine Tua per istos Magistratus regios ad Caesaream Majestatem delata, qua pro ea dioeceseos Tuae portione, quae in imperii russici ditione sita est, tutelam Majestatis Tuae ac praesidium imploras, simulque aliorum tui ritus Episcoporum, qui in eadem ditione sunt, causam egregie prudenterque deffendis. Quod autem duobus maximis principibus debetur obsequium, ita conservas, ut officia, a quo expetuntur, allicias, justitiam vero alterius et magnitudinem animi excites, quibus a virtutibus bona omnia sunt expectanda. Cum itaque scriptionem hanc tuam optimo Episcopo dignam Sanctitas Sua vehementer probaverit, habueritque gratissimam, non

Digitized by Google

est passus tantum ardorem zeli pro sancta Unione tui, charitatem tantam prudentiamque merita laude fraudari, meque jussit amplitudini tuae suo nomine gratias agere, tum etiam significare: nullam Se eidem gratificandi paternaeque benevolentiae suae comprobandae occasionem unquam praetermissurum. Quod autem ab Amplitudine Tua minime ignorandum arbitror, quodque non injucundum eidem fore videtur, illud est, Romanum Pontificem, ne quid in re tam gravi intentatum reliquerit, Apamensi Archiepiscopo hujus Sanctae Sedis apud istam Regio-Caesaream Aulam Nuntio praescipsisse, ut quoties Amplitudini Tuae visum fuerit, opera illius uti, omni quo poterit, meliori modo omnique studio tuis obsecundet desideriis.

Jam vero cum Pontificiae jussioni libenter obtemperaverim, hoc unum restat, ut privato mei ipsius nomine Amplitudini tuae de Tua virtute gratuler, meumque omne studium potius meritis semper eidem praesto fore confirmem, ut intelligas, esse me, qui observantia plenus manus Tibi ex toto corde deosculor.

Dominationis Tuae Illustrissimae et Reverendissimae Servus verus. – Franciscus Xaverius Cardinalis de Zelada. Romae 3 Februarii 1796.

Illmo. et Rev. Dno. Episcop. Leopoliensi et Kamienec. Ritus graeci rutheni.

Excerptum ex Litteris Exmi Nuntii Varsaviensis de die 17 Januarii 1797 anno.

Justitia ac humanitate praecellit novus Imperator, et benevolum jam ostendit animum erga religionem Catholicam, dum me in Ministrum Pontificium a Sanctitate Sua pro rebus catholicorum ad suam aulam destinatum postremo gratio-

sissime admisit.—Dum summopere laetor, praebere illico Dni Vestrae Illmae hanc meae missionis notitiam, eam deprecor, ut meo Nomine eandem Eppis Ritus Graeci Uniti participet, eisque insinuet, ut quilibet absque mora accuratam et distinctam ad me dirigat relationem status propriae Dioecesis, in qua exponantur vexationes, violentiae ac damna passa a Graecis unitis eo tempore, quo ipsorum Dioeceses sub ditionem Rossiacam transierunt, Ecclesiarum numerus, quae hinc fuerunt avulsae a Nonunitis, bona amissa atque ab aliis occupata et denique quod ipsimet Eppi una fere cum toto Clero Ecclesiis suis ac bonis spoliati, separati remanent ab ovibus, et redacti ad mendicitatem. -- Hujusmodi distinctae relationes, quae possunt Galico vel Polonico idiomate exarari, propria cujuslibet Eppi manu debent esse signatae, et eorum munitae sigillo. — Oportunum autem censeo, ut hasce relationes iidem Eppi committent cum eorum ad me separatis literis, quibus capta occasione mei discessus ad aulam Imperatoriam Totius Russiae me deprecentur, ut infelicem eorum et Ecclesiarum suarum statum exponam Principi, qui aures benignas omnibus praebet, animumque habet, dispositum ad justiciam atque ad felices suos singulos Subditos reddendos.— Difficile fortasse non erit Illmis Eppis sibi etiam comparare testimonia de supradictis vexationibus et violentiis tam ab haeredibus locorum quam etiam ab aliis spectatis viris, qui propriis oculis easdem conspexerunt. — Haec testimonia possent magis magisque ad rem conferre causamque Nostram coadjuvare, et optimum idcirco foret, si una cum relationibus possent ad me transmitti.—Iter sumam Moscoviam versus intra breve tempus, et necessarium omnimodo est, ut ejusmodi omnia documenta recipiam ante finem futuri mensis Februarii. — Id itaque probatae jam sollicitudini atque zelo Illmae Dnis Vrae commendo et omni, quo par est cultu atque observantia etc.

Digitized by Google

Adnotatio IV. Uti vidimus, Poloni habentes Ruthenos in sua potestate, loco praestandi eorum s. Unionem respectabilem in oculis Occidentis et Orientis, loco elevandi eorum nationalitatem ruthenam, reducebant haec omnia ad latinisationem et polonisationem, qua ratione pessumdederunt sese et Ruthenos. In supplementum dictorum praebet opus magnorussicum Abdii Vostokowii, editum Petropoli anno 1857 sub titulo: „De correlationibus Ecclesiae Romanae ad alias christianas Ecclesias," Tom. II. p. 356—368 circa Ruthenos unitos sequentia memoratu digna:

„Statim post unionem separati et derelicti a reliqua orientali Ecclesia uniti experti sunt accerbissimas sequelas. Dicebant unitis, eos esse veram imaginem primitivae orientalis Ecclesiae, sed fecerunt ex iis neque Graecos neque Latinos, aliquid tertium, aliquid intermedium, quod villipendi, latinisari et polonisari possit, neque unquam uniti habebentur pro veris catholicis sed semper pro schismaticis, ad minimum pro semischismaticis. Magnates rutheni scholis, politicis artibus et humilitate unionis permovebantur transire ad ritum latinum, ad lutheranismum et ad calvinismum, derelinquendo unitos Eppos cum civibus et agricolis. Clerus latinus et Jesuitae eripiebant unitis bona ecclesiastica. Usque ad divisionem Poloniae neque unus ex unitis Metropolitis et Eppis obtinuit locum in polonico Senatu, quod eis solenniter promissum erat. Primum in ultimis comitiis ante divisionem Poloniae concedebatur unito Metropolitae Leoni Kiszka in senatu ultimus locus post Eppos et Praelatos polonicos, et quidem ad consilium et instantiam legati Angliae. Interea ab initio unionis ubique in Polonia postponebantur uniti, et quum ante ipsam divisionem Poloniae in ultimis comitiis constitu-

Digitized by Google

tione declaratum esset, ut bona ecclesiastica polonica et ruthena in rem reipublicae convertantur, et ut praestetur utriquae clero pensio pecuniaria; polonicis Eppis assignabantur 100,000 flor. polon. et ruthenis tantum dimidium. Praeterea Poloni nominabant unionem fidem agricolarum, et non faciebant ex eo secretum, quod sit solummodo pons pro transitu ad ritum latinum Polonorum. Eppi uniti frustra adlaborant promereri sibi benevolentiam polonicorum Epporum permutatione ceremoniarum ritualium graeco-catholicarum in latinas. Omnibus talibus requisitis permutationibus non aquisiverunt sibi benevolentiam cleri polonici, qui adlaborabat ritum graeco-catholicum ex toto extirpare, caeteroquin bullis Pontificiis solummodo unitis permissum, indultum, toleratum. Cum corruptione ceremoniarum ritualium et aliis innovationibus transformabant uniti etiam internam dispositionem aedificiorum et vasorum ecclesiasticorum. Ordo monasticus Basilianorum eximebatur a jurisdictione Epporum, qui quaerentes et possidentes Eppatus et dignitates ecclesiasticas sese qua eximpti anarchico modo nollebant invicem juvare, ut constitutione Benedicti XIV desuper data ad id commoneri deberent. Uniti monachi, ut se conforment Ordinibus latinis, acceperunt ab iis nomina praepositorum, qui se non archimandritas et hegumenos, sed abbates et priores titulabant. Etiam vestimenta sua mutabant Basiliani in talia, qualia Jesuitae gestant, a quibus etiam internam organisationem in suis monasteriis acceperunt. Immittando Jesuitas Basiliani compararunt sibi magnam auctoritatem in Polonia etiam prae ordinibus latinis, utendo hac occasione, quod post abrogationem Jesuitarum aliud sistema educationis juventutis in Polonia decretaretur, quale reliqui ordines monastici in Polonia qua novitatem respuebant, cui tamen Basiliani manum apposuerant, unde nacti sunt magnos favores regiminis polonici et aristocratiae polonicae, quae eis suos

Digitized by Google

liberos ad educationem committebat.*) Jesuitae suadebant Basilianis, suscipere ad suum ordinem latinos Polonos, qui tamen linguae Slavicae ecclesiasticae ignari, missam latinam cum azymo absolvebant, et licet eos Benedictus XIV ad ediscendam linguam slavicam hortaretur, tamen non curabant hocce studium, et solum id praestabant, ut liturgiam slavicam, cyrillicis characteribus scriptam, literis polonicis desriberent, et miserabiliter legerent. Eos sequuti sunt dein sacerdotes rutheni saeculares, negligentes studium linguae slavicae ecclesiasticae. Quod attinet praedicationem verbi divini, hanc intermiserunt Basiliani et sacerdotes saeculares uniti in lingua ruthena, et praestabant in lingua polonica, ex qua vero, caeteroquin omni scientia et dexteritate carente, populus unitus nullum fructum percipiebat. Attamen omnes illi conatus cleri saecularis et regularis uniti, assimilandi ritum ruthenum unitum ritui latino et nationalitati polonicae, non devicerunt eis corda cleri polonici, qui et eorum et ritus uniti extirpationem anhellabat. Post divisionem Poloniae regimen russicum ab initio protegebat unitos; sed Poloni videntes ex hac protectione suum praedominium super unitos et eorum polonisationem non esse profecturam, agente sub Alexandro I exjesuita Szantyr, adlaborabant, ut Uniti susciperent ritum eorum latinum, et jam nonnulli ex clero unito saecula-

*) Ad. an 1764. Konstytucya sejmu Vol. VII. Fol. 87. Tit. Szkoła w Buczaczu. Ku pomnożeniu chwały boskiej i przyczynieniu sposobów edukacyi Szlacheckiej młodzi fundacyą urodzonego Mikołaja Potockiego, Wojewodzica Bełzskiego szkół z konwiktem i klasztoru WW. OO. Bazylianów Buczackich prowincyi Litewskiej z przyłączonemi jure haereditario do tej fundacyi dwoma wsiami Zieloną i Dzwinogrodem nazwanemi, przed tem do klucza Buczackiego należącemi, approbujemy.

Digitized by Google

ri et regulari coeperunt missam latinam legere, et quia magua pars eorum latine legere nesciebat, ideo dictus Szantyr procurabat missalia latina, typo impressa, et orthographia polonica scripta. Extunc regimen russicum, animadvertendo hanc extirpationem unionis a Latinis, prohibuit in fundamento bullarum de conservando ritu graeco inter Unitos, hanc innovationem Szantyri. Praeter has calamitates unionis uniti Metropolitae, Eppi et Superiores monasteriorum, praecipue illi, qui ex natione polonica proveniebant, dissipabant peculiu in ecclesiarum unitarum ad ditandas suas familias polonicas, non curabant educationem cleri, et perduxerant ecclesias suas in eum statum, in quo ulterius subsistere non poterant. Quod attinet ecclesias unitas parochiales, hae sub patronatu nobilium polonicorum et latinisatorum ruthenorum, praesepiis Bethlehemiticis similia erant, neque populus unitus ad meliorandam sortem ritus sui, cleri sui et ecclesiarum suarum aliquid praestare poterat, expirans sub teterrimo et tyranico subditatu dictorum nobilium, patronorum ecclesiasticorum, et sub vexatione Judeorum, et non poterat non indifferenter spectare suam Unionem, idemque ei in suo miserrimo statu erat, habere et non habere unionem. Apud multas unitas ecclesias non erant cantores, ut ita sacerdotes uniti vix legere missam valerent. Aliquando legebant uniti in Ecclesiis polonicis missam Sed iis assignabatur in aliquo angulo ecclesiae polonicae collaterale altare. Nobiles polonici, ut per sacerdotem unitum majorem haberent influxum in populum unitum, et ditiores parochi polonici, ut se possent eliberare a divinis pro venationibus et delectamentis, et ut latinisent unitos, expetebant sibi ab Eppis unitis privatos, domesticos sacerdotes unitos adinstar reliquorum servorum. Quum ad quandam sepulturam sacerdotes uniti a polonicis invitarentur, et post sepulturam ad prandium citarentur, hoc pro sacerdotibus unitis aliud erat, et aliud pro sacerdotibus polonicis, pro primis in aliquo angulo, pro secundis in cubili-

Digitized by Google

bus, pro primis constabat ex simplicissimis ferculis et ex vino cremato, pro secundis ex exquisite praeparatis ferculis et vino, cum primis commedebant servi, cum secundis Domini et Dominae. Tales honores praestabantur unitis in Polonia! Omnia vergebant in interitum unionis, quae in his terris non habebat adminicula vitae, licet oratio Dominica docet orare non solum ut adveniat regnum Dei, sed etiam ut Pater coelestis det panem quotidianum. Quoad unitos in aliis mundi oris, praeter illorum, qui sunt sub dominio Austriaco, sors reliquorum miserrima est. In Asia sunt uniti neque hoc neque illud. Orthodoxi eos villipendunt qua Papistas, sed etiam Latini tantum ex hac causa non traducunt eos ad ritum latinum, quia Consules regum Europaeorum id non permittunt. In Tiberiade e. g. Arabi christiani ex unione traducti ad ritum latinum elapso saeculo miserrimam ducunt vitam in paupertate et villipensione. Ad quaestiones nostri peregrinatoris Murawjewi, datas cuidam servienti ejati unito juveni, quomodo comparata sit unita Ecclesia in Nareth, reposuit idem juvenis, quod non scit nec debet scire aliam Ecclesiam, quam latinam.“

Audiat haec orbis Christianus, audiat haec orbis catholicus, et judicet, num res sacrae, num res religionis et ecclesiae Catholicae ita tractandae sint?! Numne hoc non sit, dissipare Ecclesiam catholicam in Oriente? Numne polonismus, numne ipse ritus latinus in jure sint, tali modo procedere cum nationibus Orientalibus et cum eorum ritu graeco? Numne haec non sint contraria ipsis Constitutionbus s. Sedis Romanae circa conservandas nationes Orientales et circa conservandum eorum ritum graecum? Numne hoc non sit, exponere s. Unionem Orientalium despectui et perhorrescentiae Orientis? Quid sibi vult hoc Polonorum: Rutheni debent fieri Poloni, ut sint Catholici? Quid sibi vult illud in ore Latinorum: Amo graeco-catholicos Ruthenos, sed tamen plus amo latinos Polonos? Talisne charitas Christiana, in qua

neque Graecus, neque Judaeus, neque Scytha, neque barbarus, neque liber neque servus? Numne Uniti Orientales non juste conqueruntur: „Nos sumus infelicissimi omnium hominum; siquidem in Oriente opprimimur uti hostes ejus, et Romae notamur uti Schismatici?“ Estne conservatio et elevatio s. Unionis Orientalium in hoc, ut uniti Orientales deprimantur, opprimantur, et aliter qua latini tractentur ab ipsis latinis? Estne hoc curare bonum Ecclesiae catholicae, fidelibus ritus latini praestare omnia adminicula non solum pro regno coelesti sed etiam pro pane quotidiano his in terris, fidelibus autem catholicis ritus graeci relinquere omnia ad eorum ipsorum conatus, caeteroquin undique a latinis arctissime circumscriptos, et de rebus eorum non ab iis ipsis, sed a latinis informari, qui rebus ritus graci haud sincere favent? Quid est, quod fideles catholici ritus graeci hunc vel alium in negotia catholicae Ecclesiae influxum habentem virum inveniant non faventem eis? Potestne Ecclesiae catholicae prodesse, ut Orientales habeant adversa, acerba et inhumana a latinis? Si talibus pugnant Shismatici contra Catholicos; profecto Catholici qua tales superare et vincere debent eos aliis, quae dictantur ab illa fide Christiana, quae est vere catholica, excelsior omnibus humanis et terrenis, sicuti auctor ejus Jesus Christus sanctus, innocens, impolutus, segregatus a peccatoribus et excelsior coelis est! Non pro filiis ancilae sed pro filiis promissionis volunt etiam Orientales catholici sicut latini in eadem Ecclesia catholica haberi! Neque Primatus Summi Pontificis Romani est in praedominium Latinorum super catholicos Orientales et ritus latini super ritum Graecum, quod in antiqua Ecclesia catholica in Oriente et Occidente non erat!

Firmam jam fiduciam in Deo colloco, Eum dispersurum esse consilia superbiae terrenae, consilia politica et mundana et

Digitized by Google

feudalistica, quae miscentur sacris in damnum Ecclesiae suae sanctae, ut eadem tandem aliquando liberos suos ab Oriente et Occidente et Aquilone et Austro congreget, ut accumbant in regno Dei, dono diversatis linguarum in his terris plantato, evangelisare pauperibus, sanare contritos corde, praedicare captivis remissionem, praedicare annum Domini acceptum et diem retributionis. Haec consilia ad instaurandum illud regnum Divinum indidit Deus cordi Supremi Ecclesiae Suae Pastoris Pii IX; nobis autem restat precari Deum, ut illa Sua consilia in corde Suae Sanctitatis gratia Spiritus s. rigare, et eis incrementum dare velit.

§. 34 Eppi rutheni in collegium spirituale Romano-cath. assumti. Hieraclius Lissowski Archieppus ruthenus r. g. c. in Metropolitam Ecclesiarum unitarum in Russia nominatus sine titulo Kijoviensis et Haliciensis. Metropolita unitarum Ecclesiarum in Russia Gregorius Kochanowicz. Alii Eppi uniti nominati per Epikiam consecrati. In provincia Tarnopoliensi Russiae incorporata unio conservata, sed disciplina labefactata, reintegrata vero postquam haec provincia iterum Austriae cessa erat. Amicitia inter nobilitatem polonicam et officialistas russicos. — Metropplita Ecclesiarum unitarum in Russia Josaphat Bulhak. — Status hierarchiae ruthenae in Rossia, et nominetenus dioecesium ruthenarum: Metropolitanae Lithvano-Vilnensis, Archieppalis Polocensis, Eppalium Luceoriensis, et Brestensis.

Diviso ecclesiastico collegio Justitiae Petropoli biffariam anno 1805 in secunda sectione pro Praesidente in causis unitorum Ruthenorum primo designabatur Eppus Luceoriensis Le-

Digitized by Google

wiński, dein Eppus Brestensis Bulhak. Sub die 8 7bris 1805 mandato Imperatoris Alexandri in Praesidem secundae sectionis collegii spiritualis Romano-cath. designabatur: Hieraclius Lissowski Archieppus Polocensis, Eppus vero Bulhak ad suam dioecesim abire jubebatur. Dein vero sub die 24 Julii 1806 designabatur idem Archieppus Hieraclius Lissowski in Metropolitam unitarum Ecclesiarum in Russia cum omnibus juribus et praerogativis, quibus juxta leges unitae Ecclesiae, et juxta data variis temporibus privilegia fruebatur Metropolita Rostocki.

In hoc nominationis decreto deficiebat titulus seu Cathedra et Sedes Metropolitae. Anteacti Metropolitae nominabantur Kijovienses; titulum hunc synodus Petropolitana non unitorum nullatenus permittere potuit Metropolitae Unitorum, quia Kijoviae adest actualis Metropolita nonunitus. Titulus Metropolitae Haliciensis etiam adscribi illi non potuit, quia Halicz civitas et regnum Haliciae sub imperio austriaco existit, et Imperator Austriae proprium Haliciensem Metropolitam prorsus separatum recte eotum etiam denominabat. Unde indeterminatus eidem dabatur titulus Metropolitae Unitarum Ecclesiarum in Russia idque tanto magis, cum eotum adhuc nulla separata dioecesis Metropolitana existeret.

Post biennium Metropolita hic unitus in Russia Lissowski e vita decedendo cupiens de postoribus gregi unitorum Ruthenorum in Russia providere, exaravit instrumentum, quo in suum succedaneum cum jurisdictione Metropolitana et potstate confirmandi et consecrandi Eppos designavit Gregorium Kochanowicz, Eppum jam tum Luceoriensem, post mortem Episcopi Lewiński suffectum. Instrumentum ejusmodi Imperator Alexander sub die 22 7bris 1809 executioni dari, ac nominatos a se in Archieppum Polocensem Joannem Krassowski, in suffraganeum Eppum restauratae dioeceseos Metro-

Digitized by Google

politanae in Lithuania Adrianum Holownia Abbatem Breslaviensem, in Eppum Suffraganeum Brestensem Abbatem Supraslienseni Leonem Jaworowski *) consecrari et institui mandabat. Huic imperatorio mandato obsecundantes Eppi uniti, Luceoriensis Gregorius Kochanowicz Metropoliae Unitorum Exarcha, **) Josaphat Bulhak Eppus Brestensis, et Joannes Damascenus Krassowski nominatus Archieppus Poloceusis conveniebat Petropolim et die 5 Januarii 1810 exarabant Instrumentum sic dictae Epikiae, in quo contestando suum animum conservandae s. unionis cum Ecclesia Romana, attento perdifficili recursu ad Summum Pontificem, non in aliquam fraudem ac contemptum sed cum debita reverentia Sedis Apostolicae et exigenti spirituali necessitate gregis Christi concluserunt, in fundamento Bullae Clementis VIII „Decet Romanum Pontifiicem“ ad conservationem et institutionem nominatorum Epporum procedendum esse, fide jubentes: Se de hoc actu primo tempore, quo licebit, Sedi Romanae rationem redditurus, et ut rata habeat, quae per datas circumstantias temporum facta sunt, obsecraturos. — Quam contestationem etiam ad actum consecrationis in

---

*) Abbatia Suprasliensis in Provincia Bialystocensi Borussis quondam cessa elevata fuit sub dominio Borussorum in Eppatum, et Abbas Suprasliensis Theodosius Wislocki a rege Borussiae in Eppum nominatus a s. Sede confirmabatur et consecrabatur, quo defunto nominabatur in Eppiscopum quidam Duchnowski, sed hic ante adeptam, ut fertur, consecrationem e vivis cedebat, et Eppatus hic cum Provincia Bialystocensi 1807 sub Dominium Russiae devenit et cum Eppatu Brestensi conjungebatur.

**) Fuit hic titulus ab antiquo Eppis Luceoriensibus usitatus, quasi vicarium Metropolitae denotans.

Digitized by Google

Polock invitati Eppi rit. lat. die 30. 10bris 1810 videlicet Ignatius Dederko, Eppus Minscensis, et Cyprianus Odyniec Eppus Hypponensis et Sufraganeus Polocensis subsignarunt, et consecratores initio dictorum Epporum egerunt.

Anno 1811 Gregorius Kochanowicz nominabatur ab Imperatore Alexandro I. in Metropolitam unitarum Ecclesiarum in Russia et huic qua Eppo Luceoriensi subordinabatur quoque provincia Tarnopoliensis seu pars dioeceseos Metropolitanae Leopoliensis, quae sub Dominium Russorum non pridem deveniebat. Habebat ille Suffraganeum Abbatem in Żydyczyn Korsak, qui qua Vicarius generalis Consistorio ibidem praesidebat, qui tamen die 15 Julii 1811 e vivis decedebat. — Cumque Metropolita Kochanowicz Petropoli in Collegio justitiae secunda sectione praesidere et a sua Dioecesi procul abesse debuerat, ideo in hac non exiguus ob disciplinae defectum dominabatur disordo, qui se etiam ad provinciam Tarnopoliensem extendebat; delegatum quippe a Metropolita Angellowicz ibidem formatum judicium pro dirigendo Clero per Eppum Kochanowicz activitate privabatur, licet Gubernator Russicus Senator Theils id summopere improbaret, — et pro quo dein eradicando atque restauranda disciplina ecclesiastica Consistorium Leopoliense post restitutionem hujus partis Dioeceseos suae non parum adlaborare debebat, cum et ipsi C. R. Gubernio Galiciensi defectus moralitatis et disciplinae in clero Tarnopoliensi r. graec; innotescentes occasionem praebebant, praecipuam sollicitudinem in hac parte Consistorio commendadi. *) —

---

*) Occupatio provinciae Tarnopoliensis (Circulorum Tarnopoliensis et Czortkoviensis) per Russos exinde perennat in memoria Ruthenorum ibidem habitantium, quod nobi-

Digitized by Google

Anno 1814 cedebat e vivis Eppus Luceoriensis et Metropolita unitarum Ecclesiarum in Rossia Gregorius Kochanowicz, in cujus locum in Eppum Luceoriensem Jacobus Martusewicz jam vero in Metropolitam unitarum Eccarum in Russia subseque Josaphat Bulhak, Eppus Brestensis, ab Aexandro Imperatore nominabatur, qui hucusque supervivunt. Juxta autenticam relationem ex curia Metropolitana unitorum in Rossia in Monasterio Orszanensi reperibili sub die 6 7bris 1825 extraditam, sequens status Hierarchiae unitae in Russia esse perhibetur.

---

litas polonica cum officialistis russicis mox intimam amicitiam ad hoc iniverit, ut contra organisationem regiminis austriaci eriperet agricolis ruthenis agros, et abrogaret scholas pro agricolis introductas, quod indigitat nota officii circularis Czortkoviensis ad Consistorium Metropolitanum ruthenum Leopoliense ddto 16 Julii 1818 Nro. 5631, postquam haec provincia Austriae restituta fuerat, sequentibus verbis: „In dieſem unter der ruſſiſchen Regierung in allen Zweigen der inneren Verwaltung und Kultur vernachläßigten Kreiſe." — His temporibus polonici nobiles princeps Adam Czartoryjski et Thaddaeus Czacki effecerunt apud imperatorem Russiae Alexandrum I, ut in provinciis ruthenis Rossiae annexis non ruthena sed polonica lingua pro scholis, magistratibus et judiciis praescripta esset, quod usque ad an. 1831 durabat, ut tali ratione Poloni et Magno Russi conspirarent, quatenus nationalitas ruthena opprimeretur. Declamant contra nationalitates oppressas, quod respirare desiderent; non dubitant autem eas opprimere! Haec meminisse juvet ideo, ut appareat mendacium semper usque ad nauseam repetitae a Polonis cantilenae de proclivitate Ruthenorum ad schisma et moscovitismum! Hoc unicum solatium habent Rutheni, se esse oppressos innocentes, oppressionesque eorum superstrui mendacio et aliis peccatis!

Digitized by Google

In omnibus provinciis ab anteacto Regno Poloniae ad Imperium Russicum adjunctis reperiuntur universim quatuor dioeceses, Eppis Dioecesanis, Suffraganeis et Consistoriis provisae, et quidem, prima est Dioecesis Metropolitana Lithvano-Vilnensis. Dioecesis Metropolitana antea se maxime extendebat in Palatinatu Kijoviensi et Braclaviensi, quae ad non unitos defecit. Hujus dioeceseos est quidem proprius ordinarius Josaphat Bulhak, Metropolita unitarum Ecclesiarum in Russia et simul Eppus Brestensis, ast haec regitur per illius Suffraganeum Eppum titularem Orszanensem et Abbatem Braclaviensem Adrianum Holovnia. Dioecesis haec est provisa Consistorio, quod componitur ex Officiali, Vice-officiali seu Surrogato et tribus Assesoribus ex Clero soculari, quorum singuli emanato quovis triennio aut approbantur aut in illorum locum alii substituuntur. Seminarium hujus Dioeceseos habet pristinam suam fundationem pro 12 Clericis, jam vero Suffraganeus Consistorii et hujus cancellarius sustentatur ex restantibus bonis in Lithvania sitis, quondam ad Metropoliam unitorum specantibus. Maxima pars bonorum Metropoliae erat olim in Podolia et Ukraina, quae per Imperatricem Catharinam II camerae Imperiali cesserunt. In hac Dioecesi numerantur Ecclesiae parochiales 204. Numerus animarum universus 284.292. Monasteria S. Basilii M. 7. Monachi 127. presbyteri saeculares 350. Monasteria Monialium B. M. 2. moniales in illis viventes 27.

Secunda Dioecesis est Archieppalis Polocensis, cujus rchieppus est Joannes Damascenus Krassowski, qui edicto Imperiali propter quospiam naevos a regimine Dioeceseos est remotus, et regimen interimale traditum Jacobo Martusewicz Eppo Luceoriensi. Haec Dioecesis caret Eppo Sufraganeo sed Consistorium in eadem componitur ex Officiali, ejus Surrogato et tribus Assessoribus, ex clero saeculari quovis triennio eligendis. Tam Archieppus quam Consistorium et Can cellaria sustentatur ex antiquis reditibus. Archieppatus hic in

Digitized by Google

prima Poloniae divisione sub Dominium Russorum devenit, et penes suam dotationem permansit. (Id Archieppo eotum et dein Metropolitae totius Russiae Jasoni Smogorzewski, qui jura et dotationem tueri sciebat, adscribi debet,) tum ex proventibus a summis capitalibus monasterii Polocensis. In hoc Archieppatu numerantur Ecclesiae parochiales 463. Sacerdotes saeculares 500. Monasteria monialum 2, Moniales 22. Monasteria ordinis s. B. M. 18. Monachi 114. Numerus animarum populi uniti 489,075.

Tertia Dioecesis seu Eppatus est Luceoriensis, cujus Eppus Dioecesanus est Jacobus Martusewicz, habens Suffraganeum Cyrillum Sierocinski, Eppum titularem Pinscensem, qui olim erat dioecesanus. Consistorium hujus Dioeceseos etiam hic componitur ex Officiali, Surrogato et tribus Assessoribus prout in aliis Dioecesibus. Nuper bona Abbatiae Basilianorum Żydyczenensis assignata sunt in sustentationem Eppi Dioecesani, ejus Suffraganei et Consistorii. Porro Eppo additur pensio ex cassa imperiali 6000 Rubl: in assignatis. Seminarium hic sustentari debet ex proventibus aliquorum monasteriorum Ordinis Basiliani Provinciae Ruthenae, qui antea pro sustinendo Lyceo Kremenecensi pendebantur, ast cum reditus adhuc sub discussione pendeat, et non accurate solvantur, ideo etiam Seminarium hic non est debite formatum. — Dioecesis haec continet in se Eccas parochiales 160, habet sacerdotes saeculares 460. Inter hos sacerdotes saeculares supersunt adhuc complures quondam in Dioecesi Kamenecensi e Parochiis suis a nonunitis pulsi, in s. unione perseverantes, et apud diversos nobiles Capellanos agentes absque cura animarum. Monasteria O. B. M. 22. Monachi 266. Monialium Monasteria 3. Moniales 14. Numerus animarum populi uniti: 111,598. Haec Dioecesis habet maximam periferiam seu circumferentiam, complectitur quippe Gubernium Podoliense, Volhyniense et Kijoviense atque ambitum illium, in quo quondam amplae dioeceses unitae Luceoriensis, Vladimiriensis et Ka-

Digitized by Google

meneccensis existebant, quae ad 5000 parochialium Ecclesiarum continebant, et quae ad disunionem desciverant seu pertractae sunt. Cathedra Eppalis in Lück per Eppum nonunitum occupata est, et Eppus unitus eadem carens in Monasterio Żydyczyn. suam sedem fixit. Ipsius Antecedaneus Lewiński habitabat in Monasterio Poczajoviensi.

Quarta Dioecesis est Brestensis, cujus Eppus Josaphat Bulhak an. 1817. nominatus in Metropolitam unitarum Ecclesiarum in Russia ab Imperatore Alexandro a Sede Apostolica sub die 22 9bris 1818. confirmabatur cum permissione omnium jurium, quibus quondam gaudebant Metropolitae Kijovienses uniti. Hujus Dioeceseos Suffraganeus Eppus est Leo Jaworowski, Abbas Supraslieusis cum titulo Eppi Vladimiriensis quondam Dioecesani. Consistorium hic ita prout in aliis Dioecesibus compositum. Eppus sustentatur ex bonis superrestantibus Eppatuum Pinscensis et Brestensis, et praeterea habet additamentum congruae ex cassa Imperiali 3000 Rubl: in assignatis seu in pecunia cartacea. Suffraganeus vero et Consistorium habent sustentationem ex cassa Imperiali 4000. Imperialium seu Thalerorum Borussicorum redactorum ad cursum pecuniae chartaceae russicae. Eppatus hic maxima ex parte componitur ex circuitu illo seu provincia Bialostocensi, quae erat olim sub Dominio Borussico, et in qua fuit erectus Eppatus Supraslieusis, qui Eppatus alioquin prius ex Eppatu Brestensi et Pinscensi efformatus, postquam sub Imp: Russicum devenisset, suppressus et rursus Brestensi incorporatus est. Seminarium hujus Dioeceseos existit in Monasterio Basilianorum Lawryszow, et sustentatur tum ex proventibus hujus Monasterii quam alterius suppressi Nowydrow. Habet quoque pro se fundatam summam 2000 aureorum. In hac Dioecesi reperiuntur Ecclesiae parochiales 549. Sacerdotes saeculares 675. Monasteria Monialum 3. Moniales 17. Numerus animarum populi uniti 542,614. In hac dioecesi populus unitus ruthenus propterea numero suo alias

omnes Dioeceses unitas in Russia superat, quia haec efformata est ex Eppatu unito Supraslieuse, qui in unione sub Dominio Borussico existens etiam post an. 1807, quo sub Russos devenit, in unione permansit, et quia uniti inde jam persecutionem non patiebantur. —

Regimen ecclesiasticorum negotiorum publico—politicum et judiciale exercet collegium Justiciae ecclesiasticum, quod Romano-catholicum dicitur, in duas sectiones divisum, quarum prima est pro negotiis ecclesiasticis ritus romano-catholici, in qua Metropolita romano-catholicus praesidet; secunda vero est pro graeco-unitis, in qua Metropolita unitorum adpraesens Josaphat Bulhak praesidet, praeter quem assidet cum titulo membri collegii Abbas ex quacumque Dioecesi, qui e duobus candidatis per collegium eligi, et ab Imperatore confirmari solet, tum etiam tres Assessores ab Eppis respectivis Polocensi, Luceoriensi et Brestensi ex illorum dioecesibus quovis triennio eligi solitis. Hi sustentantur ex cassa imperiali. In hoc collegio pertractantur negotia omnia, quae sive a ministerio et senatu constituta executioni mandari et publicari debent, sive ex Imperio, prout petiones et appelationes ad senatum et Imperatorem mittuntur, quaeque ecclesiasticos et negotia spiritualia concernunt. Metropolita unitorum ita prout Metropolita romano-catholicarum Ecclesiarum agunt stabiles hujus collegii seu respectivarum sectionum Praesidentes.

Digitized by Google

CAPUT SEXTUM.

De statu Hierarchiae Ruthenae unitae sub regimine Polonico ab an. 1809. ad an. 1826.

§. 85. Eppatus Chelmensis an. 1809 venit ad ducatum Varsaviensem polonicum. Eppus ruthenus Chelmensis Ferdinandus Ciechanowski conseeratus erat a Metrop. Haliciensi. Seminarium Chelmense. Eppo Ciechanowski assignabatur locus in Senatu, qui tempore comitiorum sacra celebrabat, et solenniter aquam in Vistula benedixit. Rutheni sub novo regimine Polonico bene tractari coeperunt. Calamitates Ruthenae Chelmensis dioecesis tempore bellorum an. 1812. Sub imperio russico Eppus Chelmensis Ciechanowski conservabat locum in Senatu. Melioratio dotationis hujus Eppi. Suffraganeus Eppi Chelmensis. Capitulum Chelmense instauratum. Dotatio ejatis cleri rutheni meliorata.

Per cessionem Galiciae occidentalis et Circuli Zamoscensis medio tractatus Viennensis de die 14 8bris 1809 inter Imperatores Austriae et Galliae initi, factam Dioecesis Chelmensis in Galicia occidentali existens, tum pars Dioecesis Pre-

Digitized by Google

misliensis sub Dominium Ducatus Varsoviensis et regis Saxoniae deveniebat. Vacans cotum sedes Eppalis Chelmensis providebatur Eppo Ferdinando Ciechanowski, qui a Metropolita Haliciensi et Leopoliensi confirmabatur et consecrabatur, suamque jurisdictionem non tantum super dioecesi Chelmensi, verum etiam parte Dioeceseos Premisliensis obtinebat*). Cum porro Antecedaneus Eppus sub regimine Austriaco ex fundo publico sustentationem habuerit, ideo ad preces Eppi Ciechanowski assignabat eidem Regimen Ducatus Varsoviensis 32000 fl. pol. seu 8000 fl. Rh. pro sustentatione, cum ille dumtaxat exiguum praedium Pokriwka dictum ex antiqua dote Eppatus haberet. —

Seminarium pro Candidatis status ecclesiastici erat Chelmae jam ab antiquo fundatum pro 90000 fl. capitalis summae sub Imperio Austriaco. Alumni hujus Dioeceseos in Seminario Generali Leopoliensi et aliqui in convictu Viennensi educabantur, fundata autem pro Seminario summa seu proventus ab eadem pro cancellaria consistoriali et sartis tectis Eppatus convertebatur. Sub regimine Ducatus Varsoviensis ad intercessionem Eppi Ciechanowski praeter usuras a summis capitalibus pro Seminario rursus conversas ex aerario publico assignabantur 6000 fl. pol. in bona moneta; atque praeter Rectorem et binos professores 15 Alumni in Seminario educabantur, gradum etiam theologicum consequebantur, creabantur professores in Seminario Chelmensi, et sic prospiciebatur numero Candidatorum pro cleri instructione.

Juxta constitutionem Ducatus Varsoviensis in Senatu omnes Eppi obtinebant locum, quare etiam Eppus ruthenus Ciechanowski fiebat membrum senatus et quidem non ultimus

---

*) Ad hunc Eppum Chelmensem scribebat Basilianus Modestus Hryniwiecki multas epistolas, ut sese opponat erectioni seu potius restaurationi Capitulorum ruthenorum.

Digitized by Google

post latinos Eppos, sed in ordine suae ad Eppalem dignitatem vocationis*), — isque in comitiis soepius qua Senior inter alios Eppos Deputatum et Praesidem agebat. Initio an. 1812 celebrabantur Varsoviae comitia in praesentia Regis Saxoniae Friderici Augusti, ad quae Eppus Ciechanowski comparens, a rege et statibus honorifice tractabatur, et in praesentia regis ac statuum tam s. liturgiam ritu graec. cath, quam ceremoniam benedictionis aquae in fluvio Vistula solemniter celebrabat. Tum regi exhibebat nomine suo et Cleri rit. graec. cath. desideria diversa, meliorationem sortis suae concernentia, et inter alia restaurationem capituli cathedralis Chelmensis, per injuriam temporum jam sub Eppo Jacobo Susza suppressi; ast horum desideriorum effectus ingruente tum bello cum Russis ulteriori tempori reservabatur**).

Anno 1812, suborto inter Galliae Imperatorem Napoleonem et Alexandrum Imperatorem Russiae bello, in quo Im-

---

*) Si menti Sedis Apostolicae in Polonia fuisset satisfactum et prout Summus Pontifex Clemens VIII a rege Poloniae petierat, Eppi Rutheni uniti Senatoribus regni fuissent adscripti, hoc proinde Eppis r. l. aequiparati; longe firmiores s. unio fixisset radices, et non devenisset ad tot discrimina ac pericula. In comitiis regni Poloniae 1791 fuerant aliquorum quidem Deputatorum opiniones, ut Eppi ruth. uniti, ad senatum admitterentur, ast oppositio ex parte Epporum ritus latini efficit, ut duntaxat Metropolita unitorum Theodosius Rostocki fuerit ad senatum admissus, eique ultimus post Eppos latinos assignabatur locus.

**) Ita etiam Polonia licet sero judicavit esse pro Ruthenis justa; ast hoc dedit ansam Polonis in Galicia, contra Ruthenos apud regimen Austriacum clam debachandi, ut eorum gratiae pro Ruthenis Varsaviae eo magis celebrarentur.

Digitized by Google

perator Austriae corpus militiae auxiliare in subsidium Gallorum mittebat, in partibus illis, ubi Eppatus Chelmensis extenditur, erat belli teatrum, ac dum Russi profligatis Gallis et auxiliaribus copiis victores evaderent, depopulabantur loca illa, quae occupabant In hac publica calamitate etiam Eppus Ciechanowski multa damna et infortunia patiebatur, cum et domus illius ac residentia Chelmae devastarentur, ibidemque Nosocomium russicum locaretur, atque ipsemet sibi fuga consulere debuerit, ne a Russis caperetur, et captivus in Russiam abduceretur, quod eotum fiebat passim cum omnibus Magnatibus et personis in majori dignitate constitutis. Tandem post plurium mensium intervallum, dum teatrum belli sese in Germaniam transtulisset, restituebatur tranquilitas incolis Ducatus Varsoviensis sub militari Gubernio Russorum constitutis, ac etiam Eppo Ciechanowski domum redire, suoque munere pastorali fungi licuit. Praeter damna temporalia, quae et Eppus et Clerus ejusdem aeque ac alii incolae perferre debuerant, quoad negotium religionis et unionis nullum evenit detrimentum, atque post an. 1814 et Congressum Viennensem an. 1815 Ducatus Varsoviensis Russico Imperio adscribebatur, et Imperator Alexander qua rex Poloniae agnitus subseque constitutionem a se datam in hocce Regno Poloniae introduci mandabat, juxta quam quivis Eppus Dioecesanus membrum senatus constituebatur. Hac ratione etiam Eppus Chelmensis ruthenus Unitus Ciechanowski locum in senatu Regni Poloniae juxta suam vocationem consèrvabat. —

Successu temporis obtinebat idem meliorationem suae sustentationis ad 50 millia fl. pol. ascendentem, tum ob valetudinis suae infirmitatem ad suas preces constituebatur in adjutorium eidem supplendasque suas vices in spiritualibus Eppus Suffraganeus, et ad hanc dignitatem evehebatur ac nominabatur an. 1819 ab imperatore Alexandro Presbyter Ord. S. B. M. Vincentius Siedlecki, Seminarii Dioecesani Chelmensis Rector, cui sustentatio ex publico aerario octo millium fl.

pol. seu 2000 fl. con. mon. assignabatur. Eppus Ciechanowski cedebat illi titulum Eppi Belzensis, ac ad requisitionem regiminis Regni Poloniae et preces Eppi Ciechanowski ad Metropolitam Haliciensem et Leopoliensem Michaelem Lewicki an. 1819 factas praefatus Eppus Suffraganeus, praemisso processu canonico, confirmabatur et consecrabatur. Novissimo tempore ad preces Ciechanowski dicitur etiam capitulum cathedrale Chelmae restauratum ac dotatum, tum cleri curati sustentatio meliorata esse. —

Eppatus Chelmensis ante an. 1809 habebat parochias in Galicia 149. Per accessum circuli Zamoscensis an. 1810 adquisivit illa Dioecesis 188 parochias, quare insimul complectitur parochias 317 et numerum animarum populi rutheni 227673, Monasteria Ord. S. B. M. 3, Monasterium Monialium 1, Numerus sacerdotum saecularium 400, Monachorum 20. Monialium 6. In Seminario Chelmae educantur Clerici 15, aliqui etiam Varsoviam mittuntur imo Romam etiam pro Theologia combibenda. —

Adnotatio I. Sub die 17 Junii 1829 dedit literas ad Metropolitam Michaelem Lewicki Nuntius Apostolicus Viennensis Ugo Petrus, Archieppus Thebarum, significando, delegatam sibi esse facultatem deputandi unum ex Eppis vicinioribus Chelmae in Polonia ad conficiendum informativum canonicum processum sacerdoti Philippo Felici Szumborski, Archidiacono graeci ritus uniti in illa cathedrali, ut possit ipse promoveri ad Eppalem dignitatem illius Ecclesiae Chelmensis, voluit quidem ad hunc processum conficiendum eligere dictum Metropolitam, sed declarat injectam sibi esse difficultatem ex eo, quod Metropolita ad aliud regnum pertineat, ideo cogitat eligere Eppum Lublinensem, qui ipsi videtur Chelmae vicinior esse, ad quem adnectit epistolam cum caeteris foliis, quae ad processum requiruntur, omisit autem no-

Digitized by Google

men Eppi in sua epistola, non cognoscens eum, ignoransque, an aliquid aliud suadere possit, et an alius sit vicinior Eppus et aptior, ut deputetur, et exorat Metropolitam, in viciniis morantem et melius, quid deceat, perspicere valentem, ut nomen Eppi Lublinensis apponat, aut alterius, cui dein transmittat Epistolam cum caeteriis foliis, denique petit responsum, permanens cum perfectae aestimationis et observantiae sensibus.

Sub die 15 Septembris 1829 rescripsit Metropolita ad eundem Nuntium, se fuisse domo absentem in remotis Archidioecesis versus limites imperii Russorum oris canonica visitatione parochiarum occupatum, reversum autem Leopolim hoc tempore adnexae literis ad se datis Epistolae adposuisse nomen Eppi Lublinensis Mercellini Dzięcielski Chelmae vicini, eamque cum caeteris foliis Lublinum expedivisse. Hac ratione commisso functus Metropolita sequentia anteponit. Juxta Literas apostolicas Papae Pii VII, quae incipiunt „In universalis Ecclesiae regimine" an. incarn. Dnicae 1807 octava Kalendas Martii duas Eppales Ecclesias Chelmensem et Premisliensem ritus graeci uniti in suffraganeas Ecclesiae Archieppali Leopoliensi et Haliciensi ejusdem ritus assignatas fuisse, earumque Praesules juri Metropolitico Archieppororum Leop. et Halicien. perpetuo subjectos esse, et insuper Archieppis his concessam esse facultatem antea Metropolitanis Kijoviensibus in fundamento Literarum Apostolicarum incipientium, „Decet Romanum Pontificem" an. incar. Dnicae 1595 septimo Kalendas Martii sub pontificatu Clementis VIII expeditarum, nominatos ad suffraganeas illas Ecclesias Chelmenem et Premislienem auctoritate et nomine s. Sedis Apostolicae confirmandi et instituendi, consecrationemque eis impendendi, hac facultate immediatum Praedecessorem suum Antonium Angellowicz, Archieppum Leopolien. et Halicien.

Digitized by Google

ritus graeci uniti usum esse, postquam enim defunctus nuper Eppus Chelmensis Ferdinandus Ciechanowski, in cujus locum nunc sacerdos Philippus Felix Szumborski promovendus venit, an. 1810, adeoque illo jam tempore, quo Eppatus Chelmensis non amplius in ditionibus austriacis comprehendebatur, sed ad ducatum Varsaviensem regi Saxoniae subjectum spectabat, ab hocce rege in Eppum Chelmensem nominatus esset, ad Archieppum Antonium Angellowicz recurrit, qui perfecto praevie processu canonico informativo, eum authoritate et nomine Sedis Apostolicae confirmavit, instituit et consecravit. Idem Eppus Chelmensis licet ad aliud regnum spectans, toto tempore sui eppalis regiminis se suamque ecclesiam Metropolitico juri Ecclesiae Archieppalis Leopolien. et Haliciensis subjectam esse agnoscebat, in plerisque negotiis jurisdictionem Metropoliticam respicientibus tam ad antecessorem meum Archieppum Antonium Angellowicz quam ad me etiam frequenter recurrebat, et hac ratione fovebat nexum hierarchicum Ecclesiae Eppalis Chelmensis cum Archieppali Leopoliensi et Haliciensi, Literis Papae VII stabilitum. His vestigiis etiam sacerdos Philippus Felix Szumborski, nunc ad Eppatum Chelmensem promoveri petens, insistere debuit eo magis, quod Literis soepe dictis Papae Pii VII derogatum non est, et quod ipse hic Philippus Felix Szumborski in sua epistola ddto 15 Junii 1828 de supremo die Eppi Ferdinandi Ciechanowski ad me data nomine Capituli et Ecclesiae suo pastore orbatae professus sit, nexum Ecclesiae Chelmensis cum Archieppali Leopoliensi et Haliciensi, quem mortus Eppus Ciechanowski fovebat, etiam eo defuncto in fundamento literarum Apostolicarum s. Sedis continuo et firmiter fovendum et servandum fore. Quapropter clementiae et favoribus, quibus sacra Sedes Apostolica Ruthenos Ritus graeci uniti a pristinis temporibus semper prosequi dignatur, et quibus Ecclesia mea Archieppalis facultates atque privilegia literis Apostolicis sanctissimi Papae Pii VII gratiose collata

in aceptis refert, devotissime confisus Excellentiam vestram Reverendissimam supplex exoro, dignetur apud s. Sedem faventer intercedere, ut postquam processus canonicus informativus a sacerdote Philippo Felice Szumborski juxta specialem s. Sedis resolutionem et Vestrae Eccellentiae mandatum ab Illmo Eppo Lublinensi expeditus fuerit, praememoratus Sacerdos Szumborski pro consequendo munere consecrationis ad me relegetur, hacque ratione jura Metropolitica Ecclesiae meae Archieppalis multoties jam memoratis literis Apostolicis Papae Pii VII stabilita conserventur, exinde vero etiam Antistites ritus graeci nonuniti, quorum dioeceses sub eorum Metropolita Karlovicensi in ditionibus imperii austriaci numerosae sunt, quive acuto oculo, quomodo res Ruthenorum r. graeci uniti comparatae sunt, pervestigare solent, intelligant, quod s. Sedes Apostolica Unitos graeci ritus paterno affectu semper prosequatur, eorumque jura et privilegia augere potius clementer et multiplicare, quam supprimere aut diminuere unquam consueverit. Huic autem humillimae petitioni meae adjungo etiam aliam, ut scilicet Excellentia Vestra Rdma supremam resolutionem, quae in negotio isto a s. Sede Apostolica emanaverit, pro ulteriori norma et directione mea mandarae mihi dignetur, qui caeterum gratiis et benevolentiis Excellentiae Vrae Rdmae enixe me commendo et singulari cum cultu ac veneratione persevero" — Ecellentiae Vestrae Reverendissimae humillimus et addictissimus servus."

Sub 23 Januarii 1830 significat idem Nuntius praestantissimis his literis receptis, a se submissa esse Beatissimo Patri per Eminentissimum secretarium status ea omnia, quae Metropolita perpendebat relate ad institutionem et consecrationem novi Eppi Chelmensis. Ex responsionibus acceptis congnovi, Sanctitatem Suam ex una parte magni aestimare ea, quae consideranda exposuit Excellentia Vestra, ex alia vero parte animadvertere, commendationem sibi factam ab

Digitized by Google

Imperatore Russiae et Rege Poloniae pro Rdissimo Dno Archidiacono et Vicario Szumborski ad Eppatum Chelmensem esse summopere probandam, cum in virum dignum et praestantissimum ceciderit. Instat interea Gubernium Russiae pro executione consecrationis novi Eppi et dioecesis ipsa indiget sui Praesulis institutione. Porro Sanctitas Sua advertit et animo perspicit dificultates, quae exurgunt, si contendatur, consecrationem novi Eppi aliter fieri, quam per Eppum Polonum, et Excellentia Vra quoque potest eas facilius concipere. Bonum igitur spirituale Ecclesiae Chelmensis exigit, dari facultatem alicui ex Eppis Poloniae hanc consecrationem faciendi. Sanctissimus Pater hoc consilium necessario capiet, simulque ad Excellentiam Vestram literas dabit ad necessitatem hujus consilii utilitatemque demonstrandam. Hanc necessitatem temporum circumstantiis inductam Excellentia Vestra perspiciet, atque pro illo, quem nutrit utilitatis fidelium zelo studioque omnium concordiae voluntatem suam aequo animo cum Dei et sanctae Sedis voluntate conformabit, aliquid de iis remittendo, quae ad peculiare bonum pertinent.'

Sub 27 Februarii 1830 scribit idem Nuntius ad Metropolitam, hunc e literis sub 23 Januarii intellexisse, omnia sanctissimo Patri relata esse, quae circa jus novi Eppi Chelmensis instituendi et consecrandi in epistola ejusdem (Metropolitae) ddto 15 Septembris proposita erant, nec non per responsiones significatam fuisse Nuntio necessitatem consulendi spirituali bono Ecclesiae Chelmen. eligendi in Eppum meritissimum virum Szumborski, et consecrationis non aliter, quam per aliquem Eppum ex regno Poloniae faciendae, insuper sanctissimum Patrem hac super re literas daturum esse. „Apostolicas promissas literas huic meae humillimae adjectas Excellentia Vestra nunc reperit, ex iis perspiciet, Sanctitatem Suam non potuisse integritati jurium Excellentiae

Digitized by Google

Vestrae consulere, omne tamen studium et omnem sollicitudinem circa rem hanc habuisse, nec nonnisi ex gravissimis causis in susceptam sententiam descendisse. De caetero Excellentia Vestra Rdissima fecit ad conservanda istius Ecclesiae Metropoliticae jura, quod potuit, et si ab iis recedere necesse est, id ex novis rerum circumstantiis et proinde ex voluntate Dei repetendum est."

Pius PP. VIII.

Venerabilis Frater salutem et Apostolicam benedictionem. Novimus ex litteris Nostri apud Caesarem augustum Nuntii, certiorem Fraternitatem Tuam factam fuisse de electione Rutheni Eppi Chelmensis, quam pluribus et gravibus ex causis diutius protrahi non posse dignovimus. Hinc virum Deo bene juvante adscivimus studio religionis, prudentia et doctrina commendatum dilectum Filium Philippum Szumborski illius Ecclesiae Archidiaconum, qui eandem Vicaria auctoritate noviter procurabat. Haud quidem Nos fugerat hoc in consilio suscipiendo, quid de Rutheno Eppo Chelmensi sanctissimus Decessor Noster Pius VII constitutione praescripsit, quae incipit: „Impositum" diei 21 Februarii anno 1808. Verum ipsa Fraternitas tua probe animaadvertet, eam nunc esse Chelmensis civitatis conditionem, ut jussa illa licet tunc temporis providentissime edita, necessario in praesens conticescant. Hoc Nos negotii accurate Ipsi expendimus, atque insuper ab selecta venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregatione deduci in examen curavimus, illudque demum ad catholicae rei incollumitatem visum est decernere, ut Chelmensem Ecclesiam Rutheni ritus, que Tibi ut Leopolitano Archieppo Suffraganea suberat, ab Metropolitico hoc tuo jure

Digitized by Google

aliove quolibet, quo in eamdem ex Romanorum Pontificum munificentia fruebaris, subtractam atque Apostolicae Nostrae Sedi immediate subjectam declaremus. Id Apostolicis literis, quas in forma Brevis de novi Eppi Chelmensis electione dedimus, expresse denuntiavimus, liberam Nobis ac Successoribus Nostris potestatem reservantes constabiliendi de Metropoliticis in eam Ecclesiam juribus, quod magis in Domino duxerimus expedire. Haec venerabilis Frater pro singulari nostra et constanti erga Te voluntate Tibi significare hac epistola voluimus, probe gnari, luculentissimum s. Leonis Magni monitum ob oculos Te habere, quo sacrorum praesides edocentur: „Nequaquam Sibi consendum esse ablatum, quod sit Fratri concessum,“ ac proinde aequo Te animo laturum esse, quae religionis utilitas pro temporum ac locorum ratione postulavit. Id certe ex perspecta Tua fide, pietate ac sapientia Nobis tuto pollicemur, atque interim Nostrae benevolentiae testem Apostolicam benedictionem Tibi venerabilis Frater, Gregique Curae Tuae concredito peramanter impertimur. Datum Romae, apud s. Petrum die 3 Februarii 1830 Pontificatus nostri anno Imo. Pius PP. VIII. Venerabili Fratri Michaeli Archieppo Leopoliesi Rutheni ritus *)

Z. 33707. Hochwürdigſter Herr Erzbiſchof! Ich gebe mir die Ehre, Eurer Excellenz das beiliegende von dem h. Vater durch den päpſtlichen Herrn Nuntius und mit den h. Hofkanzleidekret von 11 Mai l. J. Z. 10522 anher zugekom- Schreiben mit der weiteren Eröffnung mitzutheilen, daß Se. k. k. Majeſtät mit a. h. Entſchließung vom 4 Mai 1830 der vom h. Vater ausgeſprochenen Aufhebung des Metropolitan Verhältniſſes zwiſchen dem Bisthum Chelm und dem Erzbis-

*) Hac ratione omnis nexus Ruthenorum Unitorum Haliciensium cum Ruthenis Unitis in Rossia sublatus extitit.

Digitized by Google

thume r. g. zu Lemberg beizuſtimmen geruht haben. Genehmigen Euere Erzellenz dieVerſicherung der ausgezeichneten Hochachtung, mit der ich zu ſein die Ehre habe Euerer Excellenz gehorſamſter Diener Stutterheim. Lemberg den 31 Mai 1830. An Se. des k. k. wirklichen geheimen Raths und Lemberger gr. kath. Herrn Erzbiſchof Michael von Lewicki Excellenz.

Adnotatio II. Obtinuimus scripturam editam in typographia N. Kamienski Posnaniae (platea Berlinensis N. 32) sub titulo „Kościoł unicki w Polsce a mianowicie dyecezya Chełmska“ h. e. Ecclesia unita in Polonia, et nominatim dioecesis Chelmensis, continentem 44 paginas, in qua habentur multa vera licet sophismatibus polonicis permixta, et in qua regnum de hoc mundo, nemque antiqua Polonia, Ruthenis unitis qua objectum eorum desideriorum et conatuum repraesentatur. Auctor incipit ab eo, quod Ecclesia ruthena unita sub imperio russico in misero versetur statu, acsi eadem Ecclesia sub polonico regimine in felici fuisset statu, et acsi recte hoc ultimum regimen pessima tractatione dictae Ecclesiae ad hanc miseram ejus sortem non posuisset fundamenta, quod etiam ille auctor in ulteriore pertractatione sua indigitat, quamvis non sine partium studio, quod tamen frustra fit, quia res haec abunde nota est. Non est vulnus hoc tegendum, potius deberet clare proponi, ut ei medicina paretur. Si Schismatici s. Unionem ruthenam male tractarunt et tractant, recte hoc condemnat eos: si vero Catholici Poloni eam male tractarunt et tractant, eamque ad praedam polonismi compararunt et comparant, hoc certe non potest laudari, et non potest non scandalisare Orientem schismaticum, qui habet aures et oculos, ut audiat et videat, quique s. Unionem ruthenam solertissime observat, et fata ejus in multis suis scriptis conscripserat et conscribit, ut hic nulli occultationi sit locus, quare eo magis necesse est, ut catholicus

Digitized by Google

orbis etiam hanc rem bene perspiciat, quatenus damna reparari possint. Damnanda damnentur, ut tali ratione fides catholica et communio ecclesiastica apprime distinguantur a Polonia et ab his oppressionibus, quibus Polonia s. unionem ruthenam et in ea fidem et communionem catholicam subjecit, putans in hoc invenire sua mundana commoda. Est sane summum tempus, repraehendere Polonos in iis, quae male faciunt, ut tandem aliquando resipiscant, utque abstineant sua profana miscere sacris, qui secus, si sacra eorum profanis non conducunt, consurgunt ipsi contra s. Sedem Romanam, uti hoc ex multis eorum scriptis videre est. Adducit quidem auctor praefatus ex breviario Romano officium s. Joannis Cantensis, inde ab an. 1770 et ex hoc officio sequentia verba:

O qui negasti nemini
Opem roganti, patrium
Regnum tuere, postulant
Cives Poloni et exteri.

His verbis certe non depraedicatur id, ut oppressiones s. Unionis Ruthenorum per Polonos justificentur, et eaedem continuentur. Neque dubitamus, Polonos poenitentia et veris catholicis virtutibus profecturos fore ad destinationem sibi per providentiam Divinam designatam.

Auctor sumit in notititiam justas querelas unitorum Ruthenorum, et in specie Galiciensium contra Polonos, et suadet, ut Poloni ad eas sine ira attendant, quae recte ostendunt, Ruthenos occupari s. Unione sua, quam etiam scriptis suis propugnant, ut tali ratione a pecato ignorantiae rerum suarum ecclesiasticarum sese liberent. Hoc loco adducit auctor quaedam antiqua opera Ruthenorum de s. Unione Ecclesiae suae, ut eadem pergent conscribere. Quum vero auctor citat etiam Cassianum Sakowicz, qui ritum graecum

Digitized by Google

et ruthenum diffamabat, et dein ad ritum latinum transivit; non possumus non observare, quod citatio haec Ruthenos non valeat aedificare.

Porro percurrens auctor breviter historiam Ecclesiae ruthenae usque ad Synodum Brestensem, non negat, regem Sigismundum III in multis erasse, affirmat tamen, quod uniti ad ritum latinum non essent pertracti; sed contrarium docet Josephus Velamiuus Rutski Metropolita unitorum Ruthenorum. Si auctor scribit, Dominos polonicos dotasse Ecclesias ruthenas, nempe Leonem Sapieha, Korsak, Gregorium Tryzna, Hieronimum Chodkiewicz; observamus ex his fuisse quosdam ruthenos, et alios Dominos polonicos appropriasse sibi fundationes ecclesiarum ruthenarum, quod auctor reticet.

Ab Urbano PP. VIII, refert auctor, obtinuisse Ruthenos Unitos Romae Ecclesiam ss. Sergii et Bachi et penes eam domum, in qua residebat generalis Procurator Basilianorum ruthenorum, (quorum aliqui bono s. Unionis Ruthenorum quidem intendebant, alii attamen promovebant res monachorum cum damno cleri rutheni saecularis, quod ipse auctor uterius recognoscere non dubitavit.) In hac Ecclesia sepultus erat Metropolita ruthenus Rafael Korsak, Romae an. 1641 mortuus.

Ulterius recognoscit auctor, schismaticos longe majori odio habere unitos, quam latinos; unde deberet unitos, recommendare speciali protectioni latinorum, quod tamen non facit, licet scribit, Polonos non esse innocentes in facie unitorum, siquidem non semper venerabantur ritum graecum unitorum ita, prouti deberent, qua approbatum ab Ecclesia catholica, et villipendebant unitos, in quo tamen non invenit malam voluntatem; quid vero in hoc erat? Ante Synodum Rrestensem, scribit auctor, Ruthenos fuisse in summa aestimatione Polonorum. Post hanc Synodum erat quoque juxta auctorem intima charitas inter Ruthenos et Polonos, ut nobilitas ruthena transiret ad ritum latinum Polonorum, et quidam Poloni intrarent in ordinem ruthenum Basilianorm. Sed

Digitized by Google

interrogamus auctorem, num Poloni et Rutheni exinde aequalia habuerint commoda? Dein auctor fatetur, Ruthenos unitos a schismaticis Ruthenis et Moscovitis oppressos non invenisse apud Polonos auxilium, quo Poloni putabant dearmare dictos schismaticos. Falsa combinatio, interjicit auctor!

Quoad pacta Hadiacensia in favorem disunitorum ignorat auctor eadem postea ad unitos applicata fuisse, quin tamen uniti exinde aliquem fructum percepissent. Ulterius quoque fatetur auctor, unitos non invenisse protectionem actualem.

Circa Synodum Zamoscenam an. 1720 celebratum observat auctor, quod eadem haud circumspecte rejecerit quasdam ceremonias in ritu graeco unitorum, de quo varii varie judicant, licet negari non possit, dictam Synodum spirasse piissimum zelum. Neque omisit eadem Synodus disciplinae monachorum prospicere. (Notum tamen est Basilianos polonos parum curasse disciplinam monasticam, ut ipse auctor ulterius scribit).

Metropolita Rutski organisavit an. 1617 provinciam Basilianorum Lithvanicam. S. S. Trinitis sub Protoarchimandrita. An. 1739 organisavit Metropolita Athanasius Szeptycki alteram congregationem Basilianorum ex dioecesibus Vladimiriensi, Luceoriensi, Chelmensi, Leopoliensi et Premisliensi sub titulo Protectionis B. V. M. Anno 1743 in Capitulo Dubnensi sub Nuntio Paulucci ambae hae congregationes subordinabantur Protoarchimandritae cum duobus Provincialibus, quod Benedicictus PP. XIV confirmavit.

Nunc venit auctor ad quaestionem: quare s. Unio ruthena derelicta erat a magnatibus, nobilitate, opulentioribus, excultis et quoque civibus ruthenis? Ad hanc quaestionem repondet auctor ita, quod hoc fecerint Rutheni dictarum cathegoriarum, transeundo ad ritum latinum, ex addictione cordium suorum Poloniae et aversione eorum a Schismaticis et eorum ritu graeco, quin ad hoc cogerentur, vel allicerentur, ipsosque

Digitized by Google

Jesuitas solennissime sese oposuisse latinisationi unionis; libere et naturaliter hoc esse factum, ex interno impulsu et interna logica. Dicunt quidem, unitos ita se liberare voluisse a villipensione, imo despectu ex parte nobilitatis polonicae et cleri polonici. Sed non est ita. Usque ad dimidium saec. XVIII nobilitas polonica non villipendebat unitos, et clerus polonicus non despiciebat unitum. Posthac(?) vero comparuit hocce peccatum Latinorum, quando jam tota nobilitas ruthena dereliquit s. Unionem, et quando clerus ruthenus remotus erat ab omni cultura. Quid quid sit, hic transitus nobilitatis unitae ad ritum latinum est magna calamitas s. Unionis, siquidem uniti privati erant omni ornamento et fulcimento, unde futura sors s. unionis dependet a solo clero unito. Hanc calamitatem non animadvertebat Polonia, neqe querelae circumspectorum unitorum audiebantur, donec s. Sedes Romana malo huic obicem ponere judicaret. Hic adducit auctor decreta Pontificum Romanorum Leonis X, Clementis VII, Pii IV, Gregorii XIII, Clementis VIII, Pauli V, Urbani VIII, Alexandri VII, Innocenti XI, Clementis XI, qui in Basilica s. Clementis Romae procuravit imaginem Apostolorum Slavorum s. Cyrilli et Methodii. Benedicti XIII, Benedicti XIV (Allatae sunt) Clementis XIII, Clementis XIV, Pii VI, Gregorii XVI et Pii IX.

Porro scribit auctor, regem Poloniae Stanislaum Augustum opposuisse sese concessioni sedis in Senatu schismatico Eppo Georgio Koninski, quum uniti easdem non haberent, et dolet, quod ad hoc cum unitis quoque venerit.

In multis locis auctor notat, unitos a Schismaticis Cosacis, Moscovitis sed etiam a Polonis, et nominatim a Confederatis Barensibus usque ad sanguinem vexatos fuisse.

In terris ruthenis an. 1772 Russiae annexis assecuravit imperatrix Catharina II suo manifesto protectionem unitis, et advenientem Petropolim Metropolitam Smogorzewski bene excepit. Poloni sua ex parte in provinciis amissis requirebant

Digitized by Google

conservationem rituum latini et graeco-catholici, quod etiam tractatu de 18 Septembris 1773 stipulabatur.

Porro auctor incriminat Metropolitam unitorum Florianum Hrebnicki (1747 — 1762), quod non curaverit Ecclesiam ruthenam unitam, quod tamen minus recte fit; habentur namque multa documenta, dictum Metropolitam apud Eppos polonicos, apud regimen polonicum et apud s. Sedem Romanam per totum tempus suae Metropolitanae jurisdictionis egisse, ut bona Ecclesiis ruthenis erepta recuperaret, et ut Rutheni uniti non pertrahantur ad ritum latinum. Recte eotum Eppi Polonici intendebant bullam Etsi Pastoralis ad Ruthenos unitos extendere. Et nos dolemus, quod Eppi rutheni his causis usque ad expirationem vexati sint, qui secus alia pro s. unione praestare potuissent. Sed quare parabantur eis tales angustiae? Successor dicti Metropolitae Philippus Wolodkowicz, etiam his negotiis occupatus erat, et a polonicis consanguineis et affinibus circa proventus suos pressus, revera negligebat sua officia, unde an. 1764 obtinuit duos Coadjutores Leonem Szeptycki, Eppum Leopoliesem, et Antonium Mlodocki, Eppum Vladimiriensem. Hi certe et in specie primus laborabant pro elevatione s. Unionis et cleri saecularis, sed non profecerunt! Ad ejus preces suffultas a Nuntio Garampi et a Sede Romana Imperatrix Maria Theresia intercedebat ad Imperatricem Catharinam II, ut sacerdotes rutheni uniti liberentur e carceribus Berdyczoviensibus, quod etiam non caruit effectu. Anno 1774 cancellarius Poloniae Mlodziejowski instabat apud regimen russicum, ut uniti juste tractarentur, sed primum ad intercessionem regis Poloniae instituebatur ab Imperatrice Catharina tribunal mixtum ex disunitis et unitis ad decidendas lites eorum.

Nunc adducit auctor ex opere Theineri edito, Romae an. 1841, sequentia memoratu digna, quia ex archivo Romano et aliis publicis documentis desumpta: „Ecclesia unita non potuit non succumbere sub persequutionibus Rossiae, et atten-

Digitized by Google

tione dignum est id, pro eadem decertasse solum clerum ruthenum unitum saecularem. Hic clerus animatus spiritu Dei et addictione erga Sedem Romanam audacter usque ad mortem decertabat. Basiliani vero curabant potius bona terrena quam religionem. Clerus saecularrs sacrificabat suum peculinm, perferebat carceres pro fide catholica, multi vero Basiliani susceperunt Schisma propter conservanda bona monasteriorum. Inter clerum saecularem eminebant educati in collegiis Pontificiis Vilnensi et Leopoliensi. Nuntius Garampi dat testimonium perseverantiae et Zeli cleri saecularis. Basiliani antea zelantes, neglexerunt suam vocationem. Quaerebant favores cleri latini, exemtionem a jurisdictione Metropolitae et Epporum ruthenorum et praedominium super clerum saecularem. Formatis duabus congregationibus s. Trinitatis et B. M. V. et excussa jurisdictione Epporum, occuparunt Basiliani fere exclusive omnes dignitates et beneficia, amovendo ab eis clerum saecularem. Oppressio ex parte eorum ita perniciosa erat pro Ecclesia, ut Roma prohibere debuerit, ne parochias sibi in dioecesibus Leopoliensi, Camenecensi et Premisliensi approprient. Basiliani rebellabant contra Eppos, licet hi e medio eorum assumebantur. Benedictus XIV damnavit hunc abusum, et demandavit obedientiam Eppis bullis „Inter plures“ (1744) et „Super familiam.“ (1750). Omnia bona ecclesiastica et eorum proventus occupabantur a Basilianis, qui ante omnia quaerebant ditari, negligendo cultum divinum, negotia spiritualia, et studendo delectamentis. Non curabant educationem cleri saecularis, et exprofesso tenebant eum in ignorantia et ruditate. Distinctiores Basiliani erant origine Poloni, qui ex ritu latino transiverunt ad graecum, quem caeteroquin oderunt, ut tantum Eppatus et Praelaturas occuparent. Hi miscebant ritum latinum ritui graeco, et juvacant latinos, pertrahere Ruthenos ad ritum latinum. Benedictus dedit aliquas bullas, castigando eorum negligentiam in educatione cleri, et occupationem bonorum ecclesiasticorum

Digitized by Google

et dignitatum, oppresionem cleri saecularis, invectionem ceremoniarum latinarum in ritum graeco-unitum, ignorantiam linguae graecae (slavicae) et librorum liturgicorum. Clerus ruthenus easdem querelas contra Basilianos exposuit in comitiis an. 1776. Congregatio sua ex parte an. 1779 severissime reprehendit Basilianos. Summum damnum erat latinisatio (et conjuncta cum ea polonisatio) Ecclesiae unitae. In provinciis ruthenis erigebantur scholae latinae, in quibus juventus ruthena latinisabatur. Hac ratione contra expessam voluntutem Sedis Romanae latinisabatur nobilitas ruthena. Populus mansit fidelis suo ritui, et avertebat se ab iis, qui ritum mutabant. Hac ratione Ecclesia unita in suis fundamentis conquassata ruere debuit. Quia solum nobilibus dabantur Eppatus et Praelaturae, quum nobilitas ad ritum latinum desciverit, necesse erat inter latinos quaerere candidatos. Hi didicerunt aliquo tempore in monasteriis basilianis ritum, attamen soepe brevi solum tempore. Ad vota regis Pius VI constituit praelatum latinum Michaelem Stadnicki Eppum Luceoriensem. Qualem autem influxum tales praelati ignorantes linguam et ritum habere poterant? Mox comparuerunt tristissimae sequelae. Eodem tempore, quando Rossia omnibus viribus pessumdabat Ecclesiam unitam, remansit populus sine auxilio. Equidem nobilitas polonica protegebat unitos (non semper, imo opprimebat eos in favorem schismaticorum, uti scribit Brodowicz,) sed fecit hoc magis ducta politicis consiliis. Si uniti haberent suam propriam nobilitatem potuissent sese salvare. Rossia non permittebat latinis protegere unitos, et praesentabat eos populo qua proditores. Auctor noster opponit id, quod non omnes Basiliani tales fuerint, (sicut et Poloni loquuntur, non omnes Polonos esse oppressores Ruthenorum et eorum ritus, quum autem Rutheni quaerunt, qui ex Polonis faveant Ruthenis, tales nominari non possunt.) Non negamus, fuisse forsitan bonos Basilianos, sed hi non sunt noti, neque aliquid praestare valebant.

Digitized by Google

Metropolita Leo Szeptycki laudatur, quod disciplinam ecclesiasticam manuteneret Ejus Successor (an. 1780) et simul Archieppus Polocensis, Jason Smogrzewski in summis angustiis manifestavit prudentiam, quae ei maximam veneratio nem conciliavit. Papa Pius VI concessit ei et Succedaneis, triginta sacerdotes ruthenos saeculares distinguere aureis crucibus, in aurea catena portandis. Successor ejus an. 1787 Metropolita Theodosius Rostocki erat Romae educatus, rerequirebat Eppos et Sacerdotes, ut gregibus suis invigilent, populum excolere studeant, et transitum ad ritum latinum non permittant. Pius Papa VI animabat Unitos, comitia polonica delegabant commissionem pro rebus unitorum, ut Capitula et seminaria ruthena instaurentur. An. 1795 appromisit Prussia, quod in terris ruthenis ei annnexis, nempe in dioecesibus Vladimiriensi et Brestensi ritus uthenorum conservabitur, et in monasterio Suprasliensi, an. 1553 a Metropolita Josepho Soltan fundato. erigebatur Eppatus, cujus praepositus Theodorus Wislocki an. 1799 Eppus factus est. In alba Russia regimen russicum inter alia media extirpandi unionem adhibuit hoc, quod cogeret unitos ad ritum latinum transire. An. 1780 Catharina II venit Polociam et Mohiloviam, ubi etiam venit Imperator Austriae, et unitis secundum relationem Stebelski nullos favores exhibuit. Post longas primum negotiationes Papae Pii VI factus est Lissowski Archieppus Polocensis. Anno 1783 declarabatur idem Eppus qua caput unitorum in Rossia. Eppus Mohiloviensis r. l. Siestrzencewicz designabatur in Metropolitanum latini et uniti ritus, qui cogebat unitos sacerdotes, suscipere liturgiam latinam, quo dictos Sacerdotes in dioecesibus Polocensi et Smolenscensi ad schisma retrudebat. Post tertiam divisionem Poloniae regimen russicum assecuravit jura unitorum, verum tamen orgasinavit secundum consilia Archieppi disuniti Bulgari missionem disunitam ad convertendos unitos, quae vi militari adjuta perduxit multos unitos ad schisma. In loca-

Digitized by Google

litatibus, in quibus centum domus non erant, prohibebatur, ne parochi uniti constituantur. Eotum amiserunt uniti ad millionem fidelium et multas Ecclesias, prout Archieppus disunitus Mohiloviensis in suis literis ex an. 1795 enarrat. In Podolia vero Eppus Leopoliensis et Camenecensis Petrus Bielański fortiter propugnabat s. Unionem petendo auxilia Papae et Imperatoris Leopoldi II. Imperatrix Catharina II suspendebat jurisdictionem Metropolitae Rostocki, et abrogavit Eppatus unitos praeter archieppatum Polocensem. Bona Eppatuum ruthenorum declarabantur qua cameralia monasteria abrogabantur, et scholae Basilianorum claudebantur. Uniti Basiliani praeprimis origine Poloni abibant in Galiciam, et revertebantur ad ritum latinum. Archieppus Lissowski defendebat s. Unionem in alba Russia. Post mortem Catharinae II Imperator Paulus I cessavit a persecutione unitorum, et ad ejus requisitionem misit Papa Pius VI Legatum Litta an. 1797, ut res ecclesiasticae catholicorum in Russia regularentur. Hic Legatus dedit Imperatori promemoria, et requirebat, ut antiqua organisatio Ecclesiae unitae restitueretur, quod quidem non obtinuit, verumtamen concedebatur ei, ut tres uniti Eppatus Polocensis, Luceoriensis et Brestensis cum monasteriis virorum et monialium S B. M. nominetenus Zydyczynense, Ovrucense Vladimiriense, Barense, Dubnense, Poczajoviense Zyrovicense, Minscense etc. restaurarentur. Archieppus Polocensis erat Lissowski, in Eppos vero Luceoriensem designabatur Stefanus Lewiński, et Brestensem Josaphat Bulhak. Item organisabatur hierarchia latina, et Eppus Siestrzencewicz factus est Metropolita Latinorum. Hanc transactionem confirmavit Pius PP. VI bulla „Maximis undique pressi“ ex captivitate Florentiae die 18 Octobris 1798. Legatum Litta excepit Arezzo, post cujus adventum efformabatur Petropoli collegium romano-catholicum pro rebus ritus latini et uniti sub praesidente Metropolita latino Siestrzencewicz; magis autem respirare coeperunt uniti sub Alexandro

Digitized by Google

I. Persistebant nempe in unione, et resistebant pro viribus schismati, secus regimen russicum non duceret eis favores suos exhibére. An. 1806 mortuus est Petropoli Metropolita Rostocki, et Archieppus Lissowski obtinuit titulum Metropolitae unitarum Ecclesiarum in Russia (non vero Kijoviensis et Haliciensis.) Mortuo Lissowski an. 1809 factus est Metropolita Gregorius Kochanowicz Eppus Luceoriensis (ab an. 1806.) Archieppus vero Polocensis factus est Joannes Krassowski. Dioecesis Brestensis, ad quam an. 1807 tractatu in Tilsit venit etiam Suprasl, divisa erat in Brestensem et Vladimiriensem. In Eppum Vladimiriensem nominatus erat Leo Jaworowski. Andreas Holownia factus est Suffraganeus Metropolitae cum titulo Eppi Orszanensis. Eppi uniti convenerant an. 1810 Petropolim, contestati sunt suam fidelitatem erga Sedem Romanam, et declararunt, quare confirmationem Sedis Romanae non expectaverint. Hanc Epikiam confirmavit Imperator. Consecratio nominatorum Epporum subsequuta est Vilnae cum magna solennitate et cum magno concursu fidelium. An. 1804 mortuus est Metropolita Kochanowicz, imperatore vero extra fines imperii bellis et aliis negotiis occupato vacabat Metropolia per tres annos, dein nominabatur Metropolita Josaphat Bulhak, alumnus propagandae, Luceoriensis vero Eppus factus est Jacobus Matuszewicz et ejus Suffraganeus cum titulo Eppi Pinscensis Cyrillus Sierocinski. Dictus Metropolita scripsit ad Papam Pium VII et Praefectum propag. Litta, ut s. Sedes Romana antiquam disciplnam Ecclesiae unitae apud Imperatorem urgeret, et eum ab omni irregularitate absolveret. Verumtamen Petropoli nolluerunt Ecclesiam unitam organisare. Bulhak nominabatur a Pio PP. VII legatus cum privilegiis Metropolitanis. Senex iste regebat Ecclesiam unitam quiete usque ad mortem Alexandri I. In ducatu Varsaviensi organisabatur dioecesis unita Chelmensis, et in Eppum nominabatur Ferdinandus Ciechanowski cum sede in Senatu.

Digitized by Google

Sub imperatore Nicolao I inde ab an. 1826 mutata est facies rerum. Imperator (provocando ad id, quod in unione ritus graecus Ruthenis relictus erat, nihilominus tamen latinisationem et polonisationem subiverit,) prohibuit libros liturgicos unitorum, et an. 1828 efformavit distinctum collegium graeco-unitum ad regendam Ecclesiam unitam, et ad conservandum ritum graecum, prout in Synodo Brestensi statutum erat, (sine respectu ad Synodum Zamoscensem,) et in locum existentium dioecesium unitarum erexit duos Eppatus, Alborussicum in Polock et Lithvanum in Zyrovice. Basiliani subjiciebantur Eppis, quorum superiores a Collegio nominandi erant. Quaevis eparchia debuit habere suum Seminarium, suas scholas penes Ecclesias Cathedrales et suas scholas in monasteriis. In Polock erigebatur academia unita. Ad Collegium vocabantur Metropolita, Eppus et Archimandrita, nominati ab Imperatore, et quatur Spirituales eligendi per Eppos et Consistoria. Anno 1830 revolutio polonica iterum mutavit rerum faciem. (In hanc revolutionem uniti et in specie monasterium Poczajoviense implicati erant.) Anno 1832 abrogatus erat provincialiatus Basilianorum, dein claudebantur noviciatus, et posthac abrogabantur monasteria S. B. M. unitorum, in specie vero monasterium Poczajoviensi, quia Basiliani uniti, inter quos multi erant origine Poloni, promovebant revolutionem, quod autem auctor non vult concedere. Monasterium Poczajoviense assignabatur Eppo disunito loco Eppi uniti in Volhynia Luceoriensis, an. 1828 abrogati. Etiam Polociae erigebatur Eppatus disunitus. Posthac comparuerunt aliae leges circa matrimonia mixta inter disunitos, unitos et latinos, porro ne sacerdotes latini unitis extra cassum necessitatis sacramenta administrent, et ne uniti compareant ad divina ritus latini. Etiam scholae et seminaria unitorum claudebantur, nec non academia in Polock, cujus alumni transferebantur Petropolim. Denique collegium unitum conjungebatur cum Synodo disunita Petersburgensi, et in prae-

Digitized by Google

sidem ejus constituebatur Joseph Siemaszko Eppus suffraganeus Metropolitae Bulhak, qui super Eparchiam Lithvanicam positus erat, quique his omnibus passivam tantum resistentiam opposuit, timens iram Imperatoris. Ad mandatum datum a Siemaszko libri liturgici unitorum abrogabantur, et editi Moscoviae an. 1831 introducebantur, insuper cassabantur ikonostasi, prohibebantur campanulae et missae lectae, litaniae, rosarii, processiones die corporis Christi, interdicebantur conciones, porro introducebantur calices, cyboria et ornatus secundum ritum graecum. Nominatio quoque parochorum Eppis adempta erat, et concredebatur Gubernatoribus. Haec fiebant intra 1833—1834. Uniti attamen resistebant. Nunc coeperunt decipere eos donis et persequutionibus. Ecclesiae unitis eripiebantur, sacerdotes vero uniti transportabantur in alias oras, monachi et moniales pellebantur ex monastariis. Persequutiones monialium coeperunt an. 1838 in Minsk. Transitus unitis ad ritum latinum erat prohibitus. Auctumno an. 1838 convenerunt Eppi uniti Siemaszko, Orsanensis Basilius Lusinski et Brestensis Antonius Polociae, et conscripserunt actum unionis cum Ecclesia disunita Metropolita Bulhak non accesit huic consilio, qui interim mortuus est. Mense Februario 1839 actus his synodalis proclamabatur. Illum actum subscripserunt Josephus Siemaszko Eppus Lithvanicus, Basilius, Eppus Orszanensis et Antonius Eppus Brestensis, et alii 21 praelati et sacerdotes. — Romae de super capta notitia Gregorius PP. XVI die 29 Novembris summo cum dolore damnavit apostasiam illam Epporum praefatorum. Dolet autor, quod orbis catholicus indifferenter illam notitiam exceperit; et nos dolemus, orbem catholicum indifferenter considerasse angustias unitorum tum ex parte Polonorum tum ex parte Magno-Russorum. Contra eos, qui in unione permanserunt, regimen russicum adhibebat persecutiones, et multi uniti sacerdotes recipiebant sese in Galiciam. An. 1842 iterum conquestus est Papa, quod uniti patiantur

Digitized by Google

persecutiones in Russia, et Cardinalis Pacca depinxit eorum statum qua deplorandum et non describendum. Hoc tempore sub die 10 Marii 1841 dedit Metropolita Ruthenornm Haliciensis Michael Lewicki fortissimas literas contra schisma, enumerando insimul beneficia Sedis Romanae et Regiminis Austriaci pro unitis Ruthenis in Galicia exhibita. Gravitatem haram literarum agnovit Gregorius PP. XVI Suis literis ddto 17 Julii 1841. Roma amputabat res Ecclesiae unitae, ut unio in dioecesi Chelmensi et in Galicia firmetur. Quaerebantur et in veniebantur aliquae fundationes rutheni Collegii erecti a Gregorio PP. XIII per Cardinalem Altieri, ex quo tempore sex juvenes rutheni educantur Romae. Cogitabatur etiam de domo Basilianorum ad Ecclesiam ss. Sergii et Bachi, quam sub Urbana PP. VIII emerunt iidem, adornarunt et ampliarunt. Penultimus Procurator Basilianorum Romae erat Jordanus Mickiewicz, mortuus anno 1826; successor ejus erat Anatolius Wilczyński missus ab Eppo Ciechanowski, mortuus an. 1829. Regimen russicum tradidit hanc domum Propagandae sub conditione, ne alienetur sed pro Basilianis reservetur, quando rite mittentur. Nunc ibidem habitat exprovincialis Basilianorum ex Polonia Michael Dąbrowicki et Basilianus Niconosa Krajewski cum rectore Italiano, quem sustentat propaganda.

Ab an. 1757 erat Eppus Chelmensis Basilianus Ryllo, qui Chelmae erexit Seminrium sub Basilianis, (ex quo etiam Galicia obtinebant haud excultos sacerdotes unitos. Post Eppum Ryllo, Premisliam traslatum, factus est Eppus Chelmensis Porphyrius Ważyński, anno vero 1810 Ciechanowski, qui clero saeculari unito favebat, et Capitnlum Chelmense instauravit, contra quod Basiliani excipiebant, acsi esset aliquid latini, et qui an. 1819 obtinuit coadjutoram Vincentium Siedlecki, Eppum cum titulo Belzensis. An 1836 factus est Eppus

Digitized by Google

Chelm. Felicianus Szumborski, tunc an. 1834 erectus erat Varsaviae Eppatus disunitus, strenuus defensor Unionis, qui Petropolim an. 1840 vocatus erat, acepta in itinere cum Paulo Szymański epistola sub 23 Maji a Gregorio PP. XVI, qua ad constantiam monebatur. Chelmam reversus excipiebatur ab unitis cum omni veneratione et mortuus est an. 1851. Ejus titularis Eppus Belzensis Taraszkiewicz obtinuit Administrationem Eppatus Chelmensis.

Auctor convertit oculos suos ad Eppatus ruthenos graeco-catholicos in Galicia, qui constituunt firmamentum unionis Ruthenorum, gaudentes variis beneficiis imperantium Austriae, et habentes bene excultum clerum saecularem. Verum tamen auctor requirit Ruthenos Galicienses, ut ita sicuti Rutheni in dioecesi Chelmensi intimam cum Polonis foveant amicitiam, qui quidem male tractabant unitos, sed pro hoc jam luunt poenas. Quare damnantur Rutheni in Galicia, eoorumque organum ephemerides „Zorja halicka,“ quod nolint esse fidelissimi filii Poloniae, sicut Rutheni Chelmenses, acsi post divisionem Poloniae Rutheni nullas injurias a Polonis patiendas haberent. Hoc sub respectu debachabant Poloni contra suprafatam ephemeridem ruthenam, acsi tenderet ad schisma, ad moscovitismum, quia non tendebat pro restauranda Polonia. Neque inde mirum, si Nuntius Viennensis Viala Prela ad informationem Polonorum hanc ephemeridem coram Ruthenis Viennam venientibus qua pessimam declararet.

Itaque auctor hujus opusculi non Ruthenus sed Polonus, tenet illud antiquum Polonorum principium: „Rutheni debent Poloni fieri, h. e. latinisari et polonisari, ut sint Catholici.“ Sed principium hoc pessumdedit Polonos et Ruthenos, nec non eorum s. unionem, quia Magno-Russi, dicti Moscovitiae, incontra judicant: „Ne Rutheni fiant Poloni, debent fieri Magno-Russi et Schismatici.“ Eodem enim jure, quo Poloni intendunt facere ex Ruthenis Polonos, possunt Rutheni traduci ad Magno-Russimum et schisma. Ad haec respondebat

Digitized by Google

praefata ephemerides, et respondent aliae ephemeride catholicae secundum verba Benedicti XIV in bulla „Allatae sunt,“ quibus dictus Papa optat conservationem nationum Orientalium, neque vult destructionem ritus graeci: „Rutheni (Parvo-Russi) neque fiant Poloni, neque Magno-Russi, neque latini neque schismatici, sed prouti sunt, Rutheni catholici cum ritu graeco-Slavico.“ prouti antiquitus erant.

Alia ex egoisticis scripturis polonicis, quae sub praetextu catholicitatis latinisare et polonisare vult Ruthenos unitos, comparuit sub titulo: „Wiadomości niektore do dziejów kościoła katolickiego w polsko-rossyjskich prowincyach od rozbioru Polski aż do najnowszych czasów przez ks. Marcellego Sydona Śleczkowskiego, plebana Szarzyńskiego z dyecezyi Przemyskiej. W Jaśle, 1861.“ Describendo persecutiones unitorum in Rossia intendit auctor Poloniam et Polonos lavare, et Ruthenis ritum eorum graecum qua aliquid depingere, quod cedere deberet locum ritui latino, ut itaque Rutheni latinisentur et polonisentur. Antiqua cantilena non in aedificationem sed destructionem ritus graeci et nationalitatis ruthenae, acsi Polonia vocata esset Orientem reducere per polonismum ad Catholicismum. Frustra, putamus, canitur haec cantilena!

Adnotatio III. Circa recessum trium Epporum ruthenorum ad Schisma an. 1839 prodivit libellus: Uiber die Wiedervereinigung der Uniaten mit der rechtgläubigen Kirche in ruſſiſchen Reiche Aus dem ruſchiſchen überſetzt von Auguſt v. Oldekop. Stuttgart, 1840.“ In praefatione hujus opusculi exhibetur, quod unio ecclesiastica Ruthenorum tracctaretur a Polonis qua medium ad politica eorum consilia, quod Poloni expiscarentur lites inter Ruthenos unitos et disunitos ad sua, et quod Ruthenis sive unitis sive disunitis restaret calix amaritudinum et angustiarum, quatenus disuniti

Digitized by Google

ad unionem et uniti ad latinismum et polonismum compellerentur. Ecclesiae ruthenae et eorum bona occupabantur a clero polonico. In pagis et oppidis nobiles polonici impune opprimebant Ruthenos, ad quod adhibebantur etiam Judaei, quibus Ecclesiae ruthenae pro certa pecuniae summa in arendam cum cauponis tradebantur, quam quidem summam Judaei a sacerdotibus et fidelibus requirebant, dando claves Ecclesiarum pro peragendis sacris, quod confirmat scriptor polonicus Josefowicz verbis: „In tantum in partibus illis insolens Polonorum dominatio processerat, ut etiam jus super Ecclesias recutitae genti tribuerent.“ Exinde promanarunt bella intestina inter Polonos et Ruthenos, in quibus et Poloni et eo magis Rutheni uniti et disuniti sine numero necabantur. Clerus polonicus cum Basilianis illis, qui erant origine Poloni, abrogabat ceremonias ritus graeci, et introducebat latino-polonicas, necnon pertrahebat unitos ad ritum latinum Polonorum. Ipsa lingua ruthena retrudebatur ex scholis, ex usu publico et ex usu ecclesiasiico, ut cederet locum linguae polonicae. Adducimus jam actum synodalem Epporum ruthenorum, quo iidem defecerunt ad schisma, quo autem distinctio inter nationalitates ruthenam (parvo-russicam) et magnorussicam clare et distincte non exponitur secundum illud principium: „Ne Rutheni fiant Poloni, debent fieri Magno-Russi et Schismatici,“ quod principium damnamus ita, sicut polonicum: „Rutheni debent fieri Poloni, ut sint catholici,‘, et statuimus: „Rutheni, prouti antiquitus erant, sunt Rutheni, distincti a Polonis et Magno-Russis, et volunt esse catholici ritus graeco-Slavici.“ Memoratus actus sonat:

———

Digitized by Google

Der Conciliar-Act der griechiſch-unirten Kirche in Rußland.

Im Namen des Vaters und des Sohnes und des heiligen Geiſtes.

Wir, durch die Gnade Gottes, die Biſchöfe und das geweihte Conzilium der griechiſch-unirten Kirche in Rußland, haben in mehrmaligen Berathungen Nachfolgendes in Erwägung gezogen.

Unſere Kirche war ſeit ihrem Erſtehen in der Einheit mit der heiligen, apoſtoliſchen, orthodox-katholiſchen Kirche, welche von Gott dem Herrn und unſerem Erlöſer Jeſus Chriſtus im Orient angepflanzt ward, vom Orient aus die Welt erleuchtet und ſeither die göttlichen Dogmen der Chriſtuslehre unverſehrt und unabänderlich bewahrt hat, ohne etwas von menſchlicher Klügelei hinzuzufügen. In dieſem geſegneten und überglücklichen öcumeniſchen Verbande bildete unſere Kirche einen unzertrennlichen Theil der griechiſch-ruſſiſchen, ſo wie auch unſere Vorfahren durch Sprache (?) und Abſtammung, ſtets einen unzertrennlichen Theil des ruſſiſchen Volkes gebildet hatten. Aber die bedauernswerthe Losreißung der von uns bewohnten Provinzen von unſerer Mutter — Rußland, trennte auch unſere Vorfahren von der wahren(?) katholiſchen Einheit und die Gewalt fremder Eroberung unterwarf ſie der Herrſchaft der römiſchen (polniſchen) Kirche unter dem Namen der Uniaten. Obgleich ihnen auch von derelben durch formelle Documente der orientaliſche Gottesdienſt in der ruſſiſchen (?) Mutterſprache, alle heilige Gebräuche und alle Satzungen der orientaliſchen Kirche geſichert wurden und obgleich für ſie ſogar der Übertritt zum römiſchen Cultus verboten ward (der offenbarſte Beweis, für wie rein und untrüglich unſere alten orientaliſchen Sa-

zungen anerkannt wurden!); allein die ſchlaue Politik der damaligen Republick Polen und die mit ihr übereinſtimmende Richtung der örtlichen lateiniſchen Geiſtlichkeit, welche den Geiſt des ruſſiſchen Volksthumes und der alten Gebräuche des rechtgläubigen Orients nicht litt, wandten alle ihre Kräfte an, um, wo möglich, ſogar die Spuren der urſprünglichen Abſtammung unſeres Volkes und und unſerer Kirche zu verwiſchen. Durch dieſe vereinte Anſtrengung wurden unſere Vorfahren, nach Annahme der Union, dem unglücklichſten Looſe Preis gegeben. Der in ſeinen Rechten bedrängte Adel trat zum römiſchen Glauben (Ritus) über; aber Bürger und Bauern, welche die in der Union noch aufbewahrten Gebräuche der Vorfahren nicht veränderten, erliten die ſchwerſte Bedrückung. Aber bald begannen unſere Gebräuche und heiligen kirchlichen Ceremonien, die Satzungen und ſogar der Gottesdienſt unſerer Kirche ſich bedeutend zu verändern, an deren Stelle ganz unpaſſende lateiniſche traten. Die griechiſch-unirte Pfarr-Geiſtlichkeit, der Mittel zur Bildung beraubt, in Armuth und Erniedrigung, wurde von der römiſchen unterjocht und war in Gefahr gänzlicher Vernichtung oder Umgeſtaltung, wenn nicht der Allerhöchſte dieſen Jahrhunderten langen Leiden dadurch ein Ende gemacht hätte, daß die von uns bewohnten Provinzen — Ruthehias altes Erbe, — wieder unter Rußlands Herrſchaft zurückkehrten. Dieſes glückliche Ereigniß benutzend, vereinigte ſich ſchon damals ein großer Theil der Uniaten mit der orientaliſchen orthodox-katholiſchen Kirche, und bildet bereits, wie vormals, einen unzertrennlichen Theil der Kirche aller Reußen; die übrigen fanden nach Möglichkeit der wohlthätigen ruſſiſchen Regierung Schutz vor der Anmaßung der römiſchen Geiſtlichkeit. Allein der väterlichen Freigebigkeit und dem väterlichen Schutze unſeres jetzt glücklich regierenden gottesfürchtigſten Herrn und Kaiſers Nikolai Pawlowitſch verdanken wir jetzt die gänzliche Unabhängigkeit unſerer Kirche, die gegenwärtigen Mittel zur zweck-

Digitized by Google

mäßigen Bildung unſerer geiſtlichen Jugend, die gegenwärtige Erneuerung und den ſteigenden Glanz unſerer heiligen Tempel, wo der Gottesdienſt in der Sprache unſerer Vorväter gehalten wird, und wo die heiligen Gebräuche in ihrer alten Reinheit wieder hergeſtellt ſind. Überall werden allmählig alle Satzungen unſerer ſeit Alters orientaliſchen ſeit Alters ruſſiſchen Kirche wieder eingeführt. Es bleibt nur zu wünſchen übrig, daß dieſe alte, Gott wohlgefällige Ordnug auch für künftige Zeiten für die ganze uniatiſche Bevölkerung in Rußland befeſtigt werden möge, damit durch gänzliche Wiederherſtellung der frühern Einheit mit der ruſſiſchen Kirche dieſe früheren Kinder derſelben im Schooſe ihrer wahren Mutter die Ruhe und das geiſtige Fortſchreiten gewinnen mögen, deren ſie während ihrer Entfremdung beraubt waren. Durch die Gnade Gottes waren wir von unſerer alten Mutter, der orthodox-katholiſch-orientaliſchen Kirche, und insbeſondere von der ruſſiſchen Kirche, auch vormals nicht ſo ſehr durch den Geiſt, als durch äußere Abhängigkeit und unangenehme Ereigniſſe getrennt; jetzt aber haben wir uns durch die Gnade des allgütigen Gottes derſelben wieder ſo ſehr genähert, daß es ſchon nicht ſo ſehr nöthig iſt, unſere Einheit mit ihr wieder herzuſtellen, als ſelbige in Worte zu kleiden.

Nachdem wir alſo in heißen herzlichen Gebeten den Segen Gottes und unſeres Erlöſers Jeſus Chriſtus (der allein das wahre Haupt der einigen wahren Kirche iſt) und des heiligen alles vollbringenden Geiſtes angefleht, haben wir feſt und unabänderlich beſchloſſen:

1) Aufs Neue die Einheit unſerer Kirche mit der orthodox-katholiſchen Kirche anzuerkennen und daher von nun an, vereint mit den uns anvertrauten Heerden in Einheit der Geſinnung zu bleiben mit den heiligſten orientaliſch-orthodoxen Patriarchen und im Gehorſam gegen den heiligen dirigirenden Synod aller Reußen.

Digitized by Google

2) Den gottesfürchtigſten Kaiſer und Herrn allerunterthänigſt zu erſuchen, dieſes unſer gegenwärtiges Vorhaben in Seinen allerhöchſten Schutz zu nehmen, und die Ausführung deſſelben, zum Frieden und zur Rettung der Seelen, nach Seinem allerhöchſten Wohlgefallen und Seinem Herrſcher-Willen zu befördern, auf daß auch wir unter Seinem wohlthätigen Scepter, ſammt dem ganzen ruſſiſchen Volke, mit durchaus einigen und unterſchiedenen Lippen und mit einigem Herzen preiſen mögen den dreieinigen Gott nach dem alten Ritus der Apoſtel, nach den Satzungen der heiliöcumeniſchen Concilien und nach der Überlieferung der hohen Kirchenväter und Lehrer der orthodox-katholiſchen Kirche.

Zur Beſtätigung dieſes bekräftigen wir, die Biſchöfe und die obere Geiſtlichkeit, dieſen Conciliar-Act mit unſern eigenhändigen Unterſchriften, und fügen zur Beglaubigung der allgemeinen Einwilligung der übrigen griechiſch-unirten Geiſtlichkeit die eigenhändigen Erklärungen der Geiſtlichen und der Kloſterbrüder in Allem tauſend dreihundert und fünf Perſonen hinzu.

Gegeben in der von Gott erhaltenen Stadt Polotsk im ſiebentauſend dreihundert ſieben und vierzigſten Jahre nach Erſchaffung der Welt und im tauſend achthundert neun und dreißigſten Jahre nach der Menſchwerdung des göttlichen Wortes, im Monat Februar am zwölften Tage, in der Woche der Rechtgläubigkeit.

Das Original haben unterzeichnet:

Der demüthige Joſeph, Biſchof von Lithauen.

Der demüthige Baſilius, Biſchof von Orſcha, Verwaltender der weißruſſiſchen Eparchie.

Der demüthige Anonius, Biſchof von Breſt, Vikarius der litthauiſchen Eparchie.

Der Beiſitzer des griechiſch-unirten geiſtlichen Collegiums Cathedral-Protohierei Ignatius Pil'chowſkij.

Digitized by Google

Der Beiſitzer des griechiſch-unirten geiſtlichen Collegiums, Cathedral-Protohierei Johannes Koniuſchewſkij.

Der Beiſitzer des griechiſch-unirten geiſtlichen Collegiums, Cathedral-Protohierei Leo Pan'kowſkij.

Der Präſident des lithauiſchen Conſiſtoriums, Cathedral-Protohierei Antonius Tupal'ſkij.

Der Präſident des weißruſſiſchen Conſiſtoriums, Rector des Seminariums, Cathedral-Protohierei Michael Schelepin.

Der Vice-Präſident des lithauiſchen Conſiſtoriums, Cathedral-Protohierei Michael Golubowitſch.

Der ſtellvertretende Rector des lithauiſchen Seminariums, Cathedral-Protohierei F. Gomolizkij.

Der Vice-Präſident des weißruſſiſchen Conſiſtoriums, Protohierei Conſtantin Ignatowitſch.

Das Mitglied des lithauiſchen Conſiſtoriums und Oeconom des Seminariums, Kreuzes-Igumen Joaſaph Wuiſchinſkij.

Das Mitglied des weißruſſiſchen Conſiſtoriums, Igumen Joſeph Novizkij.

Der Inſpektor des weißruſſiſchen Seminariums, Cathedral-Protohierei Thomas Maliſchewſki.

Der Inſpector des lithauiſchen Seminariums, Kreuzes-Prieſtermönch Ignatius Shekiaſowſkij.

Der Aufſeher der Gewandkammer der Sophien-Cathedrale, Cathedral-Protohierei Michael Kopezkij.

Der Oeconom des weißruſſiſchen Seminariums, Cathedral-Protohierei Joannes Schtſchenſnowitſch.

Der Beiſitzer des lithauiſchen Conſiſtoriums, Cathedral-Protohierei Placidus Jankowſkij.

Der Beiſitzer des weißruſſiſchen Conſiſtoriums, Protohierei Johannes Glübowſkij.

Der Beiſitzer des lithauiſchen Conſiſtoriums, Gregorius Kuzewitſch.

Digitized by Google

Der Beiſitzer des weißruſſiſchen Conſiſtoriums Hierei Johannes Stſchensnowitſch.

Der Beiſitzer des weißruſſiſchen Conſiſtoriums Thomas Okolowitſch.

Der ſtellvertretende Secretair bei dem hochwürdigen Biſchof von Lithauen, Kreuzes-Prieſtermönch Fauſt Michnewitſch.

Der ſtellvertretende Secretair des hochwürdigen Antonius, Prieſtermönch Peter Michalewitſch.

Ex occasione hujus nefandi defectus ad schisma habetur:

Sanctissimi Domini Nostri Gregorii Divina Providentia Papae XVI Allocutio habita in Consistorio Secreto X. Kal. Decembr. MDCCCXXXIX Romae. Ex Typographia Rev. Cam. Apost. 1839.

Venerabiles Fratres

Multa quidem gravia et acerba inde ab inito Apostolici officii munere coacti fuimus diuturna temporum adversitate ex hoc ipso loco nuntiare. At quod in hodierno Coetu Vestro moerorem inter ac luctum Ecclesiae universae sumus nuntiaturi, ejusmodi profecto est, ut malorum, quae alias ingemuimus, longe superet acerbitatem.

Nemo Vestrum ignorat, Ruthenos Episcopos, omnemque inclytam nationem illam, quae post susceptam cum Christiana Fide Catholicam unitatem misere ab ea defecerat, et proprii sermonis usu Graecoque ritu retento, luctuosum Graecorum schisma sequebatur, de firmo ac sincero ad Romanam Ecclesiam reditu non semel, divina excitante gratia, cogitasse. Hinc primum in Oecumenica Florentina Synodo una cum Graecis Archiepiscopus Kioviensis totius Russiae Metropolita celebratissimo unionis decreto subscripsit. Licet autem res in

Digitized by Google

irritum mox cesserit per obortas turbas, et hostiles eorum conatus, qui lumini rebelles schismati pertinacius adhaerebant; numquam tamen Episcoporum praesertim consilia et studia in id ipsum destiterunt: illuxitque tandem dies auspicatissimus, quo, faciente Deo misericordias suas, Ruthenorum genti datum erat ad desertae Matris sinum reverti, sanctamque illam rursus ingredi Civitatem, ab Altisimo fundatam, in qua unice fas est salutem invenire. Qui enim saeculo decimo sexto exeunte piissimi Sigismundi III, Poloniae et Sveciae Regis ac Magni Lithuaniae Ducis civili dominationi suberant Rutheni Antistites, cum memoria repeterent concordiam, quae inter Orientalem et Occidentalem Ecclesiam antea viguerat, quamque majores sui sub Apostolicae Sedis regimine impense foverant; non vi coacti aut artibus decepti, non animi vel ingenii levitate ducti, non temporalis commodi illecebris allecti, sed sola supernae lucis claritate perfusi, sola demum salutis suae et comissarum sibi ovium cupidine incensi, post habitam in communi conventu de tanto negotio deliberationem, per binos Collegas ad hanc Beati Petri Cathedram totius Cleri ac Populi nomine legâtos, Schismaticorum erroribus penitus ejuratis, Romanae Ecclesiae rursus consociari, pristinaeque cum illa unitati restitui postularunt. Quo tunc caritatis studio Clemens VIII sa. me. Praedecessor Noster eos inter Catholici Orbis plausus exceperit, qua deinde sollicitudine Sancta haec Sedes ipsos constanter fuerit prosequuta, qua indulgentiae sagacitate tractaverit, quod quantisque modis juverit, apertissime testantur complures Apostolicae Constitutiones, quibus tum peculiares gratiae et maxima beneficia in gentem illam collata sunt, tum servati ipsius Clero, quatenus Catholicae unitati non officerent, sâcri ritus ab orientalis Ecclesiae consuetudine profecti, tum erecta pluribus in locis, ac praesertim Vilnae, vel annuo censu ditata Collegia ad Ruthenae nationis Clericos in sanctitate fidei morumque instituendos. Molestis-

Digitized by Google

simum equidem fuit, instauratam adeo feliciter cum Romana Ecclesia Ruthenorum conjunctionem adversis vicibus fuisse progressu temporis obnoxiam. Illud tamen supererat omnino laetandum, quod ingens illorum pars, sacrorum inprimis Praesulum constantia praeeunte, tam firmiter Apostolicae Sedi devota, atque ab hoc unitatis centro indivulsa permanserit, ut, serpentibus licet elapso saeculo per suas regiones inanis philophiae fallaciis, pravisque opinium commentis, a Catholicae doctrinae fideique integritate nullomodo deflexerit.

At o miseram et infelicem rerum conversionem! O durissimam et nunquam satis lamentandam Ruthenae gentis calamitatatem! Quos namque patres ac pastores proximis temporibus acceperat, quosque idcirco duces ac magistros experiri debuisset, ut arctiori usque nexu corpori Christi, quod est Ecclesia, juncta servaretur; eos nuper in extremam suam perniciem sensit novae defectionis auctores. Hoc porro est, Venerabiles Fratres, quod Nos anxios vehementer et sollicitos habet: hoc ad ingruentes undique amaritudines accessit lacrymis potius quam verbis commemorandum. Fatemur quidem, Nos initio adduci nequaquam potuisse, ut fidem iis omnibus adhiberemus, quae hac tristi de re fuerant rumore perlata; inspecta praesertim summa locorum distantia, et gravi, qua angimur difficultate cum Catholicis passim ibi degentibus communicandi. Atque id causae fuit, cur hactenus distulerimus clamores questusque Nostros pro mali magnitudine attollere. At certis subinde nuntiis acceptis, reque per publicas ephemeridas jam palam evulgata, sicuti altissime dolendum ita minime dubitandum, plures ex Ruthenis Unitis Episcopos in Lithuania et Alba Russia cum Cleri ac Populi sibi crediti parte, relicta miserabiliter communione Romanae Ecclesiae, unde unitas sacerdotalis exorta est, ad Schismaticorum castra transiisse. Ea autem fuit iniqui ipsorum consilii ratio, ut in-

Digitized by Google

ductis primum fraudulenter in Sacri celebratione libris, quos a Graeco-Russis receperant, omnem propemodum divini cultus peragendi formam ad horum usus retulerint; quo nempe ignara plebs ex rituum similitudine sensim invalescente in schisma vel invita traduceretur. Dein mandato illorum convocati pluries Parochi, et literae indentidem ad eos datae sunt, quibus inter impudentes fallacias indicebatur, ut quisque adhaesionem suam Ecclesiae Graeco-Russiacae juxta propositam in id formulam profiteretur; monitis una simul renuentibus de paroeciali munere illico amittendo, deque certa accusatione ad superiorem auctoritatem contra ipsos ceterosque Presbyteros eorum exemplo similiter detrectantes. Tandem post alias adhibitas machinationes eo perversitatis devenerunt, ut publice declarare non erubuerint suam ad praedictam Ecclesiam accedendi voluntatem, et preces insuper subjecti quoque gregis nomine adjicere, ad Imperialem ea de re veniam impetrandam. Nec defuit eorum votis effectus. Omnibus quippe per schismaticam Synodum Petropoli manentem instructis, ac sanctione firmatis, Ruthenorum Praesulum Clerique ac Populi hactenus Romanae Ecclesiae unitorum in Ecclesiam graeco-Russiacam aggregatio decreta et concelebrata solemniter est. Taedet hic recolere, quae infandum ejusmodi eventum jamdiu portenderent, quibusque demum incitamentis adducti degeneres isti Pastores in tantum nequitiae ac perditionis barathrum se ipsos demerserint. Respicientes potius ad miserrimum eorum casum juvat sacri eloquii verbis exclamare: Judicia Dei abyssus multa!

Ceterum ex tam atroci Catholicae Ecclesiae inflicto vulnere probe perspicitis, Venerabiles Fratres, quo tandem animo simus, quaque intrinsecus aegritudine conficiamur. Dolemus atque imo ex corde ingemiscimus redactas in aeternae salutis discrimen tot animas, quas Christus suo sanguine

Digitized by Google

redemerat; dolemus violatam turpiter per desertores Episcopos fidem illam, quam Romanae Ecclesiae primum desponderant; dolemus despectum pessime ab iis characterem sacratissimum, quo ex hujus Apostolicae Sedis auctoritate fuerant insigniti. Sed ingens etiam Nos tenet sollicitudo de carissimis ex ea gente filiis, qui nec artibus illusi, nec minis perterriti, nec exempli pravitate seducti firmiter in Catholicae communionis vinculo perstiterunt. Neque enim latet quam gravia in eos damna ex aliorum defectione fuerint consequuta, quantaque adhuc ipsos oporteat ob suam in sancta unitate constantiam tolerare. Atque utinam liceret illos paterna hortatione cominus solari, et aliquid gratiae spiritualis ad eos confirmandos impertiri! Interea memores officii, quod gerimus, Nobisque, uti olim Prophetae, indictum desuper arbitrantes: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum; ex hoc supremi Apostolatus fastigio, in conspectu totius Christiani Orbis, Ruthenorum et maxime Episcoporum defectionem incessanter querimur, iisque illatam Catholicae Ecclesiae tali facinore injuriam gravissime exprobramus. Verum, cum Illius vice fungamur in terris, qui dives est in misericordia, cogitat consilia pacis, et non afflictionis, immo etiam venit quaerere et salvum facere, quod perierat; quin Apostolicam in ipsos caritatem penitus exuamus, unumquemque illorum studiosissime admonemus, ut animo reputent, unde exciderint, et in quas formidabiles poenas juxta sacros Canones fuerint prolapsi; videant quo aeternam sui salutem obliti temere pergant; paveant Principem Pastorum sanguinem deperditarum ovium ex ipsorum manibus requisiturum: ac terribilis expectatione judicii salubriter perculsi in viam justitiae et veritatis, a qua procul aberrarunt, sese dispersumque misere gregem reducant.

Post haec dissimulare minime possumus, Venerabiles Fratres, latius patere causam doloris Nostri de rei catholicae

Digitized by Google

in vastissimis Russiaci Imperii finibus conditione. Novimus enim, quantis illic Religio nostra sanctissima jamdium prematur angustiis. His sane levandis omnem pastoralis sollicitudinis operam impendere non praetermisimus; nullisque in posterum parcemus curis apud potentissimum Imperatorem, adhuc sperantes, ipsum pro sua aequitate, ac excelso quo est animo, postulationes et vota Nostra benevole accepturum. Quem in finem communibus precibus adeamus cum fiducia ad thronum gratiae, Patrem misericordiarum et Deum totius consolationis unanimiter obsecrantes, ut in haereditatem suam benignus respiciat, Ecclesiam sponsam suam filiorum jacturam acerbissime plorantem opportuno auxilio soletur, optatamque diu in tot adversis serenitatem clementissime largiatur.

Subjicimus omni attentioni sequentia verba hujus allocutionis: „Molestissimum equidem fuit, instauratam adeo feliciter cum Romana Ecclesia Ruthenorum conjunctionem adversis vicibus fuisse progressu temporis obnoxiam.“ Itaque distinguenda est procedendi ratio Polonorum cum Ruthenis a procedendi ratione s. Sedis Romanae cum iisdem Ruthenis. S. Sedes Romanae damnat procedendi rationem Polonorum cum Ruthenis, siquidem eadem revera aliter procedebat cum Ruthenis quam Poloni, desiderans juxta bullam „Allatae sunt“ conservationem diversarum nationum erientalium, et abhorrens destructionem earum ritus graeci. Distinguimus porro inter unionem fidei et Ecclesiae et inter media obtinendi eandem unionem. Quoad unionem fidei et Ecclesiae erat causa optima, quod neque Orientales negare possunt; aliter autem res se habet quoad media: bona, optima causa male tractata fuit, et quidem eo pejus, quod Poloni sacra miscerent suis profanis in damnum Polonorum et Ruthenorum, qui jam aliter tractari volunt et quidem a Polonis et Magno-Russia. —

Digitized by Google

Adnotatio IV. Antiqua Hierarchia ruthena unita, ex novem Eppatibus constans: Kijoviensi, Polocensi, Leopliensi, Luceoriensi, Vladimiriensi, Chelmensi, Brestensi, Pinscensi et Premisliensi, cum aliis eis unitis, complectebatur 13,000 parochiales Ecclesias, et 200 monasteria Basilianorum. Quisnam numerus fuerit fidelis populi rutheni graeco-catholici et disuniti, ex eo conjici potest, quod una dioecesis ruthena Premisliensis circa an. 1660, 3 milliones populi rutheni numeraret, et quod hodiedum 15 milliones animarum ruthenarum numerentur. Calamitates Ruthenorum in Polonia certe diminuebant numerum eorum, notumque est, Polonos ex consilio exposuisse oras ruthenas devastationi Tatarorum et Turcarum, ut populus ruthenus depereat, et ut in oris ruthenis coloniae ex Masovia locentur, sicut etiam hae coloniae occuparunt oras ruthenas, praeprimis Masovis adjacentes oras, siquidem circulus Rzeszoviensis, olim a Ruthenis inhabitatus, nunc tantum aliquod pagos ruthenos comprehendit. Habentur expressa projecta Polonorum ex an. 1717 et 1786 pro extirpatione Ruthenorum non solum disunitorum sed etiam unitorum et consilium extirpandi Ruthenos invenitur jam circa initium saeculi XVII in opere Zimorowicz: „historia urbis Leopolis“ — secundum hoc: Censco Ruthenos delendos esse, prout Romani censebant Carthaginem delendam esse, et sicuti exinde coepit Romae summa gloria, ita etiam deletis Ruthenis Poloni ad gloriam pervenient, secus autem Poloni in discrimine versantur. In primo projecto ratihabetur et propugnatur locatio Judeorum in civitatibus et oppidis ruthenis, ut Ruthenos ex iisdem ad subditatum retrudant. Inde venit, quod in civitatibus et oppidis ruthenis Ecclesiae ruthenae inter Judaeos reperiantur, et quod ibi, ubi antéa Ecclesiae ruthenae parochiales (e. g. Leopoli in suburbio Cracoviensi sex) erant, nunc nullae habeantur, occupatis illis territoriis per Judaeos.

Digitized by Google

Inter alia media, extirpandi Ruthenos, in utroque projecto proposita est etiam hoc, traducendi eos ad ritum latinum, et in hoc ritu per scholas polonicas et per clerum polonicum polonisandi. Quia autem decreta s. Sedis Romanae prohibebant, ne Rutheni ad ritum latinum Polonorum traducantur, alterum projectum illudit haec decreta, et suadet eis opponere inobedientiam, quia in potestate Poloniae est, decreta Romana non respicere. Quare ingens numerus Ruthenorum scholis polonicis et aliis etiam mediis latinisatus est, et hi latinisati Rutheni polonisabantur, neque de Ruthenis latini ritus est sermo. Etiam illud hucusque in usu est, quod clerus polonicus et officialistae polonici publice curant conscribere Ruthenos qua Polonos ritus latini: Fit hoc secundum antiquum dictum Polonorum: „Rutheni debent fieri Poloni, ut sint Catholici," qua ratione ipsi Poloni non recognoscunt s. unionem Ruthenorum, et catholicitatem adhibent qua medium polonisandi Ruthenos. Quum vero Rutheni s. Unionem suam et ritum suum graeco-catholicum defendunt, Poloni accusant eos qua adversarios ritus latini, acsi hunc ritum odio habeant. Repetimus hic verba Metropolitae Ruthenorum unitorum Josephi Velamini Rutski, qui propter Unionis zelum ab Urbano PP. VIII Atlas Unionis, Columna Ecclesiae, Athanasius Russiae vocabatur, in ejus supra adducta relatione ad Cong. de prop. fide: „De omnibus his miseriis siluimus hactenus, tum ut paci et fraternae charitati consuleremus, tum ut committeremus tempori et circumstantiis optimo Magistro, ut emendet. Sed praecipuis amissis per transitum ad latinos, expoliati omnibus ornamentis coepimus advertere, omni humano auxilio nos destitui, radices malorum pullulare et incrementum in dies accipere. Unde veluti e somno expergefacti, sentimus, unde excidimus, et praeteritum statum cum praesenti conditione comparando, recordatione ipsa affligimur, et compellimur abviare, ne malum ulterius serpat." Poloni acerbissime clamant contra

Digitized by Google

injurias sibi illatas: et tamen ipsi inferebant et inferunt Ruthenis summas injurias, ut eos vivos in tumulos et sepulchra reponant. En habes benevole lector civilisationem, justitiam et depraedicatam libertatem auream Polonorum! En habes eorum mendacium, sophismata et alia peccata!

Digitized by Google

CAPUT SEPTIMUM.

De statu Hierarchiae Ruthenae unitae sub regimine austriaco ab an. 1808, seu a restauratione Metropoliae Haliciensis usque ad an. praesentem 1826.

§. 36. Revolutio polonica in Galicia, in qua Metropolita ruthenus Angellowicz, ejus Vicarius generalis Michael Harasiewicz, clerus et populus ruthenus non participantes, varias vexationes sustinere debebant. Metropolita cum Vicario generali recipiebat sese versus montes Carpaticos, ubi in Seneczow a Polonis incaptivatus, in urbe vero Stryj ab Austriacis eliberatus erat. Dioecesis Chelmensis ruthena sub jurisdictione Metropolitae Haliciensis permanens, Eppo provisa erat.

Postquam Metropolita Antonius Angellowicz ad suam sedem fuisset introductus, illico suae caes. reg. et apostol. Majestati repraesentabat necessitatem providendarum eppalium Sedium Premislensis et Chelmensis; tum regulandorum

Digitized by Google

Capitulorum; at circumtanstiae tum ingruentis cum Gallis belli hisce omnibus ponebant obicem. Initio a. 1809 erupit revera bellum inter Austriae et Galliae Imperatorem. Archidux Franciscus d'Este, M. Dux Modensis mittebatur qua repraesentans Imperatoris et supremus moderator Regnorum Galiciae et Lodomeriae in Galiciam, atque domus seu residentia Metropolitae rit. grac. cath. Leopoliensis pro ejusdem habitatione destinabatur.*) Jam vero Archidux Ferdinandus d'Este constituebatur supremus armorum praefectus illius partis exercitus austriaci, qui in Galicia efformatus, et contra M. Principatum Varsaviensem qua copias auxiliares Napoleonis erat destinatus. Mens Russorum, qui copias auxiliares ad limites Galiciae concentrabant, nondum erat nota. Archidux Ferdinandus sub die 14. Aprilis 1809 ingrediebatur Principatum Varsaviensem, et linea ad Vistulam assumpta progrediebatur versus Torunium relicto gallo-polonico exircitu trans Vistulam in Praga. Dum vero pugna ad Ratisbonam inter Imperatorem Napoleonem et Austriacos infeliciter pro his successisset, et Vienna per Gallos occuparetur, atque tum Russi, quasi in auxilium Gallo—Polonorum regno Galiciae appropinquarent, ideo exercitus austriacus, ne ab aliis haereditariis ter-

---

*) Ecclesia Metropolitana Leopoliensis rit. graec. cath. sub titulo s. Georgii Martyris, ac residentia Metropolitae et Capituli sita est extra civitatem in loco elato seu monte, qui toti civitati dominatur. Extructa est tam Ecclesia quam residentia Metropolitana a Leone Szeptycki, Eppo Leopoliensi et dein Metropolita totius Russiae, eleganti italica architectura. Metropolita quippe et Eppus Leo Szeptycki Romae educatus artis architectoriae erat probe gnarus et artis peritorum amator. Caeterum rchidux Franciscus Leopolim non pervenit, dum illum Cracoviae adhuc commorantem circumstantiae infelices bellicae in Silesiam revocassent.

Digitized by Google

ris abscinderetur, se versus Silesiam et Hungariam retrahebat, et Gallo-Poloni nanciscebantur occasionem Galiciam tam occidentalem quam orientalem invadendi. Invasio autem isthaec Galiciae orientalis nonnisi pauco admodum militum numero instituebatur, ideo quod jam prius Gallo-Poloni cum incolis Galiciae nobilibus cointelligentiam foverent, et eosdem paratos esse scirent contra regimen austriacum consurgendi. More itaque apud Gallos usitato per sparsum rumorem in publico numerus exercitus Gallo-Poloni per silvas et noctu progredientis augebatur ad deterrendos animos tam Praefectorum militarium praesidiorum austriacorum, quam magistratuum caes. regiorum civilium, ne sese huic invasioni opponerent.

Et revera fiebat, quod Praefecti militum austriacorum (qui a supremo Praefecto et ex capitali urbe, cum quibus communicatio erat praeclusa, mandata et notitiam de statu rerum accipere nequiebant), non tantum alia loca et praesidia, verum etiam urbem capitalem Leopolim, in qua regimen civile provinciae totius erat, deserebant, et sese versus Bucovinae et Hungariae limites retrahebant. Sic deserta a militia austriaca magna pars provinciae ab aliquot centenis dumtaxat equitibus Gallo-Polonis occupabatur. — Die 28 Maji 1809 noctu Generalis Gallo-Polonus Różniecki cum 200 equitibus — summo cum triumpho (caeteroquin praevia cum cointelligentia cum incolis nobilibus Galiciensibus) Leopolim ingrediebatur, et posuit castra ad cathedram Metropolitanam rit. graec. cath. ad s. Gregorium. — Turba inebritata effringebat portas residentiae Metropolitanae, atque tumultuose cum summo despectu Hierarchiae Antistitis et Cleri in residentia Metropolitana pro habitatione Archiducis Francisci d'Este destinata suam habitationem figebat.*) Postridie generalis Różniecki nomi-

---

*) Factum id erat ex cointelligentia cum incolis Galiciensibus, regimen austriacum excutere volentibus, studio ideo,

Digitized by Google

ne Napoleonis Imperatoris addcitabat ad se omnes magistratus et cleri Archipraesules, inter quos etiam Metropolita Angellowicz cum Canonicis comparendo a turba ibidem congregata propter suam erga Regimen Austriacum propensionem multa opprobria patiebatur, et dum a Generali Różniecki moneretur, ne novo militari Gallo-Polono Regimini contrairet, reponebat: Suam spheram ecclesiasticam et spiritualem esse, et in hac prout hujusque se esse ulterius permansurum, caeterum credere se, quod a regimine novo nihil a se requirendum sit, quod suae obligationi suoque fidelitatis erga Imperatorem praestito juramento contrairet, — quod etiam generalis Różniecki nomine supremi Ducis Principis Poniatowski eidem solemniter promittebat.

Generalis Gallo Polonus Różniecki ex addictis incolis nobilibus ritus latini Napoleoni ejusdemque principiis, relictis paucis militibus, creavit novos praefectos et officiales militares, qui sibi dein tyrones congregarent, et novam militiam efformarent, dein redibat Varsoviam, et brevi ad illius propositum emanabat nomine Principis Poniatowski, supremi Exercitus Gallo-Poloni Praefecti, ordinatio, qua regimen centrale sub protectione Napoleonis Magni ex incolis Nobilibus compositum, tum Guberuium Leopoli efformabatur. Officiales civiles austriaci, qui novo regimini juramentum praestare detrectabant, amovebantur, et alii constituebantur. Idem fiebat in provincia tota, ubi non exercitus Varsaviensis seu Gallo-Polonus sed ipsi nobiles Galiciani ritus latini sese ac suos pedisequos armabant, ac amotis officialibus in magistratibus sic dictis circularibus, ipsimet se ad officia isthaec tamen sub

---

ut Metropolita Angellowicz cum suo clero et populo, quem regimini austriaco esse addictum noverant, intimidaretur, — quemque Gallo-Poloni et illorum asseclae in suis contra regimen austriacum moliminibus maxime pertimescebant.

Digitized by Google

praetextu, quasi a potestate militari evocati essent, intrudebant.*) Omnium horum eo tendebant conatus, ut sive metu sive dolo et techuis quibuscumque quam plurimos ad suas partes pertraherent, ut dein in casu, si sub regimen austriacum redirent, propter multorum delicta, nemo puniretur, sed generalis amnestia sequeretur.

Scopus fuit contra regimen austriacum insurgentium indigenarum Galiciensium, qui cointelligentiam cum incolis Varsaviensibus Gallo-Polonis fovebant, populum Galiciensem contra austriacum exercitum armare; ast cum pars potissima populi erat ritui graec. cath. addicta, et cleri hujus rutheni propensio erga regimen austriacum nota esset, indeque etiam populus ruthenus non facile contra regimen austriacum concitari valeret; ideo contra clerum hunc, et precipue Metropolitam Antonium Angellowicz, ejusdem Vicarium generalem ac alios eminentiores viros de hocce clero utebantur omnibus mediis, ut vel eosdem intimidarent, et ad suas partes pertraherent, vel vero e medio sufferent, ac extra limites abducerent, ut ita clerus et populus ruthenus sibi ipsimet relictus, sese tanquam instrumentum adhiberi sineret ad illorum perfida intenta exequenda. — Atque ita tam bona Eppatus Premisliensis, eo tum adhuc sub regimine Metropolitae Angellowicz existentia, quam Archieppatus Leopoliensis invadebant, et non tantum proventus sequestrabant, verum insuper pro-

*) Incertus erat eventus insurrectionis ejusmodi indigenarum Galiciensium contra regimen austriacum. — Pro casu itaque, si sub id regimen rursus redirent, licet ipsimet sollicitabant summopere sibi tradenda officia publica, attamen in decretis a Generali Różniecki, et ejus locumtenente Generali Kamiński sibi dandis volebant, ut expresse sibi sub poena mortis officia haec imponerentur, ut sese ad id coactos fuisse pro tempore obtendere possent.

Digitized by Google

prium ibidem Metropolitae in parato aere, mobilibus, et fundo oeconomico proventum peculium — in frumento,. bobus' ovili hispanico etc distrahebant, quod nemini alii ex Eppis ritus lat. accidit. Porro sub praetextu, acsi in residentia Metropolitana Leopoli ab austriacis arma essent relicta et abscondita, die 1ma Junii 1809 residentia Metropolitae ac aedificia cleri archicathedralis cum summo strepitu a caterva armatorum circumdabantur, et ubivis instituebatur revisio, in multis conclavibus pavimenta avellebantur, et nec Ecclesiae sacrarium nec sepulchra a pervestigatione erant libera. Caeterum nihil inveniri potuerat, cum nihil absconditum esset. Mox die 3. Junii 1809 comparebat praefectus bellicus urbis Leopoliensis Hippolitus Bleszyński, atrociter a Metropolita exigendo mandatum ad universum clerum, quo eidem collecta pro Imperatore Francisco prohiberetur, et pro Napoleone M. demandaretur hac cum comminatione, ut nisi id instantanee fieret, Metropolita ad castra Napoleonis transportandus sit. Ad ejusmodi atrox desiderium reponebat Metropolita, se juramento fidei et fidelitatis aeque ac clerum suum Imperatori Francisco esse obstrictum, et nisi ab eodem solvatur medio tractatus, alteri Imperatori neque homagium praestáre, neque clero sibi subordinato commendare posse, illum tanquam suum principem agnoscendum et in sacra liturgia commemorandum esse. Caeterum se etiam eatenus ab ipso Imperatore Napoleone propterea nihil metuere posse, cum ille fidelitatem juratam proprio principi, nemini vitio vertere valeat.

Exercitus austriacus cum Archiduce Ferdinando d'Este erga Silesiam et Hungariam se recipiens, occidentales circulos aliciae hisce adjacentes occupabat, jam vero illius exercitus pars, quae praesidium civitatis capitalis Galiciae, Leopolis tenebat, versus montes carpaticos se recipiens, ad fluvium Thyras seu Dniestr occupabat stationes, octo miliaribus Leo-

Digitized by Google

poli distantes, altera ex parte limitum Galiciae ex Volhynia ingrediebatur exercitus russicus in Galiciam, cujus destinatio erat utrique parti, nempe et Austriacis et Gallo-Polonis initio dubia, idque tanto magis cum pugna inter Austriacos et Gallos prope Viennam trans Danubium ad Aspern et Eslingen die 21 Maji 1809 pro parte Austriacorum feliciter terminabatur.*) Illi itaque, qui contra regimen austriacum insurrexerant, pertimescebant, ne in casu, si Austria super Gallis triumpheret, debite in eosdem animadverteretur, unde omnes quoquomodo secum complices reddere, alios vero, praesertim personas distinctas, regimini austriaco propensas et eidem gratas tanquam obsides Varsaviam ac ad fortalitia Varsaviensia, Modlin, Sierock etc volebant abducere pro illis, in quos austriacum regimen ob perfidiam juxta leges procedere vellet.

Inter has personas destinabatur praeprimis Antonius Angellowicz Metropolita cum suo Vicario Generali; unde Metropolitae diebus primis Junii 1809 ad bona Eppatus Premisliensis Straszewice abire valetudinis curandae causa volenti passuales literae denegabantur, idemque jam eo ipso qua custodiae et aresto traditus habebatur. Ut porro ansa haberi posset, cum eodem adhuc atrocius procedendi, eundem vexandi ac extra limites abducendi, Praefectus bellicus urbis Bleszyński transmittebat sub die 5 Junii 1809 eidem diversas typo impressas edictales (sic dictas proclamationes), inter quas binae erant ab Imperatore Napoleone ex statione capitali Schönbrun editae, summas injurias, ignominias et scommata in augustissimam Domum austriacam vibrata continentes, ex quibus in una sub 15 Maji 1809 ad Hungaros edita, natio Hungara ad

---

*) Quod in hac pugna legiones ruthenae ex Galicia multum ad victoriam contulerint, ipse supremus Dux Carolus contestabatur.

Digitized by Google

rebellionem contra Austriae Imperatorem, et eligendum sibi in campo Rakosz alium regem concitabatur, eaeum requisitione, ut Metropolita hasce edictales per clerum sibi subordinatum ex s. suggestu populo publicari demandaret. Id salva conscientia et fidelitate erga optimum principem fieri nullatenu valebat, idque tanto minus, cum ab Archieppis aliis rit. lat. et armeni nihil hujus modi exigeretur; quare sub die 6 Junii 1809 Metropolita novo formato Gallo-Polono Regnorum Gubernio repraesentabat, quod jurisdictio ecclesiastica hucusque nunquam a Praefecto urbis bellico sed proxime a Gubernio mandata accipere, publicatio edictorum, sola politica objecta continentium, non nisi per officia circularia, quae a moderno regimine militari conservantur, fieri soleret, Generalis Różniecki tam Gubernium quam illius formam hucdum conservaverit, praefata publicatio nemini alteri DD. Archiepporum sit injuncta, Generalis Różniecki die 29 Maji 1809 palam declaraverit, nil quod juramento adversaretur, a Metropolita fore exigendum, contenta vero edictorum e diametro opponi septuplici juramento a se Metropolita, praecipue vero illi, quod ad proprias Imperantis manus velut intimus Consiliaarius solemniter emisit, quo in conscientia obstringitur: unde rogabat, ut ab hac sibi imposita obligatione liberaretur, cum omnia potius perferre, quam juratam solemniter fidem frangere, donec ab eadem liberatus fuerit, sit paratus.

Ad hanc repraesentationem respondebat Gubernium Gallo-Polonum sub Praesidio Comitis Ignatii Miączyński sub die 7 Junii 1809, quod omnia officia erga anteactum austriacum regimen jam cessaverint, unde mandatum Praefecti urbis bellici sub poena militari executioni dari debeat. Cum itaque sic dictum revolutionisticum regimen conclusisset, tam Metropolitam Angellowicz, quam ejusdem Vicarium generalem extra limites abducere, una cum aliis distinctioribus personis

Digitized by Google

regiminis Austriaci*), jam vero appropinquantibus una ex parte legionibus Austriacis alia ex parte Russicis Leopolim, praevidebatur, novum hocce Gallo-Polonorum Gubernium propediem cessaturum esse, ideo opportunum judicavit Metropolita cum suo Vicario generali ad aliquod dies clam sub specie recreationis pedester abire, ac in vicinia latilando finem politicae hujus procellae praestolari, cum tamen per dies aliquot immorationis nulla mutatio evenisset, ideo versus montes Carpaticos**) et limites Hungariae suscipiebatur iter, donec per emi-

*) Id etiam brevi cum aliis distinctioribus personis revera fiebat, atque ita tres consiliari aulici Mitscha, L. B. de Oechsner, d'Elvaux, gubernialis consiliarius Bernhard, et aliquot aliorum Magistratuum consiliari abducebantur versus Varsaviam et dein Lublini usque ad conclusam pacem inter Galliam et Austriam tanquam obsides detinebantur. Eotum in aliis etiam urbibus Galiciae Germani incolae, opifices, a Polonis vexabantur, nominatim vero in urbe Brzezan, ubi tales Germani a Polonis et Judaeis equiti ex ligno impositi irridebatur.

**) Rząd militarny Wojsk polskich Cyrkułu Stryjskiego pod Dyrekcyą Najjaśniejszego Cesarza i Króla Napoleona Wielkiego.

Po nastąpionym przybyciu dnia wczorajszego do Stryja ze wsi Wełdziża J. W. JMć. księdza Antoniego Angełłowicza Metropolity Halickiego, Arcybiskupa Lwowskiego znalezione papiery przy nas zostające zapieczętowane, Rrządowi militarnemu doręczone zostały.

Zapytany urzędownie JW. ksiądz Metropolita, coby się w tej pace znajdowało, odpowiedział, że po największej części bankocetle i nieco listów i korrespondencyi moich dawnych, których rewizia natychmiast urzędowa nastąpiła. — Korre-

Digitized by Google

sarios insurgentium tam Metropolita quam ejus Vicarius in Seneczów detecti custodiae traditi, et ad civitatem Stryj deducti fuerint. At cum recte tum videlicet die 21 Junii 1809 illuc nuntius pervenisset, austriacas copias Leopolim reduces civitatem occupasse, et turbam insurgentium cum suo Gallo-Polono Gubernio versus Varsaviam acceptis obsidibus ex personis di-

---

spondencyje i listy rząd militarny wojsk polskich cyrkułu Stryjskiego własną pieczątką JW. J. księdza Michała Harasiewicza Officiała zrewidowawszy zapieczętował, i nic w nich przeciwnego rządowi teraźniejszemu nie znalazł. Bankocetle zaś jako własność JWJ. księdza Metropolity do rąk jego własnych oddane zostały. Rząd jednakże militarny Wojsk polskich cyrkułu Stryjskiego czuwający nad bezpieczeństwem szczególnym okręgu swojego, odebrawszy doniesienie urzędowe, iż JWksiądz Metropolita wraz z JW. J. księdzem Michałem Harasiewiczem officiałem pod cudzym imieniem w górach wsi Seneczowie ukrywał się, i z dawniejszego doniesienia dowiedział się, iż prywatnie uszedł był ze Lwowa, znaglony zostaje dać niniejsze zapytanie:

1. Jak dawno JW. IM. ksiądz Antoni Angełłowicz Metropolita Halicki i Arcybiskup Lwowski wraz z JW. IMć. Księdzem Michałem Harasiewiczem Officiałem uszedł ze Lwowa czyli uciekał z paszportem rządowym lub bez paszportu — z kim i z wielu osobami?

2. Jakim sposobem dostał się do wsi Seneczowa?

3. Jaki cel i zamiar był jego uciekania, bojaźni i ukrywania się w zakącie takowym, bądąc w tak wielkiej powadze, charakterze i naczelnictwie duchowieństwa, gdzie nikt uwłaczać nie może i nie powinien respektu i uszanowania Jego osobie?

Na te trzy punkta rząd militarny wojsk polskich cyrkułu Stryjskiego uprasza o kategoryczne tłumaczenie się,

Digitized by Google

stinctioribus regiminis austriaci profugisse, — ideo et constituti in civitate Stryj Gallo-Poloni officiales, ipsimet sibi ab Austriacis pertimescentes fugam arripiendo, captivos Me-

Odpowiadam

(цѣлый отвѣтъ власнорꙋчно пысаный)

Na zapytanie pierwsze.

Dnia 9. t. m. o godzinie trzeciej z południa wyszedłem pieszo wraz z księdzem Officialem Harasiewiczem nikogo innego nie mając przy sobie, w celu udania się do Obroszyna do JW. Jk. Arcybiskupa Kickiego dla naradzenia się z powodu włożonego na mnie od kommendanta miasta Lwowa Jp. Podpułkownika Bleszyńskiego obowiązku publikowania po Dekanatach i parafiach obwieszczeń rządu wojskowego z druku wychodzących; lecz dowiedziawszy sie w Sknilowie iż JW. Arcybiskup z Obroszyna już do Lwowa powrócił, udałem się przez Kozielniki, Wulkę Czyszecką i Winniki do Lisieniec do tamtejszego parocha, żebym się ztamtąd mógł dowiadywać o przybyciu spodziewanym do Lwowa albo JO. Księcia Józefa Poniatowskiego, albo też JW. Jenerała Różnieckiego, po którem chciałem posłać po karetę i konie i powrócić do Lwowa.

Paszportu nie miałem żadnego z następujących przyczyn: ponieważ

a) Cel najpierwszy był udać się tylko do Obroszyna i znowu powrócić;

b) Lubo JW. Jenerał Różniecki na zapytanie moje przez X Officiała przedłożone: ażali mieć mogę pozwolenie wyjechania ze Lwowa? wyraźnie przez tegoż odpowiedział, iż mi to bynajmniej i od nikogo nie może bydź zbronione, jednakże Jp. Podpułkownik Bleszyński proszony odemnie przez ks. kanonika Stworzyńskiego o wydanie mi paszportu do wyjazdu na wieś pod Sambor, wydanie tegoż pierwiej

tropolitam et ejus Generalem Vicarium libertati restituebant, unde iidem Leopolim redeuntes et Praesidium Austriacum et Gubernium restitutum inveniebant. – Attamen brevi post Prae-

---

zwłoczył a potem wyraźnie odmówił; z tąd wnosiłem, że mi na żadne miejsce ze Lwowa paszportu nie wyda.

Na zapytanie drugie.

Nie doczekawszy się w Lisienicach przybycia JO. Księcia Józefa Poniatowskiego lub JW. Jenarała Różnieckiego udałem się częścią pieszo, częścią bryczkami po drodze od parochów ruskich branemi na Olchowiec, Łączki, Duszawę, Jaroszyce, Dzieduszyce, Dolinę do Strutyna niżnego do tamecznego parocha w celu udania się do Perehińska a z tamtąd zameldowania się przez miejscowego mego officialistę do rządu wojskowego okręgowego w Stryju. Lecz gdy w Strutynie dowiedziałem sie, że Perehińsko i cały mój tamże majątek został zasequestrowany, musiałem przedsięwzięcie moje odmienić, i umyśliłem w najwyższych górach utrzymać się, pokibym nie powziął pewnej wiadomości o przybyciu JO Księcia Józefa do Lwowa, i tak przez Grabów i Mizuń udałem się do tamecznego parocha.

Na zapytanie trzecie.

Cel najpryncipalniejszy takiego mojego ukrywania się był, żebym oddalił odemnie powzięte przeciw mnie podejrzenie JP. komendanta miasta Lwowa i całego rządu wojskowego, jakobym miał zamiary działania czego naprzeciw teraźniejszemu rządowi przez moje duchowieństwo, które podejrzenie najwidoczniej się okazywało z wybadywania kapłanów, do Lwowa przyjeżdzających ażali? poco? jak wielu ich jest odemnie powołanych do Lwowa? tudzież z rewidowania wszelkich papierów i urzędowych konsystorskich depozyciow. Cel zas drugi tego schronienia się był, żebym nader skołatane mając zdrowie, zgryzotami sporządzo-

Digitized by Google

sidium austriacum derelinquebat Leopolim, sese versus Hungariam recipiendo, et civitas Leopolis per Russos occupabatur cum maxima parte Galiciae; et hac ratione quies et tranquil-

---

nemi przez wyraźne i publiczne insultowanie mojej osoby i mojej godności w mieszkaniu JW. jenerała Rożnickiego, przez napadnienie mnie o pół nocy od wojska, przez najściślejszą rewizyę całego domu mojego z odrywaniem nawet podłogi, gdzie nie tylko ja ale i cały dóm był w areszcie trzymany przez groźby JP. komendanta miasta Lwowa, i ostatniej jego przestrogi, że jeżeli dalsze zajdą denunciacie o wspominaniu Cesarza Franciszka przez duchowieństwo ruskie w służbach bożych, w tedy do obozu albo do Najjaśniejszego Napoleona zostane odesłanym. Uważając przeto, że gdy ani spać ani pokarmu używać, ani być czynnym w pośród takich zgryzot nie mogłem, zdrowie moje nieuchronnie upaść będzie musiało, upatrzyłem mniej złego dla mnie w tułaniu się i ukrywaniu przez niejaki czasu przeciąg, niż w całkowitej sił, zdrowia a następnie może i życia utracie, osobliwie przez ponawiane rozkazy takie, jakie żaden z JW. Arcybiskupów i Biskupów innych obrządków nie odbierał, a jakich uskutecznienie mojemu sumieniowi, mojej przysiędze, a nawet wyraźnej deklaracyi JW. jenerała Roznieckiego i wydanym od niego urządzeniom wrącz się sprzeciwiło. —

W Stryju dnia 22 Czerwca 1809.

Antoni Angełłowicz mp. Metropolita Halicki, Arcybiskup Lwowski.

Jako Namiestnik i towarzysz podróży podpisuje się Michał Harasiewicz mp. Officiał gen. Lwowski. —

I natym kończy się protokuł z 22 Czerwca 1809 roku.

Kazimierz Pietruski prezes mp.
Kasper Lebowski komisarz 2gi mp.
Sławiński mp. Sekretarz.

Digitized by Google

litas publica restituebantur, cum Russi ubivis Regimen et Magistratus austriacos manuterent.

Haec dum cum Metropolita et Hierarchiae ruthenae capite agerentur, insurgentes pertim ad intimidandum clerum ruthenum, quam ad eundem odio suorum exponendum spargebant calumniam, acsi clerus ruthenus subministratis sibi a Metropolita instrumentis in necem Polonorum seu incolarum rit. lat. conspirasset, renovabatur nimirum illa malitiosa insinuatio, quae anno 1791 stante regno Poloniae in Volhynia – clerum et ritum ruthenum unitum totum tot malis affecerat; — unde distinctiores personae cleri rutheni in provincia domi repente invadebantur, strictissima in domibus eorum perquisitio instituebatur, et licet nihil inventum fuisset, sub custodia et in squalore deducebantur Lublinum, ac judicio militari ibidem tradebantur. Ita fiebat cum parocho et Decano Trem-

---

Listy znalezione były:

1. Dwa listy najjaśniejszego cesarza Franciszka z Wiednia, jeden pod dniem 22 Lutego drugi pod 12 Kwietnia 1809.

2. List z Paryża pod dniem 20 Nov. 1808 datowany od Hieronima Pągowskiego z Allegatem drukowanym pod tytułem Allteur du Tableau de Pologne po francusku.

3. Kopia listu pod 20. Marca 1809 przez. Metropolitę do Franciszka I. Cesarza pisanego.

Centralny rząd wojskowy pod prewodnictwem S. Ord. Zamojskiego — Józefa Dzierzkowskiego i Maxymiliana Lewickiego — rozkazał był dobra metropolitalne Perehińsko zasekwestrować co uskuteczniwszy i wszyskie prowenta i co zostało na gruncie zabrawszy rozkazem swoim do Nro. 153. 154. 155. ddto. 15. Czerwca odwołuje i wszystko zwrócić obiecuje.

Digitized by Google

bovliensi Gregorio Hankiewicz*), qui Lublinum ductus, ibidem summas miserias in carcere perpessus est, donec per decretum judicii militaris, (quod aliunde nullam culpam invenire potuit,) pro innocente declararetur et libertati restitueretur. Idem fiebat cum Parocho et Decano Monasterzensi Elia Towarnicki et nonnullis aliis, in quibus ne minimum culpae reperiebatur praeter id, quod fideles regimini austriaco et gregis suae vigiles pastores fuerint. Ex his ita vexatis sacerdotibus Elias Towarnicki ad intercessionem Metropolitae et regii Gubernii Galiciensis obtinebat a Sua Majestate in praemium numisma magnum cum effigie Imperatoris cum catena aurea, e collo pendente.

Post pugnam inter Austiacos et Gallos ad Znaim commissam sub die 12 Julii 1809 concludebatur armistitium inter Imperatores Austriae et Galicae, juxta quod copiae Gallo-polonae, Russicae vel Austriacae in Galicia et Polonia consistentes in iisdem locis, ubi die 13 Julii reperiebantur, usque ad exitum armtitii, seu concludendum tractatum pacis permanere debebant. — Sub die 14 8bris 1809 concludebatur pacis tractatus Viennae, quo Galicia sic dicta occidentalis, ubi Crakovia, Sandomirium, Lublin existunt, porro ex Galicia sic dicta orientali (circa primam Poloniae divisionem recuperata) circulus Zamoscensis ab Austriae Imperatore Magno Ducatui Varsaviensi seu regi Saxoniae, — porro districtus seu sic dicta provincia Tarnopoliensis ex Galicia orientali cedebantur Russis. Per hunc integrum tractatum Hierarchia neoformata ruthena unita in regnis Galiciae et Lodomeriae rursus subjacebat mutationi, cum Eppatus

*) Gregorius Hankiewicz fuisset pariter a Sua Majestate praemiatus, sed cum in provincia Tarnopoliensi Russis cessa reperiretur, ideo praemium illi a regimine austriaco non amplius dari peterat,

Digitized by Google

Chelmensis in Galicia occidentali situs, et circulus Zamoscensis Galiciae orientalis, partem dioeceseos Premisliensis constituens, sub Dominium regis Saxoniae qua Magni Ducis Varsaviensis, jam vero cum provincia Tarnopoliensi pars Archieppatus Haliciensis seu Leopoliensis sub dominium Russorum abibat.

Eppatus Chelmensis vacans non obstantibus Metropolitae Angellowicz conatibus sub Imperio Austriaco ad an. 1809 et tractatum Viennensem sub die 14 8bris 1809 initum pastore minime providebatur, et autoritate Metropolitana a Vicariis generalibus ibidem constitutis gubernabatur. Rex Saxoniae et magnus Dux Varsaviensis Fridericus Augustus, postquam Galicia occidentalis sub suum dominium devenisset, vacantem Eppalem dignitatem conferebat praesbytero ordinis s. Basilii M. Ferdinando Ciechanowski, provinciali monasterii Chelmensis, ac sub die 27 Aug. 1810 requirebat Metropolitam Antonium Angełłowicz, ut pro jure sibi competenti, quod jus et jurisdicti in Eppatum Chelmensem Metropolitae agnoscebatur, nominatum Eppiscopum confirmaret ac consecraret. Isthaec confirmatio et consecratio Leopoli 8. 8bris 1810 peragebatur, atque ad ulteriorem sub die 1 Novembris 1810 a rege Saxoniae factam requisitionem delegabat sub die 10 Januarii 1811 Metropolita Eppiscopo Chelmensi et Belzensi Ciechanowski spiritualem jurisdictionem super portione dioeceseos Premisliensis in circulo Zamosceno contenta ea cum clausula, quod solummodo administratio partis praedictae dioeceseos Premisliensis in Eppiscopum Chelmensem Ciechanowski (quamdiu eadem Ducatui Varsaviensi in temporalibus paruerit), et ordinaria jurisdictio supe eadem parte dioeceseos transfusa sit. Rex Saxoniae et M. Dux Varsaviensis Fridericus Augustus suam complacentiam sub die 11. Martii 1811 Metropolitae significabat, et hac ratione jurisdictio Metropolitae Haliciensis seu Leopoliensis in Eppatum Chelmensem salva fiebat, atque regimini spi-

Digitized by Google

rituali partis dioeceseos Premisliensis in ci-culo Zamosceno contentae providebatur. —

Dum Galicia utraque Austriaco Imperio subjecta a Gallo-Polonis occuparetur, bona tam Eppatus Premisliensis quam Archieppatus Leopoliensis rutheni uniti ab iisdem invadebantur, et non tantum proventus, verum etiam proprium Metropolitae Angellowicz proventum peculium ibidem distrahebatur. Id praecipue accidit in bonis ad Éppatum Premisliensem pertinentibus, in circulo Zamosceno sitis Białypol et Busno, in quibus totus fundus instructus ac omnia naturalia producta Mtropolitae Angellowicz propria ad 75000 fl. rhenensium in pecunia chartacea eotum aestimata, jussu Regiminis seu praefecture bellicae principatus Varsaviensis apprehendebantur et distrahebantur. Post subsequutam pacem Metropolita Angellowicz suscepto itinere Viennam initio an. 1810 inter alia negotia, bonum publicum cleri rutheni et ritus concernentia, nemque provisionem vacantis Sedis Premisliensis, dotationem adpromissam neorestauratae Metropoliae Haliciensis, regulationem Capitulorum cathedralium, patrocinium Caes. Reg. Aulae apud regem Saxoniae et magnum Ducem Varsaviae exposcebat: — ut occupata bona Eppatus Premisliensis Białypol et Busno Episcopatui, jam vero peculium suum proprium in illis bonis acceptum eidem per regimen Varsaviense restitueretur. Ast omnis diplomatica eatenus instituta correspondentia et interventio Legati caesarei Austriaci Comitis Esterhazy Dresdae nullum sortiebantur effectum, atque propterea ac propter alia similia negotia vi repressalium omnes summae capitales, quas Ducatus Varsaviensis a regimine austriaco praetendebat, sequestrabantur, quousque liquidatione instituta compensatio adinvicem haud sequeretur, quod hucusque nondum successit, et bona praedicta in manibus regiminis Poloniae existunt.

Digitized by Google

§. 87 Continuatio. Provincia Tarnopoliensis Russiae cessa s. unionem sedulo conservabat. Clerus polonicus dedit ansam, ut idem et ruthenus a jurisdictione Antistitum utriusque ritus Leopoliensium subtraherentur. Quidam presbyter Kostecki ab adversariis ritus graeco-cath. pro Eppatu ruth. Premisliensi Suae Majestati commendantus, a Metropolita Angellowicz rejectus et in Eppum hunc Michael Lewicki constitutus. Capitula ruthena Leopoliense et Premisliense instaurata et confirmata. Dotatio Metropoliae in bonis Uniow, Halicz et Zalukiew. Mors Metropolitae Angellowicz. Juvenibus ruthenis, scholas frequentantibus transitus ad ritum latinum prohibitus.

Provincia sic dicta Tarnopoliensis juxta tractatum Viennensem de die 14 8bris 1809 Russis cessa, quadringenta millia animarum universim compraehendens, 17 Decanatus Dioeceseos Metropolitanae ruthenae in se continebat. Initio a regimine russico haud pretendebatur, ut nexus cleri et populi rutheni uniti cum Metropolita Leopoliensi rumperetur. At cum ipsum austriacum regimen ejusmodi nexum haud optaret, ideo efformabatur sub die 21 Maji 1810 in Tarnopol Judicium Delegatum seu Consistorium, quod auctoritate Metropolitae Angełowicz partem illam Archidioeceseos gubernaret, ac ad ejusmodi officium assumebantur viri, de quorum zelo erga unionem, dexteritate in agendo, prudentia et vitae integritate optime constabat, et hisce praeficiebatur qua Judex Delegatus Parochus et Decanus Trembovliensis Gregorius Hankiewicz, vir fidei et vitae probatae, ac debite instructus, insigniebaturque distinctorio Canonici.

Conformiter datae sibi instructioni et instrumento, insinuabat se Judicium Delegatum Russico Gubernatori senatori de Theils, atque eidem optime complacebat. Brevi autem

Digitized by Google

Eppus nonunitus Camenecensis Joannicius mittebat suum Vicarium Archimandritam Tarnopolim ad Gubernatorem Theils, cum proposito faciendae apud unitos Ruthenos missionis fine eorundem ad disunionem pertrahendorum, at Gubernator Theils cum increpatione eundem domum relegabat significando, quod omnino optandum esset, ut ejusmodi inter clerum cultura, disciplina et ordo ubivis obtineret in Russia, qualis inter clerum unitum Tarnopoliensis provinciae conspicitur, et quem ille minime turbari aut sacerdotes unitos ruthenos in illorum vocatione inquietari sinet.

Et revera Judicium hoc Delegatum cum mediata dependentia a Metropolita Leopoliensi ulterius et fors per integrum temporis intervalum, per quod provincia Tarnopoliensis sub Dominio russico existebat, permensiset, si clerus rit. latini a dependentia Consistorii rit. lat. Leopoliensis sese subducere, et longe disito Metropolitae r. l. Mohiloviensi Siestrzencewicz subesse non desiderasset, quod etiam occasionem dedit regimini russico clerum ruthenum Tarnopoliensem unitum proximo Episcopo unito Luceoriensi Kochanowicz subordinandi, quod anno 1811 fiebat, quin ab Episcopo Kochanowicz desideratum fuerit, ut sibi jurisdictio spiritualis per Metropolitam Angellowicz super partem dioeceseos Metropolitanae per formale Instrumentum cederetur. —

Dum Metropolita Angellowicz curaret, ut Sedes Eppalis Premislensis vacans individuo idoneo provideretur, fiebat per vias turtuosas cooperantibus illis, qui clero et ritui graeco cath. invidebant, ut Suae Caes. Reg. Majestati commendaretur quidam presbyter Joannes Kostecki, Capellanus Castrensis qua pro Eppatu qualificatus, et idem nominationem mense Augusto an. 1810 obtinebat. Tum Metropolita Angellowicz, ad quem pro impetranda confirmatione et consecratione nominatus remittebatur, dum peracto processu canonico, eundem impedimentis canonicis irretitum salva sua conscientia et convictione intima ad gradum Eppatus promovere non

posset, repraesentabat id Suae Majestati fortissime, et suis expositionibus effecit, ut Sua Caes. Majestas qua piissimus princeps a priori nominatione recedendo an. 1813 unum de Ecclesia bene meritum canonicum Leopoliensem Michaelem Lewicki, posthac Metropolitam, in Eppum Premisliensem nominaverit, qui die 20 7bris 1813 confirmabatur et consecrabatur, atque ita ab an. 1808 huic vacanti sedi providebatur.

Maxime in votis erat Metropolitae Angellowicz, regulatio Capitulorum cathedralium tam Leopoli penes Ecclesiam Metropolitanam quam Premisliae penes Ecclesiam cathedralem. An. primum 1813 consequebatur effectum suorum conatuum Metropolita; hoc quippe anno, mediante supremo diplomate ddto 25. Febr. 1813 capitulum Metropolitanum antiquum restituebatur et regulabatur, cumque individua idem Capitulum constituentia jam prius a Sua Majestate fuissent nominata, idcirco eadem sub die 3 8bris 1813 a Metropolita secundum canones investita in Ecclesia Metropolitana solemni ritu installabantur, et ab antiquis temporibus penes Ecclesiam Metropolitanam in Halicz et cathedralem Leopoliensem existens Capitulum, restituta Metropolitana dignitate, penes Ecclesiam Metropolitanam restaurabatur.

Nos Franciscus primus.

divina favente clementia.

Austriae Imperator:

Hierosolymae, Hungariae, Bohemiae, Croatiae, Slavoniae, Galiciae et Lodormeriae Rex, Archidux Austriae, Lotharingiae, Wirceburgi et in Franconia Dux, Magnus Princeps Transilvaniae, Dux Styriae, Carinthiae, Superioris et Inferioris Silesiae, Comes Habsburgi etc. etc.

Digitized by Google

Significamus praesentibus litteris Nostris universis et singulis, quorum interest: Nos ad servandum bonum ordinem in Capitulo Metropolitano ritus graeco-catholici in regnis Nostris Galiciae et Lodomeriae ad sedem Metropolitanam Leopoliensem litteris Nostris hodierna die datis rostituto, cnnstituto atque ordinato propositam Nobis Ordinationem dicti Capituli Metropolitani, ac Regulationem cleri archi-cathedralis auctoritate Nostra caesareo-regia confirmare decrevisse.

Ordinatio ista Capituli, ac Regulatio cleri archicathedralis sequentis sunt tenoris:

Ordinatio Capituli Metropolitani Leopoliensis ritus graeco catholici.

§. 1. Capitulum constituitur quinque Praelatis nempe:

1mo Archi-Presbytero seu Praeposito,

2do Decano seu Archi Diacono,

3tio Custode seu Skevophylace,

4to Scholastico seu scholarum trivialium et parochialium Superintendente, et,

5to Cancellario seu Chartophylace; tum quinque gremialibus Canonicis.

§. 2. Hi corpus morale constituent, cujus finis est. Arhiepiscopum Metropolitam in regenda Archi-dioecesi consilio adjuvare, ordinem in Ecclesia Archicathedrali, tam quoad functiones, quam quoad curam animarum ita promovere, ut ea ecclesia tanquam speculum, et clerus eidem deputatus tanquam exemplum cleri totius archidioecesani spectari valeat. Corporis hujus moralis caput principale est ipse Metropolita, cui subjectionem et obedientiam in omnibus iis, quae ad formandos mores probos et disciplinam ecclesiasticam spectant, eo adcuratiorem praestare tenentur membra Capituli, quo magis exemplo suo praelucere debent toti clero archidioecesano. —

§. 3. Quare partium erit Capituli: a) cultum divinum in ecclesia archicathedrali ad aedificationem populi promovere.

Digitized by Google

b) in ceremoniis et ritibus ecclesiasticis aliis facem praeferre, c) res ecclesiae archicathedralis mobiles et immobiles seu realitates tum monumenta, archiva, inventaria custodire, atque horum integritati omnimode invigilare. d) Promovendos ad ordines sacros praxi curae animarum imbui curare, e) in functionibus sacris Archieppiscopo Metropolitae assistere, f) eidem in regenda Archidioecesi opem et auxilium ferre, atque Senatum seu consilium archiepiscopale, quod communiter Consistorium vocatur, efformare. Quo in negotio quivis Capitularis ab omni partium studio aut animi passione remotus, ea, quae bono religionis consulere valeant, quaeque justitiae leges erga clericum quemvis, cujus res agitur, exigunt, libere proferre sibi officio ducat.

§. 4. In specie autem Archi-Presbytero incumbet. a) Dum capitulum circa ea negotia congregatur, quae administrationem ejus concernunt, in iis rebus, quarum decisio non a sententia Episcopi, ut cleri totius dioecesani Capitis pendet, praesidium habere, et clavum negotiorum ejus generis tenere; b) in fuctionibus sacris assistere Archiepiscopo Metropolitae celebranti, et juxta ritum exequi id, quod primus Presbyter in officio divino peragere tenetur. —

§. 5. Decanus capituli seu Archidiaconus tenetur, a) absentis vel impediti Archipresbyteri seu Praepositi supplere vices quoad Praesidium in Capitulo. b) Secundus Archiepiscopo Metropolitae celebranti assistere. c) Tempore collationis sacrorum ordinum juxta ritum ecclesiae et praescripta pontificalia seu Archieratici ea peragere, quae pro Archidiacono praescripta sunt. —

§. 6. Custodis Capituli officium est, a) curam habere supellectilis ecclesiasticae et integritati ejusdem adtendere. b) Invigilare, ut ceremoniae praescriptae ab omnibus observentur. c) Inventaria supellectilis ecclesiae archicathedralis rite asservari curare, et d) inspicere, ut rectus ordo et mun-

Digitized by Google

dities quodad vasa, apparatus et ornamenta ecclesiastica observetur. —

§. 7. Scholastici archicathedralis munus in eo consistit, ut a) scholarum trivialium et parochialium in tota archidioecesi inspectionem gerat; b) eas saepius visitet; c) ludimagistros examinet, et pro adnexa muneri suo potestate promoveat aptorum magistrorum applicationem, d) invigilet, ut quivis animarum curator juventuti in schola parochiali vel triviali erudiri solitae, doctrinam religionis exponat, seu catechizet; e) artem catechizandi clero juniori in domo presbyterali existenti explanet, et practice eandem instituat; atque f) omnes defectus hac in parte vel ipsemet eliminare studeat, vel pro ferendo eatenus auxilio opem altiorum subselliorum exposcat; g) hoc in munere sese exacte conformet altissimis praescriptis Principis ac intra limites potestatis his praescriptis sibi concessae sese contineat. —

§. 8. Cancellarii seu Cartophylacis partium erit, a) conservationi archivi Archidioecesani et documentorum, realitates tam ecclesiae archicathedralis, quam aliarum concernentium sedulo invigilare, b) acta Capituli et sigillum tenere; c) omnia documenta nomine capituli exaranda subsignare; ac d) intendere bono ordini in cancellaria archidioecesana seu Consistoriali servando, ita ut negotia obvenientia, absque dilatione Consitorii membris, quibus munus ea referendi incumbit, distribui faciat, referentem, qui aut negotium aliquod comissum in proxima sessione referre neglexerit, vel expeditionem sessione conclusa non statim cancellariae sub miserit, mox ad Metropolitam deferat, expeditiones a cancellaria sine mora mundari curet, actorum exacte ordinatam depositionem promoveat, ac invigilet, ne quispiam praesumat a clero, qui negotia in consistorio tractanda habet, contra attissimas dispositiones quidquam muneris exigere.

§. 9. Canonicorum gremialium obligationes in eo consistent, ut a) functiones sacras et divina officia in ecclesia

Digitized by Google

archicathedrali exacte, ordinate et exemplariter peragant, b) Archiepiscopo Metropolitae celebranti assistant; c) ubi opus fuerit adhibiti ad commissiones vel inquisitiones in archidioecesi peragendas, easdem omni diligentia et zelo peragant. d) adlati ad consilia Archiepiscopi Metropolitae, seu consistorium commissas sibi obligationes alacriter expleant, et pro bono cleri et ecclesiae omnem impendant operam, ut perinde religioni et civitati utiles evadant.

§. 10. Tam Praelati capitulares, quam Canonici gremiales penes ecclesiam archicathedralem residere tenentur; exceptis illis, quibus aliud quoque munus residentiam in alio civitatis Metropolitanae loco exigens ex ordinatione summi Principis competit. Quodsi contingat, ut unus alterve gravibus rationibus ductus ab ecclesia archicathedrali aut loco muneris sui abesse desideret, id nonnisi obtenta a Metropolita licentia et uno eodemque anno non ultra tres menses sive continuos, sive interruptos facere possit. --

§. 11. Juris et obligationis erit Capituli tanquam corporis moralis, fundum Capituli administrare, ita tamen, ut quousque iste non fueriti auctus proventus a summis Capituli pro clero archicathedrali, seu curam animarum gerente et necessitatibus ecclesiae juxta separatam instructionem convertatu , et residuum nonnisi inter membra secundum proportionem altissimo decreto caesareo-regio praescriptam distribuetur.

§. 12. Ne aliquando praesertim sede vacante archiepiscopali juribus archiepiscopalibus, bonis mensae, aedificiis fundisque etc. praejudicia aliqua a quocunque inferantur, Capitulum conformiter praescriptis Normalibus altissimis in consequentiam privilegiorum Archiepiscopatui inservientium stricte et debite invigilabit atque custodiet. —

§. 13. Universus clerus archicathedralis, nempe: concionatores, cooperatores, confessarius seu poenitentiarius, sacristiae praefectus, tum ecclesiae famulitium prouti sacellanus

Digitized by Google

et cantores Capitulo suberunt, ad hocce in omnibus negotiis sese referre debebunt, et ab illo seu ex cassa Capituli sua salaria erga quietantias levare debebunt. Susceptio et amandatio famulitii ecclesiae a Capitulo mediate, et a parocho archicathedrali immediate dependebit. Vicarii archicathedrales etiam a Capitulo eligentur, et electi pro confirmatione seu institutione Archiepiscopo Metropolitae commendabuntur.

§. 14. Capitulo incumbet, unum aptum individuum tamquam procuratorem, et cassae praefectum constituere, qui ordinate rationes oeconomicas et cassae sibi concredendae ducere tenebitur, a Capitulo censurandas et rectificandas. Porro hujus obligationis erit, etiam simul cum parocho et oeconomo Archiepiscopali reparationes necessarias ecclesiae et aedificiorum archicathedralium curare, et separatas rationes super expensis cum mox dictis individuis conficere, et confectas et subscriptas sub finem cujusvis anni Capitulo pro censura tradere.

§. 15. De caetero obligationes in jure communi canonico fundatae, et per suprema Normalia haud abrogatae, a Capitulo stricte adimplendae venient, quemadmodum etiam gaudebit Capitulum juribus omnibus ex jure et consuetudine provenientibus, quibus per supremas leges civiles haud derogatum est.

Regulatio Cleri Archicathedralis.

§. 1. Clerus archicathedralis componitur ex sequentibus personis, nimirum, binis concionatoribus, poenitentiario, binis cooperatoribus, et sacristiae praefecto.

§. 2. Mox specificata individua a) penes ecclesiam archicathedralem in communitate habitabunt b) communem habebunt mensam, pro qua cuivis proportionatum quantum e salario detrahetur c) communem itidem calefactionem cubicu-

Digitized by Google

lorum et candelas, pro quibus expensis summa proportionata a quovis individuo ad cassam communem contribuetur.

§. 3. Omnes quavis die integrae, matutinae et vespertinae devotioni in ecclesia archicathedrali aderunt, et per turnum hebdomadarii officium in ecclesia quoad devotiones celebrandas obibunt, nimirum: matutinum, horas, cantatum missae sacrificium et vesperas.

§. 4. Parochus archicathedralis, qui semper ex membris gremialibus Capituli esse debet, est reliqui cleri ad ecclesiam archicathedralem constituti immediatus praepositus, cujus jussui et ordinationibus quivis parere tenebitur, quoad obeundas functiones et obligationes, curam animarum respicientes hujus officia in sequentibus consistent, ut a) sollicitudinem adhibeat, quatenus curae animarum debite provideatur, et omnes parochiales obligationes rite et prompte adimpleantur, b) invigilare vitae rationi et moribus cleri archicathedralis sibi subordinati, negligentiam et devietates jam fraterne admonitionibus et exhortationibus corrigire, jam si hae non prodessent, pro ulterioribus adhibendis mediis Capitulo referre. c) Oeconomiae domesticae et omnibus domus necessitatibus rite et tempestive providere, victum communem seu mensam pro omnibus, ita ut ad prandium quatuor ad coenam tria sapida et mundo fercula praebeantur; tum calefactionem cubiculorum et candelas procurare, commoditati subjectorum in casu infirmitatis studere, famulitium necessarium intertenere, et pro his necessitatibus juxta §. 2. quantum determinatum annuatim pro quovis individuo e cassa Capituli levare. d) Rationes expensarum regulariter duci curare. e) Libros matricales, acta omnia, et protocolla parochialia apud se rite conservare, et omnia ita instituere, ut idem exemplo omnibus reliquis parochis in archidioecesi praeluceat.

§. 5. Inter clerum archicathedralem sequens erit ordo, nimirum: post parochum sequetur concionator vocatione primus, illum excipiet concionator vocatione secundus, dein poe-

Digitized by Google

nitentiarius, hunc dein cooperatores et tandem sacristiae praefectus.

§. 6. Concionatores omni anno, vel quovis secundo anno alternatim jam diebus dominicis, jam diebus festivis sermones sacros majori studio ad regulas eloquentiae elaboratos ad populum instituent: ut perinde quivis tanto majorem dexteritatem in quovis sermonum materiarumque genere naciscatur. Quare concionatoris pro tempore festivali officium in eo consistet, ut 1). quovis festo sermonem sacrum in quacunque forma praevie conscriptum e sacro suggestu ad populum dicat. 2. Alumnis domus presbyteralis theoriam rituum sacrorum statutis horis explanet, et eorumdem sermones sacros conscriptos antequam dicantur, revideat, et emendanda emendet; 3). Si parochus aut absens, aut morbo, aut alia legitima causa praepeditus foret, ejus vices suppleat in illis, quae curam animarum respiciunt. 4) Bibliothecae archicathedralis curam habeat, eamque in bono ordine conservet. –

§. 7. Concionatori pro tempore dominicali incumbet: a) sermones sacros diebus dominicis ad populum dicere; b) Alumnos domus presbyterialis in praxi sacrorum rituum et administratione sacramentorum informare, et quomodo quis profecerit, attestari.

§. 8. Concionatorum pro tempore festivali et dominicali partium erit, ut primus diebus dominicis alter diebus festis poenitentium confessiones una alterave hora excipiat. Uterque etiam adhibere operam debet, ut per praxim excultus opusculum aliquod, quod sive sermones sacros, sive explanationem rituum sacrorum contineret, elucubrare queat, ut idem typis mandari et pro utilitate cleri per archidioecesim distribui possit; atque ideo quivis concionatorum obligatur, sermones sacros, a se rite conscriptos in Archivo parochiali reponere.

§. 9. Poenitentiarii seu confessarii officium in eo consistit, ut a) quotidie ad excipiendam confessionem sacram

Digitized by Google

sit paratus, et hocce spirituale obsequium nemini renuat, atque ideo b) omni die festo et dominico integro matutino tempore poenitentes in confessionali praestoletur, c) idem presbyteris fine recolligendi spiritus ad archicathedram venientibus accomodatas exhortationes dare tenebitur, omnem adhibendo operam, ut naevos suos et pravitatem agnoscant, et efficacissima ad emendandas devietates sibi suppeditata media adhibeant, d) alumnis domus presbyterialis designato tempore reflexiones de status sacerdotalis dignitate ejusdemque officiis et obligationibus tradet, praecipue vero illis, qui primo ad suscipiendos ordines sacros sese praeparant. —

§. 10. Cooperatoris utriusque ecclesiae archicathedralis obligationes ad id referuntur: ut a) parocho in cura animarum ferant juvamen; b) juxta illius dispositionem sive sacramentorum administrationem, sive visitationem infirmorum, sive quaecunque obsequia spiritualia praestent; atque c) primus eorum alumnos domus presbyteralis in lectione et recitandis juxta ritum ecclesiae precibus, alter in cantu ecclesiastico instruet. —

§. 11. Praefectus sacristiae curam habeat oportet, ut a) necessarius ordo in sacristia servetur. b) copiam inventarii supellectilis ecclesiasticae prae oculis habere, et sub propria responsione attende debet, ne aliquod huic damnum inferatur; c) apparamenta et vasa sacra juxta praescripta ritualis praeparari curare; et d) attendere obligatur, ut vinum, hostiae, cerei et his similia procurentur, e) munditiei quoad vestes et apparamenta ecclesiastica studere; f) invigilare, ut obligationes fundationales a quovis rite absolvantur, et officia divina praescripta statuto tempore celebrentur. Porro

§. 12. Obligationates fundationales continentur sequentibus: a) omni hebdomade celebranda veniunt sacrificia missae per clerum archicathedralem triginta, adeoque per annum mille quingenta sexaginta, et quidem: Pro animabus Michaelis et Petri Prymowicze ac eorumdem consanguineorum hebdomadatim

Digitized by Google

decem, annuatim quingenta viginti. Pro animabus Joannae Jastrzębska et illius sanguine junctorum hebdomadatim tria-annue centum quinquaginta sex. Pro animabus Leonis Szeptycki Metropolitae et illius consanguineorum hebdomadatim quatuor, annue biscentum octo. Pro animabus anonymorum piorum fundatorum et illorum consanguineorum hebdomadatim octo — annue quadringenta sedecim. Pro anima Nicolai Szadurski et illius consanguineorum hebdomadatim unum, annue quinquaginta duo. Pro animabus Alexii Piasecki et illius consanguineorum hebdomadatim tria, annue centum quinquaginta sex. Pro anima Jacobi Bucniowski et illius consanguineorum hebdomadatim unum annue quinquaginta duo. — b) Omni anno pro omnibus fundatoribus tam modernis quam anterioribus non modo ecclesiae archicathedralis sed etiam Archiepiscopatus Leopoliensis anniversaria quindecim celebrari debent, sequenti modo et ordine, id est *α*) duabus proxime diebus ante festum Pentecostes nimirum diebus veneris, et sabathi anniversaria duo *β*) tribus diebus ante dominicam omnium Sanctorum id est: diebus jovis, veneris, et sabathi tria. *γ*) in vigilia ante fectum s. Apostolorum Petri et Pauli unum *δ*) ante fectum s. Philippi id est ante diem decimam quartam Novembris v. s. proximis tribus diebus tria, *ε*) sabatho secundo, tertio et quarto Quadragesimae tria; *ζ*) ante septimanam lacticiniorum tribus proxime diebus jovis, veneris et sabathi tria. c) Quodsi in designatam pro anniversario diem aut aliqua solennior festivitas, aut publica devotio incideret, eotum proxime praecedente die anniversarium absolvetur. d) Pro oblationibus privatis, quae ad communem cassam presbyterorum seu vicariorum archicathedralium reponi debent, omni die mercurii, nisi solennior festivitas impediret, per integrum annum missa solennis seu cantatatum, diebus festis Christi Domini officium sic dictum Akathistos de Jesu Christo diebus autem festis beate Virginis Mariae officium seu Akathistos de beata Virgine per hebdomadarium

Digitized by Google

recitari debet. e) Si quem ex presbyteris ecclesiae archicathedralis aut famulis mori contigerit, huic ad expensas sacristiae ecclesiae archicathedralis tota funebralis devotio cum omnibus ceremoniis solito ritu peragi debet, quodsi quodpiam pro exequiis celebrandis legatum faceret, tales seperatim absolvendae sunt. —

§. 13. Clerus archicathedralis in genere prae rurali praerogativa gaudere debet, atque ideo, a) presbyteri ad ecclesiam archicathedralem applicati Vicariorum archicathedralium omnes gaudebunt titulis, quae qualitas eosdem non tantum omnibus parochis ruralibus et in provincia ubivis constitutis aequiparabit, sed etiam aliis praeeminentiores faciet ita, ut e parochis ruralibus ad Vicariatum archicathedralem assumpti, jam altiorem promotionis gradum assequantur, unde b) si in posterum aliquod beneficium melius in Archidioecesi vacare contigerit, ad id inter competentes semper prior Vicariis archicathedralibus rite officium suum gerentibus dabitur locus. Unde etiam c) fiet, ut vacante aliquo vicariatu et officio semper ejusmodi vacantia per archidioecesim publicetur, competentium qualitates rite examinentur, et dignissimi a Consistorio proponentur Capitulo ad eligendum, et ab hoc electi Lociordinario ad instituendum ita, ut quivis Vicarius archicathedralis tanquam verus et legitimus beneficiatus spectetur.

§. 14. Parochus archicathedralis curam oeconomiae domesticae habere, et famulis etiam ecclesiae attendere debet, ut iidem suis obligationibus, satisfaciant, atque ideo a) Parochi erit partium invigilare, ut illa pecunia, quae pro necessariis ecclesiae ex cassa Capituli dabitur, rite convertatur, ut b) cassa communis sacristiae ad quam omnes oblationes et jura stolae comportari debent, rite conservetur; et c) ex eadem cassa pro emergentibus necessitatibus infirmitatis alicujus ex beneficiatis archicathedralibus pro medico, apotheca et aliis necessitatibus et commoditatibus expendatur, atque ideo d) hujus cassae ordinatae rationes conscribi, et sub

Digitized by Google

finem cujusvis anni pro censura Capitulo tradi debent. Cultura horti pro Vicariis archicathedralibus designati Parocho incumbet, et etiam fructus eidem cedent, ita tamen ut quovis anno saltem quinquaginta arbores fructiferas implantari curare, et pro cultura necessarias de proprio impensas ferre debebit.

§. 15. Praeterea quoad famulitium ecclesiae nimirum binos cantores et sacellanum Parocho incumbet sollicitudo, ut a) Cantores ambo consuetis matutinis et vespertinis devotionibus integris intersint, et juxta praescripta ritualis eadem absolvant; b) uterque presbyteris missam celebrantibus ministret, c) curam librorum choralium habeant, d) Parocho vel Cooperatoribus functiones ecclesiasticas et sacramenta administrantibus assistant, porro e) ut sacellanus campanae pulsu quovis mane praestituta hora presbyteros pro consueta devotione excitet, f) signum det campanis pro consuetis devotionibus, ecclesiam suo tempore aperiat et claudat, accendat cereos, vasa necessaria et vestimenta sacra praeparet, g) presbyteris celebrantibus ministret, et toto tempore consuetae devotionis in ecclesia continuo adsit. — Negligentes famuli ecclesiae a Parocho corripi et moneri, quod si non se emendaverint, Capitulo pro dimissione eorumdem deferri debent.

§. 16. Intuitu reparationum tam ecclesiae quam internarum et externarum quam domus per presbyteros archicathedrales inhabitatae, tum aliorum archicathedralium aedificiorum huic per supremum decretum aulicum ddto. undecima Aprilis anni millesimi septingentesimi nonagesimi secundi prospectum est ita; ut hae reparationes ex usuris a summa capitali viginti novem millium ducentorum et quinque florenorum obvenientibus fiant. Quare necessarium erit, ut Parochus archicathedralis necessarias reparationes tempore verno et aestivo faciendas ultimis diebus Martii cujusvis anni Capitulo indicet, hoc autem per suum Procuratorem cointelligenter cum Oeconomo seu Majore Domus Archiepiscopali, collatis consiliis repara-

Digitized by Google

tiones requisitas fieri, et rationes super expensis per Oeconomum Archiepiscopalem, suum Procuratorem et Parochum conficiendas et subscribendas sibi sub finem cujusvis anni tradi curabit, et censuratas a se Lociordinario substernet. —

Clementissime perpendentes, hancce ordinationem Capituli et regulationem Cleri archicathedralis augendo honori Divino, servando bono ordini in Capitulo et Clero archicathedrali, incremento religionis promovendoque decori cleri ritus graeco catholici apprime inservire, gratiosissime ordinationem hanc Capituli Metropolitani ac regulationem Cleri archicathedralis auctoritate Nostra Caesareo-regia firmamus ac confirmamus, salvo jure Nostro supremo pro temporum circumstantiis, easdem aut immutandi, aut novis statutis augendi, prout id studium Nostrum in Sanctam religionem catholicam et clerum exegerit. Ordinantes et mandantes omnibus et singulis membris Capituli dicti Metropolitani et Cleri archicathedralis nunc et in posterum extituris, ut ordinatioem hanc et regulationem accuratissime observent: onerantes conscientiam Metropolitae ejusque Successorum, ut eas observari auctoritate sua Ordinaria faciat, jubentes Gubernium Nostrum regnorum Nostrorum Galiciae et Lodomeriae, ut observationem horum statutorum tueatur, eaque nullo pacto immutet, aut a quocunque immutari absque speciali Nostra concessione permittat: monentes demum eos, qui secus fecerint, gravem indignationem Nostram Caesareo-regiam incursuros. —

In quorum fidem praesentes litteras manu Nostra subscripsimus, et sigillum Nostrum Caesareo-regium apprimi jussimus. Dabamus in civitate Nostra Residentiali Vienna die vigesima quinta mensis Februarii anno millesimo octingentesimo decimo tertio regnorum Nostrorum vigesimo primo. — Franciscus m. p. Alojsius Comes ab Ugarte Regn. Bohemiae Supremus et A. M. primus Cancellarius m. p. Ignatius Carolus Comes Chorinski m. p. Ad mandatum Sacae. Caes. Regae. Matis ppm. Augustinus Gruber m. p. —

Digitized by Google

Decreto aulicae cancellariae ddto 3 Septembris 1812 Nro 13320, intimato a Gubernio sub 9 Octobris, significabatur puncto 14, confirmationem Capituli hujus fieri debere per Metropolitam

Idem qouque fiebat cum Capitulo cathedrali Premisliensi. Suspensa eatenus a Sua Caes. Majestate decisio ad providendam Eppalem Sedem, postquam eadem esset provisa, et ab Eppo Premisliensi Lewicki requisita opinio Suae Majestati fuisset substrata, subsequebatur similiter altisima S. M. resolutio, ddto Beluni die 20 Aprilis 1816, qua pariter antiquum penes Ecclesiam cathedralem Peremisliensem existens capitulum restituebatur et regulabatur. — Dein individua a S. M. nominata a loci Ordinario investiebantur ac installabantur. — Confirmatio autem Capituli rutheni Premisliensis facta est per Metropolitam Michaelem Lewicki diplomate ddto Premisliae die 12 Junii 1817.

Dum Sua c. r. Majestatas Metropoliam Haliciensem sub die 11. 7bris 1806 restauraret, in decreto Suo et in litteris ad Summum Pontificem datis exprimebat, pro sustentatione futuri Metropolitae designari decem millia fl. rhenensium, hactenus ab Eppo Leopoliensi percepta, et huic adjici annue ex fundo religionis summam duorum millium florenorum rhenensium, donec futurus Metropolita sex pagos, 3000 fl. circiter importantes, qui ad Sedem Metropolitanam Haliciensem olim pertinuerunt, per temporum vero vicissitudines ad manus alienas avulsi sunt, assistente fisco regio revindicare fors potuerit. Sed bona mox dicta seu sex pagi revindicari non poterant, et antequam restauratio Metropoliae fuisset subsecuta, Fiscus regius processum per complanationem, stipulata valde exigua capitali summa pro Ecclesia destinata terminabat. — Bona ad Eppatum Leopoliensem spectantia Metropolitae in dotationem relicta, nonnisi proventus annuos 4600 fl. rh. efficiebant, residua vero quota 7400 fl. ex fundo religionis in pecunia chartacea dabatur. Quare Metro-

Digitized by Google

polita tam pro se quam pro suis succedaneis congruam et stabilem dotationem a S. C. R. M. exposcebat, et promissionem obtinebat, sibi pro dotatione bona Abbatiae Uniow tradenda fore.

Circumstantiae bellicae et status aerarii publici impediebat effectum hujus adpromissionis, et Metropolita additamento modico pecuniae chartaceae contentari debebat. Anno 1809 sequebatur novum infortunium, quod Metropolita per Gallo-Polonos proprio peculio ad 75,000 fl. in pecunia chartacea efficienti spoliaretur. Ad repraesentationes Suae Majestati factas promittebatur fausta suo tempore resolutio, at eadem non sequebatur. Interea camera Caes. R medio actionis publicae vendebat bona cameralia, inter quae erat civitas Halicz cum praedio adjacente Zalukiew, quod olim ad dotationem Metropolitae Haliciensis pertinuisse traditio edocebat, et quod Metropolita restauratae Metropoliae restitui optabat. — Quare in spe sibi suisque succedaneis adpromissam in bonis inmobilibus seu realitatibus dotationem a S. Majestate fore assignandam, an. 1811 plus offerens emebat pro Metropolia mox dictas realitates pro summa 83000 fl. in pecunia chartacea per ratas solvenda, cum spes illi alluceret, per diplomaticas intercessiones summam 75,000 fl. per Gallo-Polonos sibi sublatam a regimine Saxonico restituendam fore, cumque eotum jam proprio peculio careret, pro solvenda aerario camerali prima mediatate stipulatae summae contrahebat aes alienum tanto magis, cum melioratio oeeonomiae in bonis Metropolitae non paucas expensas exigeret, atque sub die 13 Junii 1812 instrumentum donationis bonorum Halicz in rem Metropoliae exarabat. Quo facto petebat a Sua Majestate, ut altera medietas praetii, a se pro bonis ab aerario camerali emtis solvenda, per fundum religionis refunderetur, cum caeteroquin melior dotatio pro Metropolita esset appromissa, et additamentum ad congruam ex fundo religionis, sibi in schedis bancalibus dari

Digitized by Google

solitum in quota annua 7,400 fl. in bona moneta numerandum, in hunc finem converteretur, tum usurae a secunda medietat praetii fundo camerali solvenda per fundum religionis solverentur. Desiderio huic minime deferebatur, sed post relatas Suae Majestati summas angustias, quibus Metropolita praemebatur, sub die 30 Julii 1813 ad supremum mandatum Metropolita perceptus de mediis obviandi angustiis suis interabat rursus suas preces, ut additamentum ad Congruam sibi assignatam intuitu persolvendae medietatis praetii pro bonis Halicz converetur, et postulabat, ut sibi suisque Succedaneis loco additamenti ad congruam dein darentur pro dotatione stabili bona Abbatiae Uniow, a C. R. Majestate dudum adpromissa, et ab antiquo ad Metropolitam spectantia. Ad id emanabat suprema resolutio, qua Metropolitae permittebatur, ut debita contrahere, eademque super bonis Metropoliae Krylos et Perehińsko hypothecare queat. Caeterum executio ex parte camerae contra illum, qua emptorem bonorum cameralium Halicz propter non solutam alteram medietatem praetii revocabatur.

Regimen Magni Ducatus Varsaviensis quoad praetensiones Metropolitae intuitu ablati sibi peculii ad omnes diplomaticos passus et intercessiones nullatenus ad restitutionem flecti poterat, proinde itaque cadebat spes Metropolitae et medium pacificandi debita pro solvenda prima mediate praetii bonorum Halicz a privatis personis contracta. Bellum, quod jam an. 1812 cum Russis et dein 1813 cum Gallorum Imperatore erupit, omnes regiminis curas et vires aerarii in se convertebat, unde negotia interna protrahebantur, cum S. C. R. M. externis negotiis distracta fuerit. Ideo factum est, quod negotium dotationis Metropolitae Angellowicz ejusque Succedanorum in longum protraheretur. Interea porro Metropolitae Angellowicz vires non tam aetate quam laboribus pastoralis curae ac zelo pro ecclesia ac Domo Dei in dies frangebantur, isque non obstante omni possibili medicorum conatu cum

Digitized by Google

summo totius Cleri et populi rutheni dolore omniumque, quibus praclarae dotes, scientia omnis generis, comitas, humanitasque erant notae, et quae eidem communem aestimationem amoremque conciliabant, die 9. Augusti 1814 anno aetatis 55 vitam meritorum plenam terminabat.

Adhuc in vita existente Metropolita Angellowicz ad repraesentationem Epporum Galiciensium ritus latini suae Caes. Reg. Majestati factam commendabatur Eppis graeco catholicis, quatenus juvenes suos, statum ecclesiasticum et ritum latinum amplecti cupientes, a suo ritu ad latinum dimitterent propterea, quia major praetendebatur subversari defectus canditatorum status ecclesiastici in latino, quam graeco ritu. Ordinarii rutheni non contraibant desiderio supremi regiminis, at insistebant constitutionibus et decretis Sedis Apostolicae, et vel maxime decreto Urbani VIII sub die 7. Febr. 1624, ut dimittendi ab illis ex dioecesi juvenes facultatem seu dispensationem transeundi ad ritum latinum a Sede Apostolica impetrarent. Quum attamen eo tunc recursus ad S. Pontificem fuerit impeditus, idcirco ad vota supremi regiminis aliquibus individuis dispensatio ejusmodi a Metropolita sub spe rati a Sede Apostolica subsequendi dabatur, at id cum tribus dumtaxat individuis contigit.

Cum vero post obitum Metropolitae vacante Sede ejusmodi dispensatio a Vicario Capitulari et Administratore etiam exigeretur, ac Regimen C. R. id adurgeret, ideo, ut et desiderio Regiminis satisfieri et decreta Sedis Apostolicae in suo robore conservari valerent, Praepositus capituli Vicarius et Administrator vacante Sede Metropolitana sub die 14 8bris 1815 recurrebat ad Sedem Apostolicam cum precibus, ut sibi communicaretur potestas, nomine s. Sedis in ejusmodi casibus restricte ad certum canditatorum numerum dispensandi. — Ad quas preces medio rescripti Cardinalis Litta, Praefecti Congregationis de propaganda fide ddto 9bris 1815 reponebatur: Vetitum esse transitum de ritu ad ritum sine pro-

prio Sedis Apostolicae indultu, cum id et constans Ecclesiae disciplina et summorum Pontificum constitutiones aperte praecipiant; cum igitur ejusmodi trantitus privativo Apostolicae Sedis judicio reservatus sit, optime se gessit administrator, rejiciens Epporum latinorum postulationes et cujuspiam ex clero rutheno, qui transitum ad ritum lat. flagitabant, itaque ejusmodi petitiones ad s. Sedem deferendas esse, ad quam tantummodo ista concesio pertinet.

Excitata est ab Eppis latini ritus rursus apud caes. reg. Gubernium quaestio, de bulla" Etsi pastoralis, de transitu graecorum ad latinum ritum pro Galicia extendenda; ast ad remonstrationem Epporum Ruthenorum rursus sopiebatur.

Anno 1815 per tractatum congressus Viennensis provincia sic dicta Tarnopoliensis sub Dominium austriacum redibat, et a Russis cedebatur, proinde redibat etiam sub suam propriam spiritualem jurisdictionem pars dioeceseos ruthenae unitae, quae ab an. 1811 per quinquennium sub regimine Eppi Luceoriensis et Metropolitae Ruthenorum unitorum in Russia Kochanowicz existebat, cumque jurisdictio spiritualis super partem dioeceseos praedictae nullo formali instrumento in Eppum Luceoriensem fuisset transfusa idcirco Vicarius Capitularis, Sede Metropolitana vacante, jurisdictionem spiritualem in illa parte dioeceseos Metropolitanae absque ullo dubio ad nutum Regiminis austriaci capessebat. Equidem quoad s. unionem cum Ecclesia Romana nec minima evenit sub russico regimine in illa provincia ex parte dioeceseos mutatio, cum nec unum individum e clero vel populo ad disunionem desciverit, ast quoad ordinem in clero et disciplina multa in pejus propterea abiverant, quod Consistorium Luceoriense in Żydyczyn sedem habens longe dissitam, debitam inspectionem gerere haud valeret, praesertim vero, quod Eppus Suffraganeus et Vicarius Gurlis ac Abbas Basilianorum in Żydyczyn complura individua qualitatibus prorsus destituta et non probatorum morum ad statum sacerdotalem promove-

ret, et in provincia Tarnopoliensi curae animarum applicaret. Unde fiebat, ut post recuperatam illam provinciam ipsum C. R. Gubernium a Consistorio exigeret, ut dissolutae disciplinae inter clerum et immoralitati cosuleret, atque ordinem debitum, qui antehac vigebat, restituere studeret.

§. 38. Continuatio. Michael Lewicki Eppus ruth. Premisliensis in Metropolitam Haliciensem et Archieppum Leopoliensem constitutus. Bona Halicz et Uniow Metropoliae tradita. In Eppum ruthenum Premisliensem Joannes Snigurski promotus, eique loco bonorum Bialypol et Busno additamentum ad congruam assignatum. Bukowina cum Galicia conjuncta. Unio ibidem Ruthenorum. Defectus cleri rutheni. Concentratio curatiarum ruthenarum. Scholae. Status dioecesium ruth. et Monasteriorum in Galicia.

Anno 1815 nominabatur a Sua C. R. Majestate in Metropolitam Eppus Peremisliensis Michael Lewicki, et a Sede Apostolica confirmatio ejusdem petebatur, atque processu canonico in ipsa Romana Curia expedito, sub die 8 Martii 1816 idem a Summo Pontifice confirmabatur, atque consuetae expediebantur Bullae. Confirmatus Metropolita emittebat juramentum praescriptum a Sede Apostolica in manus Archiepiscopi Viennensis Comitis ab Hohenwarth, a quo emissum juramentum Romam mittebatur. Dum porro Metropolita Suae C. R. M. debitum homagium et grates pro sua elevatione praestaret, simul rogabat, ut negotium dotationis Metropoliae jam sub suo Antecedaneo inchoatum ad finem deduceretur, antequam idem Sedem Metropolitanam capesseret. Fiebat igitur, ut ex supremo Suae C. R. Majestatis Apostolicae mandato altera medietas praetii pro bonis Halicz a Metropolita Angellowicz pro dote Metropoliae emtis, ex fundo religionis fundo camerali relueretur, et haec bona in dotationem Metropoliae

Digitized by Google

resignarentur, praeterea vero an. 1817 mense Augusto a Sua Majestate decidebatur, ut in meliorationem dotationis Metropoliae bona Abbatiae Uniow tradderentur.

Antequam Metropolita Lewicki sedem Metropolitanam conscenderet, adhibebat curam, ut sedes Eppalis Premisliensis idoneo pastore provideretur. Ad propositionem itaque per c. r. Magistratus Suae Majestati factam initio an. 1818 nominabatur a propositis candidatis in Eppum praeclaris dotibus gaudens Parochus Viennensis ad s. Barbaram*) et Canonicus honorarius Premisliensis Joannes Snigurski.

Die 31 Maji 1818 introibat Cathedram Metropolitanam Leopoliensem Metropolita Michael Lewicki, cui a Regio Gubernio traddebantur bona pro Metropolitae dotatione assignata, et inter alia etiam bona Abbatiae Uniow, quae jam ab anti quis temporibus ad Metropoliam spectabant.

Mense Augusto 1818 peragebatur a Metropolita actus confirmationis nominati Eppi Premisliensis Joannis Snigurski,

---

*) Jn urbe capitali Vienna fundata est per Imperatorem Josephum II an. 1784 Parochia pro graec. cath. ritu ad Eccam s. Barbarae, ubi quondam Seminarium generale rit. graec. cath. existebat, et penes quam Parochus et Capellanus curam animarum exercebant. Ecca haec et parochia adscripta est tenore Derecti Regiminis ddto 16 Julii 1820 Nro. 31606 et intimationis Viennensis Consistorii ddto 28 Julii 1820 post exortam inter Metropolitam Leopoliensem et Eppum Crisiensem Stanisch de jurisdictione lite Metropolitae r. g. c. Leopoliensi. Antea autem parochia haec stricte a nullo dependebat, suberat tamen, ut et modo, inspectioni Viennensis Archieppi et ab eodem etiam usque ad modernum parochum existentia individua instituebantur per turnum ex sacerdotibus gr. cath. Hungaricis et Galiciensibus ita, ut parocho semper Cooperator absque concursu succederet.

Digitized by Google

cui cum bona quondam ad Eppatum Premisliensem spectantia, Bialypol et Busnò per regimen polonicum occupata haud restituerentur, adeoque additamentum ad congruam proventui illorum bonorum correspondens ex fundo religionis assignabatur.

Necessitas domus Correctionis pro praesbyteris excessivis jam dudum tanquam summe necessaria agnoscebatur. Metropolita Angellowicz supremo regimini multoties substernebat preces, et fundum pro hocce instituto exposcebat. Post illius primo decessum subsequebatur decisio aulica, qua domus correctionis pro utraque dioecesi rit graec. cath. Leopoli penes cathedram Metropolitanam adaptanda mandabatur, et impensae ad id ex fundo religionis destinabantur. Adaptabatur igitur ad id aedificium antea a PP. Basilianis inhabitatum, qui sese ad monasterium Leopoliense ad s. Onuphrium transferrebant, et hujus domus Director unus ex Canonicis Capitularibus ad impensas fundi religionis constituebatur.

Adhuc an. 1782 sub Imperatore Josepho II adjungebatur Galiciae provincia a Turcico Imperatore cessa, Bukowina dicta, inter Galiciam et Principatum Transilvaniae sita, quae tanquam unus e circulis regni Galiciae Gubernio Galiciensi subordinabatur. Circulis hic inhabitatus est a Valachis nonunitis, at reperiuntur etiam ibidem ad 200,000 Ruthenorum. Adhuc sub Imperio Turcico in Bukovina erat Eppus nonunitus in Czerniowice, Civitate circulari suam sedem habens, qui hucusque existit. Rutheni unti in Bukowina reperibiles confugiebant in spiritualibus suis necessitatibus ad parochos unitos in limitibus Bukowinae in Circulo Zaleszczecensi existentes.

Sub regimine autem Austriaco cum in Bukovina tam Magistratus publici quam praefecti bonorum cameralium, ac penes fodinas salinares caesareas operarii diversi romano-catholicam religionem profiterentur, ideo erigebantur ibidem Ecclesiae pro ritu Romano-Catholico, et ad easdem Cu-

Digitized by Google

ratores ab Archieppo Leopoliensi rit. lat. constituebantur, qui etiam Ruthenis unitis ad se confugientibus spiritualia obsequia praestabant. Porro a Consistorio graec. cath. Leopoliensi mittebantur tum et quando presbyteri in Bukovinam ad tempus praesertim tempore confessionis paschalis, ad praestanda obsequia spiritualia populo unito, pro quo hi divina in Ecclesiis lat. ritus celebrabant. — Cum vero numerus unitorum Ruthenorum ibidem longe major inveniretur, qui ob defectum sacerdotum unitorum sese potius ad presbyteros nonunitos rit. grac. quam latinos in suis necessitatibus spiritualibus convertebant, ideo ad repraesentationem Metropolitae Angellowicz resolvebat Sua C. R. Majestas, ut pro exigente necessitate Ecclesiae rit. graec. cath. in Bukowina erigerentur, et Curatores ad easdem ex fundo religionis sustentandi constituerentur, et quidam imprimis in circulari urbe Czerniowice, in qua est sedes Eppi non uniti, tum etiam in aliis locis, ubi major unitorum Ruthenorum numerus reperiebatur, ut hac ratione spirituali necessitati populi rutheno-uniti consuleretur, et transitui ejusdem ad nonunitos poneretur obex.

In Czernowce itaque ad Ecclesiam ibidem novo aedificatam reperitur jam a pluribus annis parochus, qui simul Decani Bukovinensis obit munus, et praeterea ibidem quatuor (nunc 15) Curatiae existunt, quarum una actualis parochia est in civitate Czerniowce, altera in civitate Suczawa. Hac ratione consultum est, ut non tantum illi Bukowinae habitatores Rutheni uniti, qui ibidem domicilium fixerunt, nullam occasionem habeant unionem sanctam doserendi, verum etiam opportuna facta est occasio redeundi ad unionem illis, qui ob defectum sacerdotum ruthenorum unitorum ad nonunitos prius defecerant, quod etiam fit continuo, atque numerus populi uniti in Bukowina augetur in dies*) propterea, quod Curatores ani

*) Juxta novissimam relationem Decani Bukovinensis Lawrecki numerus animarum populi rutheni in Bukowina ad 40000 ascendebat.

Digitized by Google

marum uniti ibidem constituti debite exculti verbum Dei praedicent, et populum aedificare conantur, qualis aedificatio apud presbyteros nonunitos nimis rudes et incultos non conspicitur. —

Jam a longo tempore notabilis erat defectus Candidatorum status ecclesiastici in ritu graec. cath. et in cura animarum deficiebant operarii, licet ex parte regiminis austriaci et de sustentatione Alumnorum in Seminario generali graec. cath. et de stipendiis candidatis status ecclesiastici provideretur.*) Inter alias rationes hujus defectus candidatorum assignabatur defectus congrüae sustentationis curatorum rit. graec. cath. Ad obviandum itaque una ex parte defectui Curatorum et meliorandam eorundem subsistentiam, ordinabatur a Sua Majestate concentratio strictior Parochiarum, ita ut constitutis Curatoribus major circuitus curae animarum assignaretur, ac per concentrationem fundationum pro parochis earundem sustentatio augeretur. Ast perinde Curatoribus augebatur labor, eorundem vero sors non multum fiebat melior, cum Ecclesiae ruthenae valde miseram habeant dotem, in paucis jugeribus fundorum aratilium et falcatilium consistentem, quorum praecipui, si dissiti sunt ac dispersi, cultura fructibus parum correspondet. Fundi hi omnes juxta certam satis altam basim in congruam curatoribus computabantur, et ex fundo religionis valde exiguum addebatur additamentum ad congruam 300 fl. C. M. Parocho et 150 fl. C. M. Capelano et Cooperatori designatam. Sic itaque in Dioecesi Metropolitana Leopoliensi ubi antea ultra 1500 parochiae existebant, ad praesens nonnisi

---

*) Juxta praescripta in terris austriacis ad ordines sacros nullum individuum promoveri solet, quod scholas nationales seu normales per annos, 3 gymnasiales per annos sex, philosophiam per annos duos, Theologiam cum jure canonico per annos quatuor cum bono progressu non absolverit.

Digitized by Google

1211 Curatiae numerantur, ex quibus tamen nonnisi 939 Curatoribus sunt provisiae, reliquae vero per vicinos Curatores provideri debent, et sub finem anni 1826 — 318 Curatores animarum deficiebant. Ast postea quum ad repraesentationes Epporum numerus Alumnorum in Seminario generali per decretum Suae Majestatis sit auctus, et adpraesens in Seminario generali 320 Alumni sustententur, tum Sua Majestas adpromiserit, sustentationem Curatorum rit. graec. cath. meliorem reddere; idcirco defectui huic Curatorum brevi fors obviabitur tanto magis, cum pro anno scholastico 1827 jam tot candidati sese insinuaverint, ut omnia in Seminario loca compleri poterint.

Clerus graec. cath. in Galicia sub vigili regimine suorum pastorum et Caes. R. Austr. Regiminis paterna tutella suae vocationi respondere atque populum doctrinae fidei et morum imbuere conatur. Restituta pace et tranquillitate per pastoralem sollicitudinem tam moderni zelo religionis et salutis gregis suo flagrantis Metropolitae, quam Eppi Premisliensis restitutae sunt plurimis in locis scholae parochiales et praedagogis provisae, in quibus juventus parochialis in legendo et scribendo in lingua tam ruthena quam polonica, tum arithmetica,*) prout simul a curatoribus localibus in rudimentis fidei et cathechesi eruditur. His scholis ubivis praesunt easque visitant Inspectores Decani et Vice-Decani designati, quibus omnibus invigilat et eosdem dirigit Praelatus scholasticus confirmiter statutis Capituli. Consistorium ex membris capituli compositum sub praesidio loci Ordinarii dirigit omnia

*) Quosque durabat bellum, scholae istiusmodi restaurari propterea non poterant, quia paedagogi et simul Ecclesiarum cantores a Dominis rit. lat. pro tyrocinio accipiebantur et militiae traddebantur, qui adpraesens a Sua Majestate qua liberi a militia declarati sunt.

Digitized by Google

negotia dioecesana, et correspondet cum omnibus C. R. magistratibus.

Capituli Metropolitani Leopoliensis status praesens ex 8 et Premisliensis ex 6 individuis componitur. Sustentantur hi Capitulares partim et fundo religionis partim ex fundo seu summis capitalibus pro capitulis fundatis. Qui tamen fundus ab an. 1811 propterea dimiuntus est, quia capitalia fundationalia per Decretum caesareum Financiale ad quintam partem passim, reducta sunt, et ex iisdem et clerus ad Ecclesiam cathedralem necessarius*) et expensae Ecclesiae sustineri debent.

Porro in gere in Dioecesi Metropolitana Leopoliensi reperiuntur summatim 1211 Curatiae, Presbyteri saeculares 939, numerus vero animarum populi rutheni uniti seu rit. grae. cath. in Galicia et novo circulo Bukovinensi 1,113416 ascendit.

Jam vero in dioecesi Premisliensi ex septem circulis composita reperiuntur universim 585 parochiae, 130 capellaniae locales; 33 Cooperaturae, numerus vero animarum universim ascendit ad 724650.**) Capitulum et Consistorium Premisliense sustentantur passim ex pensionibus ex fundo religionis dari solitis. Cum porro Premisliae existat Gymnasium et Lyceum ac studia publica philosophiae in iisque etiam juvenes rit. graec. educantur, ideo Premisliensis Dioecesis habet sufficientes candidatos status ecclesiastici ad Seminarium gene-

*) Tales sunt: Parochus cathedralis, bini Concionatores, Poenitentiarius, bini Cooperatores, sacristiae Praefectus tum ministri Ecclesiae, Cantores.

**) Relatio ad sedem apostolicam, Alexandrum VII de statu dioeceseos Premislienses (rit. lat.) a Stanislao Sarnowski Eppo Premisliensi Abbate Suleojoviensi, per ejus procuratorem Hyacyntum Mokrski canonicum Premisliensem R. M. Secretarium an. 1660. continet expresse sequentia:

Digitized by Google

rale Leopoliense mittendos eo magis minorem numerum curatiarum providendarum curatoribus habeat.

Ordo religiosus PP. Basilianorum an. 1792 per supremum C. R. Decretum regulabatur ita, ut in Galicia in utraque Dioecesi tam Leopoliensi quam Premisliensi 12 Monasteria, videlicet in utraque dioecesi 6. monasteria habeat, in quibus 118 Presbyteri religiosi et 12 laici juxta regulam ordinis sustineri deberent.

der Volksſchulen hierlands deutlich hervor, daß eben der in Galizien allein ausgeſchloſſene Schulzwang dazu das meiſte Hinderniß bildet; es frägt ſich daher, ob es nicht bei den veränderten Verhältniſſen in Galizien an der Zeit wäre, weitere, Modifikation bezüglich des ausgeſchloſſenen Schulzwanges zu machen, daß eine Suspension der geſetzlichen Schulkonkurrenz nur da einzutrefen hätte, wo eine zu ſchwere Belaſtung der Concurrenzpflichtigen einträte, ob nicht die ſich dagegenſtemmende Willkühr zu beſeitigen wäre, endlich frägt es ſich, ob mit Rückſicht auf die gemachten Erfahrungen die Nothſchulen über welche die allerhöchſte Entſchließung vom 21 7ber 1841 und St. H. K. V. vom 10 10ber 1841 Z. 6216 dem Volksunterrichte gehörig vorſorgen können, wo die Trivialſchulen nicht errichtet werden künnen. Die Weiſung wird mit Bezug auf die allerhöchſte Entſchließung vom 21 7ber 1841 und über das h. Studienhofkommiſſionsdekret vom 10 10ber 1841 Z 6216 und Gub. V. vom 4 Jänner 1842 Z. 71122 ertheilt, die Tendenz der geſtellten Fragen wohl zu erwägen, und nach den gemachten Erfahrungen die Äußerung mit Rückſicht auf die Neigüng des Volkes für Unterricht zu erſtatten Kon. Bericht 13 Maji 1843 Z. 54 schol: daß in der gr. kath. Lemberger Erzdiözes bloß 27 Trivialschulen und 843 Pfarrſchulen vorhanden ſind. Dieſe ſtehen unter der Aufſicht des gr. kath. Metr. Cons. in Folge h. Stud. Hof. Com. Decret. vom 6 Mai 1815 Z. 994 Gub. Intimat 2 Juni 1815 Z. 20547 in Folge dieſer und der nachſtehends ergangenen V. vom 8 Dezember 1815 Z. 31365, 28 Jänner 1818 Z. 4414 und 22 Mai 1818 Z. 24852 begann in der gr. kath. Metrop. Diözeſe die Regelung der Volksſchulen. —

Die gr. kath. Curat. Geiſtlichkeit leiſtete ihr möglichſtes. Allein die Grundherrſchaften ſträubten ſich wie früher ſo auch ſodann gegen das Schulweſen unter der ruth. Bevölkerung und erwirkten die mit dem Gub. Intimate vom 7 8ber 1826 Z. 60313 bekannt gemachte allerh. Entſchließung vom 3 Aug.

Digitized by Google

1826 nach welcher die Grundobrigkeiten und Unterthanen in Galizien allein vom Zwange zur Errichtung der Schulen befreit wurden, und zwar von was immer einer Art. Sodann haben die Grundherrſchaften auch die Einwirkung der Curat Geiſtlichkeit direkt und indirect gehemt. Das Cons. enthielt ſich zwar die Urſachen dieſer Abneigung der Grundherrſchaften gegen das Schulweſen in Galizien anzugeben. Allein es hat in den Berichten vom 7 Febr. 1843 Z. 47 schol. vom 13 Febr. 1844 Z. 84 schol. und 23 Mai 1843 Z. 366 auf dieſen Übelſtand hingewieſen. —

Die allerhöchſte Entſchließung vom 3 Auguſt 1826 intimirt mit Stud. Hof. Coms. Dekret vom 1 October 1841 Z. 6216 Gub V. 4 Jänner 1842 Z. 71122 beſagt zwar, daß der Schulzwang nicht aufgehoben ſondern bloß ſuſpendirt ſei, als er den Dominien und Unthertbanen ſchwerfallen würde und daß durch geiſtiges Einwirken der Schulunterricht gefördert werde. Allein ſolches Einwirken zeigte ſich erfolglos, weil hier die Grundherrſchaften und ihre Beamten der ruth. Sprache und dem gr. kath. Ritus der Ruthenen abhold ſind, obgleich die Gemeinden den Schulunterricht fördern wollten, und ſchmerzlich fühlen, daß in den unter dem lat. Cons. ſtehenden Schulen die ruth. Sprache nicht gelehrt war; allein es fehlten Schulhäuſer und fixe Dotation der Lehrer. Das Cons. tragt nun auf die Einführung des Schulzwanges, um ſo mehr als die Nothſchulen in Gemäßheit der allerhöchſten Entſchließung von 27 7ber 1841 im Pfarrhauſe oder K. Sängers Wohnung (Stud. Hof. Com. Dekret vom 1. October 1841 Z. 6216 nach Cons. Vorſtellung vom 9 Mai 1843 Z. 359 schol. unzugänglich ſind, da die Pfarrwohnungen für den Pfarrer und Familie desſelben umſomehr die der K. Sänger klein, eng, feucht, unbequem ſind, (und da in anderen Wohnungen Brennholz nicht da iſt, welches die Grundherrſchaften nicht geben wollen. Es erfloß aber die Gub. V. 18 Juli 1843 Z. 36074, welche den Schulzwang nicht genehmiget. Die ganze Laſt der Nothſchulen fällt

ſomit auf die Gemeinde. Anders verhält ſich in den Cameral-gütern, da entſtehen Trivialſchulen, weil eine Unterſtützung, wenigſtens keine Hemmung da obwaltet. —

Cons. erwartet auch von der laut Gub. V. vom 24 Jänner 1845 Z. 73998 ſchwebenden Verhandlung wegen Beſoldung der Kirchenſänger und zugleich Lehrer guten Erfolg für den V. Unterricht. —

Somit tragt das Cons. auf Einführung des Schulzwanges Errichtung der Schulen in jeder Pfarrſtation und wie der Geiſtlichkeit mit Curr. vom 12 April 1842 Z. 93 schol. und 31 8ber 1843 Z. 681 schol. zur Förderung des S. Unter. aufgefordert wurde, ſo ſollten die Dominical Repräſentanten dazu verhalten werden, und keinem von ihnen ſollte die Beſtätigung von Kreisämtern ertheilt werden, der das Schulweſen nicht fördert. —

Gub. V. vom 2 Juni 1847 Z. 30346 geſtattet, daß in jenen Orten, wo an den dem lat. Konſiſtorium unterſtehenden Schulen das Ruthenische nicht gelehrt wird, die ruth. Geiſtlichkeit ruth. Pfarrſchulen in Antrag bringen kann.

Präſidial Erlaß vom 11 Mai 1848 Z. 6286 geſtattet auf Grund des §. 4 der Verfaſſungs urkunde den Unterricht an den Trivialſchulen in der Sprache des Ortes und bei gemiſchter Bevölkerung in ruth. und polniſcher Sprache.

Landes Präſid: Erlaß vom 29 Mai 1848 Z. 7079: daß in ruth. Kreiſen der Unterricht an Normal — und Trivialſchulen in ruth. Sprache ertheilt werde, und daß das Lehrperſonal ſich dieſe Sprache eigenmache.

Land. Präſ. Erlaß vom 8 7ber 1848 Z. 12271. Unterrichts Miniſter. Dekret vom 31 Auguſt 1848 Z. 5859: daß die ruth. Nation mit anderen gleichberichtiget iſt. An der Lem-

berger Univerſität wird die Lehrkanzel der ruth. Sprache und Literatur errichtet (Die polniſche beſtand ſchon ſeit 1824) Laut Miniſterial Reſkriptes vom 9 Mai 1848 Z. 1717 geſtaten Se. Majeſtät, daß die ruth. gr. kath. Geiſtlichkeit in Galizien volksthümlich ausgebildet werde.

Im Jahre 1849 hat das gr. kath. Lemberger Metropolitan Ordinariat die Verfügung getroffen, daß für die Seminarzöglinge des gr. kath. Ritus die Dogmatik in der ruth. Sprache vorgetragen werde. Der theologiſche Lehrkörper an der Lemberger Univerſität erklärte ſich aber dagegen. Mit dem Erlaſſe vom 12 November 1849 Z. 7836 hat das Kultus — und Unterrichtsminiſterium die ruth. Vorleſungen aus der Dogmatik nicht genehmiget. Der galiziſche Landeschef Graf Gołuchowski hat unterm 23 November 1849 Z. 14566 dieſen Erlaß dahin verſchärft, daß dieſe Vorleſungen allſogleich eingeſtellt werden. Unterm 24 Dezember 1849 Z. 93 ergriffen dagegen die galiziſchen, ruth. gr. kath. Biſchöfe den Rekurs an Se. Majeſtät, worin ſie das Bedürfniß der ruth. Vorleſungen der Dogmatik für den ruth. Kuratklerus näher entwilkelten, und den Vorwurf zurückwieſen, daß die Ruthenen reihr Sprache und ihrem Ritus nach — nach Rußland gravitiren. Unterm 4 April 1850 Z. 3999 eröffnete das gal. Statthalterei Präſidium, daß Se. Majeſtät die ruth. Vorleſungen aus der Dogmatik einſtweilen geſtatten hat.

Land. Präſ. Erlaß vom 20 October 1848 Z. 1052, wann Ritter Zaleski Statthalter war, beſtimmt, daß bis zur Scheidung Galiziens und Erzielung einer höheren Ausbildung (!) der ruth. Sprache an den Gymnaſien und an der Hochſchule Galiziens polniſch unterrichtet werde.

Landes Präſ. Erlaß vom 8 Jänner 1849 Z. 1314. Unter. Miniſt. Erlaß vom 8 Jänner 1849 Z. 28. Es werden

Digitized by Google

ruth. Religionslehrer an oſtgaliziſchen Gymnaſien genehmiget und die Lemberger Univerſität wird als eine ruth. erklärt.

Landes Präſidial Erlaß vom 4 Februar 1849. Rutheniſche Lehrbücher werden in Angriff genommen, und den ruth. Konſiſtorien werden folgende Hauptſchulen untergeſtellt: in Lemberg, Grodek, Zolkiew, Dolina, Stry, Buczacz, Halicz, Kolomya, Sniatyn, Zaleszczyki. (Eben ſo viel Hauptſchulen und alle Mädchenſchulen im ruth. Oſtgalizien, verblieben jedoch unter den lat. Konſiſtorium, wiewohl die Mehrzahl der ſchulfähigen Kinder Ruthenen ſind.)

Land. Präſ. Erlaß vom 7 April 1849 Z. 233. Unt. Miniſtr. Erlaß 28 März 1849 Z. 1548. Die Einführung der ruth. Sprache als Sprache der Mehrzahl der Bevölkerung und der ſchulfähigen Kinder wird die den oſtgaliziſchen Schulen genehmiget.

Land. Präſ. Erlaß vom 23 Februar 1850 Z. 548 fordert das lat. Konſiſtorium darauf zu ſehen, daß die ruth. Sprache an den ihm unterſtehenden Schulen gelehrt werde.

Land. Präſ. Erlaß vom 7 Mai 1850 Z. 4944. daß der ruth. Sprachunterricht in allen Schulen ein obligater iſt, worüber die Aufſicht den gr. kath. Kuraten zuſteht, welchen es auch freiſteht, den gr. kath. Religionsunterricht womöglich gleichzeitig zu ertheilen und die gr. kath. Jugend in ihre Kirchen zum Gottesdienſte zu führen.

Unterm 9 September 1850 Z. 86 und unterm 10 September 1852 Z. 70 richteten die ruth. gr. kath. Ordinariate in Galizien gemeinſame Vorſtellungen an das Miniſterium, daß für die Gymnaſialſchüler des gr. kath. Ritus eigene, gr. kath. Religionslehrer angeſtellt werden.

Digitized by Google

Unterm 19 Dezember 1851 Z. 51 verwendeten ſich die gr. kath. Ordinariate bei der Nunziatur wegen Anſtellung gr. kath. Katecheten bei den Gymnaſien in Galizien.

Mit dem Statthalterei Erlaſſe vom 7 Auguſt 1856 Z. 30349 wurde der Unterrichts Miniſterial Erlaß vom 19 v. M. Z. 10510 intimirt, wornach Se. Majeſtät mit a. h. Entſchließung vom 7 Juli ſelbſtändige ruth. Katecheturen an Gymnaſien zu Lemberg, Przemyſl, Sambor, Staniſlau, Tarnopol, und Brzezan genehmiget haben.

Unterm 26 Auguſt 1851 Z. 2410 eröffnete das Landes Präſidium, daß das Miniſterium für Cultus und Unterricht mit dem Erlaſſe vom 31 Juli 1851 Z. 5047 in Gemäßheit des Miniſterial Erlaſſe vom 30 Juni 1850 Z. 3573 (A. G. B. Nro 319) die Berechtigung des Metropoliten anerkannt hat, zur Heranbildung des gr. kath. Klerus der Lemberger Erzdiözeſe eine abgeſonderte Diözeſananſtalt zu verlangen, weßhalb die theologiſche Fakultät an der Lemberger Univerſität nicht unumgänzlich nothwendig ſei.

Unterm 26 Auguſt 1851 Z. 2410 hat das Landes Präſidium eröffnet, daß das Miniſterium für Cultus und Unterricht mit dem Erlaſſe vom 31 Juli 1851 Z. 5047 in Gemäßheit des Miniſterrial Erlaſſes vom 30 Juni 1850 Z. 3573 zur Heranbildung des gr. kath. Klerus der Premysler Diözeſananſtalt geſtatten wird.

Landesſchulbehörde ddto. 24 Mai 1854 Z. 2573 hält vor das Sinken des Schulbeſuches, um dagegen einzuwirken.

Cons. Cum. 15 Juni 1854 Z. 928; daß die Curaten die Eltern und Kinder ermahnen.

Unter Einem wurde an die h. Statth der Bericht er-

ſtattet, daß auch die polit. Behörden aufzufordern wären mitzuwirken, und daß der Ausnahmszuſtand bezüglich der verbothenen Schulzwanges in Galizien aufgehoben werde.

Cons. Curr. 25 9ber 1855 Z. 2431 in Ortſchaften, wo ſich unter der Leitung des lat. Cons. ſtehende Schulen befinden, ſollen die gr. kath. Curaten einwirken, damit die gr. kath. Pfarrlinge ihre Kinder dahin ſchicken, daſelbſt Religionsunterricht ertheilen, damit die gr. kath. Kinder zum Gottesdienſte in die gr. kath. Kirche kommen, und am Kirchengeſange theilnehmen, wozu in der Schule ſie vorbereitet werden ſollen, damit daſelbſt der ruth. Sprachunterricht ertheilt werde für alle Schüler mit Bezug auf Con. Curr. 20 Febr. 1849 Z. 104. 6 9ber 1849 Z. 989 schol. und 21 Mai 1850 Z. 599 schol.

Statth. Auftrag an die Kreisbehörden vom 4 Februar 1856 Z. 4550, daß bei Erhebungen wegen Schuleinrichtungen ſeitens politiſcher Behörden die betreffenden S. D. Aufſeher beizuziehen ſind nach §. 342 der politiſch. Schulverfaſſung Con. Curr. 26 Februar 1856 Z. 333 schol.

Statth. Erlaß vom 8 März 1856 Z. 9340 hat das U. Miniſter. mit dem Erlaſſe vom 26 Febr. 1956 Z. 18266 auf den Bericht des Konſiſt. vom 30 October 1855 Z. 2096 im Zwecke der Förderung des Volks-Schulweſens angeordnet, daß der Volksſchulen Oberaufſeher die Schulen bereiſen kann nach der vom Ordinariate anerkannten Nothwendigkeit und Zeitgemäßheit, allein dieſe Bereiſungen ſollen die des Volksſchulen Inſpektors weder nachſetzen noch beirren. Hinſichtlich des Schulzwanges muß unterſchieden werden a) Schulbeſuchszwang und b) Schuleinrichtungs und Dotirungszwang.

In erſter Beziehung ſind die Normen der politiſchen Schulverfaſſung, daß die Eltern die Kinder in die Schule

Digitized by Google

ſchicken, aufrecht zu erhalten. Schulbehörde und polit. Ämter ſollen da eingreifen durch positive anregende und die Hinderniſſe des Schulbeſuchs beſeitigende Mittel wozu auch Nöthigung durch Beſtrafung gehört. Zur Normirung deſſen hat das U. M. Beſtimmungen drucken laſſen

Der Zwang zur Schulerrichtung und Dotirung iſt mit Bezug auf die allerhöchſte Entſchließung vom 3 Aug. 1826 unzuläßig, allein moraliſche Nöthigung iſt zuläßig durch Überredung und Aufmunterung.

Con. Currende 8 April 1856 Z. 579 schol.

Con. Cur. 2 Juli 1856 Z. 923 schol. wenn auch der Zwang zur Errichtung und Dotirung der Schulen nicht zu gelaſſen: da aber mit Aufhebung der Frohne und Entlaſtung der Gründe die Leiſtungsfähigkeit der Gemeinden geſtiegen iſt, ſo haben S. D. A. Ortſchaften anzuzeigen, wo Schulen errichtet werden könnten.

Im Jahre 1856 war das Studium der ruth. Sprache als einer obligaten an den Gymnaſien Oſtgaliziens zu einem relativ obligaten erklärt, daß nämlich die ruth. oder polniſche Sprache gewählt werden konnte.

Dekret des Staatsminiſt. 20 Auguſt 1861 Z. 2930. 152 Statth. Erlaß 10 September 1861 Z. 57472 Cons. Curr. 1 8ber 1861 Z. 1944. Als Noth-und keine Winkelſchulen ſind jene Schulen zu behandeln, wo im Orte ſelbſt keine Schule beſteht, und die Schule eines benachbarthen Ortes nicht leicht zugänglich iſt. Die Einſchulung iſt nicht nach der hierlands willkührlichen Einſchulung ſondern nach der Möglichkeit der Benützung der Schule einer benachbarten Ortſchaft zu behandeln. Die von einer eingeſchulten Ortſchaft übernommen Leiſtung des Dotationsbeitrages iſt nicht verbindend, wenn dieſe Ortſchaft eine eigene Schule zu errichten nöthig findet.

Digitized by Google

Statth. Erlaß 13 Auguſt 1861 Z. 51206 Cons. Curr. 29. Auguſt 1861 Z. 1685 (Stattsminiſt. 26 Juli 1861 Z. 6152 (130.) In rein polniſchen Schulen ſoll der Lehrunterricht mit der polniſchen, in rein ruth. mit der ruth. und in deutſchen mit der deutſchen, in gemiſchten Schulen mit derjenigen Sprache beginnen, welche die Mutterſprache der Mehrzahl der Schüler iſt.

Inde ab anno 1850 usque ad an. 1859 omnia movebantur a Gubernatore Galiciae ad supprimendam linguam ruthenam in scholis, in quo idem adjuvabatur ab Archieppo polonico Luca Baraniecki, qui contra doctrinam religionis in lingua ruthena a catechetis ruthenis in scholis tradenda apellavit Romam. Ut autem dictus finis obtineri posset, denigrabantur Rutheni in Galicia qua proclives ad schisma et ad moscovitismum, ut exinde nationalitas et lingua et ritus Ruthenorum graeco-cath. opprimantur, et ut nationalitas, lingua et ritus latinus Polonorum in Galicia orientali praedominium obtineant. Etiam lingua veteroslavica, quae in ritu graeco Ruthenorum catholicorum obtinet, declarabatur qua inexculta et qua emissarius moscovitismi et schismatis, quare rescriptis Gubernii et Praesidii Gubernialis ddto 3 Februarii 1859 Nro. 4614 et ddto 15 Maji 1859 Nro. 2668 urgebatur Metropolitanum ruthenum Leopoliense Consistorium, ut quantocyus procuret versionem bibliae ex lingua veteroslavica in linguam vulgarem ruthenam. Totam hanc agitationem dillucidat opus: „Die rutheniſche Sprach — und Schriftfrage in Galizien. Lemberg, 1861.“ Adducimus hic ad dillucidandam hanc rem sequentia adhuc specialia documenta:

Archieppo Leopoliensi ritus graeco — rutheni Leopolim. Illustrissime ac Reverendissime Dne! Sanctissimo Dno Nostro Pio PP. IX relatum est (ab Archieppo polonico Baraniecki) non paucos isthic e ruthenis sacerdotibus graeco — catholicis eosque Canonicos etiam et parochos rurales sub nationa-

Digitized by Google

litatis specie latinis (?) adversari, plebemque hisce ultimis subjectam sub quibusdam praetextibus ad graecum ab illis pertrahi ritum non obstantibus Apostolicis Constitutionibus, ad quas (?) latini sacerdotes incassum data occasione provocare perhibentur. Haec porro ex eo confirmantur, quod in matrimoniis mixti ritus sacerdotes graeci promulgationes ommittere dicuntur, nisi ad graecum ritum pars latina transire consentiat, quorum patres vel avi ritus graeci extiterunt. (Sed quare iidem ad ritum latinum suscepti erant? cum constitutiones Apostolicae id vetant.) Praeterea narrantur graeci sacerdotes latinos (?) confirmare, (?) atque in suas matriculas inferre, imo in publicis scholis, ubi sacerdotes latini (polonici) alias catechesim docuerunt, graecos (ruthenos) adolescentes licet invitos (?) a latinis (polonicis) separare, atque eo sermone illos instruere, qui ab edocendis fere omnino (?) ignoratur. Additur postremo, conari Ruthenos, ut theologica studia, quae hactenus latinis ac graecis fuere communia, (ab an. 1785 ad an. 1808 tradebantur studia philosophica et theologica pro Alumnis ruthenis etiam in lingua ruthena in universitat Leopoliensi) nunc in sua lingua separatim peragantur, etsi ae site lingua ruthena, quam plebs quidem infima (?) loquitur, sacerdotes, vero cum hucusque polona lingua usi sint, (quare ?) minime sciunt. Porro haec Sanctitas Sua cum intellexit, Amplitudini Tuae per me scribendum praecepit ut quae superius exposui, communicarem Tibi, tum vero ut vigilantiam Tuam hortarer in Domino, ad praedictos abusus, quatenus re ipsa existere animadvertas, compescendos sedulo atque eliminandos. Quanti enim intersit, ut ejusmodi abusus arceantur, ad unitatem inter catholicos diversi ritus sacerdotes in vinculo pacis conservandam, non est, cur Amplitudini Tuae probandum curem. Illud potius, ut Sanctissimi Dni Nostri mandatis satisfaciam, commendo etiam atque etiam Amplitudini Tuae, ut pro ea, qua praestas, pastorali sollicitudine atque unitatis zelo, Apostolicas Constitutiones a Tuis omnibus Sacerdotibus servari studeas, quibus

Digitized by Google

ut jura utriusque cleri latini scilicet et graeci adamusim serventur, et mutua eorum aemulatio ac simultates praecaveantur ac devitentur. Interea Deum rogo, ut Amplitudinem Tuam diu sospitem incolumemque servet. Romae ad aedes S. C. de prop. fide. Die 10 7 bris 1851. Amplitudinis Tuae ad officia paratissimus T. Ph. Cardinalis Fransoni Praef.

Ad eundem:

Excellentissime ac Reverendissime Domine! Peculiaria et maximi quidem momenti negotia me ad Excellentiam Tuam Reverendissimam scribere cogunt. Ad aures quippe meas pervenit, in Archidioecesi Leopol. rit. gr. uniti, quae ab Excellentia Tua Reverendissima gubernatur, clerum gr. cath. in Matrimoniis mixtis cum catholicis r. l. ad benedictionem obtinendam non solum exigere, ut utriusque sexus sponsi a latino ad graecum transeant ritum, sed etiam aliquos dari casus in quibus latini occasione transitus ad ritum graeco — catholicum rebaptisentur (?!) et denuo confirmentur. (?!) Insuper mibi asseritur, quod juvenes theologi l. r. abque literis dimissorialibus ipsorum Praesulis ad s. Ordines in ritu graeco promoveantur. Denique ad mei notitiam pervenit, Excellentissime Domine, in Tua Archidioecesi theologiam dogmaticam et pastoralem necnon expositionem s. scripturae idiomate rutheno tradi. Quod quidem si in pastorali theologia et s. scripturae expositione tradenda tollerari (!) possit, ad dogmaticam theologiam quod spectat, nullo modo admittendum esse censerem. Ubique enim locorum dogmatica theologia latino traditur idiomate, et cum usque nunc latino sermone fuerit tradita, cur modo hanc mutationem inducere, quin ulla prorsus ad id necessitas (!) sit. Res meo quidem et gravissimorum virorum ad ritum graeco — catholicum pertinentium judicio periculi plena est. Nimis enim facile accidere potest, ut in lingua, in qua nonnulli imo vel pauci adsunt scriptores, qui ecclesiasticas pertractarunt disciplinas,(?)facile inquam accidere potest, ut tales adhibeantur voces, quae non bene fide pu-

Digitized by Google

ritati respondeant, licet professores optimam habituri sint voluntatem. Arbitror porro ipsam fidei puritatem gravi in periculo versari. Huc autem accedit, quod lingua latina usque modo (?) habita fuerit tamquam medium ad animos poenitus excolendos et ad scientiarum culturam promovendam.(?) Quid autem fiet, si clerici non amplius teneantur linguam latinam excolere. Continget certe, si ipsi sciant linguam latinam non amplius iisdem necessariam esse ad theologiam addiscendam, ut latina lingua prorsus negligatur, et in oblivionem cadat, quod malum esse censeo. Quum mihi perspectum sit, quae sit fides, pietas et religionis catholicae studium Excellentiae Tuae Reverendissimae, fidenti animo eam hisce meis literis adeo rogans, ut de iis, quibus primo loco locutus sum, me instruere dignetur, relate autem ad ea, quae ultimo loco pertractavi, ut remedium rei curet afferri. Interim peculiaris observantiae sensibus permaneo Excellentiae Tuae Reverendissimae obsequentissimus servus. † M. Archieppus Carthag. N. Ap.

Ad haec reposuit Metropolita Ruthenus sequentia:

Excellentissime ac Reverendissime Domine! Domine! Accusationes ad s. Apost. Nuntiaturam contra curatos graeci uniti ritus meae Archidioecesis perlatae ac in venerandis literis Excellentiae Vestrae Romae die 9 Septembris a. c. ad me datis recensitae, quod scilicet in matrimoniis mixti ritus cum catholicis latini ritus non solum exigant, ut utriusque sexus sponsi a latino ad graecum transeant ritum, sed etiam aliquando latinos occasione transitus ad ritum graeco — catholicum rebaptisare et denuo confirmare soleant, non sunt novae, ex actis enim dioecesanis perspicio similia clero curato Ruthenorum jam praecedentibus temporibus non raro objecta fuisse, antistites, qui me praedecesserunt, objectiones has stricte semper pervestigabant sed nunquam in medium prodiit, aliquem fidelium r. l. ab aliquo curato ritus uniti aliquando rebaptisatum et denuo confirmatum fuisse, id solummodo constitit, quod quemadmodum curati latini more suo inveterato

Digitized by Google

individua ritus graeco - catholici ad ritum latinum arbitrarie pertrahere non dubitent, ita quoque curati r. gr. cath. hoc latinorum exemplum spectantes, credant sibi quoque viceversa licere individua ritus lat. suis parochiis adnumerare. Praedecessores mei in regenda dioecesi hunc curatorum sui ritus procedendi modum nunquam non reprobarunt, quorum vestigia ego quoque sequor, et Curatis meis omni data occasione inculcare non desino, ut ritum quidem suum tueantur et decfendant, ritum tamen latinum debite suscipiant, adeoque neminem hujus ritus arbitrarie ritui graeco - catholico adgregare praesumant. Si curati latini hoc in puncto reciprocam Ruthenis suis confratribus vicem redderent, adeoque ritum eorum intactum relinquerent, collisiones, quae in his oris ab antiquo jam inter utrumque clerum vigent, vix aliquando locum haberent. Sed latini (Poloni) ab ipsis primordiis restauratae unionis suppressionem Ecclesiae unitae intendisse videntur. Primores enim nobiles et opulentiores Ruthenos ad deserendum ritum graeco - cath. induxerunt, atque ritui latino arbitrarie aggregarunt, posthabitis dissertis mandatis s. Sedis Apostol. quae ritum unitorum Ruthenorum in sua integritate conservare vult et id solummodo intendit, ut Rutheni in catholica fide perseverent, minime vero ut latini fiant. Hanc arbitrariam unitos Ruthenos ad ritum lat. convertendi rationem sequuntur curati latini nostris etiam temporibus non tantum in majoribus urbibus et oppidis sed etiam in pagis et vicis, creduntque id sibi licere per bullam Pontificiam. „Etsi pastoralis,“ quamvis bulla haec solummodo Italo Gracos, Eppis sui ritus destitutos respiciat, juxta expressum autem hujus Bullae tenorem ad Ruthenos Unitos, quos proprii eorum Eppi regunt, minime extendi deberet. Quantum exinde in Ecclesiam unitam profluxerit detrimentum, universis notum est. Ecclesiae huic antea non exiguum splendorem conciliabant Primores et Magnates Rutheni. Hi sequuntur nunc ritum latinum, ritui autem graeco — catholico solummodo nobiles inferioris fortunae fidelibus pagos et vicos incolentibus ad-

Digitized by Google

haerent. Antistites Ruthenorum hanc Ecclesiae suae jacturam amare semper deplorabant, et ad s. Sedem Apostolicam non semel supplices recurrebant, ut arbitrariae Ruthenorum ad ritum latinum susceptioni obex poni valeat. Ego quoque conscientiae et officii mei duxi, benignam hoc in puncto protectionem s. Sedis Apostolicae implorare in petitione mea Summo Pontifici glorioae m. Papae Gregorio XVI anno 1844 humillime substrata, cujus dupplicatum etiam Excellentiae Vestrae Reverendissimae sub die 12 Februarii an. elap. transmisi, et prout tunc nunc quoque Excellentiam vestram enixe oro, ut gravia sua officia pro tuendo rutheno ritu unitorum ad S. Sedem Apostolicam benevolenter interponere dignetur. Assertum, quod juvenes theologi ritus latini absque literis dimissorialibus ipsorum Praesulis ad s. ordines in ritu graeco promoveantur, est infundatum. Ordinariatus enim hujus ritus conformant se exacte praescriptis canonum, et priusquam Candidatos status ecclesiastici ordinibus sacris initiaverint, praeter alia etiam natales eorum examinare solent, qui ex legitimis parentibus et quidem ritus graec. cath. se natos esse probaverint. Restat, ut jam rationem, quam communi consilio cum Rdmo Premislien. r. g. c. Eppo de studiis theologicis in dioecesanis nostris seminariis ordinandis et de usu in iisdem linguae Ruthenae inivi, coram Excellentia Vestra Rdma justificem. Hoc autem in puncto sequentes notitias benevolenti judicio Vestrae Excellentiae Rdmae subjcere officii mei duxo. Post crectam Leopoli scientarum universitatem, quod sub regimine Imperatoris Josephi II anno 1784 accidit, clerici omnium rituum cathol. praelectiones professorum facultatis theologicae frequentere tenebantur. Professores hi erant usque ad ultima haec tempora partim latini partim graeco-cath. ritus. postremi hi praevalebant subinde numero professores latini ritus. Jam mei in regimine Dioeceseos praedecessores dolebant, et ego per longum tempus mei muneris pastoralis, ab anno enim 1813 illud permittente divina

Digitized by Google

provedentia hucusque gero, multipliciter expertus sum, Clericos post absoluta studia in facultate theologica theoretice quidem in materiis theologicis institutos fuisse, ea tamen, quae ad praxim curae animarum scitu necessaria sunt, prorsus ignorasse. Forte etiam Rdmi Ordinariatus r. l. simile resultatum cum suis clericis experti sunt. Et nec aliter fieri potuit. Professores enim facultatis theologicae ad ritum graeco cath. pertinentes, quamvis generalis notitia rerum ad Ecclesiam latinam spectantium apud eos supponenda esset, tamen in praxi administrationis sacramentorum, benedictionum ritualium et publici divini officii Ecclesiae latinae in illo gradu non possunt esse exercitati, qui ad erudiendos practice futuros Ecclesiae hujus Curatos omnimo necessarius est. Multo minus practica institutio Clericorum g. e. ritus a professoribus theologiae latinis sperari potest. Hi enim deberent vice versa ceremonias, benedictiones, ritus administrationis sacramentorum caeteraque ad persolvendum publicum divinum officium Ecclesiae graeco-cath. pertinentia perspecta habere, et hoc fine libros liturgicos istius Ecclesiae trutinare, id autem theologi latini ritus facere nequeunt, non callent enim antiquam linguam slavicam, qua dicti libri elucubrati sunt. De hisce libris scitu necessarium est, quod post conversionem Ruthenorum ad fidem Christi Praesules Rutheni libros liturgicos in antiqua Ecclesiae orientali ab Ecclesia occidentali eotum nondum separata, adeoque catholica usitatos e graeco idiomate in slavicum pro usu suarum Ecclesiarum traduci curaverint, quod hae slavicae versiones longo tempore integrae manserint, et primum posteriori tempore a Ruthenis in schisma Cerularii prolapsis hinc inde corruptae extiterint, post restauratam vero anno 1595 Ruthenorum unionem jussu Sedis Apostolicae per deputatos theologos ab omnibus mendis purgatae, ac in pristinum statum restitutae, dein autem in typographiis unitorum praesertim Poczajoviensi cura Basilianorum catholicae fidei intime adhaerentium editae sint,

Digitized by Google

et hucusque ab unitis Ruthenis non tantum in Galicia sed etiam extra hanc provinciam in persolvendis divinis officiis adhibentur. Ecclesia unitorum eis nullatenus carere potest, secus a ritu suo recedere deberet. Exhibent autem istae slavicae versiones certo, quasi systematico per decursum totius anni observando ordine omnia religionis Catholicae dogmata, et quidem vocibus verum sensum catholicum exprimentibus nullisque dubiis aut haereticorum et schismaticorum erroribus locum relinquentibus. Ex hisce versionibus contigit mihi in literis meis pastoralibus die 10 Martii 1841 publici juris factis et a Sua Sanctitate glor. m. Gregorio Papa XVI vigore brevis Apostolici die 17 Julii 1841 editi ac pariter publici juris facti, benigne approbatis fidem et doctrinam antiquae orientalis et Graecae Ecclesiae de primatu Pontifici Romano in universam Ecclesiam ex divina ipsius Christi Dni institutione competente demonstrare. Eaedem slavicae librorum liturgicorum versiones continent pulcherrimas formulas precum, quibus mens hominis ad contemplationem rerum coelestium elevatur, simulque ad Dnum ex toto corde amandum, beatissimae ac immaculatae semper Virginis Mariae, quae sanctitate sua omnes choros angelorum praecedit, cultum diligenter exhibendum, memoriam item Martyrum et Santorum Dei pie revolvendam eorumque virtutum exempla imitanda fortiter excitatur. Fideles Rutheni etiam per pagos et vicos degentes ob magnam idiomatis sui cum idiomate slavico congruentiam facile intelligunt et libenter audiunt, quae ex iisdem versionibus tempore divinorum decantantur aut recitantur. Multum profecto in eo positum est, ut curati ritus gr. cath. in eisdem versionibus ipsimet bene versati sint, et jam in Seminariis rite instituantur, quomodo eis in aedificationem populi fidelis uti debeant. Theologi et professores latini hoc modo clericos rit. gr. cath. instituere nequeunt, prout superius dixi, ideoque cointelligenter cum meo comprovinciali Eppo Premisliensi Gregorio Jachimowicz apud C. R.

Digitized by Google

Ministerium egi, ut in dioecesanis Seminariis Ruthenorum Professores theologiae ex ritu graeco-cath. constituantur, eisque congruae pensiones resolvantur. Plerique Ruthenis unitis in Galicia non faventes asserunt, Ordinariatus r. g. c. intendere, ut in dioecesanis eorum seminariis omnia studia theologica idiomate ruthenico explanentur, hocve modo clerus et populus ad deserendam unionem cum s. R. E. praeparetur. Sed asserta haec nullam fidem merentur. Ordiratiatus r. g. c. juxta conclusum Rdssimorum Archiepporum et Epporum, qui anno 1849 Viennae congregati erant, instabant, ut lingua latina tanquam ordinaria explanationis materiarum theologicarum consideretur, utque libri theologici ab auctoribus catholicis lingua latina concinati pro norma praelectionum adhibeat r, simul tamen candidatos ad sua dioecesana seminaria susceptos in linguis slavica et ruthena exerceri curabunt, cum omnimo necessarium sit, ut futuri r. g. c animarum curatores libros liturgicos suae Ecclesiae idiomate slavico conscriptos rite intelligere atque veritates fidei dogmaticas et morales, quas latine didicerunt, populo fideli correcto sermone explanare valeant, prout id Rdmi Ordinariatus r. l. faciunt, nam licet alumnos suos omnia objecta theologica lingua latina discere sinunt, instant tamen, ut ea, quae ad theologiam Patoralem, administrationem sacramentorum et caeteras officii pastoralis functiones referuntur, in lingua polonica audiant, atque sub manuductione respectivi professoris sermones sacros, homilias, catecheses et similia lingua polonica elucubrent, hocvemodo ad praedicandum verbum Dei fidelibus r. l. polonice loquentibus necessariam dexteritatem consequantur. Quod in Archidioecesi mea et clerus et populus ruthenus unionem cum s. R. E. constanter foveant, nullamque cum schismaticis communionem quaerant, sequentia ostendunt. Decanatus in circulo Zloczoviensi Zaloscensis, Brodyensis, Cholojoviensis, item in circulo Czortkoviensi Husiatynensis, Zaleszczykensis, Skalensis, Kudryncensis, porro in circulo Tarnopoliensi, Zba-

Digitized by Google

razensis et Skalatensis limitant cum ditionibus imperii Russorum, apud quos schisma dominatur. Quamvis autem hic proxima se occasio offerat communicandi cum schismaticis, tamen nemo unquam unitorum ad eorum castra transivit. Fit potius, quod subinde individua dominio Russorum subjecta, antea quidem ad Ecclesiam unitorum spectantia, sed ultimis temporibus praeter suam voluntatem schismaticorum coetui adscripta, quoties occasionem commorandi in Galicia nanciscuntur, curatos unitos accedant, suum dolorem de suppressa apud eos unione manifestent, et ab hisce Curatis administrationem sacramenti poenitentiae postulare soleant. Pari modo in circulo Kolomyensi tres decanatus: Horodencensis, Sniatynensis et Kossoviensis limitant immediate cum decanatu Bucovinensi, in quo schismatico orthodoxorum orientalium nomine venientes numerosos Asseclas, Eppum et plures parochias habent. Incolae uniti praedictorum trium decanatuum negotiorum domesticorum et oeconomicorum causa soepe soepius cum illis schismaticis congrediuntur, et tamen nunquam evenit, ut aliquis communionem eorum amplecteretur. Eandem constantiam in fovenda unione exhibent fideles rit. gr. cath. in reliquis omnibus a vicinitate schismaticorum remotis oris meae archidioecesis. Per infaustos bellorum Austriae cum Gallis eventus factum erat anno 1809, ut Galiciam Russi occuparent et longiori tempore in sua potestate haberent. Numerosus eorum exercitus tenebat eotum praesidium Leopoli. Notum autem est, quod Russi pro bello exeuntes Ecclesias et capellas castrenses splendidas, paramentis instructas, nec non clerum castrensem majoris et minoris et minoris ordinis cum selectis cantoribus chori secum ducere soleant. Clerus hic portatiles illas capellas plerumque in locis patentibus stabilire et devotiones pro exercitu maximo cum apparatu et splendore absolvere atque perinde animos aliorum praesertim autem unitorum ritus graeco-cathol. sibi suoque schismati conciliare conatur. Leopoli instabat plane hic clerus, ut sibi Eccle-

Digitized by Google

sia unitorum in ipsa urbe subsistens tituli Obdormitionis B. V. M. pro suis functionibus ecclesiasticis cedatur. Sed parochiani hujus Ecclesiae de praestantia et necessitate s. Unionis edocti, adeoque schisma perhorrescentes, praetensionem istam ad nuntum sui Ordinariatus gr. cat. rejecerunt non obstante eo, quod Leopoli tum temporis summa rerum in manibus Russorum fuerit, qui subinde praetensiones suas praesertim ubi negotium est contra unitos vi in effectum deducere solent. Similiter etiam posteriori tempore parochiani alterius Ecclesiae r. g. c. Leopol., quae est in suburbio Zolkieviensi sub titulo s. Nicolai Eppi Myrensis suum zelum unionis conservandae an. 1827 manifestarunt. Isto scilicet anno tenebat Leopoli militare presidum c. r. legio exercitus austriaci, cujus gregarii omnes erant schismatici ex Transylvania oriundi, et proprium habebant capellanum castrensem. Hic initio cum paucis Leopoli reperibilibus Disunitis (ex Bucovina) consilio intendebat, praedictam Ecclesiam s. Nicolai occupare, cui tamen intentioni parochiani uniti firmisime se opposuerant, quo factum est, ut post commissionalem pertractationem hoc in objecto ad mandatum C. R. Gubernii cointelligenter cum Metropolitano r. gr. c. Ordinariatatu expeditam, propositio ista Capellani castrensis rejiceretur. Itaque anno 1827 quemadmodum jam praecedenter an. 1809 Ecclesia Ruthenorum unitorum neque Leopoli neque in viciniis huic urbi oris a numeroso exercitu Russorum per satis longum temporis intervallum occupatis ullum passa est detrimentum. Russi evacuarunt quidem subseque Leopolim et contiguos huic urbi circulos et districtum sic dictum Tarnopoliensem extensum per circulos Tarnopol. et Czortkoviensem tenebant sub suo dominio ab anno 1809 usque ad an. 1816. Gubornatores hujus districtus sedem suam habebant Tarnopoli. Toto hoc tempore regiminis Russici unio s. ibi summo periculo exposita erat. Eppus enim schismaticorum Joannicius Cameneci eotum residens et ipsemet personaliter districtum Tarnopoliensem visitans, et per suos

Digitized by Google

emissrios schisma ibidem stabilire summopere adlaborabat. Sed conatus ejus et reliquorum, quibus id committebat, incassum abiverant. Anno 1816 soepedictus districtus redivit rursus in potestatem regiminis Austriaci, et Archidioecesis mea exultabat atque magnificabat Deum, qui incolis praefati districtus gratiam perseverantiae in s. Unione donare dignatus est; etenim ne unicum quidem individuum fidelium r. gr. c. ad schismaticos transivit; omnes periculum perversionis per sex annos sibi imminens feliciter evaserunt, et Ordinariatus Metropolitanus omnes tanquam firmiter cum s. R. S. unitos amplexus est. Non solum autem unio s. in Archidioecesi r. gr. cath. Leopoliensi constanter tam a clero quam a fidelibus istius ritus custoditur, sed etiam in ducatu Buccovinae ad archidioecesim spectante novae unitorum Ecclesiae postremis temporibus erectae sunt. Ducatum hunc, prouti id jam in relatione mea ddto 18 Julii a. c. de necessitate erigendi Eppatum rit. gr. cath. Stanislaopoliensem Excellentiae Vrae Rdmae exhibita insinuavi, incolunt variae sectae schismaticorum. Fideles uniti, qui illuc sub regimine austriaco ex Galicia successive migrabant, et inter schismaticos dispersi morabantur, carebant diu propriis animarum pastoribus, atque periculo perversionis continuo expositi erant. Jam praedecessor meus Metropol. Antonius Angellowicz salutem eorum in tuto collocare volens C. R. Gubernio necessitatem mittendi illuc sacerdotes r. gr. cath. circa annum 1810 eo cum successu expescebat, ut quatuor curati hujus ritus ibi provisorie costituerentur. Pro multiplicando numero hujusmodi curatorum ego deinde apud c. R. subselia institi, quo factum est, ut anno 1833 territorium Buccovinense in unum decanatum r. gr. c. ejusdem nomenclaturae redigeretur, et in hocce decanatu duae parochiae, duodecem capellaniae et duae cooperaturae unitorum systemisarentur expensis c. r. aerarii. Curatiae hae recensitae sunt pag. 247 Schematismi, quem Excellentiae Vrae cum citata superius relatione ddto 18 Julii a. c. substravi. Clerus

Digitized by Google

schismaticus Buccovinae istas unitorum curatias invido oculo spectat, et multifariis modis sacerdotes r. gr. cath. in eorum functionibus pastoralibus impedire solet, qui tamen fidelium sibi concreditorum curam strenue gerunt, ne quis eorum ad schismaticos transeat, solerter vigilant, et non obstantibus variis sibi ex parte schismaticorum illatis vexis et injuriis unionem s. tueri et defendere non desistunt. Bona eorum applicatio universis nota est, singulariter autem inter eos eminuit ultimis his temporibus capellanus in Wisznitz Porohyrius Bilinkiewicz deinceps ad parochiam Troyca in circulo et decanatu Kolomyensi promotus, ob merita autem, quae sibi in Buccovina circa curam capellaniae unitorum Wisznitz comparaverat, cruce meritoria decoratus. Denique tantum abest, ut quispiam Ruthenorum in Galicia de amplectendo schismate cogitet, quod potius infensissimi eorum adversarii, si res justo oculo intueri velint, fateri cogerentur, curatos r. g. c. unionem anno 1595 restauratam fideliter custodire et parochianis suis constanter custodiendam ubivis locorum inculcare, atque nihil omittere, quod ad unionem in parochiis Ruthenorum conservandam et consolidandam necessarium aut proficuum esse dignoscitur. Huc spectat formula precum pro impetranda ab omnipotenti Deo gratia constantiae in unione vigore resolutionis s. Cong. de prop. fide die 13 Maii 1844 emanatae a Sua Sanctitate b. m. Pontifice Gregorio XVI adprobata, et apostolicis indulgentiis benigne ditata, quam populus rit. gr. cath. a respectivis animarum curatoribus edoctus in utraque dioecesi diligenter recitare consuevit. Juxta observantiam porro in utraque Ruthenorum dioecesi nempe metropolitana Leopoliensi et Eppali Premisliensi ab antiquissimis temporibus vigentem solent curati r. gr. cath. quolibet trimestri adeoque quolibet anno quatuor vicibus congregationes a respectivo decano vel ejus vicemgerente indictas celebrare, ibidemque de cura animarum optima ratione in parochiis gerenda mutua consilia inire. Objectum istarum consultationum sunt materiae

Digitized by Google

theologicae, praxim administrationis Sacramentorum caeterasque functiones pastoralis officii concernentes, doctrina item de unitate sanctae et apost. Ecclesiae et de primatu Pontificibus Romanis in universam hanc Ecclesiam ex institutione Divina competente. Singularem vero huic doctrinae explanandae operam coepit clerus Ruthenus ab anno 1844 impendere, postquam adversarii Ruthenorum antiquo suo more sinceritatem eorum suspectam denuo reddere, et ipsum clerum r. gr. cath proclivitatis ad amplectendum schisma iterumque insinuare coepissent. Plaeraeque hoc in objecto postremis his temporibus ab individuis cleri r. gr. cath. perbene elucubrate, et in trimestralibus condecanalium congregationibus adoptatae dissertationes exhibent argumenta ex s. scriptura et traditione nec non ex operibus s. Ecclesiae cath. lat. et graecae patrum scite desumptae, quibus solide ostenditur, Ecclesiam universalem a Dno Nstro J. Ch. fundatum esse unam veram, potestatem regendi eam Apostolis et Apostolor. discipulis a Divino ejus fundatore concessam, in ipsorum successores Eppos et Presbyteros, Primatum autem in universam Ecclesiam Beato Apost. Petro collatum in ejus successores Pontifices Romanos transfusum esse, et extra hanc Ecclesiam salutem non dari etc. transumpta istiusmodi disertationum a respectivis decanis exhibita extant in actis Ordinariatus Metropolitani tanquam documenta, quae ostendunt, quod Rutheni unioni cum sacra et apost. Rna Ecclesia firmiter adhaereant, adeoque proclivitatis ad schisma a suis adversariis injuste arguantur. Quae hucusque exposui, subjicio benevolenti judicio s. Apost. Nuntiaturae, unaque Excell. Vestram Rdmam enixe oro ut me excusatum habere dignetur, quod ad humanissimas literas ad me die 9. Septembris a. c. datas nunc primo respondeam. Causa hujus retardationis est unice sinistra mea valetudo, cui jam in tertuim annum subjectus sum, et ob quam ex consilio medicorum hucusque in praedio Uniow quinque circiter milliaribus Leopoli distantem ad mensam autem Metropolita-

Digitized by Google

nam spectante morari atque usum medicamentorum ad recuperandam sanitatem ordinatorum continuare cogor, id quod me multum in occupationibus mei officii impedit. Maneo cum indesinente cultu et observantia Excellentiae Vrae. Rdmae. Unioviae 29 Octobris 1851. Michael Lewicki Metropolita Excllmo ac Rdmo Dno Dno Michaeli Viale Prela Archieppo Carthag. Nuntio Apostolico Viennae Austricae.

Habetur adhuc notitia de quadam scriptura Polonorum primis mensibus an. 1859 confecta, Leopoli descripta et ad Nuntiaturam Viennensem sive Romam transmissa, in qua Rutheni denigrantur qua proclives ad schisma, et in qua varia proponuntur, ut clerus ruthenus saecularis in favorem Basilianorum et ritus Ruthenorum graeco-catholicus ejusque jura in praedam ritus latini et polonismi opprimantur. Multae habentur causae supponendi, quod Rutheni Viennae, Romae et apud Nuntiaturam Viennensem continuo denigrentur, narraturque, has denigrationes fieri sub specie summae pietatis, religiositatis, catholicitatis, ut eo nigriores appareant Rutheni ideo, quod sint Rutheni, licet Catholici, sed tamen ritus graeco-slavici, nollentes contra Austriam, Rossiam et Borussiam pro restauranda antiqua Polonia rebellare. Quod sub specie religiositatis et catholicitatis talia politica consilia Polonum lateant, videre est ex Brevi Pii PP. IX ad Archieppum Leopoliensem ritus latini nuper sub 17 Martii 1862 datis. (Donau Zeitung Nro. 93. Wien, den 17 April 1862.)

Adnotatio III. Circa transitum de ritu ad ritum ita tamen, ut graeco-catholici Rutheni ritui latino Polonorum incorporentur, contra quod Consistoria ruthena sese opponebant, habentur multae speciales pertractationes. Primo loco positum documentum detegit fontem harum angustiarum Ruthenorum licet catholicorum et eorum graeci ritus, qui non erat alius, quam politica Polonorum consilia satis jam nota.

Digitized by Google

Eure Exzellenz! Die unter dem 16ten November vor. J. erhaltene gütige Eröffnung Euerer Excellenz — daß derſelben jedes auf die Erhaltung und Erhöhung patriotiſcher Geſinnungen hinarbeitendes Beſtreben wichtig ſei — veranlaßt mich folgende Darſtellung der gnädigen Beherzigung Euerer Excellenz in ſchuldiger Ehrerbiethung vorzulegen. — Der größere Theil der Innwohner Oſt und Weſtgalizien iſt dem gr. kath. Ritus zugethan, und macht die rutheniſche Nation aus, welche ſich von der polniſchen durch ihre eigene Sprache und ihre Religionsgebräuche unterſcheidet. — Dieſe Nation beſteht eigentlich aus den Eingebornen des Landes, welche vor 4 Jahrhunderten ihr eigene Fürſten hatte, von denen das Fürſtenthum Rothreußen, oder das ſo genannte Königreich Halizien oder Galizien und Vlodomirien oder Lodomerien beherrſcht wurde. — Seit dem vierzehnten Jahrhunderte, als dieſe Länder unter die Bothmäßigkeit der Pohlen gelangten, wurden beſagte Eingebornen des Landes äußerſt bedrückt, und ſtiefmütterlich behandelt.—Die intollerante polniſche Geiſtlichkeit verfolgte die dem griechiſchen Rittus zugethanene rutheniſche Nation auf alle Arten. — Die Geiſtlichkeit dieſer letzteren vorzüglich war allen Unbilden ausgeſetzt, die Kirchenſtiftuugen wurden ihr größtentheils weggenommen, und alle Wege zur nöthigen Ausbildung verſchloßen, ja man wandte alles an, um den griechiſchen Ritus auszurotten. — Dieſe Intolleranz und Religionszwang verurſachte Müßvergnügen, und Zerrüttungen im Lande, ja ſogar innerliche und auswärtige Kriege. — Die zu Ende des ſechszehnten Jahrhundertes zuſtandegebrachte Vereinigung der rutheniſchen damals aus 9 Bisthümern, 2 Erzbisthümern und 1. Metropolie beſtandenen Kirche mit dem römiſchen Stuhle im Glaubensbekenntniße, verbeßerte keineswegs das Schickſal der Ruthenen, oder der griechiſchen Katholiken in Pohlen; ſie wurden auf die nämliche Art wie vormals behandelt, und die polniſche Geiſtlichkeit ließ von ihrem Vorhaben—die griechiſchen Katholiken zu bedrücken, und auszurotten — gar nicht ab. — Wie

Digitized by Google

Ad haec reposuit Consistorium r. g. c nota ddto 13 Julii 1822 Nro. 1594, ut vice versa Consistorium r. l. Curatis ritus sui det admonitionem, ut ad ritum g. c. eos relegent, qui non impetrata venia ad ritum latinum traducti sunt.

Nota. Nullum venit a Consistorio r. l. responsum.

Consistorium r. l Leopoliense nota ddto 10 Novembris 1821 Nro 78. requirit Consistorium r. g. c. Leopoliense praemonere parochos ruthenos graeco cath in Czernelica et Kutty, ne differant informare parochos latinos de baptisatis prolibus r. l. et injungi parochis r. g. c. decanatus Kossoviensis, ne recusent parochis polonolatinis opem ferre in cura animarum, demandareque, ut parochus r. g. c. in Kutty quendam Franciscum Ciszewski ad suum latinum ritum releget, et ut parochus Kolomyensis baptisatos infantes latinos respectivo parocho r. l. indicet.

Desuper data erant a Consistorio r. g. c. Leopoliensi mandata respectivis officiis decanalibus r. g. c. sub 8 Decembris 1821 Nro. 2243. Jam vero Gregorius Chodzinski, parochus Czernelicensis justificat se sub 17 Junii 1822 ad Nr.

Digitized by Google

Consistor. 1582, quod nullam prolem r. l. baptisaverit, in necessitate autem baptisans illico praestiterit schedulam parocho r. l. et hanc justificationem ejus probat parochus r. l. Czernelicensis extradito testimonio. Kossoviensis autem decanus Mogilnicki substernit ad Nr. Consistor. 459 ex 1822 protocolion magistratus Kossoviensis cum Franciszek Ciszewski assumptum, in quo idem significat, se servare ritum latinum et solummodo cum sua uxore r. g. c. adire diebus festivis r. g. pro divinis. Idem decanus refert ad Nr. Consistor 422 ex 1822, quod secundum acclusa testimonia Curatorum latinorum Curati r g. c. in Kuty, Roznow, Chorneczyn et Kossow stary praestent auxilia Curatis latinis in cura animarum, si non sunt impediti officiis, propris parochianis praestendis. Desuper notitia Consistorio r. l. a Consistorio r. g. c. praestita est nota ddto 23 Februarii 1822 Nr. 422.

Nota. Ex dictis apparet, quod decani latini minus recte Consistorium suum informarent.

Consistorium r. l. Tarnoviense sub 4 martii 1829 Nro. 396 Metropolitam ruthenum expetit, quomodo cum individuis r. g. c. his in oris procedendum sit, qui ad ritum latinum descire volunt, ut huic praxi limites ponantur (Ita illud Consistorium non putabat arbitrarie asseclas r. g. c. latinisandos esse.)

Ordinariatus r. g. c. Premisliensis ddto 8 Octobris 1829 Nro 1852 opinatur, ut in circularibus civitatibus: Tarnow, Wadowice, Bochnia et Sandec constituantur curati r. g. c. aut saltem unus in meditulio hujus regionis nempe in Bochnia, vel ut per collationem ibidem catecheturae rutheno sacerdoti vel per collationem stali Vicarii seu Cooperatoris r. g. c. sacerdoti ad ecclesiam latinam, ubi fundus pro pluribus talibus vicariis habetur.

rchiepous r. l. Leopoliensis Andreas Aloisius Ankwicz scripsit sub 27 Octobris 1827 ad Metropolitam ex occasione relationia Curati r. l. Czerniovicensis et decani Bucovinensis

Digitized by Google

Kun ad Supremam Cancelariam Aulicam et proponit in sensu hujus relatianis: 1. ut in Bucovina, ubi utriusque ritus sunt parochi, quisque curam animarum sui ritus habeat, jam vero ad ambitum parochiae non possunt remotiora loca pertinere, quam quae duobus milliaribus distant. 2) Ecclesiae parochiales r. l. in Bucovina sunt jam 19 et brevi aliae subsequentur, itaque in ambitu earum reperibiles graeco et armeno-catholici ad eas incorporandi sunt ea lege, ut parochi r. l. obtineant jurisdictionem ab Ordinariatibus graecis super eos, et quoad eos respondeant etiam graecis Ordinariatibus. 3) Baptismum parvulis r. g. c. possunt latini parochi conferre, pro quibus certis temporibus deberent sacerdotes graeci visitationes instituere, et ceremonias baptismi supplere, qui etiam particulas pro Graecis consecrare et in ecclesiis latinis relinquere deberent. 4) Sit etiam fidelibus graecis liberum sui ritus sacerdotem visitare et pro functione sacra invitare, sed id cum consensu parochi r. l., ad quem omnes obligationes de lege pertineant, nominatim autem scribendi metricas. 5) Quoad eos Graecos, qui ritum suum mutarunt, et ante introductas parochias r. g. c. ritui latino adhaeserunt, et in militia permanentes ritum latinum susceperunt, ad evitandam offendiculi ansam, auctoritate Ordinariatus graeci permittantur in ritu latino permanere.

Super eadem causa expetebat Gubernator Lobkowicz sub 30 Junii 1827 Nr. 3853 Opinionem Metropolitae r. g. c. qui eidem sub 24 Septembris 1827 Nro. 100 reposuit ita, uti sub 3 Novembris 1829 Nro. 111 Archieppo Leopoliensi r. l. nempe: 1. Decanus Kunz praetermissa propria spirituali jurisdictione attribus coloribus depinxit suos in vinea Domini confratres r. g. c., et non' existentes detulit in Bukowina abusus. 2. Proposuit media, per quae necessitatibus fidelium r. g. c. haud potest consuli, sed anhelat potius ritum graecum latinis Ecclesiis incorporare. 3. Consulendum esset his necessitatibus errectione plurium Ecclesiarum r. g c., quem

Digitized by Google

in finem jam emanavit mandatum Suae Majestatis ante decem annos. 4. Possunt quidem fideles r. g. c. expetere in necessitate auxilium sacerdotis latini, quin tamen latinis Ecclesiis adscribantur, sicut in Galicia Curati r. g. c. praebent auxilia latinis intra ambitum suarum parochiarum degentibus, quin eos suis parochiis adscribi praetenderent.

Adnotatio. Idem Kunz debachatur in sua scriptura contra ritum graeco-catholicum verbis: „Religio ducit ad veram moralitatem, ritus autem est solum externa forma sine omni pondere (?) itaque ei adhaerendum non est.“ Ergo protestantizat latinus sacerdos, ut deprimat ritum gr. Sed eadem verba ejus nescimus quare contra ritum graecum solum valerent, cum etiam ritum latinum tangere possunt.

Archidux Ferdinandus Este Generalis Gubernator Galiciae ddto 8 Januarii 1833 Nro. 1907 requirit a gr. cath. Metropolitano Ordinariatu ad relationem ddto 24 Septembris 1827 Nro. 100 in causa ritus gr. cath. in Bukovina a Kunz impugnati explicationem Constitutionis Benedicti XIV „Demandatum coelitus,“ ejus copiam et demonstrationem, num a regimine consensum obtinuerit, ut videri possit, an fidelibus r. g. c. transitus ad ritum latinum prohibitus sit. Desuper exhibuit Ordinariatus Metropolitanus relationem sub 6 Novembris 1833. Nro. 135 tenoris: Constitutio „Demandatam coelitus“ valebat jam sub regimine polonico, et obtinuit Consensum regiminis Austriaci altissima resolutione ddto 15 Februarii 1777, quia in repraesentationibus rutheni Eppi et Metropolitae Leonis Szeptycki factis an. 1774 et 1775, in cujus sequelam dicta resolutio emanavit, adducta erat praefata Bulla, et memorata resolutio sonat, quod quoad transitum a ritu ad ritum tenendae sint eatenus editae Constitutiones Papales.

Digitized by Google

Gubernial Verordnung vom 27 Oktober 1833 Z. 63438 irtimirte das Hofkanzelei Dekret vom 3 Oktober 1833 Z 24593, wornach S. Majeſtät mit der a. h. Entſchließung vom 27 September 1833 den Jeſuiten in Galizien die Miſſionen geſtattet haben, jedoch unter der Bedingung wenn die Ordinariate ſie heilſam finden, und ſie unter ihrer Aufſicht geſtatten. Sodann liefen an das gr. kath. Metropolitan Ordinariat Klagen ein, daß die Jeſuiten auf ihren Miſſionen, welche ihnen vom lat. Lemberger erzbiſchöflichen Ordinariate geſtattet wurden, dem gr. kath. Ritus nahetreten.

An. 1833 abiens ad Archieppatum Pragensem Archieppus r. l. Leopoliensis inde ab an. 1814 Andreas Alojsius Comes Ankwicz legebat s. missam in omnibus Ecclesiis Ruthenis Leopoli. Qui eum noverant, invenerunt in hoc facto, quod tali ratione placare voluerit injurias, ritui graeco-catholico illatas; neque enim facilis erat adire Ecclesiam Ruthenam.

Anno 1835 ephemerides cath. polonica „Przyjaciel Chrzesciańskiej prawdy" edita Premisliae fasc. III p. 117 negabat clerum ruthenum graeco-cath. esse catholicum.

Unterm 11 Jänner 1835 Z. 142 richtete der polniſche Przemysler Biſchof Korczyński an den grichiſch katholiſch. Przemysler Biſchof Snigurski ein Schreiben, um die Bulle „Etsi Pastoralis" auf die gr. kat. Ruthenen in Galizien auszudehnen. Dagegen rekurrirte der gedachte gr. kath. Biſchof unterm 1 Juni 1835 an S. Majeſtät. Dieſe Klage erneuerte der beſagte gr. kath. Biſchof auch unterm 2 September 1835 an S. Majeſtät, wobei er annoch ſich beſchwerte, daß der Przemysler lat. Biſchof Korczyński den gr. kath. Prieſterſtand in ſeiner theologiſchen Zeitung „Przyjaciel Chrzesciańskiej prawdy" III Jahrgang, III Heft S. 117 herabwürdige. Hierauf richtete auch der gr. kath. Metropolit an S. Majeſtät gegen den Biſchof Korczyński die Beſchwerde, daß er mit dem in Warſchau 1831 erſchienenen Werke: Zgodność i róż-

Digitized by Google

ność między wschodnim i zachodnim kościołem gegen die gr. kath. Ruthenen in Galizien loszieht, und in ſeinen Schematismus die gr. kath. Gläubigen Galiziens aufgenommen hat.

Suae Excellentiae Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Archipraesuli Leopoliensi Ritus Graeci, Presbyteri societatis Jesu, qui interdum ad peragenda ministreia sacra in Ecclesiis ritus graeci Catholici adsciscuntur, Dubia quae sequuntur profunda cum reverentia exponunt, sibique rosolvi humillime supplicant. (an. 1836).

1. Utrum liceat Sacerdoti Latino in Ecclesia ritus graeci catholici, Fidelibus ejusdem ritus praemissis consvetis precibus latinis, et gr. confiteor... ett. Sacram communionem sub una specie, hoc est, sacram particulam ritu graeco consecratam cum vino non consecrato administrare? Dubio causam praebuit quaedam Constitutio Benedicti XIV pro Graecis catholicis in insulis Archipelagi edita, qua decernitur, ne ritus cum ritu misceatur: dissertisque verbis prohibentur „Sacerdotes latini ministrare catholicis Graecis sacram communionem ex particulis ritu graeco consecratis; quemadmodum sacerdotes graeci inhibentur dare Fidelibus ritus latini Communionem sacram ex particulis a presbytero latino consecratis.

2. Num liceat presbytero ritus graeci catholici in aliqua Ecclesia latina, consecratam Eucharistiam sub utraque specie relinquere, ut altera die Fidelibus ritus graeci (nullo habito dicrimine sive sani sive aegri sint) a Sacerdote latino iis, qui confessione expiati fuerint, distribuatur?

3. Occurrente die festo de praecepto, ne Fideles priventur beneficio missae, cum nullus adsit sacerdos r. g. qui celebrare possit, nun liceat sacerdoti latino, deficientibus paramentis latinis, in paramentis ritus graeci sacrificium missae celebrare? Aut deficiente stola Romana, in stola Graecorum Unitorum Sacramenta administrare?

Digitized by Google

Cum in hac parte Dubiorum praxis ac consvetudo decisivum suffragium habeat, hanc nobis a Sua Excellentia notam reddi ac confirmari benevole, enixis precibus, iisque humillimis postulamus.

Et sane quantum ipsemet Benedictus XIV deferat praxi ac consvetudini locorum, documento esse potest, ejusdem Bullarii Tom I constitutio 57. quae incipit: „Etsi Pastoralis," et praesefert inscriptionem: „De Dogmatibus et ritibus ab Italo-Graecis tenendis atque servandis: § VI. haec continentur:

„Eadem quoque ratione tam ubi sunt duae parochiae, latina altera, et altera graeca, quam in una eademque parochiali Latinorum, vel etiam Graecorum Ecclesia, in qua ut praemittitur, praeter Altare Majus, quod pro solis Graecis sacerdotibus erectum est, minora quoque altaria pro latinorum sacerdotum usu extructa conspiciuntur, statuimus et decernimus, ut neque latinus parochus pyxidem in ciborio cum particulis sub specie fermentati pro communione Graecorum, neque parochus graecus sub specie azymi pro communione latinorum in quocumque suae Ecclesiae altari retineat; sed unus quisque sacerdos nonnisi in suo, sive graeco, sive latino ritu Eucharistiam fidelibus porigere debeat. — Ne laici autem latini communionem a graecis presbyteris sub specie fermentati recipiant, prohibemus omnino, et interdicimus. Graecis tamen laicis permittimus, ut ubi parochiam graecam non habent, si velint, in Ecclesia latina Eucharistiam sub specie azymi a Latinis sacerdotibus sumere. Quodsi in locis, in quibus Graeci et Latini simul moram trahunt, et sunt utriusque ritus Ecclesiae, latini quidem in fermentato, et Graeci in azymo sacram Eucharistiam quandoque sumere soleant; siquidem haec Consvetudo sine populi offensione animorumque commotione rimoveri non potest, Ordinarii curam suam svavissimis modis impendant, ut Latini semper in azymo, Graeci autem, ubi propriam parochiam habent, in fermentato communicent."
Hucusque verba praefatae Constitutionis,

Praeterea Benedictus XIV in eadem sua Constitutione si tolerandum censet, ut Latini insularum Italiae subinde in fermento, et Graeci in azymo communicent, quod in nostris regionibus omnimo non licet, eo ipso luculenter declarat, quod praxi et consvetudini in rebus disciplinaribus potissimum est insistendum.

Aliud quoque in rem nostram ex eadem Constitutione, videlicet quantum consvetudini est inhaerendum, documentum dici potest; paulo enim inferius Pontifex permittit, ut Graeci in illis solum Insularum locis sub utraque Specie communicent, ubi haec consvetudo usque in praesentem diem servata fuit: ubi vero non est, commendat, ne introducatur. Ex quo patet, communionem sub utraque specie non esse universalem graecae Ecclesiae legem, sed pro diversitate locorum et temporum variari — semperque praxi ac consvetudini suum locum esse, quae ritus ac disciplinam respiciunt. —

Consistorium Archieppale r. l. Leopoliense nota sua ddto 6 Octobris 1837 Nro. 2184 insinuabat Consistorio rutheno Premisliensi, quod Bulla „Etsi pastoralis" secundum decretum guberniale ddto 20 Februarii 1818 Nro. 7897 ad Ruthenos graec. cath. in Galicia applicanda sint. Ad hanc notam reinsinuavit Consistorium ruthenum Premisliense sub 15 Februarii 1838, quod praefata Bulla secundum suas notas internas, secundum alias Constitutiones S. Sedis Romanae et secundum decreta Austriaca ad Ruthenos applicari non possit, quodque ejus mentio in citato decreto Guberniali ad sistram informationem, datam Imperatori Francisco I per Arshieppum Leopoliensem r. l. Andream Alojsium Ankwicz fiat.

Sub die 4 Aprilis 1838 Nro. 594 scripsit Archieppus r. l. Leopoliensis Franciscus de Paula Pistek ad Metropolitam ruthenum Haliciensem et Archieppum Leopoliensem Michaelem Lewicki, ut Bulla „Etsi pastoralis" ad Ruthenos in Galicia applicetur, ut in matrimoniis mixti ritus partes ritus graeco-

Digitized by Google

catholici reversales extradant, ad quem ritum ipsae et liberi secundum earum sexum spectare debeant, utque secundum hoc currenda ad clerum utriusque ritus extradatur, quia non mala voluntas sed ignorantia legum Curatos ad cônfusionem inducere solet. Ad haec reposuit Metropolita sub 31 Octobris 1838 Nro 52 (Praes. ad Nrum Consistor. 1053 ex 1839), quod nefandae discordiae inter clerum et populum utriusque ritus non obstante diversitate temporum, regiminis et culturae perdurantes, semper reviviscentes, ex aliis fontibus et non ex sola ignorantia legum, transitum ab uno ritu ad alterum spectantium derivandae sint, et vix disparitūrae esse videantur, etiamsi praefatae leges denuo promulgarentur; quod non Bulla „Etsi pastoralis" sed aliae Constitutiones S. Sedis Romanae, quae specificantur, circa transitum de ritu ad ritum latae sint, quodque in illis Constitutionibus non habeatur id, ut in matrimoniis mixti ritus partes ritus graeco-catholici reversales commemoratas extradere tenerentur, quia tali ratione eodem modo, prouti acatholici, tractarentur. Itaque Metropolita instat, ut circa transitum observentur Constitutiones, quas S. Sedes Romana pro Ruthenis in specie dedit, et circa quas observat, quod de iisdem ipsis et de pertractationibus ex causa earum violationis ex parte cleri latini acta Consistorii r. l. Leopoliensis sufficientia documenta praebeant.

Eppus ruthenus r. g. c. Premisliensis Joannes Snigurski scripsit sub 27 Octobris 1838 ad Metropolitam Michaelem Lewicki, quod Curati ejus dieceseos r. g. c. conquerantur contra Curatos latinos (polonicos), qui fideles Ruthenos r. g. c. ad ritum latinum pertrahant.

Sub die 12 Februarii 1839 tres Eppi rutheni sub imperio Russico, iique Basiliani, desciverunt ad schisma Orientale, de quo jam supra sermo erat. Hujus nefandae apostasiae suae exposuerunt ansam illam, quod S. Unio Ruthenorum ab ipso initio a Polonis r. l. male, et quidem qua

Digitized by Google

praeda polonismi tractata fuerit. Desuper habetur Allocutio Gregorii PP. XVI in Consistorio secreto X Kalendas Decembris 1839, in qua dicitur, „Conjunctionem Ruthenorum cum S. Sede Romana adversis vicibus fuisse obnoxiam." Utrumque damnamus, et praefatam apostasiam et dictam malam tractationem s. Unionis Ruthenorum, expectamusque meliora tempora pro Ruthenis graeco-catholicis, ut eorum s. Unio ex sua infimitate emergat, et in facie Occidentis et Orientis nanciscatur illam venerationem, quae ipsi debetur, semotis politicis consiliis, qualia Polonorum vicissim evocant schismaticorum Orientalium. Non immerito conqueruntur Rutheni uniti, in publico pro iis aliquando etiam a regimine polonico bonas fuisse datas leges; verum tamen in secreto alias obtinuisse consultationes, et quidem in eorum latinisationem et polonisationem, ad quod Poloni vociferabant et pulverem jactabant in aerem nempe denuntiationum, quod Rutheni gravitent ad schisma et moscovitismum, ut similem Ruthenis parent sortem, prouti id s. Paulo accidit ad ejus internecionem. (Actor. 25,23) Non immerito conquerebantur et conqueruntur Rutheni, iis vivis a Polonis parari tumulum et sepulcrum, ut de facie Orientis et Occidentis abscondantur et deleantur. A Polonis hoc revera intentum fuisse, apparet ex eorum scriptis. (Odezwa redaktora dziennika „Polska" dodana do gazety Lwowskiej Nro. 115, str. 5 ex an 1848.) Omnes motus revolutionistici Polonorum conjuncti erat cum machinationibus, Ruthenos, nollentes in iisdem contra Austriam, Russiam et Prussiam rebellare, latinisandi et polonisandi. Fiebat hoc sub specie Catholicitatis et cum denuntiationibus, factis Romam et Viennam, quod Rutheni gravitent ad schisma et moscovitismum, ut itaque hae denuntiationes sint statariae, neque in ignorantia rerum Ruthenorum effectu caruerint. Quare quidam Ruthenus exclamavit: „Quis franget nobis Ruthenis hostilem Polonorum contra nos Ruthenos animum?"

Digitized by Google

Consistori um Leopoliense r. l nota ddto 17 Julii 1839 Nro. 1389 significat Consistorio Leopoliensi r. g. c., ad ejusdem plures requistiones, parochum r. l. Sassoviensem Mikiska acerrimam exprobrationem tulisse, quod benedixerit matrimoniis fidelium mixti ritus sine testimonio bannorum parochi r. g. c. pro sponsis r. g. c.

Unterm 22 Juli 1840 Z. 1112 eröffnete das Landes Präſidium dem gr. kath. Metropolitan Ordinariate, daß der Wille S. Majeſtüt ſei, damit den Reibungen zwiſchen dem gr. kath. und lat. (polniſchen) Klerus begegnet werde. (Wer veranlaßte aber dieſe Reibungen? Die Ruthenen haben ſich bloß gegen die Uibergriffe der Polen gewäh.t.

Sub die 10 Martii 1841 dedit Metropolita Ruthenorum graeco-catholicorum Haliciensis et Archieppus Leopoliensis Michael Lewicki celeberrimas literas pastorales in linguis latina, ruthena et polonica, in quibus demonstravit, Primatum s. Apostolo Petro collatum, et ad Successores hujus Apostoli, Eppos Romanos translatum, firmissimis argumentis in disciplinis theologicis probatum, praedicari etiam in libris liturgicis Ecclesiae Orientalis, quos hucusque non solum Uniti sed etiam nonuniti Orientales magni habent, et in suis liturgiis constanter adhibent. Dein exhibet gratias, quas graeco cath. Rutheni a s. Sede Romana obtinebant, adducitque constitutiones s. Sedis Romanae pro conservatione ritus graeci Ruthenorum unitorum, quod eadem ritibus Orientalibus latinos substituere, Epporum Graecorum auctoritati et jurisdictioni derogare, subditos eorum fideles ad ritum latinum (Polonorum) perducere, et perinde Ecclesiam unitam pedetentim supprimere non intenderet. Ulterius citat monumenta historica, quod prosperitas Ecclesiae Unitae in Galicia majus in dies accipiat incrementum, ex quo Divinae providentiae placuit, provinciam hanc paterno sceptro serenissimae Domus Austria-

Digitized by Google

cae subjicere. Vana itaque sunt, concludit, quae adversarii de quadam in Ecclesiam Ruthenorum ex Unione promanata depresione somniant. Potius videtis Fratres, quantopere nobis ex ; nione cum s. Romano-cath. Ecclesia non solum plaeraque temporanea, sed quod utique supremum est, aeterna etiam commoda prodeant. Unio ista abolitionem antiquorum rituum Orientalium minime poscit. Ritus hi sanctos Eclesiae Patres auctores habent, ipsique sancti sunt. Tenete eos firmiter, et juribus vestris quacumque ex parte praejudicari haud patiamini. Sed memineritis latinos etiam ritus et non minus quoque ritus florentis in Galicia Ecclesiae Armenorum a s. Patribus procedere, et sanctos pariter esse. Ritus itaque istos piae semper suscipiatis, atque sedulo cavete, ne sanctitati eorum aut juribus cleri eosdem profitentis vestra culpa aliquando derogasse judicemini.“ Alia epistola pastorali ddto 11 Octobris 1841 promulgavit idem Metropolita Ruthenorum unitorum approbationem priorum literarum suarum ddto 10 Martii 1841 a Gregorio. PP. XVI vigore Apostolicarum literarum ddto 17 Julii 1841, in quibus habentur inter alia sequentia:

„Jam vero et illud opportunissimum fuit, quod in tua Epistola commemorasti de statu schismaticae Ecclesiae Constantinopolitanae, uti et aliarum Ecclesiarum a Sanctae hujus Sedis auctoritate rebellium, quae in diversos prolapsae errores, et dissociatae paullatim alterae ab alteris, ne umbram quidem retinent Sanctae illius catholicae et Apostolicae Unitatis, quam inesse omnino in vera Christi Ecclesia ipsae quoque una Nobiscum in Constantinopolitano Symbolo profitentur. Quo in loco scitissime insuper adnotasti, plures illarum redactas fuisse in subjectionem omnimodam civilium potestatum, et contra Hierarchiae ordinem a Christo Domino

institutum *) earum nutu atque arbitrio sacris in rebus gubernari.

Pergratum pariter Nobis fuit in eadem Epistola tua legere, quae contra illos animadvertis, qui Sanctam hanc Sedem calumniari non verentur, quasi tum Orientales alios, tum etiam Ruthenos sibi obedientes avertere semper studuerit a propriis ipsorum Ritibus, ut tandem eosdem omnes ad Latinum Ritum traducat. Quam longe id a veritate absit, ma· manifestissime evincitur ex plurimis Romanorum Pontificum Sanctionibus (a Te etiam laudatis), quae scilicet sive Orientalibus caeteris, sive Ruthenis Catholicis nominatim permissum decernunt usum suorum Rituum; ea tantum exceptione adjecta, ut ejusmodi ritus veritati, et Fidei Catholicae non adversentur, et Communionem cum Romana Ecclesia non excludant. **) Hinc porro si fatum aliquando est, ut in ritu

---

*) Penes Imperatores potestas non est, ut Ecclesiis leges sanciant. Attende quid dicat Apostolus: „Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Pastores et Doctores ad Perfectionem Ecclesiae. Non adjecit „Imperatores.“ Ita Joannes Damascenus (de imaginibus Orat. 2. num 12. Tom I. oper. edit. Le Quien.) Athanasius vero (in Hist. Arianorum ad Monachos num. 52. Tom. I. pag. 1. opp. edit. Patav.) „Quandonam (inquit) Ecclesiae Decretum ab Imperatore accepit auctoritatem, aut pro decreto illud habitum est? Multae antehac Synodi coactae sunt; multa prodiere Ecclesiae Decreta; sed numquam Patres hujusmodi Imperatori suasere, nunquam Imperator ecclesiastica curiose perquisivit.“

**) Ita de Ruthenorum Ritibus statuit Clemens VIII. in Const. Magnus Dominus 23. Decembris 1595, et in Const. Decet. 23. Februarii 1596 et declaravit iterum Paulus V. in Const. „Solet circumspecta“ 10 Decembris 1615.

Digitized by Google

nonnullarum Ecclesiarum peculiaris aliqua circa unum vel alterum ejus caput mutatio expeteretur, non aliter illam probavit decrevitque Apostolica Sedes, nisi graves id causae suaderent; cautumque voluit, ut nihilominus suo semper in robore permanerent Pontificiae Constitutiones et Generalium Conciliorum Decreta de Orientalibus Ritibus conservandis. Eo insuper spectant scholae, et Collegia sumptu aut cura Praedecessorum Nostrorum tum alibi tum Romae aperta Clericis diversorum rituum informandis; eo spectant Ecclesiae in illorum usum destinatae, ac non denegata Episcopis Presbyterisque facultas celebrandi etiam more suo in Ecclesiis Latinis; eo denique spectat, quod jam diu institutum est, ut quoties Romanus Pontifex solemniter celebrat, adsint una cum Latinis Subdiaconus atque Diaconus Graeci ritus, qui et ipsi Epistolam ét Evangelium sua lingua decantant. Postremo nec praetermiserunt Romani Pontifices inconsultam reprehendere illorum rationem, qui Orientales Catholicos ad Latinum ritum amplectendum allicerent. Totam hanc Ecclesiae Romanae in permittendis, tuendis honorandisque tum Ruthenorum tum aliorum Orientalium Ritibus oeconomiam explicat fusius multisque omne genus ducumentis illustrat Benedictus XIV. immortalis memoriae Decessor noster in Litteris, quarum initium „Allatae sunt“ datis die 26. Julii 1755 *) quas quidem Litteras cum quis attente perlegerit, habebit profecto unde illorum inscitiam coarguat, qui Summos Pontifices erga Orientales Liturgias minus aequos fuisse contendunt.

Illud vero dolendum, quod ex servata apud Ruthenos Catholicos sui ritus disciplina occasionem arripiunt Graeco-Russi Acatholici, ut eos subdole avertant a Romana Ecclesia, quasi in diverso Ritu diversam Religionem habente, atque adeo impellant facilius ad schismaticam suam Communionem,

---

*) Bullar. Benedict. XIV. Tom. IV. Constit. 47.

Digitized by Google

quam vix in paucis ac nullius pene momenti rebus ab illorum cultu distingui comminiscuntur. Probe autem nosti, Venerabilis Frater, quanta penes rudiorem praesertim populum vis esse soleat in hujusmodi cavillationibus ex rerum similitudine externaque veluti facie petitis. Ne desistas itaque toto pastoralis vigilantiae studio prospicere, ut tuus iste grex iis fraudibus minime capiatur. Hunc vero in finem praecavere primum oportet, ne idem illud seductionis periculum majus evadat ex nova aliqua commutatione, qua scilicet Rutheni Catholicorum ritus ad pleniorem cum schismaticis similitudinem accomodentur. Enimvero si de iis ritibus loquimur, qui ad professionem quodammodo Fidei et Unitatis Catholicae ad detestationem schismatis pertinent, hos quidem variari prorsus non posse, manifestissimum est. De aliis autem ritibus, quos Rutheni Catholici retinuerunt ex veteri suo more, aut quos progressu temporis ad tuendam suam a schismaticis separationem, seu alias quascumque ob causas adoptarunt, hi quoque haud certe possunt variari pro lubitu, atque in tanto praesertim hujus temporis periculo maximae prorsus imprudentiae foret, quidquam eo in genere ad schismaticorum placita detrahere, adjungere, aut quomodolibet immutare. Huc insuper spectat, ut intento jugiter animo caveas, ne Clerus populusque iste Missalia accipiant, vel Catechismos, aut alios Liturgicos seu religiosos quosque Libros, qui ex Officinis Schismaticorum prodierint. Quam circa rem eo major adhibenda vigilantia est, quod Graeco-Russi Libros hujusmodi ad rationem suam callide aptos magno nuper exemplarium numero edidisse narrantur, eosdemque Ruthenis Catholicis modico aut etiam nullo petito pretio obtrudere gestiunt; speciatim vero Catechismum non lingua solummodo, qua ipsi utuntur, sed germanice insuper interpretatum evulgarunt; ut de hoc proinde magis adhuc timendum sit, ne inter Ruthenos, qui in Dioecesibus tuis, aut in aliis Germaniae regionibus sunt, diffundatur.

Deinde non intermissa unquam sollicitudine providere perges; ut sacerdotes, qui sub Te sunt, ipsi inter se diligentius considerent, et Tecum una, prout res et occasio postulet, oppurtune Populum doceant, differentiam quidem illam, qua Rutheni Catholici a Latinis distinguuntur, utpote quae aliquibus tantum merae disciplinae capitibus sacrisque nonnullis Ritibus continetur, et Sanctae hujus Sedis auctoritate permissa est, non disrumpere ullo modo inter ipsos vinculum, quo verae Christi oves invicem conglutinantur, contra vero Graeco-Russis nihil prodesse totam illam suorum cum vestris Ritibus similitudinem, quum ipsi nihilominus ab omnibus Catholicis seu Ruthenis seu Latinis seu alterius cujuscumqe Ritus dissentiant in rebus ad veram pertinentibus fidem, ex qua „Justus vivit“ *) atque ad subjectionem erga Successorem Petri Apostolorum Principis, Romanorum Pontifiicem, cui (ut verbis utamur Patrum Chalcedonensium) „Vineae custodia a Salvatore commissa est **), ad cujus Ecclesiam (ut Irenaeus loquitur) „propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est eos, qui sunt undique fideles ***) cum quo denique (ut inquit Hieronymus) „quicumque non colligit spargit, hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.****)

Nota Metropolitae Ruthenorum ad Archieppum r. l. Leopoliensem sub 4 Octobris 1841 contra missiones Jesuitarum extensas ad Ruthenos r. g. c., quorum catholicitatem Jesuitae in dubium vocabant, et ideo in circulis Tarnopoliensi

---

*) Ad Hebraes X. 38.

**) Conc. Oecum, Chalcedon. in Relat. ad Leonem Papam (Tom. IV. pag. 1775. 1776. Concilior. Labbeanae Collectionis Venetiis iterum editae a Coleto.

***) Libr. III. contra haereses Cap. 3.

****) Epistola ad Damasum, quae est epa. 15. in Tom. I. opp. S. Hieronymi Veronae editor. a Vallarsio.

Digitized by Google

Czortkoviensi et Zloczoviensi Ruthenos latinisandos putabant, ut tali ratione impedirent schisma ex Rossia.

Sub die 5 Julii 1840 et 15 Januarii 1842 requisitus eram a Dno Augustino Theiner, Presbytero s. Congr. Oratorii s. Philippi Neri, Consultore Cong. indicis et Referente Orientalium catholicorum Romae, ut praestem exactam et sinceram expositionem indigentiarum s. Unionis Ruthenorum, quam praestiti circa festum Paschae an. 1842. Ego scripsi sequentia. 1) S. Unionem Ruthenorum nostris temporibus praeprimis in Galicia Austriaca concentratam, atque schismati Orientali his in oris oppositam esse, quae circumstantia eam fortissime speciali curae s. Sedis Romanae commendat. 2) Istam porro s. Unionem a Latinis (Polonis) et a Schismaticis dissipari. 3) Ruthenos graeco catholicos non dubitare de singulari eaque efficaci et constanti s. Sedis Romanae, verae suae matris et non novercae, ipsorum s. Unioni praestanda tutella. Inde proposui sequentia: A) Collustrandam esse Metropolitanam Ruthenorum Haliciensem Sedem diguitate Cardinalitia aut Patriarchali, ut Oriens et Occidens videant, s. Unionem Ruthenorum eodem modo tractari prouti ritum latinum. B) Augendum esse numerum Eppatuum Ruthenorum graeco-cathol. in Galicia neoerigendis duobus Tarnopoli et Stanislaopoli. C) Fortissime requirendum esse clerum latinum imprimis polonicum speciatim vero Jesuitas, ut tandem aliquando distent a traductione Ruthenorum graeco-cath. ad ritum latinum nec non a villipensione, contemptu et depressione ritus graeco-cath. Ruthenorum. D) Ritum graeco-cath. Ruthenorum conservandum esse in sua integritate. E) Parificationem utriusque ritus catholici manutenendam, et clerum ruthenum saecularem elevandum esse, ne eidem a clero polonico ulla ponantur obstacula ad Capitula et professuras. Ad has literas meas tuli responsum ddto Romae in festo ss. Petri et Pauli 1842, quod eaedem invenerint gratiam E. Principis Cardinal. Lambruschinii et Suae Sanctitatis Gregorii PP. XVI.

Digitized by Google

Anno 1841 die 4 Maji adaperiebat celeberrimus Adam Mickiewicz in sua 26 praelectione de literatura slavica, habita in collegio Gallico Parisiis, causam, ex qua Clerus latinus, nominatim autem polonus ritum graeco-catholicum Ruthenorum extirpabat, quae quidem fuit extirpatio nationalitatis et linguae ruthenae, et dilatatio nationalitatis et linguae polonae in terris ruthenis.

Adam Mickiewicz w 26 lekcyi mianej 4 Maja tego roku pyta się: „Jakażto była potęga, która wzrószyła narodowość polską i popchnęła ją na ziemie uskię? Co to była za siła która odparła aż za Dniepr mowę i narodowość ruską?“ i odpowiada na te zapytania: Kościoł wziął na siebie dzieło rozniesienia szeroko języka polskiego.“ Zobacz: Adama Mickiewicza rzecz o literaturze słowiańskiéj wykładana w kollegium Francuzkiém. Wydanie drugie poprawne. Poznań 1850 str. 207.

Decanus Bukovinensis et parochus Czerniovicensis r. g. c. aximowicz refert sub 28 Junii 1841 Nro. 240, quod Dominus Joannes Kumaniecki in parochia Sniatynensi arbitrarie ad r. l. desciverit, et a parocho r. l. susceptus sit, quodque parochus r. l. Czerniovicensis Kunz Catharinam Karwacka ad r. l. solicitet.

Sub die 22 Maji 1844 Nro. 28 (Ord.) dedit p. f. Metropolita Ruthenorum Michael Lewicki ad Suam Sanctitatem f. m. Gregorium XVI sequentes literas circa indigentias Ecclesiae Ruthenae graeco-catholicae in Galicia:

Beatissime Pater! Paternus affectus, quo S. Sedes Apost. Ruthenos semper amplexa est, et etiamnum benigne amplectitur, non sinit me dubitare, quominus Sanctitas Vestra benevolum animum iis adhibere velit, quae pro tuendo ritu Rutheno et ad consolidandam Ruthenorum cum s. Sede Aposto-

Digitized by Google

lica Unionem non minus quam ad reprimendos etiam adversarios istius unionis proficua et necessaria esse censeo. I) Erant Beatissime Pater reipsa tempora, quibus nonnulli zelo pro Ecclesia cath. parum circumspecto indulgentes, circa negotia Ecclesiastica Ruthenorum praeter mentem certe et intentionem s. Sedis Aplicae ita se gerebant, ut persuasum sibi habere viderentur, fidem cath. apud Ruthenos praedicari et firmari nullatenus posse, nisi Rutheni avitis suis ritibus poenitus rejectis latinos ritus amplecterentur. Itaque Ruthenorum sacra despectui dabantur, Ecclesiae cathedrales etiam in latinas transformabatur et cum bonis erectionalibus occupabantur, Magnates Ruthenorum caeterique insigniores civiles magistratus gerentes praeprimis autem illi, qui oppulentiores erant, ad latinum ritum pertrahebantur, nullique parcebatur industriae, ut Ruthenorum ritus extenuetur. Haec a diversis scriptoribus historice consignta et authenticis probata documentis vereor nunc recensere, ne paterno cordi Sanctitatis V. dolorem conciliem, abstinere tamen non possum, quominus addam, Ruthenos nonsolum quousque a communione cum S. R. E. alieni erant, sed etiam post renovatam saec. XVI unionem plaereque sui ritus detrimenta expertos esse. Detrimenta hac magna quidem ex parte adsribenda veniunt aemulationi potestatum saecularium, supremum regimen et dominium in provincias Ruthenas sibi vindicantium, ast non parum etiam a clero latino proveniebant, praecipue postquam Eppi latini Bullam „Etsi Pastoralis,“ a Sum. Pfice Benedicto XIV pro Italo-Graecis editam ad Ruthenos quoque in his oris extendere arbitrati sunt. Vigore enim hujus bullae §. 2. Nro. 8, 9, 10. pro Italo-Graecis statutum est, ut infantes, quamvis pater et mater g. r. esset, r. latino baptisare liceat, porro ut infantes patris latini matris autem graecae ritum latinum omnino sequantur, denique ut etiam infantes patris graeci matris autem latinae, quamprimum latina haec mater praevaluerit, ritu latino baptisentur. Itaque clerus latinus

juxta hanc normam cum Ruthenis unitis procedens permulta omnis status et conditionis individua, quae nativum suum ruthenum ritum sequi debuissent, ad ritum latinum pertraxit, et soepenumero hodiedum etiam pertrahere consuevit. Detrimento exinde in ritum Ruthenorum unitorum promananti firmus certe obex ponendus esset ob hunc etiam respectum, quod nonuniti, qui omnia, quae apud nos fiunt, intensis oculis contemplautur, exinde ansam accipiant objiciendi, quasi bulla Etsi pastoralis ex dispositione ipsius Sedis Apost. ad Ruthenos unitos eo fine extenderetur, ut quamplurimi Ruthenorum ritui latino aggregentur, reliqui autem qui superessent, Eppis latinis adinstar Italo-Graecorum subjiciantur, et ita demum jurisdictio Epporum Ruthenorum successu temporis poenitus evanescat Cum itaque praelaudata bulla „Etsi pastoralis" juxta expressum suum tenorem solos Italo-Graecos respiciat, et Sum. Pfex Benedictus XIV in eadem bulla §. 9 Nr. 24 disertis verbis integritatem ritus graeci in aliis oris declaraverit, proinde dignetur Sanctitas V. clementissime significare, ne clerus latinus praelaudatae bullae ulterius insistat, sed ut ad mentem decretorum a s. Sed. Apost. de manutenendo in sua integritate ritu Rutheno frequenter editorum abhinc ab arbitraria Ruthenorum ad ritum latinum susceptione abstineat. Relate ad conjuges catholicos mixti latini scilicet et ruth. ritus, id quidem in his oris antiqua etiam clero latino ab eorum Eppis praescripta praxis postulat, ut pater et mater nativo ritui, ad quem duntaxat ante initum connubium respective spectabant, etiam post connubium adhereant, infantes autem ex hujusmodi connubiis nati pro diversitate sexus, pueri patris, femellae autem matris ritum sequantur, ideoque frequenter sunt apud nos Catholicorum familiae, individua diversi ritus comprehendentes, quae diversitate hac ritus nihil obstante eandem fidem cath. profitentur, et s. Unionis exemplum exhibent. Non raro tamen diversitas ista rituum trahit post se incommoda praesertim quoties festa et jejunia, quae

Digitized by Google

pro diversitate ritum diversa sunt, observanda veniunt. Ad occurrendum hujusmodi incommodis dignetur Sanctitas V. clementissime (statuere) permittere, ut in posterum, quoties personae catholicae diversi ritus matrimonio jungerentur, vir quidem et mulier in nativo suo ritu post connubium quoque permaneant, infantes autem eorum ritu patris, adeoque latino, si pater fuerit latinus, rutheno si pater ruthenus fuerit, baptisentur, in hoc respective ritu educentur, et ad eundem spectent. II) Sed aliam jam gratiam pro clero saeculari Ruthenorum a Sanctitate Vestra expostulare audeo. Cle rus hic de auctoritate s. Sedis Apostolicae in universam Ecclesiam intime persuasus est, et unioni cum S. R. E. firmiter insistit, moerore tamen perfunditur, quoties recogitat, individua sua, ut omni ex parte bene qualificata, a gradu Eppali arceri, nisi juxta statutum synodi Zamoscenae de an. 1720 praevie in ordine Basilianorum novitiatum absolverint, aut vero a s. Sede Apla hoc obtutu dispensata fuerint. Synodus Zam. statutum illud Tit VI condens, videtur respexisse praxim Ecclesiae Orientalis, quae non quia clerus saecularis antiquitus jam lege aliqua Ecclesiastica a gradu Eppali exclusus esset, sed unice ob praevalentem ibi clericorum saecularium ruditatem eorumque connubia solos monachos utpote melius instructos et coelibatu obstrictos ad Eppatus promovere hucusque coactam se videt. Praxis ista apud Ruthenos ob similes cleri saecularis circumstantias justificari quidem antea potuit, ast post renovatam saeculo XVI unionem clerus hic, prout jam in literis meis pastoralibus de an. 1841 a Sanctate V. gratissime approbatis exposui, nactus est plerosque viros in scholis beneficio Sedis Aplicae regulatis, bene institutos, et ex quo Galicia paterno Dominio Imperatorum Austriae subjecta est, nullus jam apud nos clero saeculari adnumeratur, nisi praevie in scientiis vocationi suae competentibus rite fuerit exercitatus. Sunt itaque ad praesens apud Ruthenos plerique clerici saeculares, in disciplinis theologicis et jure canonico bene versati, atque gradibus etiam doctoratus theologici insi-

Digitized by Google

gniti. Isti plerumque amplectuntur vitam coelibem, et ad ordinem presbyteratus promoti jam cathedras theologicas in publicis scholis administrant, jam educationi junioris cleri in Seminario incumbunt, jam denique Canonicorum gremio adscripti officiis dioecesanis funguntur, et ad mentem Apostolici praescripti a Sum. Pfice Benedicto XIV die 14 Aug. 1753 emanati, atque in Bullar. Romae 1761 edito pag. 76 recensiti, in dioecesibus ad munia majora per gradus et gravissima, quo certe munus Eppale omnino spectat, tute promoveri possunt. Licet itaque praecedentibus temporibus ignorantia et status conjugalis clericorum Ruthenorum impediebat, quominus aliquis eorum ad Eppatum promoveri possit, impedimentum tamen isthoc nunc jam cessavit, atque ideo Sanctitatem V. humillime exoro, ut clementissime declarare dignetur, illos, qui in gremio cleri saecularis Ruthenorum unitorum qualitatibus ad gerendum munus Eppale requisitis undequa que praediti essent, ad Eppatus omnino promovendos esse, quin annum novitiatus in ordine Basilianorum absolvere et profesionem religiosam emittere, aut vero ab amplectenda vita monastica praevie dispensationem petere teneantur. III) Obligationes Epporum graves omnino sunt, et antiqui Patres Ecclesiae merito pronuntiarunt, munus Eppale esse onus humeris Angelicis formidandum. Hoc Antistites quoque Ruthenorum sentientes antiquitus jam rationem regiminis dioecesani in universa Ecclesias observatum secuti sunt, et apud Cathedrales suas Ecclesias intertenebant presbyteros, quorum auxilio in exerctio pontificalium funtionum et administratione negotiorum dioecesanorum utebantur. Numerus presbyterorum hujusmodi jam major jam minor erat pro ratione circumstantiarum, singuli autem certis officiis eeclesiasticis incumbere tenebantur, et simul sumpti jam Collegii ecclesiastici jam Eppalis Senatus jam Presbyterii Cathedralis nomine veniebant, post renovatam autem cum Sede Romana unionem passim Capitula cathedralia more latinorum apellari coeperunt, et ho-

Digitized by Google

diedum ita vocantur. Quemadmodum autem Ecclesia Ruthenorum varias tractu temporum vicisitudines experta est, ita etiam Senatus illi Eppales, nunc Capitula dicti, utpote Ecclesiae intime adhaerentes, infaustam soepenumero sortem experiebantur. Ne singulas recensendo prolixior et Sanctitati V. molestus evadam, solummodo de Capitulis Cathedralibus Ruthenorum unitorum Leopoliensi et Premisliensi commemorabo, quod temporibus an. 1772 praecedentibus, quo magis Eppi Rutheni de regulatione istorum Capitulorum solliciti erant, tanto majori cum industria illi, quorum mens erat, ritum Ruthenorum labefactandi, conatus hos Epporum irritos reddere studebant. Atque inde factum est, ut primo postquam divinae providentiae placuisset, regnum Galiciae supremo Dominio augustae Domus Austriae subordinare, sub caes. reg. auspiciis, praeter alia decorem et prosperitatem Ecclesiae Ruthenorum unitorum constituentia, postremis temporibus in eadem Ecclesia etiam restauratio et regulatio antiquorum Senatuum Eppalium seu Capitulorum Cathdr. Leopoliensis et Premisliensis et quidem prioris an 1813 posterioris autem an. 1817 in effectum deducerentur. Status istorum Capitulorm ad praesens est sequens. Capitulum Ruth. Leop. constat: Archipresbytero seu Praeposito Capituli, Archidiacono seu Decano Capituli, Custode seu Skevophilace Archicath. Scholastico archicath. Hisquinque dignitaris Archicathedralibus adnumerandi sunt interea tres Canonici gremiales, quibus successu temporis, postquam fundationes Capituli auctae fuerint, alii duo accedent, ut dein Capitulum quinque Dignitarios et quinque Canoncos gremiales habeat. Ad hocce Capitulum Archieppale spectant adhuc duodecem Canonici honorarii seu titulares, qui negotiis Ecclesiasticis, quotiescunque ab Ordinario loci deputati fuerint conscientiose occupari tenentur. Similiter quoque in Capitulo Cathedrali Ruthenorum Premisliensi constituti sunt: Archipresbyter seu Praepositus Capituli, Archidiaconus seu Decanus Cap. Custos seu Skevophilax cath. et tres Canonici gremiales, unaque reservatum est, ut successu

Digitized by Google

temporis, postquam fundus capitularis auctus fuerit, et ad sustentanda plura individua sufficiens evaserit, numerus quoque capitularium Canonicorum augeatur, His Capitularibus adnumerantur decem canonici honorarii seu titulares negotiis dioecesanis, quotiescumque ab Ordinario provocati fuerint, incumbere obligati. Tam Dignitarii quam Canonici, utrumque Capitulum Leopol. et Premisliense constituentes, efformat Consilia seu Senatus Ecclesiasticos communiter Consistoriorum nomine venientes, et Leopoli quidem Consistorium Archieppale, Premisliae vero Eppale, atque illi Archieppum Metropolitanum hi autem Eppum in regendis respectivis dioecesibus juvant, habentque pro sustentatione nonnullos proventus fundationales, potissimum autem salaria liberalitate Augustissimorum Imperantium Austriae ex fundo religionis eousque assignata, donec proventus Capitulorum fundationales aucti fuerint.

Ex hac Capitulorum Leopol. et Premisl. regulatione multum sane splendoris et utilitatis Ecclesiae Ruthenorum Unitorum in Galicia accessit jam splendor autem iste majus omnino caperet incrementum, et Capitulares tam Leopoli quam Premisliae efficatius ad satisfaciendum obligationibus suis incitarentur, si s. Sedes Apostolica clementer eos respicere dignaretur. Duae autem sunt gratiae, Beatissime Pater, quas totus clerus Ruthenus exoptat et pro quarum elargitione filiali cum fiducia ad s. Sedem Apostol. supplex nunc recurro:

Dignetur Sanctitas Vestra pro suprema sua Apostolica potestate praexpositam Capitulorum Ruth. Leopol. et Premisliens. regulationem clementissime ratam habere et confirmare, insuper autem de benignitate Apostolica indulgere, ut quemadmodum Archieppus Ruthenorum Unitorum Leopolien. et Haliciensis vigore Bullae: In universalis Ecclesiae regimine a Summo Pontifice Pio VII Anno 1807 octavo kalendas Martii editae jure gaudet, Eppos Suffraganeos suae Metropolitanae Provinciae nomine et auctoritate S. Sedis Apost. con-

Digitized by Google

secrandi et instituendi, ita eidem Archieppo nunc et in futurum liceat in suo Capitulo Leopoliensi duobus Dignitariis, qui meritis et zelo pro catholica fide excellerent, accedente consensu Caes. reg. Majestatis, usum Pontificalium illo modo et forma, quibus Archimandritae Rutheni ea exercere consueverunt, nomine et auctoritate s. Sedis Apostolicae concedere.

Preces istas, Beatissime Pater! hoc unice animo paternae benevolentiae Sanctitatis Vestrae devotissime commendo, ut Clerus Ruthenorum unitorum in provincia Metropolitana regni Galiciae gratiis et favoribus s. Sedis Apostol. auctus et exornatus felicius in vinea Christi Dni supremo regimini Sanctitatis Vestrae concredita operari valeat, et etiam ut Adversarii Unionis sacrae intelligant, quantopere Sanctitati Vestrae cordi sit, Ruthenos Catholicae Ecclesiae adhaerentes, paterne semper protegere et beneficiis Apostolicis cummulare.

Vinculo filialis observantiae erga s. Sedem obstrictus Deum omnipotentem pro salute et incolumitate Sanctitatis Vestrae indesinenter oro et ad pedes Apostolicas Beatissimi Patris prostratus eosque filiali cum devotione osculatus humillime peto, ut Sanctitas Vestra mihi meoque Gregi Apostolicam benedictionem impertiri dignetur.

Leopoli die 22 Maji 1844.

Sanctitatis Vestrae humillimus, obsequentissimus et obidientisimus filius.

Michael Lewicki. Metropolita.

Landes Präſidium ddto 30 März 1844 Z. 335 eröffnete: S. k. k. Majeſtät haben nach dem Inhalte des Erlaſſes des Herrn oberſten Kanzlers vom 26 Februar d. J. Z. 6188 mit der allerh. Entſchließung vom 22 Februar d J. über das Einſchreiten Eurer Exzellenz (des ruth. Metropoliten) vom 27 September 1842 Z. 66 (Ord) ſich wegen einiger Gerechtſame des gr. kath. Ritus an den päpſtlichen Stuhl nach dem vorgelegten Entwurfe wenden zu dürfen, zu befehlen geruht, daß das Anſuchen um den Gebrauch der Pontifikalien für Individuen des gr. kath. Domkapitels zu Przemysl dermalen auf ſich zu beruhen habe. Im Uibrigen geſtatten S. Majeſtät, daß Euere Exzellenz nach dem vorgelegten Entwurfe den heiligen Vater bitten, womit die Bulle Benedict XIV „Etsi pastoralis" als auf die hierländigen Katholiken des gr. Ritus nicht anwendbar erklärt, auf die Verfügungen der Zamoscer Synode vom J. 1720, wornach die Biſchöfliche Würde r. g. Niemand ohne Ablegung der Baſilianer Ordensgelübde oder ohne ſpezielle Dispenſation des h. Stuhles zu Rom erlangen kann, für den gr. kath. galiziſchen Klerus nicht beſtanden werde, endlich womit S. päpſtliche Heiligkeit die Regulirung der Domkapitel r. g. c. zu Lemberg und Przemysl zu beſtätigen und zu geſtaten geruhen möchte, daß der jeweilige gr. kath. Erzbiſchof zweien Gliedern des Lemberger gr. kath. Domkapitels den Gebrauch der Pontifikalien nach erfolgter allerhöchſten Genehmihung Ser. k. k. Majeſtät bewilligen dürfe. Sodann heißt es: S. k. k. Majeſtät haben die Anſicht der Behörden zu Genehmigen geruht, daß die vorgeſchlagene Maßregel, damit alle aus Ehen zwiſchen lat. und gr. Katholiken erzeugten Kinder künftig in dem Ritus des Vaters getauft und erzogen werden, in Anbetracht der bisher hierlands beobachteten Uibung, wornach Kinder aus gemiſchten Ehen nach dem Geſchlechte im Ritus der Elter erzogen werden, nicht als ein politiſches Geſetz ſondern als eine Bewilligung der kath. Kirche bekannt zu geben, die allmählige Einführüng

Digitized by Google

dieſer neuen Modalität aber der klugen Einwirkung der Geiſtlichkeit auf die betreffenden Perſonen zu überlaſſen ſein werde. In dieſem Sinne wurde dann vom Metropoliten die obige an S. Heiligkeit durch das Präſidium unterm 22 Mai 1844 Z. 28 (Ord.) geleitet.

Observamus, matrimonia mixti ritus inter Polonos et Ruthenos adhiberi a clero polonico r. l. in specie ad latisandos et polonisandos Ruthenos, in quo idem clerus a partibus r. l. adjuvatur, ut ita partes r. g. c. et liberi secundum earum sexum ad ritum latinum traducantur. Tali ratione etiam partium ruthenarum, ad ritum latinum Polonorum traductarum realitates et exinde in bonum cleri et Ecclesiarum Ruthenorum obvenientes praestationes transeunt in commodum cleri et Ecclesiarum Polonorum. Neque clerus latinus facilis est permittere, ut Rutheni ducant uxores polonas, realitates possidentes, econtra vero sexus foemineus ruthenus magnam partem realitatum ruthenarum tradidit in manus Polonorum, quod etiam summa solertia curabatur et curatur. Inde tamen non sequitur, prouti Poloni dicunt, non esse familias ruthenas, Polonis amplius non permixtas. In urbibus et oppidis quidem matrimonia mixti ritus multa sunt, verumtamen numerus talium matrimoniorum mixti ritus habito respectu ad totam nationalitatem ruthenam parvus dici debet, et si Poloni putant, per talia matrimonia Ruthenos esse Polonis adnexos, vicisim Rutheni credunt, Polonos esse Ruthenis adnexos, ut itaque exinde argumentum peti non possit, quod Rutheni amplius non existant.

Currenda Consistorii Archieppalis r. l. Leopoliensis ddto 1 Martii 1850 Nro 562 ad omnes Decanos praescribit, ut parochi latini suos parochianos in pagis visitent, eos doceant, eisque officia spiritualia praestent, et ita ipsi non dabunt ansam eisdem transeundi ad ritum graeco-cath. „Quare fratres carissimi, haec omnia volvite, et quos ista tangunt, culpam propriam agnoscite.“

Digitized by Google

Ordinariatus r. l. Leopoliensis medio notae ddto 17 Juni 1851 Nro 1342 ad Ordinariatum Metropolitanum r. g. c. exponit, quod multi curati r. g. c. fanatico odio in Ecclesiam latinam ducti, sub specie libertatis et nationalitatis parochianos r. lat. per pagos dispersos ad ritum graeco cath. illegaliter pertrahant, omnia etiam illicita media adhibeant, ut eosdem ruthenisent, quod eis eo facilius succedit, quo dispersae illae oviculae in plerisque locis a propria parochia remotae sacris functionibus indigent. Porro Ordinarius r. l. ex propia experientia tempore canonicarum visitationum hausta perhibet, quod multi sacerdotes r. g. c. depraedicent, Polonos hinc esse pellendos, Suam C. R. Majestatem abolevisse ritum latinum, et Ecclesias illius occludere statuisse, item obvenire casus, quod Curati r. g. c. sacerdotibus r. l. ingressum ad Ecclesias suas prohibeant, et ritum latinum imperfectum esse declarent. Adducitur etiam rebaptisationis (!) puellae Maria Lektiy, per Catechetam r. l. Franciscum Nowotny baptisatae, ast an. 1849 per Antonium Lotocki rebaptisatae, porro Parochi r. l. Brzezanensis consignatio, ultra 100 animarum ad ritum latinum traductarum, copulatarum et sepultarum, quin in libris metricalibus respectivae parochiae uscriptae essent. Nota Cons. r. g. c. sub 27 Junii 1851 Nro 2730, qua indagatio appromissa et ordinata erat.

Nota Archieppi Lucae Baraniecki ddto 26 Augusti 1851 Nro 1806 ex occasione Petri Manasterski revertentis ad g. c. ritum habet „De caetero non potest generaliter non observari, quod tales transitus Constitutionibus Pontificiis praeprimis illi ddto 24 Decembris 1743 a Benedicto Papa XIV, quae incipit a verbis, „Demandatam coelitus“ nullatenus respondere, omninoque pro evitandis irregularitatibus oportunum foret, ut hoc obtutu Conventio aliqua stabilis ab Ordinariatibus fieret et S. Sedi ad approbationem proponeretur.“ Archieppus commemorat ipse, patrem dicti Manasterski fuisse r. g. c.

Narolski Albin g. k. Pfarrer in Bursztyn ddto 26 Juni 1851 Z 20. berichtet, daß der daſige Beamte Carl Fialkowski r. g. c. den Consistorial Beſcheid hinſichtlich der Taufe ſeines Kindes in r. g. c. vom 20 Mai 1851 Z. 1982 am 5 Juni d. J. erhalten und dabei erklärt hat, daß er lieber nach dem evangeliſcheu Glauben als nach dem gr. kath. Ritus ſein Kind wird taufen laſſen.

Bericht des lat. Consistoriums vom 10 Dezember 1851 Z. 2734 an das Landespräſidium dagegen, daß das gr. kath. Konſiſtorium den in das lat. Seminar aufgenommenen gr. kath. Peter Manasterski zum gr. kath. Prieſterſtande zugelaſſen hat. Darin heiſt es mit Bezug auf die Zuſchrift des gr. kath. Consistoriums vom 12 August 1851 Z. 3479, daß das gr. kath. Consistorium ſich auf die dießfälligen „bullas et decisiones Summorum Pontificum“ beruft: allein es wird dagegen bemerkt, daß die gr. Consistorien nie dieſe „decisiones et bullas“ weder vorgezeigt noch zitirt haben. Sie pflegen ſich zuweilen auf zwei Bullen Benedict XIV „Etsi pastoralis“ und „Demandatam coelitus“ zu berufen, jedoch die eine betrifft die Italo Graecos die letzte Graecos Melchitas in Syrien unter gar anderen Verhältniſſen als die der Galizianer ſind, und meines Wiſſens (ſpricht der lat. Erzbiſchof Lucas Baraniecki) beſtehen auch keine beſonderen päpſtlichen Erläſſe (!) für hierländige Griechen, daher glaube ich mich in Gewiſſen verpflichtet, gegen dieſe eigenächtige Aufnahme der Lateiner zum gr. kath. Ritus und deren Weihe zu Prieſtern aus vielen Gründen zu proteſtiren, und Euere Exzellenz um Verweigerung des Tiſchtitels an derlei Uiberläufer, die nur auf ein gemächliches Leben (?) ſpekuliren, ehrerbietigſt anzuſuchen. Dieſe vom lat. Consistorium beanſpruchten Individuen des gr. kath. Ritus waren Ignatz Juchnowicz, Moczarowski, welcher ſogar von Rom die Erlaubniß zur Umkehr zum gr. kath Ritus hatte, Michael Ruszczycki, Adalbert Glinski, Adalbert Hryckiewicz, Joseph Zalewski, Dominicus Manasterski und

Peter Manasterski, *Adnotatio.* Dictus Hyppolitus Molczanowski provocando ad bullas Urbani VIII et Benedicti XIV „Demandatam coelitus“ recurrebat Romam 12 Octobris 1842, et obtinuit resposum: Ex audientia Sanctissimi habita die 11 Decembris 1842. Sanctissimus Dominus noster Gregorius Divina Providentia PP. XVI referente me infrascripto s. Congregationis de propaganda fide Secretario, non obstantibus, quae anno elapso a generali conventu praefatae Congregationis constituta fuerant, ex noviter deductis benigne indulsit, ut Orator ad nativum ritum ruthenum catholicum revertatur. Datum Romae ex aedibus dictae s. Congregationis die et anno quibus supra. Gratis sine ulla omnino solutione quocunque titulo. J. N. Edessen. m. p. L. S.

Uiber die obige Beſchwerde des lat. Lemberger Konſiſtoriums beim Land. Praesid. vom 10 10ber 1851 Z. 2734 hat das Metrop. Cons. r. g. c. sub 30 März 1852 Z. 174 an das Land. Praesidium erwiedert, worin die Bullen für g. k. Ritus angegeben, und geſagt war, daß „Etsi pastoralis“ eben die Ruthenen nicht angeht, was ehemals die lat. Erzbiſchöfe nicht anerkennen wollten, was aber jetzt der lat Erzbiſchof zugibt. Konſiſtorium ſei ſelbſt an ſeiner Klage ſchuld, weil es gr. kath. Schüler in das lat. Seminar aufnimmt.

Sub die 19 Decembris 1851 Nro. 50 (Ord.) dedit Eppus ruthenus Premisliensis Gregorius Jachimowicz Nuntio Viennensi Michaeli Viale Prela sequentem, Consistorio Metropolitano ad notam ddto 27 Aprilis 1853 Nro. 1175 sub 14 Maji 1853 Nro 1313 communicatam repraesentationem:

N. 50. Excellentissimo ac Reverendissmo Domino Michaeli Viale Prela Archieppo Carthaginensi Nuncio Apostolico Viennae.

Excellentissime ac Reverendissime Domine! Inter Catholicos latini et rutheni ritus in Galicia degentes, arbitrarius,

Digitized by Google

legibus ecclesiasticis vetitus soepius tamen eveniens transitus ab uno ad alium ritum pacem et concordiam turbare ac praesertim inter Clerum utriusque ritus reprobandam omnino inimicitiam et exacerbationem producere solet. Tales discordiae inter Clerum, qui unam eandemque fidem profiitendo, sola diversitate ritus discrepat, justo moerore animum replent, nec communi matri nostrae s. Romanae Ecclesiae gratus esse potest conspectus filiorum, qui fraternae Charitatis loco torso vultu sese intuentes quoquo modo Sibi nocere, sese invicem deprimere nituntur; natae sunt ejusmodi exacerbationes ad animos eorum avertendos, qui in vicinia nostra ab Ecclesia Catholica avulsi ad sinum ejus reducendi forent; deplorandus est defectus chritatis christianae hac ratione, manifestatus, praesertim nostro tempore, quo Ecclesia catholica tam multis premitur malis, et quisque exoptare deberet, ut omnes junctis viribus minantes undique insultus hostium repellere nitantur. Inveterato et continuo reviviscenti malo firmus poneretur obex, si Excellentia Vestra perceptis Galiciae Praesulibus, gratiosa intercessione Sua id efficere vellet, ut supremus Pastor Ecclesiae Catholicae, Sanctissimus Dominus noster Papa Romanus huic decrudescenti vulneri medellam ferre et universali a Clero utriusque ritus strictissime observanda lege de transitu ab uno ritu ad alium modalitates praescribere dignaretur, quas sapientiae Suae Santitatis relinquendas esse existimo, et nonnisi mandato Excellentiae Vestrae obtemperans quaepiam juxta opinionem meam eatenus statuenda adducere praesumo. Consultum mihi esse videtur, ut:

1) Clero utriusque ritus decreta et constitutiones Summorum Pontificum de transitu ab uno ad alterum ritum tractantes in memoriam revocentur, ne quispiam transgressionem suam ignorantia praescriptorum excusare tentet.

2) Ut Clero utriusque ritus ob oculos ponatur, quantopere utrumque ritum, et latinum quidem, quem S. Mater

Ecclesia Romana observat, graeco-unitum, autem, utpote ab Ecclesia Romana multipliciter approbatum et laudatum, venerari, eoque ipso ab omni mutuo despectu et hostilitate abstinere debeat.

3) Ut Curati latini ad mentem decretorum S. Sedis Apostolicae ab alienandis quoquo modo individuis in ritu graeco-catholico natis, omnino abstineant, et arbitrarie ritui latino aggregari intendentes, ad nativum eorum ritum relegent, idque ipsum etiam Curati graeco-catholici ratione individuorum latini ritus constanter observent.

4) Ut omnes proles in matrimoniis mixti ritus natae sine discrimine sexus ritum patris sequantur.

5) Ut illi, qui ante decem retro numerandos annos ad alium ritum transiverunt, in eodem permanere sinantur, et respectivo Curato nonnisi eos reposcere liceat, qui ante tempus decem annos haud superans nativum ritum mutarunt. Permittendum attamen esset, ut ille, qui ante praefatum temporis spatium ritum suum deseruerat, et ad illum denuo sua sponte reverti desiderat, voti sui compos fiat.

6) Ut expresse declaretur, participationem sacramentorum in alieno ritu sive casu sive persuasione aut necessitate causatam, nondum constituere transitum ad alienum ritum.

7) Ut Curati utriusque ritus exactiorem quam hucusque personarum suae curae commissarum evidentiam sibi comparare suamque jurisdictionem ad proprios parochianos restringere alterius autem ritus individua ad respectivum Curatum inviare jubeantur. Soepius enim evenerat, ut Curatus arbitrariam susceptionem alieni individui excusare volens, se

Digitized by Google

non scivisse perhiberet, individuum esse alterius ritus, quae tamen excusatio non solum invalida sed etiam omnino vituperanda est, perfunctoriam enim res sacras t ractandi rationem ostendit, unde fieri quoque posset, ut ob similem ignorantiam individuo non baptisato, aut saltem extra catholicam Ecclesiam viventi Sacramenta administrentur.

8) Ut quamprimum Curatus observarerit, quempiam sui ritus arbitrarie ad alterum ritum transivisse, et ibi susceptum esse, id respectivo suo Consistorio de casu ad casum statim refererre non omittat; plerique enim relationes hujusmodi post decursum annorum et simultanee de pluribus, qui diversis temporibus ritum suum deseruerunt, exhibere solent, quo fit, ut disquisitio et decisio causae valde difficilis evadat.

9) Ut Curatis districte significetur, in casu arbitrariae susceptionis individuorum alterius ritus nonsolum relegationem eorum ad nativum ritum decernendam, sed etiam Curatum, qui alienum suscipere ausus est, arbitrio sui Ordinariatus tanquam transgressorem legum ecclesiasticarum puniendum fore. Ne vero eadem transgressio ab uno Ordinariatu lenius, severius vero ab altero puniatur, Ordinariatus diversi ritus, quorum Dioeceses per easdem regiones extenduntur, cointelligentiam fovere deberent. Denique.

10) Ut Clero utriusque ritus fraternus amor et pronitas ad obsequia sibi vicissim praestanda commendetur.

Praemissa judicio Excellentiae Vestrae extendenda vel restringenda lubens relinquo, id unicum desiderans, ut efficacia statuantur media, quibus caveretur, ne arbitrario transitu ab uno ad alterum ritum inter Clerum et populum utriusque ritus pax et concordia turbetur, neve sola diversitas ritus sibi invicem exosos reddat, quos unitas fidei arctissime junctos esse jubet.

Digitized by Google

Gratiis Excellentiae Vestrae me commendans cum singulari veneratione constanter permaneo Excellentiae Vestrae etc. Viennae die 19 Decembris 1851.

Sub die 9 Martii 1853 Nro. 4596 significavit Praesidium Gubernii Metropolitae Ruthenorum, Ministerium Cultus ddto 18 Maji 1852 Nro 1048 ordinasse, quateuus Archieppi utriusque ritus Galicienses proponant suas opiniones circa transitum de ritu ad ritum.

Erlaß des Praesidiums der h. k. k. Landesſtelle von 9 März 1853 Z. 4596 an der gr. kath. Erzbiſchof und Primas Lewicki.

„Es ſind in neueſter Zeit häufig Beſchwerden vorgekommen, daß Perſonen, welche jahrelang faktiſch im lat. Ritus leben, und von der lat. Kirche als dahin gehörig betrachtet und behandelt wurden, von den gr. kath. Seelſorgern aus dem Grunde reklamirt werden, weil ſie ſelbſt oder deren Vorältern meiſtens dem gr. kath. Ritus angehört haben. In dieſer Hinſicht wurde von den lat. Seelſorgern und auch von den betreffenden Perſonen die Einwirkung der Regierung in Anſpruch genommen, daß die letzteren nicht mehr zum reklamirten Ritus zurückzukehren bemüßiget werden, ungeachtet ihnen von Seite der gr. kath. Ordinariate die nachträglich angeſuchte Dimiſſion verweiget wurde. Ferner wurden Fälle von ſtattgefundenen willkührlichen Uibertriten vom lat. zum gr. kath. Ritus und umgekehrt zur Sprache gebracht. Offenbar haben Fälle beiderlei Gattung nur deßhalb ſtattfinden können, wel die Seelſorger beider Ritus, deren geiſtlicher Jurisdiktion die betreffenden Gläubigen angehörten, ſich jahrelang die ihnen obliegende Uiberwachung ihrer Pfarrlinge und Handhandhabung der den Kultusübertrit regelnden Beſtimmungen nicht gehörig angelegen ſein ließen. Dieſes jahrelange Verſäumniß hat aber gegenwärtig viele nicht unbeach-

Digitized by Google

tensworthe Inkonvenienzen zur Folge. In kirchlicher Hinſicht werden die Reklamazionen der Seelſorger gegen Gläubige, welche in einem anderen Ritus erzogen und meiſt in demſelben getauft wurden, immerhin aber nach deſſen Satzungen lebten, und vorkommendenfalls auch ihre Nachkommen in ihren neuen Ritus eintreten ließen, als ein Gewiſſenszwang ausgebeutet, worunter offenbar der Religionskultus und insbeſondere auch deſſen Diener leiden, in Familien und geſellſchaftlicher Hinſicht entſtehen bei der engen Vermiſchung, in welcher die Bekenner beider Ritus neben einander wohnen, vielfältige Verlegenheiten, welche dieſe Verhältniſſe gewichtig berühren, und mittelbar auf den Ritus einen nichts weniger als demſelben zuſagenden Einfluß üben. Ich glaube, daß es in letzterer Hinſicht nur einer Hinweiſung auf die Verlegenheiten, welche aus dem Feiern der vorgeſchriebenen Feiertage bei der Landwirthſchaft und bei den kirchlichen Konkurrenzleiſtungen entſtehen, bedarf um jeder weiteren Aufzählung derſelben überhoben zu ſein. Daß bei dieſer Lage der Sache ſowohl im Intereſſe der Kirche als auch des Staates gewünſcht werden muß, dieſem Uibelſtande durch Feſtſetzung einer entſcheidenden Norm wirkſam abgeholfen zuſehen, iſt erklärlich. Mit Rückſicht auf die bezüglich des Uibertrits vom lat. zum gr. kath. Ritus und umgekehrt beſtehenden Vorſchriften ſcheint unter den vorwaltenden Verhälltniſſen insbeſondere die Feſtſetzung eines Normal-Zeitpunktes, der über den Ritus der Landesinſaſſen der Art entſcheidend wäre, daß alle, die in dieſem Zeitpunkte nach dem lat. oder nach dem g. k Ritus leben, als dieſem Ritus angehörig fortan und unabänderlich zu betrachten wären, ganz vorzüglich geeignet zu ſein, den wiederholt auftauchenden Beſchwerden und Reklamationen auf eine befriedigende Weiſe abzuhelfen. Die Ordinariate hätten nur die vor dieſem Zeitpunkte illegal geſchehenen Ritusänderungen durch nachträglich zu ertheilende Dimiſſionen aus dem bezüglichen Kirchenverbande anzuerkennen, wogegen es von

der ſtrengen kirchlicher Aufſicht abhängen würde, dergleichen illegale Uibertrite von einem Ritus zum anderen für die Hinkunft zu verhindern, und vorkommenden Falls gleich in Beginn ordnungsmäßig auszutragen. In Abſicht auf die Regelung dieſer Ritusangelegenheit hat nun das h. Miniſterium des Cultus und Unterrichtes mit dem Erlaße vom 18 Mai 1852 Z. $^{1048}/_{921}$ den Wunſch ausgeſprochen, daß ſich vor allem die hierländigen Herrn Metropoliten beider Ritus über dieſen Gegenſtand vereinigen mögen, und daß die bezüglichen Äußerungen ſodann dem beſagten h. Miniſterium zur entſprechenden Veranlaſſung vorgelegt werden. Der erleuchteten Einſicht Euerer Exzellenz kann es nicht entgehen, daß bei den dargeſtellten Verhältniſſen für die wohlgemeinte Abſicht der Regierung dieſen wichtigen Gegenſtand wo möglich im beiderſeitigen Einvernehmen der Oberhirten beider Ritus geſchlichtet zu ſehen, die Intereſſen der kathol. Kirche und der Geiſtlichkeit beider Ritus, die religiöſe Befriedigung der Gläubigen und die Familien uud geſellſchaftlichen Verhältniſſe derſelben mächtig das Wort führen und daß das beiderſeitige bereitwillige Entgegenkommen der Kirchenoberen dem Weſen der Sache nur förderlich ſein kann. Ich gebe mir demnach die Ehre, Euere Exzellenz in Folge des bezogenen h. Miniſterial Erlaſſes zu erſuchen, über die angeführte Ritus Angelegenheit mit dem Herrn Erzbiſchofe des lat. Ritus, welcher in gleicher Richtung unter Einem angegangen wird, das Einvernehmen zu pflegen und nach dem Reſultate Ihrer ſchätzbaren Wohlmeinung, in welcher Art die fragliche Ritusangelegenheit mit Rückſicht auf die beſtehenden Vorſchriften zum Frommen der Kirche und des Staates am zweckmäßigſten normirt werden könnte, bald gefällig zur Einbeförderung an das h. Cultus und Unterrichtsminiſterium mir mittheilen zu wollen. Empfangen Eure Exzellenz die Verſicherung meiner ausgezeichneten Hochachtung, mit der ich verharre Eurer Exzellenz ergebenſter Diener Goluchowski.

Digitized by Google

Desuper requisivit Metropolita Ruthenorum suum Consistorium sub 25 Martii 1853 (ad Nrum Consistor. 1175 ex 1853,)ut sibi ab eodem circa hanc causam praestetur opinio quae praestita sonabat:

„Ex actis Consistorii hujus adparet, antiquissimis temporibus, quippe a primordiis susceptae unionis Ruthenorum cum S. Romana Ecclesia perdurare in hac regione discordias inter Catholicos graeci et latini ritus et praesertim inter Clerum utriusque ritus exinde, quod clerus ritus latini contra Constitutiones quoad transitum a gr. cath. ad latinum ritum a Sede Apostolica editas fideles r. g. c. ad suum ritum allicere et quoquo modo pertrahere nunquam desistat. Et sic hodiedum a Curatis r. g. c. moventur gravamina, parochianos sui ritus illegaliter ad ritum latinum suscipi, et in codem detineri natos ex matrimoniis mixti ritus sine discrimine sexus in ritu latino baptisari ac in libros metricales Ecclesiae r. l. inscribi, jam vero a Curatis r. g. c. pro diversitate sexus in ritu parentum gr. cath. baptisatos et confirmatos passim per Curatos r. l. rebaptisari et manibus Epporum ad suscipiendum iterata vice Sacramentum confimationis subjici sponsos ritus mixti, qui ad diversas Ecclesias pertinent, absque promulgatis in Ecclesia r. g. c. bannis copulari et ad protestationes Curatorum r. g. c in ejusmodi casibus factas, a Curatis r. l. non attendi, hacque ratione non solum leges ecclesiasticas et civiles sed etiam ipsa dogmata Ecclesiae catholicae impune violari. Verum quidem est, quod similes querelae novissimis praesertim temporibus a Curatis quoque r. l. contra varias praevaricationes Curatorum r. g. c. frequenter obveniant, attamen ex instituta eatenus indagatione fere ubique prodiit, Curatum r. l. ad has praevaricationes Curato r. g. c. ansam dedisse. Quid-quid adusque ad obviandum continuis litibus Curatorum utriusque ritus de arbitrario fidelium ex uno ad alterum catholicum ritum ex parte utriusque Consistorii assumptum erat, non sufficiebat huic

Digitized by Google

negotio sopiendo, namque sacerdotes r. l. a studio proselytatus non desitunt, et Curati r. g. c. contra eos repressaliis utuntur sine respectu ad altiora mandata. His praevaricationibus ut tandem effective occuratur, ad mentem editi alti rescripti Praesidii Gubernialis ddto 9 Martii a. c. Nro. 4596 proponenda essent sequentia (Prout in requisita sub die 27 Aprilis 1853 Nro. 1175 a Consistorio r. g. c. Premisliensi et ab eodem sub die 14 Maji 1853 Nr. 1313 submissa Copia ab Illustrissimo Eppo Gregorio Jachimowicz sub 19 Decembris 1851 Nro. 50 Ord. Nuntio Viennensi Viale Prela porrectae informationis continent, his factis additamentis ad 5) normale tempus statuendum esse annum 1853. ad 4) mater vero quoadusque vixerit, ritum suum nativum sequatur. ad 7) Ut si alicui Curato natis alterius ritus vel in necessitate vel ex delegatione proprii Curati Sacramentum baptismi administrare contingeret, hos non inscribat in libros suos metricales, sed contestationem collati baptismi illico ad competentem Curatum non per patrinos aut patrem infantis sed officiosis literis per postam aut expressum remitttat."

Sub die 27 Aprilis 1853 Nro. 684 dedit Archieppus r. l. Leopolien. Lucas Baraniecki ad Metropolitam Ruthenum literas (Praes. 5 Maji 1853 Nro. 32,) quibus jam concedit, quod sacerdotes polonici r. l. involent in jura parochialia sacerdotum ruthenorum r. g. c. et hos ultimos proinde juste requirere suos fideles illegaliter ad ritum latinum traductos, ac optat compositionem harum litium.

Copia literarum Archieppi r. l. Leopol. Lucae Baraniecki ad Melropolitam r. g. c. Michaelem Lewicki ddto 27 Aprilis 1853. Nro. 684 Praes. 5 Maji 1853 Nro 32 ord.

Excelletissime Illustrissime ac Reverendissime Domine! Non auderem profecto Excellentiam Vestram Reverendissimam, cujus Apostolicis laboribus defatigatas atque longiori infirmitate attritas nosco vires, literis meis molestare, nisi haberem

Digitized by Google

persuasum, per quotidianos abusus sacerdotum utriusque ritus in traducendis ab uno ritu ad alium fidelibus, in copulationibus illegalibus, in baptisandis imo et confirmandis latini ritus atque illatione s. actuum in libros natorum non competentes, non solum violari leges ecclesiasticas et civiles, verum quoque oriri praejudicia quoad ritus in plebe, discussiones et altercationes inter Sacerdotes ad invicem, qui qua discipuli unius magistri charitatem mutuam servare atque positi in candelabro omnibus praelucere bono exemplo sunt vocati. Hucusque ab utroque Consistorio idcirco assumta frustantur effectu, querelae ab utraque parte porrectae etiam commissionaliter erutae et dijudicatae praeter multas scriptitationes vix quidquam efficiunt. Praecipuam querelarum ansam exhibent sacerdotes r. g. c. (?) qui inde ab anno 1848 non scio quo motivo ducti (?) conversioni latinorum inhiant (?) et non obstante prohibito Consistorii Excellentiae Vestrae proles latinas in pagis natas baptisant, multas confirmant ac suis libris metricalibus inserunt, quo facto litigiorum futurorum semina jaciunt. In matrimoniis mixtis sponsos latinos ad sequendum r. graecum cogunt, si succedit traductio sine bannis in Ecclesia latina promulgatis copulant, sin secus talibus Matrimoniis benedicere nolunt, quo super multae jam querelae in c. r. officiis circularibus et in Gubernio motae fuere, id unicum (!) proferentes, quod avus vel attavus avia aut attavia respectivi sponsi dicatur secuta fuisse ritum graecum. (Ergo Curati r. g. c. decertabant pro suis non pro Polonis). Non nego (sic) inveniri ejusmodi zelatores inter Clerum quoque latinum, ast assecuro Excellentiam Vestram tales esse in minorenitate, (?) siquidem administratio Sacramentorum a latinis in subsidium gr. cath. Sacerdotum, qui in quolibet pago habitant, non adeo frequentur potest habere locum (et in urbibus quid non faciunt Curati polonici (!) Tali disordini ac extravagationibus illicitis ut ponatur obex, filiique unius matris S. Ecclesiae vinculo charitatis et promo-

Digitized by Google

vendi regni coelestis conjuncti normam in futurum agendi habeant, costituimus cum Reverendissimo r. l. Eppo Premisliensi cui statuendo similiter et Reverendissimus Eppus Premisliensis suffragari videbatur, Excellentiae Vestrae proponere: 1) Ut collatis consiliis terminus constituatur, a quo omnes sive in ritu latino sive in graeco-catholicó persistentes sine respectu natalium (quare ita?) qua tales considerandi sunt. 2.) Ratione prolium e mixtis matrimoniis procreandarum foret statuendum, ut vel sicut antiquitus practicabatur, ritum parentum vel solius patris sequantur. 3) Quoad conferenda s. Sacramenta in specie s. Baptismi sacerdos in subsidium alterius officians respectivo parocho contestationem collati sacramenti ipse transmittat non vero per partes interessatas, hoc enim ultimo fit, quod schedulae deperdantur, quapropter actus s. non inscriptus commissionibus et perqisitionibus non raro sine optato effectu ansam praebet, semper tamen cum detrimento interessatorum 4.) Inhibeatur, ne infantes latinorum s. ungantur chismate confirmando nec non in librum baptisatorum r. g. c. inscribantur. Haec sunt, quae proponenda nomine proprio et Eppi Premisliensis r. l. Excellentiae Vestrae Reverendissimae censui eo promptior ad audiendas et sequendas Illius propositiones, ac novissime etiam ex parte Excelsi regimini sub 9 Martii a. c. Nr. 4596 idcirco fuerim provocatus. Si itaque Excellentiae Vestrae Reverendissimae placuerit, conventionem aliquam fecere in orali conferentia, perobservanter expeto de tempore loco et die hujus consessus gratiose memet informare non dedignari ut P. T. Dominos Eppos Premislienses possem in hoc negotio salutare. Expectans benignam isthanc informationem cum sinceris affectibus ac perenni venerationis cultu permaneo Rdsimae Excell. Vestrae obsequentissimus ac humillimus servus Lucas Baraniecki Archieppus r. l. Leopoli die 27 Aprilis 1853.

Anno 1854 concinarunt et dederunt Eppi Galiciae utrinsque ritus commulativas literas ad Summum Pontificem Pium

Digitized by Google

IX, quibus substernunt suas conclusiones circa transitum de ritu ad ritum et circa reliquas correlationes utriusque ritus ad conservandam pacem, consonas Constitutionibus s. Sedis Romanae hac in materia datis. Celeberrimae literae hae sonant:

Beatissime Pater! Dei et Sedis Apostolicae gratia curae et regimini devotissime signatorum concreditus grex Domini in Galicia olim regno Poloniae nunc imperio Austriae incorporata quatuor et ultra milliones animarum numerat, quarum medietas addicta est sanctae Romano-Catholicae fidei, quam juxta ritum latinum profitetur, altera vero medietas, constans e natione Ruthena, jam ab anno 1595 s. Romano-Catholicae Ecclesiae unita eandem catholicam fidem juxta graeco-ruthenum ritum profitetur. Fideles isti urbes, oppida et pagos promiscue inhabitant, ast ita diffusi sunt, ut in occidentali parte Galiciae incolae ritus latini et in orientali parte incolae rutheni ritus numero praevaleant. Exinde orta est in quibusdam oris necessitas, uni parochiali Ecclesiae incorporandi multos, a loco parochiali longe distantes pagos, in quibus inter multitudinem incolarum unius ritus nonnisi aliquot personae alterius ritus reperiebantur, pro quibus nec propria Ecclesia aedificari nec proprii ritus Curatus constitui poterat. Fideles in ejusmodi locis degentes graves experiuntur difficultates, si devotione aut necessitate id postulante propriam itinere plurium horarum distantem, soepe ob interjectos fluvios et montes, tum ob adversam aeris temperiem accessu difficilem Ecclesiam adire et a Curato sui ritus obsequia spiritualia expetere intendunt. Ad evitandas hasce difficultates solent illi in loco domicilii existentes aeque catholicas Ecclesias alterius ritus frequentare, devotiones suas dominicis et festivis in iisdem peragere, et eveniente necessitate etiam obsequia spiritualia a localibus alterius ritus Curatis expetere, quae praesertim urgente necessitate nunquam denegantur, ast cum in iisdem praestandis nonnulli Curati justos limites

Digitized by Google

transgredi solent, oriuntur exinde frequentes de violatione parochialium jurium obmotae querelae, qum pacem turbant, concordiam tollunt, mutuam exacerbationem nutriunt, et loci Ordinariis multifarias ac valde inamoenas pertractationes obturdunt.

Non obstante diversitate ritus fideles in eodem loco habitantes, nisi a malevolis hominibus concitentur, prouti filios ejusdem matris s. Catholicae Ecclesia decet, inter se invicem pacem servant, amicitias fovent, matrimonia ineunt, et per haec multiplicibus consanguinitatis et affinitatis vinculis arctius junguntur. Post connubia inter Latinos et Ruthenos celebrata uterque conjux nativum retinet ritum, jam vero de baptisandis et educandis prolibus in ejusmodi mixti ritus matrimoniis procreatis viget a Praedecessoribus nostris olim acceptata et hucdum observata regula, ut filii patris filiae vero matris ritum sequantur. Haec regula pio forte consilio introducta, ut palam ostendatur, mutuum amorem inter conjuges tum inter parentes et proles, et prolium inter se invicem per diversitatem ritus nec tolli nec minui, ut exemplo familiae etiam alii, qui cum incolis alterius ritus remotiori nonnisi vinculo junguntur, pacem et concordiam cum iisdem servare doceantur. Non raro tamen dissensionibus in familia mixti ritus aliunde exortis insons quoque divertas ritus objurgationibus invicem vibrandis materiam praebere et exacerbationem animorum nutrire et augere solet. Sed etiam pacifice viventes, ast diversitate ritus in duas partes divisae familiae multis praemuntur incommodis, nam quisque ritus peculiares imponit obligationes, quas negligere conscientia vetat, omnes vero et exacte adimplere non sinunt difficultates cum tali conamine conjunctae. Difficultates hae potissime oriuntur ex diversitate Kalendarii in utroque ritu vigentis. Etenim Rutheni tempore emendationis kalendarii cum E. R. nondum uniti illud non acceptarunt, et eisdem serius ad unionem susceptis provido consilio, ne vicinis eundem ritum ser-

Digitized by Google

vantibus ast ab Ecclesia catholica avulsis, accessus ad eandem difficilior reddatur, non imposita fuit obligatio novum aceptandi kalendarium. Stante vero diversitate kalendarii non tantum mobilia sed etiam immobilia festa aliis diebus in ritu latino et aliis in ritu rutheno celebrantur, unde eorum dupplex juxta utrumque ritum observatio eidem diversi ritus familiae valde molesta evaderet. Memoratis difficultatibus permoti conjuges in matrimonio mixti ritus viventes non raro in eo conveniunt, ut proles absque dicrimine sexus in uno eodemque patris vel matris ritu baptisentur et educentur. Nonnunquam et alter conjux non obtenta imo nec quaesita ad id facultate ritu nativo arbitrarie relicto ad ritum alterius conjugis transit. Informatus de ejusmodi arbitraria agendi ratione respectivus parochus querelas movere, et restitutionem ad alterum ritum illegitime susceptorum postulare solet, quae si juxta legem arbitrariam ab uno ad alterum ritum transi tum expresse vetantem demandetur, concernentibus familiis valde molesta esse solet, idque eo magis si ritui illegitime suscepto diuturno tempore adscripti, devotionibus et ceremoniis hujus ritus a multis jam annis assueti fuerunt.

Tam priores, qui ab Ecclesiis proprii ritus nimis remote habitant, quam posteriores, qui in matrimoniis mixti ritus vivunt, si ad legem cath. Ecclesiae arbitrariam mutationem ritus omnino vetantem attenti reddantur, saltem aliquas, quamvis non sufficientes causas, scilicet incommoda, quae removeri non possunt, adducere solent, quibus conscientiam suam pacare, et suum quamvis illegitimum transitum excusare nituntur. Sunt tamen bene multi, qui ad excusandam arbitrarie factam mutationem sui ritus neque tales causas adducere possunt. Plerique enim levitate animi in rebus religionis omnino vituperanda ducti, aut spe cujusdam licet dubii et nonnunquam admodum exigui emolumenti ad mutandum nativum ritum permoventur. Nonnulli inter homines alterius

Digitized by Google

ritus viventes et amicitia cum eis juncti, ut in omnibus consentiant, etiam nativum ritum mutant. Alii benefactoribus suis gratum ostendere volentes animum aut a Dominis alterius ritus ad gerenda quaepiam officia vocati, aut inter famulitium suscepti, ut suis benefactoribus et Dominis placeant, eorum ritum assumunt, alii Curato proprio infensi deserunt nativum ritum, et obsequia spiritualia a Curato alterius ritus expetunt. Alii nativum ritum deserere cupientes in altero ritu proles suas baptisari aut semel ipsos s. Eucharistiae sacramento refici curant, et per haec sacramenta juxta alterum ritum sumpta, se suasque proles ritum nativum mutasse arbitrantur. Ast superfluum esse videtur recensere modos, quibus lex Ecclesiae transitum arbitrarium prohibens frequenter violatur, cum ex adductis sufficienter patet, inveteratum hoc malum nimis dilatatum esse. Instant quidem curati utriusque ritus, ut curae eorum concrediti in nativo permanet ritu, sunt tamen inter eos nonnulli, qui arbitrarios transitus tollerant, et tunc primum, si ab alterius ritus Curatis se laesos esse putant, personarum, quae diversis temporibus, nonnunquam jam ante multos annos ritum mutarunt, protensas consignationes anteponunt, et relegationes earum ad ritum nativum postulant. Non desunt et tales Curati, qui studio augendi suos proventus ducti aut nimio sui ritus zelo animati, ast rationis pro animabus sibi concreditis reddendae immemores, neglectis propriis, nonnunquam siti et fame pereuntibus ovibus alienas quoquomodo aggregare nituntur, nec animadvertunt, quantopere sacerdos cath. aberret, cum legem ab Ecclesia catholica latam spernit, et ejus violationem non tantum probare sed etiam suadere et promovere non veretur. Reprobatus ab Ecclesia catholica in oris tamen nostris soepenumero eveniens arbitrarius transitus ab uno ad alterum ritum est inveteratum et late diffusum malum, quod lucri cupiditate, ambitione aut pruritu in aliena involandi jura nonnullorum e Clero curato auctum inter clerum et populum

Digitized by Google

utriusque ritus multiplices contentiones producit, concordiam rumpit, mutuum amorem tollit, et nonnunquam exacerbationem animorum causat, quae diutius nutrita in publicum scandalum degenerat.

Tristis haec inter membra ejusdem catholicae Ecclesiae vigens discordia justo moerore jam antecessorum nostorum animos replebat, qui serpenti malo obicem ponere, et relationes fidelium diversi ritus stabilire cupientes frequenter ad Constitutiones a s. Sede eatenus latas provocare solebant, ast sine notabili effectu, quia dubiis de obligatione earum movendis lata patebat via. Plures enim constitutiones pro missionariis et fidelibus im remoto hinc Oriente viventibus destinatae, et sine respectu relationum inter utrumquae ritum apud nos vigentium latae eisdem stabiliendis et ordinandis haud sufficientes fuerunt, neque excludebatur dubium, num et in quantum praescripta aliis populis data ad nostras quoque oras extendenda sint. Plures Constitutiones et diversarum Congregationum decreta occasione querelarum emanarunt, hinc ad eum nonnisi Praesulem dirigebantur, qui ejusmodi querelam moverat, hic vero favorabilem s. Sedis decisionem, cum aliis praesertim alterius ritus Praelatis nonnisi privata auctoritate communicare potuit, sed promulgationem et observationem ejusdem urgere haud valuit. Nonnunquam etiam politicae opiniones anteriori tempore praevalentes non tantum executionem sed etiam promulgationem quarumdam Constitutionum impedire solebant.

Quum vero antiquiores plerumque pro aliis latae constitutiones indigentiis nostris non sufficiant, interea vero copiosa et undique disseminata arbitrarii transitus exempla alios quoque ad similem ausum, ad celandum proprium ritum et alterum ritum subreptitie suscipiendum alliciant, suaque multitudine pacem et debitum in parochiis ordinem turbent, cum utriusque ritus Curati greges suos in dies minui, decrescere proventus, ex sacris functionibus per alios administratis jura

Digitized by Google

parochialia laedi cernentes, id aegre ferant, et multifariis contentionibus implicati multo graviora negligere, nec id perpendere soleant, quod nostris temporibus non tam de hoc vel altero ritu quam de ipsa fide catholica adversus insultus ubique et in multo numero spersorum hostium, defendenda pietate olim florente nunc vero vix alicubi conspicua denuo resuscitanda, de amore Dei et proximi in dies magis frigescente in cordibus fidelium plantando ac fovendo, de elevandis ad superna animis eorum, qui nonnisi bonis terrestribus adquirendis totam vitam et omnes suas vires consecrant, adeoque de bonis agatur, quae non discordia inter clerum utriusque ritus, nec mutua depressione auctoritatis, sed nonnisi vigente vera charitate et junctis omnibus viribus promoveri possunt. Occasionem dissensionum removere, pacem et concordiam, mutuum amorem et aestimationem inter Curatos utriusque ritus restituere, desiderantes devotissime signati latino-et rutheno-Catholici Eppi Dioecesium per regnum Galiciae et Ducatum Bucovinensem diffusarum propria et Praedecessorum experientia instructi agnoverunt in Domino urgere prorsus necessitatem stabiliendi ordinis per statuendas regulas, circumstantiis temporis et loci adcommodatas, et pro dioecesibus nostris Apostolica s. Sedis Romanae auctoritate directe firmandas.

Matura igitur praemissa deliberatione praesumunt devotissime signati altissimo Sanctitatis Vestrae judicio ac in omnibus et singulis benevisae decisioni explanare potissimas relationes, in quibus rutheno-et latino-Catholici in his regnis vicissim versantur, et ex his derivatas substernere procedendi normas, quae si apostolica auctoritate firmarentur, nostro judicio tum restituendae concordiae tum stabiliendo ordini inter clerum et populum curae nostrae subjectum futuris temporibus et sufficientes et proficuae forent.

Censemus igitur in Domino omni cum humilitate sequentium directivarum approbationem a Sanctitate Vestra exorare.

Digitized by Google

A) Sub respectu transitus ab uno ad alterum ritum.

a) Quilibet in suo nativo ritu permanere tenetur, et arbitrarius jam permultis tum ad missionarios et fideles Orientis tum ad oras nostras directis Constitutionibus et decretis reprobatus transitus denuo severissime prohibetur, et quocumque modo ad effectum deductus irritus ac nullus esse declaratur. In futurum nemini absque obtenta Sedis Apostolicae facultate ex uno ad alterum ritum transire licet. Quia vero nonnunquam fideles perfectiorem vitam ducere volentes ad alterius ritus ordinem ab Ecclesia adprobatum suscipi desiderant, et eo fine a suo nativo ritu dimitti petunt, in hoc igitur casu, ne pium eorum votum diuturna pertractione impepediatur, liceat Ordinariis loci tales personas ad ordinem dimittere ea tamen conditione, ut iterum ad nativum ritum redeant, si ante emissam professionem ex ordine agressi fuerint.

b) Ad praescindendas reclamationes cleri utriusque ritus intuitu eorum, qui arbitrarie ad alterum ritum transierant, annus currens scilicet 1853 tanquam terminus praeclusivus statuitur, et in futurum quisque in eo ritu permanere tenetur, in quo anno currente paschalem communionem sumpserat. Quia vero stante tali decisione omnes illi, qui hucusque nativum ritum arbitrarie deseruerunt, in altero illegitime assumpto ritu relinquendi erunt, ideo devote petimus, ut Sanctitas Vestra hosce arbitrarios et hucdum illegitimos transitus ab uno ad alterum ritum de plenitudine potestatis Apostolicae sanare dignetur.

c) Cum vero experientia teste etiam salutares leges eo certius adimpleri soleant, si transgressoribus earum inevitabiles poenae minantur, idcirco sequentia statuenda duximus: si post terminum superius positum scilicet inde ab anno 1853 sacerdos sive latini sive rutheni ritus quempiam illegitime transeuntem sciens et volens ad suum aggregaret ritum, aggregatio talis sit nulla et irrita, et insuper sacerdos utpote legem sibi bene notam sponte violans, si est Parochus, prima

Digitized by Google

vice spiritus recollectionibus 8 dierum, secunda vice 14 dierum cum suspensione a sacris, tertia vice privatione beneficii puniatur, si est cooperator, inhabilis fiat per triennium ad obtinendum curatum beneficium, religiosus vero prima vice 8, secunda vice 14 et tertia vice totius mensis recollectionibus puniatur, addito jejunio bis de hebdomade in pane et aqua. Quod si quispiam celato nativo ritu fidelibus alterius ritus se jungeret, et a sacerdote alterius arbitrarie assumpti ritus obsequia spiritualia expeteret et obtineret, subdolus ille actus licet post decursum plurium annorum in lucem demum prodierit, sit nullus et irritus, sacerdos tamen, qui advenam suis ovibus inscius adnumerabat, insons declaretur, et nonnisi eundem ad ritum nativum relegare teneatur. Si vero etiam indubitata de nativo advenae ritu obtenta notitia obsequia spiritualia eidem praestare pergeret, jam sciens et volens talem advenam suo gregi adnumerare nititur, hinc poenis superius positis subjiciendus est.

B) Sub respectu functionum sacrarum sive liturgico.

a) Utrius ritus sacerdotes, qui censuris ligati non sunt, in Ecclesiis mutuis cum facultate Rectoris Ecclesiae valide et licite super altaribus sive consecratis sive portatilibus sive super antimensiis, ut in Ecclesia graeca moris est, singuli tamen suo ritu et sua lingua liturgica missas celebrare possunt.

b) Pari modo offerre possunt sacrificium Missae in oratoriis privatis aut sacellis cum licentia Epporum in pagis aut cemeteriis reperibilibus sacerdotes utriusque ritus, ast semper praevia licentia Parochi, in cujus jurisdictione sacellum situm est. In oratoriis latinorum sacerdotes lat. ritus juxta bullam f. m. Benedicti XIV, quae incipit: „Imposito nobis“ tantum super consecrato altari vel super lapidea pariter consecrata tabula non autem super antimensiis missas celebrare tenentur.

c) Si localis Ecclesiae Rector censuerit devotioni et aedificationi fidelium id profuturum, ut in majori populi con-

Digitized by Google

cursu persolvatur devotio nonnisi in altero usitato ritu e. g. parastasis aut decantatio evangeliorum tempore commitationis funerum aut alia similia, non obest, quatenus devotiones tales peragantur. Peragi autem debent nonnisi ab illis sacerdotibus, in quorum ritu devotiones illae usitantur, et remunumeratio, quae a populo pro tali devotione offertur, non Rectori Ecclesiae sed sacerdoti functionem pergenti caedat.

d) Non licet sacerdotibus unis ritus in Ecclesia alterius ritus, nisi a respectivo parocho expresse invitati fuerint, benedictiones salis, aquae, frugum, thuris etc. peragere.

e) Visitare loca thaumaturga sive sub regimine latinorum sive rutheno-catholicorum Sacerdotum existant, cuilibet liberum maneat, sintque imagines aliaeque res, in uno ritu venerabiles, aequaliter etiam in altero ritu aestimatae.

C) Sub respectu administrationis Sacramentorum.

a) Nullus sacerdos proles alterius ritus baptisare praesumat excepto casu talis necessitatis, ubi deficiente sacerdote ad baptisandam prolem quisque authorisatus est. Quilibet talem necessitatis baptismum peragens sacerdos utatur rituali sui ritus. Sacerdotibus vero rutheno-catholicis proli ad latinum spectanti ritum sacramentum baptismi urgente necessitate administrantibus nullatenus liceat etiam confirmationis sacramentum conferre sub rigore censurae ecclesiasticae in contraagentes adhibendae idque eo gravioris, si deviatio isthaec repeteretur. Baptismus cogente necessitate collatus inscribatur libro metricali ejus Ecclesiae, in qua administratus fuit ea tamen expressa cum adnotatione: 1o quod collatus erat ob necessitatem, 2o quod proles ad alium pertineat ritum, quodve si proles a sacerdote rutheno-catholico baptisata est, confirmationis sacramentum non obtinuerit, et 3o quod de collatione hujus baptismi respectivus parochus via officiosa irremore informatus fuit.

b) Fideles utriusque ritus ad sacerdotem latini vel rutheni ritus a suo Eppo Ordinario approbatum in Ecclesia sui

Digitized by Google

ritus confessionem excipientem, peccata confessuri accedentes, audiendi sunt, et beneficium sacramentalis absolutionis valide ac licite obtinere possunt, sacram vero communionem nemo aliter ac in suo ritu sumat, scilicet latini sub una specie in pane azimo, rutheno-catholici sub utraque specie in pane fermentato. In locis thaumaturgis sacerdotes latini curent tot rutheno-catholicos invitare Presbyteros, quot sufficere possint ad consecrandam et prouti hic ritus praescribit, inter missarum solemnia distribuendam communionem sui ritus fidelibus in loco thaumaturgo confessis.

c) Matrimonia benedicit secundum antiquissimam in dioecesibus nostris vigentem consuetudinem parochus sponsae. Idem quoque in matrimoniis mixti ritus, ubi sponsorum unus est ritus latini et alter ritus rutheni, servandum, et talia matrimonia a parocho sponsae benedicenda sunt, nisi ambo sponsi contrarium petierint. In benedicendis talibus matrimoniis tempus sacratum, quod in utroque ritu diversum est, observari debet, et ne conscientia alterutrius sponsi laedatur, et aliis fidelibus scandalum praebeatur, cavendum quoque est, ne benedictio matrimonii in diem jejunii in hoc vel in alio ritu praescripti incidat.

d) Si ad infirmum sacramentis providendum proprii ritus sacerdos haberi nequit, potest etiam alterius ritus sacerdos infirmi confessionem peccatorum excipere, illique extremam unctionem oleo sacro in suo ritu usitato administrare, sacrum vero viaticum etiam infirmis nonnisi juxta eorum ritum porrigere liceat, si vero opportunae particulae desint, desiderium infirmi defectum communionis suppleat. Perhibentur attamen et ejusmodi evenisse casus, ubi sacerdos alterius ritus, ad providendum infirmum vocatus, nullatenus eidem persuadere potuit, per desiderium communionis ipsam communionem suppleri, et infirmus de sua salute, si non accepto viatico ex hac vita cedere deberet, nimis anxius ac perhibens, se firmiter credere, eundem Christum in s. Eucharistiae

Digitized by Google

sacramento esse praesentem, sive illud juxta hunc sive juxta alterum ritum administretur, viatico juxta alterum ritum provideri vehementer flagitabat. In tali casu nonnulli sacerdotes precibus infirmi et ejus familiae deferunt, et sacerdotes lat. rit. infirmis ruth. ritus in pane azymo, rutheni vero sacerdotes infirmis latini rit. in pane fermentato administrant. Utrum vero hic nonnunquam urgente necessitate et ad expressas infirmi preces a nonnullis sacerdotibus servatus usus probari, aut poenitus prohiberi debeat, id judicio Sanctitatis Vestrae relinquendum arbitramur.

e) Nec baptismus a sacerdote alterius ritus urgente necessitate collatus nec confessio peccatorum coram tali sacerdote facta nec s. Communio ex ignorantia sive inadvertentia aut consilio ritum mutandi juxta alterum ritum sumpta nec denique sacramentum extremae unctionis ab alterius ritus sacerdote in articulo mortis obtentum transitum, ab uno ad alterum ritum producere possunt.

D) Sub respectu incundorum matrimoniorum et educationis prolium.

a) Matrimonia inter rutheno-et latino-cathoticos praepedire non licet, de talibus vero matrimoniis ineundis proclamationes in Ecclesiis utriusque ritus omnino instituendae nonnisi tunc promulgari inicipiant, si sponsi utriusque ritus conditiones lege praescriptas impleverant. Eo fine sponsus a suo parocho scripto exaratam contestationem expetat, qua confirmaretur, omnes praescriptas conditiones ex parte sponsi esse adimpletas, et inchoandis proclamationibus intenti matrimonii nihil obstare. Hanc contestationem parocho sponsae admanuabit, et similem contestationem intuitu sponsa ab eodem obtentam parocho suo adferendam habet. Adquisita hoc modo certitudine de impletis conditionibus uterque parochus ad inchoandas proclamationes procedat. Graviter reprehendatur sacerdos, proclamationes ideo protrahens aut impediens, quod pars, ad ejus ritum spectans, alterius ritus sponsum vel

Digitized by Google

sponsam sibi elegerit, aut qui ex hac causa testimonium bannorum sine mora extradere, aut demum tali testimonio non producto matrimonio benedicere praesumeret.

b) Juxta antiquam praxim, prouti jam superius notatum, benedicit matrimonio parochus sponsae.

c) Proles e matrimoniis inter latinos et rutheo-catholicos initis progenitae post emanatam Sanctitatis Vestrae adprobationem praesentium propositionum nostrarum ad mentem sententiae in bulla f. r. Benedicti XIV, quae incipit a verbis: „Demandatam coelitus“ absque discrimine sexus ritum patris sequantur. Mater retineat suum nativum ritum, in illo communionem aliaque sacramenta sumat, ast pacis domesticae causa festa et jejunia servet juxta Kalendarium ejus ritus, ad quem maritus pertinet, quin tamen praepediatur in festis sui ritus devotionibus in proprii ritus Ecclesia interesse. Pariter famulitium domi sustentatum festa et jejunia patris familias observabit, ast diebus dominicis tum festis in utroque ritu in eandem diem incidentibus devotiones in Ecclesia sui nativi ritus peragere (obligantur) possunt.

d) Quia vero lex retro non agit, id circo in matrimoniis ea lege hucdum contractis, ut filii patris, filiae vero matris ritum sequantur, subsistens usus ad evitandas in familiis et actis parochialibus confusiones ultro servetur ita, ut juxta diversitatem sexus jam natae proles educentur, et nasciturae baptisentur in ritu parentum.

e) Vidua cum prolibus, quae ritum patris sequebantur, derelicta, si voto secundo nupserit viro, qui non ejudem cum defuncto marito est ritus, proles e priori matrimonio natae suum retineant ritum, jam vero, quae ex secundo matrimonio nascentur, ritum patris sequantur.

f) Illegitimae proles sequuntur ritum matris, si vero alterius ritus nupserit, eadem ratione ac proles viduae tractandae sunt.

Digitized by Google

E) Sub respectu mutui adjutorii

a) In baptisando adjutorium non feratur, nisi in casu urgentis necessitatis, prouti jam superius notatum est.

b) Omnis Sacerdos a suo Ordinario approbatus, et a respectivo Ecclesiae Rectore requisitus absque ritus discrimine fidelium confessiones audire, et eosdem a peccatis licite et valide absolvere potest. In assignandis satisfactionis operibus ratio diversitatis ritus habeatur, et nonnisi talia eligantur opera, quae in ritu poenitentis sunt usitata. Nulli sacerdoti ad hoc non authorisato absolvere a reservatis Sedi Ordinariae licebit. Hoc fine omnes Ordinariatus casus a se reservatos informandi cleri causa sibi invicem communicabunt.

c) Absque proprii parochi requisitione nullus sacerdos mortuos alterius ritus sepelire praesumat. Si fideles mortuos suos in coemeterio alterius ritus sepelire optant, sepulturae non impediantur. Si ad sepulturam talem proprius parochus advenerit, proni sint sacerdotes alterius ritus usum campanarum, luminarium, feretri etc. concedere erga justam remunerationem ei, ad quem pertinet praestandam. Funebralem devotionem aut catechisationem juventutis aut sacrificium missae in Ecclesia alterius ritus peracturus sacerdos de secuturo suo adventu Rectorem hujus Ecclesiae pravie informare tenetur, qui curare obligatur, ut et Ecclesia patefiat, et peragendae devotiones parochiales ita ordinentur, ut cum secutura devotione alterius ritus non coincidant, et se invicem turbent.

d) In solemnibus processionibus pulsus campanarum mutuo et gratis concedatur.

e) Generatim in jura parochialia e. g. circa domorum, esculentorum paschalium etc. benedictionem nemo involare praesumat.

f) Eppis suas Dioeceses canonice visitantibus etiam sacerdotes alterius ritus honorem et obsequia spiritualia prompte praestent

Digitized by Google

g) Ne inter sacerdotes latini et rutheni ritus in processionibus, sessionibus aut aliis solemnitatibus Ecclesiasticis simul peragendis de praecedentiae ordine controversiae oriantur, quibus charitas et mutua animorum concordia turbaretur, petimus a Sanctitate Vestra, ut decretum s. Cong. rituum ddto 16 Februarii 1630, quo in causis praecedentiae inter Eppos latini et Eppos graeci ritus uniti statuitur, nullam aliam rationem caeteris paribus inter illos habendam esse, quam antiquitatis eorum promotionis ad Eppatum, speciali declaratione ad universum utriusque ritus clerum extendatur, et ad designandam prioritatem in ejusmodi solemnitatibus sumultanee peragendis non ritus diversitas sed tempus ordinationis aut qualitas Ecclesiasticae dignitatis consideretur.

His filiali cum affectu expositis et nos ipsos gregesque nostros Apostolicae benedictoni offerentes in osculo sacratorum pedum perseveramus

Sanctitatis Vestrae fiilii obsequentisimi:

Michael Lewicki, Metropolita Haliciensis, Archieppus Leopoliensis Ruthenorum r. g. c. et Primas regni Galiciae et Lodomeriae.

Lucas Baraniecki, Archieppus rit. latini Leopoliensis.

Gregorius Jachimowicz, Eppus Premisliensis Ruthenorum r. g. c.

Franciscus Xaverius Wierzchleyski, Eppus Premisliensis r. l.

Josephus Pukalski, Eppus Tarnoviensis r. l. Ad mandatum Suae Excellentiae Metropolitae Haliciensis et Primatis Michaelis Lewicki.

Joannes Bochenski Suffraganeus Metropoliae Haliciensis.

Digitized by Google

Resolutio Consistorii Archieppalis r. l. Leopoliensis data sub 26 Maji 1858 Nro 1041 incolae Polteviensi in cir. Złoczov. Basilio Frugalski, ad ritum latinum e ritu graeco-cath. transire volenti: „Kościoł s. katolicki ostro zabrania dowolnego zmieniania obrządku czyli to łacińskiego na grecko-katolicki czyli to grecko-katolickiego na łaciński, a z tej przyczyny, iż obadwa obrządki co do wiary, środków zbawienia dusz zupełnie są równe. Jedynie bardzo ważne powody skłonić mogą Stolicę Apostolską do udzielania dispensy od obrządku; gdy zaś suplikant takich-powodów ne wykazuje, więc podanie jego zwraca mu się z upomnieniem, ażeby szanował i zachowywał swój rodzinny grecko katolicki obrządek. Z Konsystorza Metrop. obr. łacinsk. Lwów 26 Maja 1858. X. Leweryn Morawski kanclerz.

Nos Antonius Xaverius de Luca Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archieppus Tarsensis, Sanctissimi Domini Papae Praelatus domesticus, Pontificio Solio assistens ad sacr. caes. reg. Apostolicam Majestatem cum potestate Legati de latere Nuntius Ordinarius etc.

Facultatibus utentes, quas per rescriptum S. C. de propag. fide die 2 praeterlapsi mensis Augusti datum Sanctissimus noster in Christo Pater et Dominus Pius PP. IX nobis delegare dignatus est, potestatem facimus conjugibus Jacobo et Mariae Hasiewicz Archidioecesis Leopolitanae rutheni ritus in Galicia, ut juxta petita eorum adoptivus filius ex latino ritu, in quo natus fuerat, ad ruthenum licite transire eumque amplecti possit, vetito tamen quocumque reditu in posterum ad ritum derelinquendum. Rmo P. D. Archieppo rutheni ritus Leopolitano comittimus, ut hocce Nostrum decretum ad effectum perducendum curet servatis servandis. Datum Viennae ex aedibus s. Nuntiaturae Apostolicae die 16 Decembris 1860. Ant. Xav. Archieppus Tarsensis Nuntius Ap. L. S. Franciscus Fiumi Secretarius.

Digitized by Google

Parochus r. g. c. Luczyncensis Antonius Wieliczkowski sub die 20 Decembris anno 1860 Nro. 140 conqueritur, quod Curati r. l. sibi suprematiam in Curatos r. g. c. arrogent, se in alienum ovile intrudant, ritum gr. cath. ejusque jura vix conscientiose revereantur, proselytas ex fidelibus r. g. c. facere non desinat, sibique notam catholicitatis exclusive contra Catholicos r. g. vindicent, obliviscentes, Catholicitatem quoque in obedientia Summo Ecclesiae Capiti repositam esse, cui quoad ritum gr. cath. paucissimi obediunt, et licitas esse calumnias et falsas denuntiationes contra clerum ritus gr. cath. autumant.

Statthalterei Erlaß vom 28 7ber 1861 Z. 48348 mit Rückſicht auf das Patent vom 20 Februar 1784, auf die Gub. V. vom 2 Auguſt 1716 Z. 33822 und auf die Gub. V. vom 27 April 1839 Z. 7664, (Consist. Currende vom 26 9ber 1861 Z. 5207.) daß 1) keine Kinder von Eltern eines fremden Ritus ohne wichtige Gründe, die eigentlich nur in der Schwäche des Täuflings beſtehen könnten, ohne vorläufige Einwilligung des zuſtändigen Pfarrers getauft, und ebenſo ohne dieſe Ermächtigung oder ohne eintretenden wichtigen Urſachen auch Verſtorbenen eines fremden Ritus nicht begraben werden dürfen, daß ferner 2) im Falle eines derlei vorgenommenen Aktes hierüber unverweilt die ſchriftliche Anzeige an den zuſtändigen Pfarrer in ordentlichen Dienſtwege erſtattet werden ſoll. Das Metropolitan Konſiſtorium hat in ſeiner oberwähnten Kurrende hievon den Kuratklerus zur ſtrengſten Darnachachtung mit den Bedeuten in die Kenntniß geſetzt, ſich in die Gerechtſame des lat. Ritus nicht einzumiſchen, aber auch die Gerechtſame des gr. kath. Ritus, wo ſie gegen dieſen h. Erlaß geſchmälert werden ſollten, ſtrengſtens zu wahren, und ſolche Fälle demſelben rechtzeitig anzuzeigen, damit dagegen Abhülfe getroffen werde. Zugleich hat ſich das Metropolitan Konſiſtorium unter Einem mit Rückſicht auf die Gub. V. vom 1 Juli 1808 Z. 2507 und vom 2 9ber 1810 Z. 24907 an

Digitized by Google

die h. k. k. Statthalterei gewendet, damit auch bezüglich der Trauungen der Brautleute verſchiedenen Ritus die Gerechtſame beider Ritus gewahrt werden.

Traductiones Ruthenorum graeco-catholicorum in Galicia ad ritum latinum per clerum polonicum provocarunt recentissimo tempore multas pertractationes. Consistorium Archieppale r. l. Leopoliense notis suis ddto 27 Junii 1860 Nr. 1637 ddto 25 Februarii 1861 Nr. 389, ddto 27 Martii 1861 Nro. 632. ddto 17 Septembris 1861 Nr 1822 provocando ad bullam „Etsi pastoralis,“ licet concedit, eam pro Ruthenis non esse datam, et ad decreta Gubernialia ddto 6 Julii 1787 15522, ddto 7 Februarii 1817 Nro. 5506 et ddto 20 Februarii 1818 Nro. 7897, in quibus ista bulla vel alio sensu vel ad minus rectam informationem citatur, ritui graeco-cath. non judicavit deferre, ast appromisit, se esse facturum gressus ad caes. reg. regimen, ut alias etiam Consistorio Metropolitano rit. gr. cath. gratas normas circa transitum de uno ad alterum ritum praescribat, quia clerus Curatus rit. lat. ad existentia praescripta regiminis eo obtutu provocare solet, insimulque requisivit Consistorium Metropolitanum rit. grae. cath., ut sua ex parte etiam hoc in negotio ad caes. reg. regimen recurrat. Quare

Consistorium Metropolitanum ruthenum Leopoliense suum ritum defendere duxit prolixa nota, omnia dillucidante, ad Consistorium Archieppale r. l. Leopoliense sub 27 Januarii 1862 et relatione ad c. r. Locumtenentiam sub eodem Nro. 211 data. In hac relatione petit Consistorium Metropolitanum ruthenum instantiam ad caes. reg. Ministerium status quatenus decretum Cancellariae Aulicae ddto 25 Januarii 1818, intimatum a Gubernio sub 20 Februarii 1818 Nro. 7897, et mentionem bullae „Etsi pastorali“ faciens, revocetur.

Brevi ddto 6 Januarii 1862 efformavit Sua Sanctitas Pius Papa IX ex Congregatione Fidei propagandae distinctam Congregationem pro rebus Ecclesiasticis et ritualibus,

Digitized by Google

Ecclesiarum Orientalium, gratiam et communionem cum s. Sede Romana habentium. Desuper dedit Sua Sanctitas Pius Papa IX sub die 8 Aprilis 1862 epistolam encyclicam ad omnes Patriarchas, Archieppos et Eppos Ecclesiarum ritus orientalis, gratiam et communionem cum Apostolica Sede habentes.

Hanc encydicam epistolam literis pastoralibus dtto 25 Majil 862 Nro. 29 Ord. in notitiam Cleri Curati deducens Excellentissimus Metropolita Ruthenorum unitorum Haliciensis et Archieppus Leopoliensis, ad mentem ejus necessaria ordinavit.

Gregorius L. B. Jachimowicz,

Divina Miseratione et S. Sedis Apostolicae Autoritate Metropolita Haliciensis, Archiepiscopus Leopoliensis, Episcopus Kamenecensis, C. R. Ordinis Leopoldi Commendator, Sacrae Caesareo-Regiae et Apostolicae Majestatis actualis intimus Consiliarius, Philosophiae, AA. LL. et S. Theologiae Doctor,

Venerabili Archidioecesano saeculari et regulari Clero salutem in Domino!

In Apostolicae Dignitatis apice positus, omnesque Dominici agri partes in Occidente et Oriente, in Austro et Aquilone quasi de montis vertice inspiciens, ac quidquid Ecclesiarum omnium conditioni et firmamento conveniat, dijudicans Sanctissimus Dominus Noster Pius, Divina providentia Papa IX gravissimam ad Antistites Ecclesiarum ritus Orientalis, Gratiam et Communionem cum Apostolica Sede habentes, nuper direxit encyclicam epistolam, quam festinamus Vobis, dilectissimi in Christo Fratres, in notitiam deducere, ut Suae Sanctitatis Apostolicam benignitatem, curam et solli-

Digitized by Google

citudinem sicuti erga Occidentales ita etiam erga Orientales, et inter hos quoque erga nos Ruthenos non tam perspiciatis quam potius manibus palpetis.

Commemorata epistola encyclica Suae Sanctitatis per extensum sonat:

Sanctissimi Domini Nostri PII divina providentia

PAPAE IX.

Epistola Encyclica

ad omnes Patriarchas, Archiepiscopos et Episcopos Ecclesiarum ritus Orientalis, gratiam et communionem cum Apostolica Sede habentes.

Romae. MDCCCLXII.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis et Episcopis Ecclesiarum ritus Orientalis gratiam et communionem cum Apostolica Sede habentibus

Pius PP. IX.

Venerabiles Fratres

Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Amantissimus humani generis Redemptor Christus Dominus Unigenitus Dei Filius volens, ut optime nostis, Venerabiles Fratres, omnes homines a daemonis captivitate, et a peccati jugo vindicare, eosque de tenebris in admirabile lumen suum vocare, et salvos facere, cum delesset, quod adversus nos erat, chirographum decreti, affigens illud cruci, catholicam Ecclesiam suo sanguine acquisitam tanquam unam *do-*

Digitized by Google

mum Dei vivi (1), unumque *regnum caelorum* (2), vel unam *civitatem supra montem positam* (3), aut *unum ovile* (4), et *unum corpus uno spiritu* consistens vigensque, et una fide, spe, caritate, et unis eisdemque sacramentorum, religionis, doctrinaeque vinculis compactum et coagmentatum (5) conformavit, constituit, et rectoribus a se nominatis ac delectis instruxit, eamque ita a se conformatam et constitutam, quamdiu mundus ipse non intereat et concidat, permanere, et omnes universi terrarum orbis populos, nationes complecti decrevit, ut cuiusvis gentis homines divinam suam religionem et gratiam acciperent, quam ad extremum usque spiritum retinentes aeternam adipiscerentur salutem et gloriam. Ut autem haec fidei, doctrinaeque unitas semper in sua servaretur Ecclesia, Petrum ex omnibus selegit unum, quem Apostolorum Principem, suumque in terris Vicarium, et inexpugnabile Ecclesiae suae fundamentum et caput constituit, ut cum honoris gradu, tum omni praecipuae auctoritatis, potestatis et jurisdictionis amplitudine caeteris omnibus quam maxime praestans pasceret oves et agnos, confirmaret Fratres, atque universam regeret et gubernaret Ecclesiam. Cum autem Christus hanc suam Ecclesiam unam et immaculatam usque ad consumationem saeculi permansuram voluerit, et unam fidem, unam doctrinam, ac regiminis formam servandam esse mandaverit, tum quae Petro dignitatis, potestatis ac jurisdictionis amplitudo, fideique integritas ac stabilitas data, eadem prorsus ejusdem Petri successoribus Romanis Pontificibus est tradita, qui in hac Romana ipsius Petri Cathedra collocantur, et quibus in persona Beatissimi Principis Apostolorum ab ipso Christo Domino suprema totius Dominici gregis cura divinitus est commissa, ac supremum universalis Ecclesiae Regimen demandatum. Ac Vobis apprime compertum exploratumque

---

1) I. ad Timoth. III. 2) Math. XIII. ac saepe alias. 3) Math V. 4) Ioan. X. 5) Ephes IV. tum alibi.

Digitized by Google

est, Venerabiles Fratres, quomodo hoc divinae nostrae religionis dogma unanimi ac perenni Synodorum Patrumque mente ac voce fuerit semper praedicatum, defensum et inculcatum. Siquidem ipsi nunquam cessarunt edocere „unum esse Deum, unum Christum, unam Ecclesiam, et cathedram unam super Petrum Domini voce fundatam (1), cui tamquam petrae, lapidique firmissimo tota quanta quanta est christianae reipublicae moles divinitus est superinstructa (2). Enimvero haec Petri Cathedra et dicta semper et habita, quae unica est et prima de dotibus (3), quae per totum terrarum orbem primatum obtinens lucet (4), quaeque radix et matrix, unde unitas sacerdotalis exorta (5), quae omnium Ecclesiarum non modo caput sed mater et magistra (6), ac pietatis metropolis, in qua est integra christianae religionis, ac perfecta stabilitas (7), et in qua semper Apostolicae Cathedrae viguit Principatus (8), quaeque illi innixa est petrae, quam superbae non vincunt inferorum portae (9), et cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine profuderunt (10), ex qua in omnes venerandae communionis jura dimanant (11), ad quam omnis obedientia et honor est deferrendus (12) quam qui deserit in Ecclesia frustra esse confidit (13), extra quam qui comederit agnum, profanus est (14). Atque insuper Petrus, qui in propria Sede et vivit et praesidet, praestat quaerentibus fidei veritatem (15), Petrus, qui ad hoc usque tempus, et semper

---

[1]) S. Cyprian. Epist. 40. [2] S. Cyrill. Alex. in Ioan. Lib. II. c. 42. [3]) S. Opat. Milevit lib. II. cont Parmen. [4]) Synod. Nicaen. II. Act. 2. [5]) S. Cyprian. Epist. 15. et 55. [6]) Pelag. II Epis. I. ad Episcop. Oriental. et Synod. Tridentin. Sess. VII. de Baptism. can. 3. [7]) Liter. synodic. Ioan. Constantinopolit. ad Hormisd. Pont. et Sozom. Histor lib. III. cap. 8. [8]) S. Aug. Epist. 162. [9]) S, Aug. in psalm. contra part. Donat. [10]) Tertull. de praescript. c. 36. [11]) S. Ambros. Epist. 12 ad Damas. [12]) Conc. Ephesin, Act IV. [13]) S. Cyprian. do unit. Ecclesiae. [14]) S. Hieronym. Epist. 51. ap. Damas. [15]) S. Petrus Chrysol. Epist. ad Eutich.

Digitized by Google

in suis Successoribus vivit, et judicium exercet (1), ipse per Leonem loquutus est. (2) Romanus Pontifex, qui in universum orbem tenet Primatum, Successor est Beati Petri Apostolorum Principis, et verus Christi Vicarius, totiusque Ecclesiae caput, et omnium christianorum Pater et Doctor existit" (3), et alia fere innumera ex luculentissimis testibus deprompta, quae clare aperteque edocent ac declarant, quanta fide, religione, observantia et obedientia hanc Apostolicam Sedem, Romanumque Pontificem ii omnes prosequi omnino debeat, qui ad veram, unicam sanctamque Christi Ecclesiam pertinere volunt, ut aeternam assequantur salutem.

Jam vero catholicae Ecclesiae unitati nihil plane adversatur multiplex sacrorum legitimorumque rituum varietas, quin immo ad ipsius Ecclesiae dignitatem, majestatem, decus ac splendorem augendum maxime conducit. Neminem autem Vestrum latet, Venerabiles Fratres, quomodo nonnulli incautos praesertim et imperitos decipere, et in errorem inducere nitantur, hanc Sanctam calumniantes Sedem, perinde acsi ipsa dissidentes Orientales ad catholicam fidem excipiens velit ut ii proprium deserant ritum, ac illum latinae Ecclesiae amplectantur. Quod quidem quam falsum sit et a veritate alienum, evidentissime ostendunt, ac testantur tot Decessorum Nostrorum Constitutiones et Apostolicae Litterae, ad ecclesiastica Orientalium negotia spectantes, quibus iidem Praedecessores Nostri non solum constanter declararunt, id sibi in animo nunquam fuisse, verum etiam professi sunt, se omnino velle, ut Orientalium Ecclesiarum ritus, in quos nullus circa catholicam fidem, vel morum honestatem irrepsisset error, sarti ac tecti haberentur. Quibus repetitis clarissimisque Decessorum Nostrorum declarationibus plane respondent tum vetera, tum recentia facta, cum dici nunquam possit, hanc Apo-

---

16) Synod. Epehs. Act. 3. 17) Synod. Chalced. Act. 2. 18) Concil. Florentin. in Decreto union. Graecorum

stolicam Sedem vel Sacrorum Antistitibus, vel Ecclesiasticis viris, vel populis Orientalibus ad catholicam unitatem reversis praecepisse, ut suum legitimum ritum mutarent. Atque universa Constantinopolitana civitas nuper vidit, quomodo Venerabilis Frater Meletius Archiepiscopus Dramensis, qui cum summa animi Nostri consolatione, et omnium bonorum gaudio ad catholicae Ecclesiae gremium rediit, proprio ritu, ac solemnibus ceremoniis et pompa rem divinam magna populi frequentia peregerit. Itaque, Venerabiles Fratres, pro eximia vestra episcopali sollicitudine ne desinatis vestrarum Dioecesium Clero etiam atque etiam inculcare, ut opportunis quibusque modis detegere ac refellere studeat calumniam, qua malevoli homines imperitorum animos in errorem inducere, et invidiam odiumque contra hanc Apostolicam Sedem excitare conantur.

Nos porro cum in hac Petri Cathedra arcano divinae providentiae consilio collocati ad supremum universae Christi Ecclesiae regimen evecti simus, Nostram omnem spem et fiduciam in Christo Jesu habentes Apostolici Nostri ministerii partes implere contendimus, veluti a Nobis postulat instantia quotidiana, et sollicitudo omnium Ecclesiarum. Siquidem divino Illius auxilio freti, cuius vicariam hic in terris licet immerentes gerimus operam, et qui dixit: ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi, et confirmavit, inferi portas contra Ecclesiam suam nunquam esse praevalituras, nihil metuimus tot nefarias sacrilegasque molitiones, conatus et impetus, quibus in hac tanta temporum iniquitate inimici homines catholicam religionem, si fieri unquam posset, funditus evertere connituntur, sed spirituali omnium gentium bono et saluti consulere non desistimus. Etenim charitas Christi urget Nos, ac nihil Nobis potius esse potest, quam ut omnes curas, labores, consilia libentissime suscipiamus, quo omnes populi occurrant in unitatem fidei, et crescant in scientia Dei, et cognitione Domini Nostri Jesu

Digitized by Google

Christi, „qui est via et veritas et vita, via scilicet conversationis sanctae, veritas doctrinae divinae, et vita beatitudinis sempiternae" (1). Neque vero Vos ignoratis, Venerabiles Fratres, quo singulari amore, et assiduo studio paternas Nostras curas ad istam electam Dominici gregis partem vestrae vigilantiae commissam, vel ab ipso supremi Nostri Pontificatus initio contulerimus, atque ex recentissimis Nostris Litteris, Annulo Piscatoris obsignatis, et VIII Idus proximi mensis Januarii editis magis magisque intelligere potuistis, quam vehementer Nobis cordi sit istarum Orientalium Ecclesiarum bonum, utilitas ac prosperitas. Namque iisdem Litteris peculiarem ex Congregatione Fidei propagandae conflatam Congregationem constituimus, quae eidem Congregationi Fidei propagandae tot assiduis gravissimisque occupationibus paene obrutae majori sit auxilio, quaeque operam ab ipsa Fidei propagandae Congregatione hactenus omni studio, ac summa cum laude praestitam ita exerceat, ut omnia Orientalium Ecclesiarum negotia unice tractanda et expedienda curet. Ea profecto spe sustentamur fore, ut, Deo bene juvante, ex hujusmodi Nostro consilio et sollicitudine in omnes Orientales Nationes spiritualis utilitas quotidie magis redundet. Etenim plane confidimus hanc novam specialem Congregationem nuper a Nobis institutam nihil unquam juxta Nostra desideria intentatum esse relicturam, quod in vestris tractandis negotis ad catholicam unionem magis in dies promovendam, ad vestrarum Ecclesiarum felicitatem augendam, ac vestrorum legitimorum rituum integritatem tuendam, atque ad majorem fidelium spiritualem utilitatem procurandam quovis modo possit pertinere.

Verum ut haec Congregatio omni cura et industria demandatum sibi a Nobis munus exercere, suosque labores et studia in majorem istarum Ecclesiarum prosperitatem confer-

---

1) S. Leo Serm. II. de Resurrect. Domini.

Digitized by Google

re possit, opus omnio est, ut optime noscat spirituales Orientalium nationum indigentias, quibus opportune ac provide sit consulendum. Et quoniam Vobis, Venerabiles Fratres, apprime nota est conditio et status gregis curae vestrae traditi, iccirco pro vestra sapientia probe nostis, maxime oportere, ut de rebus omnibus, quae vestras Ecclesias, vestrumque gregem respiciunt, majore, qua fieri potest celeritate Nos deligentissime certiores facere velitis, et accuratam de vestrarum Dioecesium statu relationem mittatis, in qua sedulo exponatur quidquid ad ipsas Dioeceses spectet, quod fidelium in eisdem Dioecesibus degentium necessitatibus omni cura prospicere possimus. Summa certe erit Nostra consolatio, si quisque Vestrum, Venerabiles Fratres, omnes suae propriae Dioecesis res sedulo ad Nos referens significaverit, quod fideles in ipsa versentur Dioecesi, quot sint ecclesiastici viri, qui proprii ministerii munia obeuntes ipsis fidelibus adsistant, quae eorumdem fidelium agendi ratio tum quoad fidem tum quoad morum honestatem, qua doctrina clerus sit praeditus, quaeque ipsius cleri educatio, et quomodo populus ad sanctissimam nostram religionem, morumque disciplinam instituatur et qua ratione populus idem ad pietatem morumque probitatem quotidie magis conformari et excitari queat. Optamus etiam summopere agnoscere, qualis sit vestrarum scholarum conditio, et qua frequentia illas juventus adire soleat. Cum vero probe sciatis, Venerabiles Fratres, omnes rei cum sacrae, tum publicae spes positas esse in recta, salutari ac religiosa puerorum educatione, idcirco maxime interest, ipsos vel a teneris annis catholicas celebrare scholas, quo divinae nostrae religionis veritatem, ac praeceptiones sedulo discentes a periculo amoveantur, ne tenerae eorum mentes pravis imbuantur principiis. Neque omittatis Nobis manifestare, si libris indigeatis, ac simul exponere, qui potissimum libri ex vestra sententia et cleri doctrinae curandae, et populi institutioni promovendae, et acatholicorum placitis confutandis, et fide-

Digitized by Google

lium pietati fovendae magis opportuni esse possint. Insuper cum acceperimus, in aliquibus locis liturgicos ac ritnales adhiberi libros, in quos vel aliquis irrepsit error, vel aliqua ad arbitrium invecta immutatio, Vestrum erit Nobis patefacere, qui libri apud Vos adhibeantur, itemque dicere, si hujusmodi libri aliquo tempore fuerint ab hac Sancta Sede approbati, vel si ex vestro judicio errores corrigendos contineant, atque etiam si quae dubia dirimenda habeatis, vel si adsint abusiones tollendae. Atque etiam praecipue expetimus a Vobis accipere, quos in vestris Dioecesibus progressus habeat sancta catholica unio, quae impedimenta eidem obstent, quibusque oppotunioribus modis hujusmodi impedimenta amoveri possint, ut ipsa unio magis in dies promoveatur et augeatur.

Videtis profecto, Venerabiles Fratres, quanto amore, quantoque studio istas orientales prosequamur Ecclesias, et quam vehementer optemus, ut in orientalibus populis sanctissima nostra fides, religio, pietas majora in dies incrementa suscipiat, ac vigeat et efflorescat. Ac certi sumus. Vos pro Episcopalis vestri ministerii munere, et pastorali zelo vestras omnes curas cogitationesque in divina nostra religione tuenda et propaganda, atque in vestri gregis salute curanda studiosissime impendere. Cum vero inimicus homo hisce praesertim luctuosissimis temporibus non cesset in Dominico agro superseminare zizania tum pestiferis libris et ephemeridibus, tum monstroris quibusque opinionum portentis, quae catholicae fidei ac dotrinae plane adversantur, iccirco probe intelligitis, quanta sollicitudine, vigilantia, et constantia Vobis sit allaborandum et excubandum, ut fideles Vobis commissos ab hisce venenatis pascuis arceatis, et ad salutaria propellatis, eosque catholicae Ecclesiae doctrina majorem in modum imbuatis. Ut autem id facilius assequi valeatis, animarum Curatorum praesertim zelum assidue excitare ne intermittatis, Venerabiles Fratres, ut ipsi suo munere deligenter fungentes

Digitized by Google

nunquam desinant evangclizare Dei evangelium sapientibus et insipientibus, et omni sacrorum ope christianam plebem sibi commendatam juvare, ac pueros praesertim, et rudes homines catholicae fidei documenta, morumque disciplinam patienter amanterque docere, omnesque continentur exhortari in doctrina sana, ne circumferantur omni vento doctrinae. Omnes quoque vestrarum Dioecesium Presbyteros semper monete, ut animo serio reputantes ministerium, quod acceperunt in Domino, illud sedulo implendum curent, ut virtutum omnium exempla christiano populo praebeant, orationi instent ac sacras praesertim disciplinas assidue excolant, et in sempiternam fidelium salutem procurandam totis viribus incumbant. Atque ut facilius navos et industrios operarios habere possitis, qui in vinea Domini excolenda auxiliariam Vobis operam in tempore exhibere valeant, nullis parcite curis, nullisque consiliis, Venerabiles Fratres, ut adolescentes clerici vel ab ineunte aetate per lectissimos magistros ad pietatem, verumque ecclesiasticum spiritum mature fingantur, ac litteris et disciplinis praecipue sacris ab omni cujusque erroris periculo omnino alienis diligentissime erudiantur. Equidem haud ignoramus, Venerabiles Fratres, quae quantaeque sint difficultates, quibus in episcopali vestro ministerio exercendo obnoxii estis. Sed confortamini in Domino, et in potentia virtutis ejus memoria repetentes, Vos pro Christo legatione fungi, qui tradidit animam suam pro ovibus suis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius.

Nemo vero ignorat, quanto usui et ornamento catholicae Eclesiae in Oriente fuerint Religiosae Monachorum Familiae. Namque ipsae vitae integritate, morumque gravitate, ac religiosae disciplinae laude spectatae, et bonorum operum exempla fidelibus exhibere, et juventutem instituere et litteras ac disciplinas excolere, et auxiliariam utilemque Sacrorum Antistitibus operam navare studebant. Tristissimis autem rerum ac temporum vicibus hae sacrae Familiae de christiana et civili

Digitized by Google

republica egregie meritae in aliquibus locis vel a proprii Ordinis disciplina declinarunt, vel omnino extinctae fuerunt. Cum autem magnum emolumentum sanctissimae nostrae afferretur religioni, si hae Sacrae Familiae, ubi praesertim interierunt, denuo reviviscerent, et inter orientales nationes pristino fulgerent splendore, idcirco a Vobis exposcimus, ut Nobis significetis, quid de hac re sentiatis, et qua ratione hujusmodi Sacrarum Familiarum instauratio effici possit.

Persuasissimum Nobis est, Vos, Venerabiles Fratres, non solum hisce Nostris desideriis ac postulationibus alacri ac libentissimo animo esse satisfacturos, verum etiam singulari diligentia exposituros alia omnia, quae ex vestra sententia ad majorem in istis regionibus sanctissimae nostrae religionis, ac tum cleri tum populi fidelis utilitatem procurandam sint peragenda. Cum autem ex Encyclica Cardinalis Praefecti Nostrae Concilii Congregationis epistola noveritis, gratissimum Nobis fore Venerabilium Fratrum Sacrorum Antistitum praesentia frui in solemni plurium Sanctorum Canonizatione, quam proximo Pentecostes die, Deo favente, celebraturi sumus, tum ea spe nitimur fore, ut hac occasione, si vestrarum Dioecesium rationes permittant, vos praesentes intueri, amanterque complecti, et a Vobis ipsis earundem Dioecesium relationes accipere possimus. Interim vero pro eximia vestra pietate, et episcopali zelo pergite, Venerabiles Fratres, majore usque alacritate et contentione ministerium vestrum implere, et omni studio vestrorum fidelium saluti prospicere, eosque etiam atque etiam monere et exhortari, ut in catholicae religionis professione magis in dies stabiles et immoti persistant, et omnia Dei, ejusque Sanctae Ecclesiae mandata religiose custodiant, et ambulent digne Deo per omnia placentes, et in omni opere bono fructificantes. Consueta autem vestra benignitate eos paterno affectu excipite, qui cum ingenti animi Nostri laetitia ad catholicae Ecclesiae gremium redeunt, et omnem impendite curam, ut illi magis in dies

Digitized by Google

amanter enutriti verbis fidei, et per gratiarum charismata confirmati in sancta vocatione immobiles permaneant, et alacriori usque pede incedant per semitas Domini, atque instent viam, quae ducit ad vitam. Ac pro egregia vestra religione nunquam desinite omnia conari, ut in omni bonitate, patientia, doctrina, mansuetudine, lenitate miseros errantes Christo lucrifacere, atque ad unicum eius ovile reducere, et in spem aeternae haereditatis restiture possitis. Inter angustias vero et difficultates, quae hisce potissimum asperrimis temporibus ab episcopali vestro munere abesse non possunt, confidite in gratia Domini Nostri Jesu Christi prae occulis habentes, quod qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellae in perpetuas aeternitates. Denique, Venerabiles Fratres, pro certo habeatis velimus, praecipuam esse, qua Vos in Domino prosequimur, benevolentiam. Atque interim haud omittimus in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione a Deo Optimo Maximo humiliter enixeque petere, ut uberrima quaeque suae Bonitatis dona super Vos propitius semper effundat, quae in delectas quoque oves vigilantiae vestrae commissas copiose descendant. Atque horum auspicem, et propensissimae Nostrae in Vos voluntatis pignus Apostolicam Benedictionem ex intimo corde profectam Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, cunctisque clericis, laicisque fidelibus cujusque Vestrum curae concreditis peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 8 Aprilis Anno 1862.
Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Haec itaque plena Apostolici zeli verba Beatissimus Pater Pius Papa IX ex altissima in universam Ecclesiam, sanguine amantissimi generis humani Redemptoris Jesu Christi acquisitam, Primatus Sui Romana Sede Nobiscum communicare dignatus est, ex quibus habemus, quod unitati catholicae Ec-

clesiae nihil plane adversetur multiplex sacrorum legitimorumque rituum varietas, quodque hi varii ac legitimi ritus ad ipsius Ecclesiae dignitatem, majestatem, decus et splendorem augendum conducant. Quare etiam s. Sedes Romana Orientalium Ecclesiarum ritus, in quos nullus circa catholicam fidem vel morum honestatem irrepsisset error, sartos tectosque habet, neque intendit, ut Orientales in unitate catholica suos legitimos ritus mutent, aut eos deserant, ac illum latinae Ecclesiae amplectantur. Imo Sua Sanctitas expresse declarat, contrarias assertiones esse calumniam, qua malevoli homines imperitos decipere, eorum animos in errorem inducere, et invidiam odiumque contra Apostolicam Sedem excitare conantur. Interprete jam omni exceptione majore, utpote ipso supremo Ecclesiae catholicae Legislatore, ipsa Sanctitate Sua hic et non alius est sensus Constitutionum et Apostolicarum Litterarum, ad Ecclesiastica Orientalium negotia spectantium, quibus tum vetera tum recentia facta respondent, quale nuper vidit universa Constantinopolitana civitas ex occassione renovatae per Archiepiscopum Dramensem Meletium unionis Bulgarorum cum s. Romana Ecclesia. Quae ex Litteris Suae Sanctitatis repetere putavimus ideo, ut secundum requisitionem Suae Sanctitatis vobis etiam atque etiam inculcemus, quatenus haec exponantur a vobis populis, curae Vestrae concreditis fine consolidandi eos eo magis in unitate

Digitized by Google

catholica, quod e sacro suggestu facietis, et quatenus contrariam calumniam detegatis ac refellatis, quae teste tristissima experientia non colligit sed dissipat, non bonum Ecclesiae catholicae respicit, sed longe alia consilia meditatur.

Reasumens illam Praedecessorum Suorum quoad Orientales Ecclesias earumque legitimos ritus oeconomiam Sanctitas Sua ab ipso supremi Sui Pontificatus initio, litteris Suis, sub VIII Idus proximi mensis Januarii editis, et annulo piscatoris obsignatis, in perenne documentum, quam vehementer Sibi cordi sit Orientalium Ecclesiarum bonum, utilitas et prosperitas, constituit peculiarem ex Congregatione fidei propagandae Congregationem, quae eidem Congregationi fidei propagandae, tot assiduis gravissimisque occupationibus pene obrutae, majori sit auxilio, quaeque operam, ab ipsa fidei propagandae Congregatione hactenus omni studio ac summa cum laude praestitam, ita exerceat, ut omnia Orientalium Ecclesiarum negotia unice tractanda et expedienda curet, quatenus secundum consilia et sollicitudinem Suae Sanctitatis, Deo juvante, spiritualis utilitas omnium Orientalium nationum quotidie magis promoveatur, siquidem Sua Sanctitas confidit, hanc novam specialem Congregationem nuper a Se institutam nihil unquam juxta Sua desideria intentatum esse relicturam, quod in tractandis Orientalium negotiis ad catholicam unionem magis in dies promovendam, ad eorum Ecclesia-

Digitized by Google

rum prosperitatem augendam, ac eorum legitime introductorum rituum integritatem tuendam, atque ad majorem fidelium spiritualem utilitatem procurandam quovis modo pertinere arbitrabitur.

Quis Vestrum, dilectissimi in Christo Fratres, non videt ex dictis saluberrimam destinationem neoinstitutae a Sua Sanctitate specialis Congregationis pro Orientalibus? Quis exinde non intelligit, bonum, utilitatem et prosperitatem Orientalium Ecclesiarum vehementissime Suae Sanctitati cordi esse? Nobis profecto restat Deum orare, ut iis, quae Sua Sanctitas plantavit, det incrementum. Neque Nostra ex parte in ferendo illo adjutorio possumus tardare, quod Sua Sanctitas a Nobis requirit, ut haec Congregatio optime noscat spirituales Nostrae Ruthenae nationis indigentias, quibus opportune et provide sit consulendum, atque omni cura et industria demandatum sibi munus exercere, suosque labores et studia in majorem Ecclesiae Nostrae Ruthenae prosperitatem conferre possit.

Requisitiones istae habentur in praesenti epistola Suae Sanctitatis specificatae, utque eis satisfacere valeamus, necessarium duximus, de nonnullis adhuc Vestras habere informationes, ex immediata observatione, experientia et intuitione rerum locali promanantes, et quidem circa sequentia objecta: Quae in ipsius cleri nostri educatione secundum indigentias nationis et ritus nostri graeco-slavici adhuc desiderentur? Numne praelectiones saltem ali-

Digitized by Google

quarum, et quarum praeprimis materiarum theologicarum in linguis ecclesiastico-slavica et ruthena ad majorem dexteritatem cleri nostri, obeundi munia sua spiritualia et ecclesiastica, magis conducerent, quam obtinentes modo in lingua latina praeter illas unicas ex Theologia pastorali? Qui sunt defectus librorum pro combihendo studio theologico in praesentiarum praescriptorum? Quare in lingua nostra patria non habeantur sufficientes libri pro aedificatione populi fidelis in doctrina religiosa? Quae facerent ad pietatem morumque probitatem populi Nostri quotidie magis confirmandam et excitandam? Quid adjuvaret majorem frequentiam scholarum nostrarum nationalium ex parte juventutis? Numne in scholis nationalibus his, quae etiam a fidelibus nostri ritus sustentantur, sed sub inspectione Consistorii Archiepiscopalis ritus latini existunt, juventus ruthena ritusque noster non experiantur damna? Quas deformitates, contradictiones et discrepantias per singulas nostras Ecclesias attraxit ritus noster ex illo imprudente zelo, eum in favorem Polonorum latinisandi? Quae s. Unio nostra experitur impedimenta, quominus eluctari possit ex sua debilitate, et in oculis Occidentis et Orientis necnon ipsorum Unitorum debitam sibi nanciscatur aestimationem et venerationem, qua olim Ecclesiae Orientales, communionem cum s. Sede Romana foventes, fruebantur, quibusque opportunioribus modis hujusmodi impedimentis effi-

Digitized by Google

cacius occurri posset, ne circumdantes nos Orientales, a praefata communione seperati, scandalum et ansam sumant perhorrescendi s. Unionem et Latinos, acsi iidem s. Unionem tractarent qua medium, eo facilius obtrudendi Orientalibus et speciatim nostris Ruthenis latinum ritum, eosque huic ritui, postpositis omnibus legibus Ecclesiasticis, aggregandi? Hic accludendae sunt consignationes eorum, qui ex ritu nostro in singulis Curatiis illegaliter ad ritum latinum per clerum polonum suscepti sunt cum provocatione ad testimonia librorum metricalium, quod ad ritum nostrum pertineant. Insuper exhibendum est, num in matrimoniis mixti ritus partes ritus nostri per clerum polonum non latinisentur, numque idem clerus non adversetur ineundis matrimoniis mixti ritus, quando non praevidetur latinisatio partium nostri ritus? Qualia adhibentur a clero polono media, cujusque generis argumentationes adducuntur, ut fideles nostri ritus permoveantur transire ad ritum latinum? Num Clerus polonus ritus latini ritum nostrum debite aestimet et observare soleat constitutiones Apostolicas, quae correlationes utriusque ritus ordinarunt? Num jus patronatus et praesentationis, quod Domini terrestres latini ritus super Ecclesias nostras Ruthenas exercent, tractetur ita, prouti juxta praescripta Ecclesiae tractari deberet, numque fundationes Ecclesiarum nostrarum in agris ex parte Dominorum Patronorum non violentur? Unde proma-

Digitized by Google

Ad hanc requisitionem dedi sub 16 Martii 1862 relationem, cujus tenor est. 1) Capitula non esse quandam novitatem aut inovationem in Ecclesia graeca et ruthena. 2) Sub regimine polonico soepius collapsa Capitula ruthena fuisse per Eppos ruthenos instaurata, et tulisse confirmationem Metropolitarum ruthenorum tempore schismatis et Unionis. 3) Vladimiriense ruthenum Capitulum esse primum, cujus confirmatio petebatur et obtinebatur a S. Sede Romana. 4) Illud exemplum sequutum esse Eppum ruthenum Leopoliensem, Haliciensem et Camenecensem ac Metropolitam totius Russiae Leonem Szeptycki, ut Capitula Leopoliense, Haliciense et Camenecense, a eodem instaurata, a s. Sede Romana confirmarentur, quod tamen eotum non successit. 5) Maxima impedimenta tunc possuisse confirmationi horum Capitulorum clerum polonicum et nobillitatem polonicam adhibitis hunc in finem qua mediis Monachis Basilianis 6) Tandem ipsum regimen polonicum, licet sero, quando jam Polonia dividebatur, concessise Ruthenis Capitula sua erigere. 7) Sub regimine Austriaco, et quidem ab Imperatore Josepho II instaurata fuisse Consistoria ruthena Leopoli et Premisliae ex Canonicis, quibus distinctoria concessa erant, ab Imperatore vero Francisco I renovata esse Capitula ruthena Leopoliense et Premisliense, quae ex mandato dicti Imperatoris confirmata erant

Digitized by Google

a Metropolitis ruthenis Haliciensibus et Archieppis Leopoliensibus 8) Diplomatibus Caesareis et Metropolitanis obtinuisse haec Capitula organisationem consonam antiquae traditioni. 9) Quamprimum recursus ad s. Sedem Romanam alleviatus erat, non intermisisse p. f. Metropolitam ruthenum et Cardinalem Michaelem Lewicki petere confirmationem Capitulorum ruth. Leopoliensis et Premisliensis ex parte s. Sedis Romae. Clerus polonicus impediebant confirmationem Capitulorum ruthenorum, ne ritus Ruthenorum graeco-catholico consolidetur, et ne idem ritus emergat, quia agebatur de latinisatione et polonisatione Ruthenom graec. catholicorum ex causis politicis sine respectu ad bonum religionis catholicae in Oriente dilatandae. Accesserunt etiam machinationes Basilianorum. Mediis saeculis ordo monastisecundum regulam s. Basilii M. retruso Clero saeculari occupavit in Ecclesia graeca Eppatus et alias dignitates Dioecesanas. Ecclesia ruthena diu resisstebat huic pradominio Basilianorum, donec Patriarcha Constantinopolitanus Jeremias an 1589 veniens in Rutheniam doctissimum Onysiphorum Petrowicz Metropolitam et Eppos e clero saeculari deposuiset qua faventes s. Unioni cum s. Sede Romana, et praescripsiset, ut ad conservandum inter Ruthenos schisma Eppi rutheni e monachis Basilianis constituerentur. Equidem etiam posthac promovebantur Eppi rutheni e Clero saeculari, verumtamen Basiliani pedetentim praevaluerunt praesertim ex illo tempore, quo Poloni in eorum ordinem intrabant, et a Polonis adjuvabantur. Hi Basiliani maxime adlaborabant, ut Capitula ruthena interirent, et clerus ruthenus saecularis ignorantia et ruditate laboraret, sua exinde habentes vitae mundanae commoda extra septa claustralia. Eadem vitae mundanae commoda deceperunt et decipiunt quoque monachos Basilianos in Graecia et Russia magna, tenere ibidem clerum saecularem in summa ignorantia et ruditate, ne unquam emergat, necnon pertinaciter conservare schisma Orientale,

Digitized by Google

et quidem eo magis, quia in Ecclesia catholica Monachi nunquam potuerunt clerum saecularem amovere ab Eppatibus et dignitatibus ecclesiasticis, neque unquam poterunt. Talis ergo fons pertinatiae schismaticae in Ecclesia graeca et russica, in qua tamen ultima Clerus saecularis jam reviviscere incipit. Capitula itaque in Ecclesia Orientali reintroducere et fovere, atque clerum ejus saecularem elevare idem est, ac laborare pro s. Unione hujus Ecclesiae; contrarium vero tantum schismati Orientali conducebat et conducit, prouti etiam monachi Basiliani rutheni licet in s. Unione semper recurrebant ad praxim Ecclesiae Orientalis schismaticae, imo ad exemplum Photii, ut suum praedominium super clerum saecularem salvarent. Ex intima itaque convictione catholica petit clerus ruthenus saecularis confirmationem suorum Capitulorum ad elevationem sui ritus graeco-cath. et ad promevendam s. Unionem. Sane illi non noscunt culturam cleri rutheni saecularis in Galicia, qui calumniam audiunt, acsi idem gravitaret ad schisma et moscovitismum, et si Rutheni contra injurias Polonorum defendunt ritum suum graeco-catholicorum, certe ideo non sunt dicendi adversarii ritus latini, neque proclives ad schisma. Quia Capitula ruthena de facto existunt, habentque secundum antiquam traditionem organisationem suam et nomenclaturas suas non solum graecas et ruthenas sed etiam latinas, ideo in hoc nihil esset innovandum, potius quaedam addi possent, et quidem talia, quae eorum splendorem et jura augerent. Quoad nomenclaturas pertractabatur jam res inter Nuntium Apostolicum Garampi et Eppum ac Metropolitam Leonem Szeptycki, et dubia omnia soluta sunt."

Haec relatio superstructa erat prolixae dissertationi et monumentis historicis, singulaque pertractabuntur sub sequentibus titulis. 1) Demonstratur, Capitula in Ecclesia Graeca et Ruthena non esse novitatem aut inovationem, neque monachos Basilianos habuisse exclusivum jus ad Eppatus et di-

Digitized by Google

gnitates dioecesanas. 2) Capitulum ruthenum Kijoviense. 3) Capitulum ruth. Haliciense. 4) Mentio de Capitulis ruthenis post Synodum Florentinam, quae etiam novit Pius PP. II. 5) Capitula ruthena Leopoliense et Haliciense instaurata ab Eppo ruth. Leopoliensi Macario Tuczapski et confirmata a Metropolita Macario II. an. 1544 et 1548 durante eotum schismate, quin clerus polonicus tunc aliquid opponeret. 6) Alia Capitula ruthena Polocense, Vitebscense, Vladimiriense, Luceoriense, Premisliense et Camenecense. 7) Diploma regis Poloniae Sigismundi III in rem Capitulorum ruthenorum ex an. 1589. 8) Tempore renovationis s. Unionis Ruthenorum intra an. 1590—1596 in Synodis Brestensibus assecurabantur Ruthenis gr. cath. Capitula. Diplomata regis Sigismundi III in rem Capitulorum ruth. ex an. 1595 et 1597 nec non constitutio regni ex an. 1631. 9) Angustiae fundationum Ecclesiarum ruthenarum. Breve Benedicti PP. XIII, ut erepta bona terrestria Ecclesiis ruthenis restituantur. 10) Angustiae ritus graec. cath. Ruthenorum ex traductione fidelium hujus ritus ad ritum latinum Polonorum. 11) Angustiae ritus graec. cath. et cleri rutheni saecularis ex parte Basilianorum, inter quos Poloni sese intruserunt. 12) Synodus ruthena Zamoscena injuste a Basilianis in praejudicium cleri rutheni saecularis et pro exclusivo jure eorum ad Eppatus et dignitates dioecesanas citatur. 13) Eppi rutheni et Benedictus P. P. XIV curabant clerum ruthenumsaecularem melius erudire et elevare necnon ad officia dioecesana promovere. 14) Instauratum a Metropolita ruth. Hippatio Pociey Capitulum Vladimiriense primum petebat an. 1765 suam confirmatonem a s. Sede Romana, eamque obtinuit an. 1767. 15) De Capitulo rutheno Premisliensi instaurato ab Eppo Innocentio Winnicki an. 1687 et confirmato a rege Joanne III an. 1689. 16) De Capitulis ruth. Leopoliensi et Haliciensi instauratis ab Eppo Leopoliensi Josepho Szumlanski 1700. Angustiae hujus Capituli ex parte Basilianorum.

Digitized by Google

17) De Capitulis ruthenis Leopoliensi, Haliciensi et Camene censi instauratis ab Eppo Leopol. Leone Szeptycki an. 1771. 18) Confirmatio horum Capitulorum petita a rege Poloniae Stanislao Augusto et Clemente PP. XIV, impugnata vero a clero polonico et Basilianis. Bulla Clementis PP. XIV pro his Capitulis et distinctoriis Canonicorum ruthenorum. 19) Divisio Poloniae, et res Capitulorum ruthenorum pertractata Varsaviae et Viennae. Quare Sedes Romana differebat confirmationem horum Capitulorum? Imperarix Maria Theresia favebat Capitulis ruthenis. 20) Nuntius Garampi laudat Eppum ruth. Luceoriensem Joannem Rudnicki, quod suum Capitulum restauraverat. Procellae cleri polonici contra illud Capitulum, et protestatio Capitularium ruth. Luceoriensium cum reliquo clero saeculari contra clerum polonicum. 21) Nuntius Garampi requirit opinionem Epporum ruthenorum circa Capitula ruthena contra objectiones cleri polonici, et responsa Epporum ruthenorum. Quare idem nuntius tardabat promovere confirmationem Capitulorum ruthenorum ex parte s. Sedis Romanae? quia nempe clerus polonicus minabatur ei coarctationem jurisdictionis in Polonia. 22) De Capitulo rutheno Munkaczoviensi instaurato ab Imperatrice Maria Theresia. 23) Causa Capituli Leopoliensis et Haliciensis apud regimen austriacum pertractabatur non sine impedimentis positis a Clero polonico. Sedes Romana concessit clero rutheno graec. cath. in Polonia distinctoria an. 1784 ad instantiam regis. Regimen polonicum agnovit necessitatem Capitulorum et Seminariorum ruthenorum pro elevatione Cleri saecularis. 24) Querelae Eppi ruth. Leopolien. Leonis Szeptycki contra clerum polonicum exhibitae Imperatrici Mariae Theresiae. Memoriale Ministerio Viennensi pro Capitulo ruthen. Leopoliensi exhibitum. 25) Archieppus r. l. Leopoliensis Hieronimus Venceslaus Sierakowski petit, ut Imperatrix Matia Theresia concedat transitum a ritu graeco-cath. ad latinum, et Capitulum ruth. Leopoliense non confirmet. 26) Literae Nuntii Garampi

Digitized by Google

ad Eppum Leopolien. Leonem Szeptycki an. 1775 datae, ut circa confirmationem Capituli sui patiens sit, et ut aliae nomenclaturae pro Capitulis et Capitularibus adinveniantur et non latinae ad Clerum polonicum sedandum. 27) Literae Eppi Leonis Szeptycki ad eundem Nuntium, quod cum ritus graeco-catholicus cum latino parificatus sit, non solum graecae et ruthenae sed etiam latinae nomenclaturae pro Capitulo et Capitularibus ruthenis adhibendae sint, prout hoc in usu ab antiquis temporibus est. 28) Regimen austriacum reducit Basilianos, contra clerum ruthen. saecularem exorbitantes, ad rectum ordinem. 29) Cultura Cleri rutheni saecularis a regimine Austriaco promota, erecto ab Imperatrice Maria Theresia Seminario gr. cath. Viennae ad St. Barbaram, et erecto a Josepho II Seminario ruth. Leopoliensi. 30) Consistoria ruthena Leopoliense et Premisliense a Josepho II introducta ex Canonicis cum jure distinctoriorum. Praetensiones Basilianorum ex Synodo Zamoscena ad Eppatus a Maria Theresia et Josepho II restrictae. 31) Sub Imperatore Leopoldo II coequatio rit. gr. cath. cum Latino. Pertractatio de Capitulis ruthenis. Angustiae ritus graeco-cath. ex parte Cleri latini et Basilianorum. 32) Basiliani sub imperio Russico ad Schisma transeunt, origine autem Poloni etiam ad ritum suum nativum latinum revertuntur. Decretum Pii PP. VII pro ritu graeco-cath. 33) Remonstratio Cleri rutheni saecularis contra Basilianos ad Aulam 34) Remonstratio Eppi rutheni Premisliensis Antonii Angellowicz contra clerum polonicum ad regimen. 35) Restauratio Metropoliae ruthenae Haliciensis conjunctae cum Archieppatu Leopoliensi. 36) Instauratio Capitulorum ruth. Leopolien. et Premisliensis per Imperatorem Franciscum I et confirmatio horum Capitulorum ex mandato Imperatoris a Metropolitis Haliciensibus. 35) Angustiae nationalitatis et ritus gr. cath. Ruthenorum in Galicia ex parte Polonorum. 38) Literae Metropolitae Michaelis Lewicki ad Gregorium PP. XVI circa

Digitized by Google

confirmationem Capitulorum ruth. ex parte s. Sedis Romae et circa praetensiones Basilianorum.

Haec expositio causae Capitulorum ruthenorum ritus gr. cath. missa erat ab Excellentissimo ac Illustrissimo Metropolita Gregorio Lib. Bar. Jachimowicz ad Nuntiaturam Apostolicam Viennensem, quae sub 19 Maji 1862 Nro. 2800 adaperuit, hanc dissertationem Romam transmissam esse, ut ad examen vocetur, et hac ratione quaestio tam diu vexata feliciter definiatur.

Exposita hucusque docent, s. Unionem Ruthenorum juste ab iis dici Magnum Martyrem (Великомученица Унія.) Nihil hic juvant sophismata et artes dialecticae omnes, quum nuda facta loquuntur. Videt Dominus et judicat. S. Unio in Polonia et Russia vexata usque ad mortem tantum s. Sedi Romanae et regimini Austriaco in acceptis referendam habet hanc, qua adhuc vivit, vitam. Confidimus in Domino, meliora etiam pro eadem ventura esse tempora.

Adnotatio VI. Circa personalia Hierarchis ruthenae in Galicia recentioribus temporibus notamus sequentia. Michael Lewicki consecratus erat in Eppum ruthenum Premisliensem anno 1813, conscendit Sedem Metropolitanam Haliciensem et Archieppalem Leopoliensem an. 1818, evectus erat ad dignitatem Cardinalis Presbyteri S. R. E. die 16 Junii 1856, mortuus autem est 14 Januarii 1858 Unioviae, ubi etiam sepultus est in ejati Ecclesia ruthena. Die 21 Novembris 1841 consecratus erat in Eppum Pompejopolitanum in part. infid. et Suffraganeum Metropolitae Haliciensis Gregorius Jachimowicz. Die 30 Augusti 1818 consecratus in Eppum ruth. Premisliensem Joannes Snigurski mortuus est die 24 Septembris 1847. Sub die 12 Aprilis 1848 nominatus i Eppum ruthenum Premislisnsem Gregorius Jachimowicz inthronisitus erat qua talis 25 Martii 1849. Die 1 Octobris 1850 v.

Digitized by Google

s. consecratus erat in Eppum Roseusem in partib. infid. et Suffraganeum Metropolitae Haliciensis Joannes Bocheński, et mortuus est 25 Januari 1857. An. 1857 consecratus erat Viennae in Eppum Canathensem et Suffraganeum Metropolitae Haliciensis Spiridion Litwinowicz, qui post mortem Metropolitae et Cardinalis Michaelis Lewicki fungebatur qua Administrator Apostolicus dioecesis Metropolitanae Haliciensis et Archieppalis Leopoliensis. Sub die 5 Septembris 1859 nominabatur in Metropolitam Haliciensem et Archieppum Leopoliensem Excellentissimus, Illustrissimus et Reverendissimus Gregorius Lib. Baro Jachimowicz, Eppus Premisliensis, et inthronisabatur ad Sedem Metropolitanam die 25 Novembris 1860. Jam autem in Eppum ruthenum Premisliensem nominabatur Thomas Polański anno 1859 et consecrabatur an. 1860.

Sacra Unio Ecclesiae Ruthenae dignitate Cardinalitia, Metropolitae rutheno Michaeli Lewicki collata, in facie Occidentis et Orientis collustrata.

Quae de s. Unione Ecclesiae ruthenae secundum authentica documenta dicta sunt, sufficienter confirmant, eandem vere a Ruthenis dici „Magnum Martyrem - **Великомученная Унія.** — Pio Papae IX et Imperatori Austriae Francisco Josepho I reservatum erat, dictam s. Unionem dignitate Cardinalitia, Metropolitae Michaeli Lewicki collata, in facie Occidentis et Orientis collustrare, ejusque maximam significantiam in Ecclesia catholica tali modo exponere. Factum id est anno 1856. Documenta desuper habentur sequentia:

Documenta concernentia promotionem ad dignitatem cardinalitiam Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Domini Michaelis Lewicki, Metropolitae R. G. C. Haliciensis. Archiepiscopi Leopoliensis, Episcopi Camenecensis, S. C. R. Apostolicae Majestatis actualis intimi Consiliarii, Equitis c. r. ordinis Leopoldi Magnae crucis, regnorum Galiciae et Lodomeriae Primatis, Doctoris s. Theologiae.

Digitized by Google

Notificatio Emin. Domini Cardinalis S. R. E. Vice-Cancellarii. Romae in Palatio Apostolico Vaticano Feria II. die XVI. Junii MDCCCLVI fuit Consistorium secretum, in quo Sanctissimus Dominus Noster

Publicavit et assumpsit in S. R. E. Presbyterum Cardinalem Michaelem Lewicki Archiepiscopum Leopoliensem Haliciensem et Camenecensem Rutheni Ritus, ipsumque Reverendissimorum ejusdem S. R. E. Cardinalium coetui et Collegio cum omnibus et singulis honoribus, favoribus, oneribus, facultatibus, praeeminentiis, immunitatibus, praerogativis, privilegiis et indultis solitis et consvetis favorabiliter aggregavit, et cum retentione omnium, quae obtinet, absolvens etc. cum clausulis etc.

A. Card. Amat Episcopus Praenest. S. R. E. Vice-Cancellarius et Summista. L. S.

Versio latina Literarum Eminentissimi Domini Cardinalis Jacobi Antonelli, Suae Sanctitatis Status Secretarii. Eminentissimo Domino Michaeli Cardinali Lewicki Archiepiscopo ritus ruth. Leopoliensi.

Facta jam officiosa Intimatione Eminentiae Vestrae de Ejus promotione ad Sacram purpuram, permotus in particulari sensibus sincerrimae aestimationis gratulor de tanto honore, et in his laetis circumstantiis non omitto commendare Eminentiae Vestrae Dominum Equitem Alvarez e Cohorte Nobilium suae Sanctitatis, qui ceu Cursor extraordinarius fausti praeconii lator est, et non dubito fore, ut Eminentia Vestra praedicto Domino Alvarez in omnibus, quae ei necessaria fuerint, suppetias praestet. Multa cum laetitia nanciscor hanc occasionem, ad declarandum Eminentiae Vestrae profundum obsequium, quocum Ei manus humillime osculor.

Romae 16. Junii 1856. Vestrae Eminentiae humillimus devotissimus servus J. Card. Antonelli.

Literae Apostolicae Summi Pontificis. Dilecto Filio Nostro Michaeli S. R. E. Presbytero Cardinali Lewicki nuncup.

Digitized by Google

Archiepiscopo Leopoliensi Graeci Rutheni Ritus Pius PP. IX.
Dilecte Fili Noster, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

In Apostolicae Sedis fastigio Divina miserante Clementia, meritis licet imparibus constituti, deque Catholicae Ecclesiae bono vehementer soliciti, illud inprimis curamus, ut Collegium Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium amplissimis refulgeat viris, prout splendidissimi hujus Ordinis dignitas ac munus efflagitant. Hinc Te in eumdem Ordinem adscribendum censuimus, quippe egregia tua pietas, doctrina, Catholicae Eidei zelus, aliaeque virtutes, quibus commendaris, Nos in eam spem adducerit, fore, ut ministerium tuum Ecclesiae Dei magno sit et usui et ornamento. Ad Te igitur Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem creatum, sublimis hujus dignitatis unum ex insignibus, Birretum scilicet purpureum per dilectum filium Hieronimum Feliciangeli Cubicularium Nostrum supra numerum mittimus, ut postquam illo reverenter fueris insignitus, hujus splendidissimae Purpurae nota admoneri Te intelligas in Cardinalitia dignitate constitutum adversus quaeque pericula interritum, et invictum pro Ecclesia Dei stare oportere, usque ad pretiosam in conspectu Domini sanguinis effusionem. Quem vero ad Te mittimus tum ob rem ipsam, quae mittitur, tum Nostra causa, ut benigne excipias, omnibusque prosequaris officiis magnopere hortamur. Volumus autem ut antequam Birretum ipsum accipias, juramentum a dicto Hieronimo Feliciangeli Tibi exhibendum omnino praestare, illudque manu Tua subsciptum ad Nos sive per eumdum, sive per aliam personam mittere tenearis. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XVI. Junii MDCCCLVI. Pontificatus Nostri Anno Decimo. Sub annulo Piscatoris.

V. Cardinalis Macchi.

Digitized by Google

Aliae Literae Apostolicae Summi Pontificis. Dilecto Filio Nostro Michaeli S. R. E. Presbytero Cardinali Lewicki, Archiepiscopo Leopoliensi, Haliciensi et Camenecensi Pius P. P. IX. Dilecte Fili Noster, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Dilectum Filium Hieronimum Feliciangeli intimum Cubicularium Nostrum delegimus, ut ad Te collatae nuper a Nobis Cardinalitiae Dignitatis insigne purpureum Birretum Nostro nomine deferat. In illo reddendo Tibi luculenter idem declarabit singulares Nostrae paternae erga Te benevolentiae sensus, Tibique palam faciet, quo animi Nostri gaudio Te ad Cardinalitam Dignitatem eveximus, cum nulla majore jucunditate perfruamur, quam cum beneficiis ac praemiis eos augemus, quos iisdem, ut in Te ornando contigit, dignissimos judicamus. Plane non dubitamus, quin Ablegatum hunc Nostrum eum in modum sis excepturus, quem et munus ipsi a Nobis demandatum, et ejus generis honestas, egregiaeque dotes exigunt. Attamen eum Tibi magnopere commendamus, et persuasum Tibi esse volumus, Nos quaecumque illius causa feceris, Nostra causa Te fecisse existimaturos. Tibique, Dilecte Fili Noster, intimo Pontificii animi affectu Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XIX. Junii Anno MDCCCLVI. Pontificatus Nostri Anno Decimo. Sub annulo Piscatoris.

Lucas Pacifici.

Decretum Majestaticae Delegationis. Nos Franciscus Josephus primus divina favente clementia Austriae Imperator; Rex Hungariae, Bohemiae, Lombardiae et Venetiarum, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Galiciae, Lodomeriae et Illiriae; Archidux Austriae; Magnus Dux Cracoviae; Dux Lotharingiae, Salisburgi, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Bucovi-

Digitized by Google

nae, superioris et inferioris Silesiae; Magnus Princeps Transilvaniae; Machio Moraviae; Comes Habsburgi et Tirolis etc.

Notum testatumque omnibus et singulis, quorum interest, tenore praesentium facimus: Posteaquam Sua Sanctitas Pius IX. Summus Pontifex in ultima praeconistaione S. R. E. Cardinalium Reverendissimum Dominum Michaelem Lewicki Archiepiscopum Leopolitanum ritus graeci Sacrae Ecclesiae Romanae Cardinalem perbenigne denominavit, eumque in finem intimum suum Cubicularium, Reverendum Dominum Hieronymum Feliciangeli cum purpureo Birreto, quo praememoratus Ecclesiae Princeps condecorandus est, ad Nos ablegavit, Nos in absentia Ejusdem Archiepiscopi elegimus atque hisce delegamus Eminentissimum Domnum *Friderikum Cardinalem Schwarzenberg,* Principem Archiepiscopum Pragensem, Ordinis Sti Stephani magnae Crucis Equitem, qui Nomine et Mandato Nostro Birretum, insigne hoc Cardinalitiae dignitatis documentum solemni et consueto ritu ac praesente eodem Sanctitatis Suae Ablegato, Reverendo Hieronymo Feliciangeli praedicto Archiepiscopo Reverendissimo Domino Michaeli Lewicki, recenter numero Purpuratorum Ecclesiae Patrum adscripto, imponat, Nosque de peracta hac Ceremonia certiores reddat. In quorum fidem praesens Delegationis Nostrae solenne instrumentum manu Nostra signavimus Sigilloque Nostro Caesareo Regio appresso muniri jussimus.

Dabamus in Laxenburg 17. Julii 1856. Regnorum Nostrorum 8vo. L. S.

Franciscus Josephus. m. p.
Comes a Buol Schauenstein. m. p.
Ad mandatum Sacr. Caes. ac Reg. Apostolicae Majestatis proprium:
Otto L. B. Meysenbug m. p.

Digitized by Google

Ad an. 1856. Am 20 August 1856 wurde dem Cardinal Lewicki in Uniow das Barret durch den päpſtlichen Ablegaten Feliciangeli überreicht, am ſelben Tage Abends waren die Lemberger gr. kath. Kirchen beleuchtet und am 21 August 1856 war um 9 Uhr das Dankamt in der Kathed. Kirche zu St. Georg abgehalten.

Sermo Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Cardinalis Schwarzenberg Delegati Imperialis.

Quodsi gubernator navis, per pelagum vela tendens incertum ac procellosum, sedulo attendit, cui potissimas partes magni navigii commiserit regendas: eum virum singularibus et laudibus et praemiis exornat, qui sive in prora sive in puppi constitutus, immotis oculis in opus suum conversis, nihil intentatum, ut navis prospere feratur ad portum, relinquit. Haud minori studio belli dux aut praelii Imperator eum commilitonem amplius honorare festinat, qui in loco ancipiti pugnae aut in confertissimo hostium agmine intrepidus vexilla tuetur, impetus adversarios frangit, ad victoriam usque decertat. — Jam nauta Vicarius Christi, successor S. Petri, cui Apostolorum Principi Christus Redemptor navigium suae Ecclesiae gubernandum commisit, supremus ille dux omnium praeliorum, quae adversus portas inferi praelianda sunt, Te, Charissime in Domino frater, tamquam insignem collaboratorem in dirigenda spirituali navicula Ecclesiae, et illustrem dimicatorem adversus hostes populi Dei, summo honore et praemio ornandum esse decrevit. Convenit enim, quoniam *duplici honore dignus* statuitur, *qui bene praeest presbyter*, et tuis meritis tribui dignam coronam, sed et summae dignitati, ad quam nunc te evectum esse gratulamur, parem exhiberi virum. Quanta autem ista dignitas sit, qua Cardinalem Presbyterum Te S. R. E. Sanctissimus Dominus Dominus Noster Pius PP. elegit et pronuntiavit, minime opus esse multis exponere. Vere in eminentissimo loco collocatur, qui in supremum Senatum reipublicae Christianae, Catholicae

Digitized by Google

Ecclesiae, quantum per Universum Orbem late patet, assumitur: atque fastigium honoris est, intimiori vinculo ac pietate necti cum illa excelsa Petra, supra quam Ecclesia, id est visibile coelorum regnum fundatum fuit. Haec est illa Ecclesia principalis, cum qua ut S. Irenaeus loquitur, *propter ipsam ejus potiorem principalitatem omnis Ecclesia, id est, omnes undique fideles convenire debent*, cum qua qui non sentit, neque cum Christo sentit, qui confirmationem fratrum in fide non alii nisi S. Petro injunxit. Si Ecclesia Christi vinea est, custodia hujus, ut Patres Chalcedonenses loquuntur, Romano Pontifici committitur, si Ecclesia arca Noe est, extra quam nemo salvatur, ostium ejusdem invenitur in Communione Sanctae Sedis et aperiendi claves a successore ejus tenentur, qui eas a Christo Domino accepit. Quodsi vero Apostolica Romana Sedes *Caput et cardo a Redemptore Nostro per S. Petrum designata et constituta fuit, et sicut cardine ostium regitur, ita hujus Sanctae Sedis auctoritate omnes Ecclesiae reguntur: recte Senatus Cardinalium a cardine nomen accepit*, quia cum capite suo tam intime conjungitur, et quemadmodum super Successore S. Petri ceu cardine principali totum ostium domus Dei quiescit, ita *super eos ostia universalis Ecclesiae versentur et sustententur*. Quandoquidem vero Ecclesia Dei ex omnibus nationibus, linguis et regionibus colligitur — *in universam enim terram exivit sonus eorum* — etiam Cardines ejus Universales in quibusvis terrarum regnis et populis, in quantum fieri potest, aedificentur. *In Christo neque Graecus neque Scytha neque barbarus censetur*, sed omnes sunt docibiles Dei, uniti per unionem veritatis et fidei catholicae. Quamquam diversitas linguarum originem a tristi generis humani miseria trahat et peccato, atque in coelestibus supernae beatitatis sedibus aeterna praeconia Dei nullo linguarum diversarum obstaculo turbari poterunt: in praesenti tamen rerum conditione dummodo una sit mens credentium et aequa charitatis mensura,

Digitized by Google

diversa populorum ora per Apostolos sanctificata sunt, dum pentecostalibus festis per apertum Dei miraculum unum quidem sermonem et unam praedicationem Salutis sed diversissimis linguis intellectam, proferrent, Dei magnalia celebrantes. Et quamivs ad unitatem verbi necessario tendat unitas mentis: tamen linguam et ritum venerabilem Graecorum non minus quam Latinorum studiosissime Catholica Ecclesia conservat. Hujus studii argumentum et signum inviolabilis charitatis, qua Sancta et Apostolica Sedes etiam Graeco-Ruthenos populos in unione fidei Catholicae amplectitur, sollicite cavens caeterum ne sub diversa lingua noxium aliquod et erroneum dogma subrepat, laete agnoscimus Tuam, charissime in Christo frater, ad Cardinaliatum evectionem et promotionem testimonium inquam luculentissimum unius veritatis, unius fidei, unius baptismatis, quod vestram nationem ad unum illud ovile conjunxit, cujus Pastor aeternus Christus, et in terris Vicarius Pontifex Romanus, prout unitatis centrum Sacra Romana Ecclesia. Sed maximae, quae animum Tuum, Eminentissime Praesul, exornant dotes summaeque virtutes merebantur omnino, ut decus istius eximiae dignitatis Tibi prae caeteris conferretur. Venerabilis senectus, longam annorum seriem in servitio Dei summis laudibus peractam ostendit: magistrum primo junioris Cleri, pastorem paroeciae cathedralis Leopoliensis, sed et antesignanum in administranda ipsa hac Archidioecesi, quam nunc postquam nonnulos annos tamquam Antistes Episcopus Dioecesis Premisliensis exegeras, inde a quadraginta annis ceu Archiepiscopus et Metropolita summa cura, fervidissimo zelo, et incredibili laboris patientia moderaris. Omnibus perspecta ac celebrata est constantia Tua in tenenda catholica fide, in propugnanda eadem ac tuenda communione cum vera Ecclesia Christi, paterna providentia in formandis et instruendis pastoribus animarum, quibus salus aeterna fidelium curatur, indefessa industria in erudiendo populo, in consolandis pauperibus, sublevandis mi-

Digitized by Google

seris, et plurima alia merita, quae in libro vitae scribuntur, et quorum commemoratione modestiae Tuae onerosus esse noluerim. De Tuis denique virtutibus tantopere persuasum omnibus est, ut certo sciant, Te in accipienda singulari Cardinalis dignitate non gloriam cogitare, sed significationem tantum meditari rubri illius coloris, quo ornaris, ut scilicet usque ad sanguinis effusionem pro exaltatione Sanctae fidei, pace et quiete populi Christini, et sospitate S. E. R. Te velis intrepidum exhibere. — Quod itaque ad consolationem et gaudium universi Tui Cleri et populi Tibi gratulantis factum est, Tibi faustum jucundum et fortunatum eveniat. Postquam C. R. Apostolica Majestas Imperator et rex noster gratiosissime me delegare dignatus est, ut ejus nomine et mandato purpureum Biretum, insigne hoc Cardinalitiae dignitatis documentum a Sua Sanctitate per specialem ablegatum transmissum, Capiti Tuo imponerem, jam non restat nisi ut Augustissimo huic mandato satisfacturus, ea quae mos et jura praecipiunt, peragam.

Legantur itaque litterae Apostolicae et instrumentum Delegationis Suae C. R. et Apostolicae Majestatis.

Verba eucharistica neocreati Cardinalis Michaelis Metropolitae.

Desunt mihi idonea verba, quibus Sanctissimo Domino Nostro Pio IX. et Augustissimo Imperatori ac Regi Apostolico Francisco Josepho debitam gratitudinem exprimerem pro sublimi honore Cardinalitio, quo me exornare perinde autem Ecclesiam mei Ritus, quem nonnulli priscis temporibus despicere videbantur, exaltare dignati sunt. Deest mihi quoque justus modus exhibendi Tibi Eminentissime ac Reverendissime Domine Cardinalis et Princeps Archiepiscope debitum cultum ac gratitudinem ob eximiam Tuam benevolentiam, quod longum et arduum iter huc suscipere, mihique insignia dignitatis Cardinalitiae, vice Augustissimi Imperatoris Nostri tradere dignatus sis. Unum duntaxat mihi restat, non cessabo

Digitized by Google

scilicet, quousque permittente misericordia Divina vixero, ardenter orare Deum Omnipotentem, ut Beatissimum Patrem Pium IX, et Augustissimum Imperatorem ac Apostolicum Regem Franciscum Josephum salvos et incolumes jugiter facere, et Te Eminentissime ac Reverendissime Domine Cardinalis coelestibus suis gratiis cumulare velit. In reliquo Tibi quoque Illustrissime ac Reverendissime Domine Hieronyme Feliciangeli Intime Sanctissimi Domini Nostri Cubicularie enixas gratias ago, quod ceu Deligatus Suae Sanctitatis, Galiciam longe licet Roma distantem petere, mihique insigne Cardinalitium, rubrum Biretum deferens, etiam viva voce singularem Beatissimi Patris erga me benevolentiam declarare dignatus sis. Precor Patrem Coelestem, ut Te diutissime salvum facere velit, Tibique omnia prospera evenire faciat.

Breve Apostolicum die 15. Septembris 1856 editum. Dilecto Filio Nostro Michaeli S. R. E. Presbytero Cardinali Lewicki Archiepiscopo Leopoliensi, Haliciensi et Camenecensi Pius P. P. IX. Dilecte Fili Noster, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Jucundissimum Nobis fuit Te in augustum S. R. E. Cardinalium Collegium cooptare, atque id libentissimo prorsus animo fecimus, ut egregiis Tuis virtutibus, et in Ecclesiam meritis debitum haberemus honorem, ac simul palam publiceque testificaremur singularem benevolentiam, qua catholicos Orientalis Ecclesiae Sacrorum Antistites, eorumque fideles prosequimur. Nihil autem dubitamus, quin amplissima, ad quam Te eveximus, dignitas novos Tibi stimulos addat ad christianas virtutes splendidius exercendas. Dum vero a Deo Optimo Maximo humiliter exposcimus, ut in abundantia divinae suae gratiae Tibi semper propitius adesse velit, Teque in bona senectute tueatur, flagrantissimae Nostrae in Te charitatis pignus Apostolicam Benedictionem intimo cordis affectu Tibi ipsi, Dilecte Fili Noster, cunctisque Clericis

Digitized by Google

Laicisque fidelibus Tuae vigilantiae commissis peramanter impertimur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem die 15. Septembris Anno 1856. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Pius P. P. IX.

Epistola Illustrissimi ac Reverendissimi D. Basilii Szahhijat Episcopi Graeco-Melchitarum Catholici de Farzol, Zachle et Bokaa ad Eminentissimum ac Reverendissimum Michaelem Cardinalem Lewicki Metropolitam Ruthenorum Haliciensem etc. etc. Versio ex originali Italico. Celesyria, Zachle die 31. Julii 1856. Eminentissime ac Reverendissime Domine!

Faustissima annuntiatio Dominationem Vestram Illustrissimam ac Reverendissimam a Summo Pontifice Cardinalem Presbyterum Sanctae Romae Ecclesiae nuperrime creatam esse, universi Orientis Catholicorum corda, imprimis meum, sacra replet exultatione. Haud contigit mihi honor et solatium, Te ipsum Eminentissimum ac Reverendissimum Praesulem noscendi, splendor tamen, quo renites, purpurae Romanae eximias virtutes rarasque proprietates animum Tuum exornantes testatur mihi apertissime. —

Quam ob rem euge! inclyta Ruthenorum natio! Tibi intimo e corde de eminentissimo gratulor honore, quo tuorum summe conspicuorum, doctissimorum ac zelo flagrantium praesulum Princeps gaudet. Ast insuper gratulor mihi ipsi nationique meae, hodie enim corruscante purpurae Romanae splendore ritum graecum nitentem conspicio, firmiterque spero, quod quemadmodum nomen Graecorum carum acceptumque est Romae, ita Romae nomen omnibus paulatim carum acceptumque futurum sit Graecis. Te igitur ad Eminentissimam Ecclesiae dignitatem elevato verius vero nihil superest, quam ut spem concipiamus laetissimam: Graecos in si-

num Romanae Ecclesiae, cunctarum Matris divinitus institutae ac Gubernatricis Ecclesiarum, omnes esse redituros.

Deum porro praecatus, ut Te, Eminentissimum Dominum conservet in multos annos, me subscribo humillimus et devotissimus servus

Basilius Szahhijat m. p.

Eppus Graeco- Melchitarum Catholicus de Farzol, de Zachle et Bokaa.

Epistola Illustrissimi ac Reverendissimi D. Malathii Episcopi Graecorum Catholici de Baalbek. Versio ex originali Arabico. Ex urbe Baalbek in 5. Augusti 1856. ad urbem Leopolim excelsam. Ad Dominum Cardinalem Michaelem Lewicki Metropolitam Leopoliensem Haliciensem et Kamenecensem, excelsam Eminentiam. O perquam venerande Domine et Eminentissime!

Honori mihi est, Vestrae excelsae Eminentiae profundissimam inclinationem et subjectionem meam ad pedes reponere atque contestari ingentem cordis laetitiam et exultationem, qua ego et omnes, qui me circumdant sacerdotes, sed et tota natio nostra, ejusdem ritus graeci assecla, correpti sumus; nec verba invenio, ut digne celebrarem gratiam et benignitatem Sanctissimi Domini Papae Pii IX. cui Deus inspiravit sublime consilium, ut Eminentiam Vestram ad hanc summam dignitatem elevaret. Ego quidem fortunam non habeo, Eminentiam Vestram personaliter cognoscendi: Sed clementia Sanctissimi Patris, sicut sol oriens, fundens purpuram Romanam in Eminentiam Vestram, luce splendidissima toti orbi monstravit virtutes maximi et doctissimi et zelosissimi Archipastoris. Gratulor proin integrae nationi Graecae, quae in Eminentia Vestra summum fastigium honoris et gloriae adepta est, et me quoque beatum praedico, quod pertineam ad eandem nationem, quae modo sacra purpura Romana

Digitized by Google

exornata resplendet. Quum hoc summum et maximum est, quod in Ecclesia Romana datur dignitatis et honoris: ideo Sancta Sedes romana nitidissimum documentum praebuit toti Orbi, quam charus et dilectus sit ipsi ritus noster, unde et nos filii hujus amantissimi Patris semper intensiori amore et fidelitate ipsi adhaerebimus. — Nunc autem coadunabo preces meas cum suffragiis totius populi nostri, ut Deus, in cujus manu posita est sors hominis, Eminentiam Vestram in valde numerosos annos Faustam Felicemque conservet; fiat autem sacra purpura Eminentiae Vestra sicut lucida Aurora, qua duce omnes Orientales, qui ad unam salvificam Ecclesiam Catholicam nondum pertinent, properarent in navicula Petri attingere portum salutis, ut jubilet desuper coelum et exultet terra.

Deum igitur precatus, ut vitam Eminentiae Vestrae ongissimam felicemque faciät, subscribo me cum summa veneratione Eminentiae Vestrae servus humillimus

Malathios m. p.

Episcopus Graecorum Catholicus de Baalbek et totius regionis.

Michael Lewicki, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Sacrae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis, Metropolita Haliciensis, Archiepiscopus Leopoliensis, Episcopus Kamenecensis, Sacrae Caesareo-Regiae et Apostolicae Majestatis actualis intimus Consiliarius, insignis Ordinis Leopoldi Magnae Crucis Eques, Regnorum Galiciae et Lodomeriae Primas, Sacrae Theologiae Doctor etc. Universo Venerabili Clero saeculari et regulari ac fideli populo Hierarchiae Metropolitanae ritus gr. cath. Haliciensis Salutem et Archipraesuleam Benedictionem!

Digitized by Google

Quae Majores nostri futura aliquando vix sperabant, istis temporibus Divina Providentia clementer disponente, sub felici Beatissimi Patris Pii IX gubernio universae Ecclesiae, clavum autem Magni Imperii Austriaci Francisco Josepho gloriose tenente fauste nobis evenerunt, communi etenim consilio Summus Ecclesiae catholicae Pontifex et Augustissimus Austriae Imperator, me Hierarchiae Metropolitanae Ruthenorum Unitorum in Galicia Antistitem, Excelso Eminentissimorum Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalium Collegio adnumerarunt, atque ita ritum Ruthenum, quem nonnulli priscis temporibus parvi habere videbantur, imo totam, cum Sacra Romana Ecclesia fide et filiali erga Beatissimi Apostoli Petri Succesorem obedientia, nihil obstante diversitate rituum, conjunctam Ecclesiam Orientalem praeter permultorum expectationem magnificarunt.

Oportet itaque ante omnia, ut cuncti ad Hierarchiam Ruthenam Haliciensem spectantes Patri Coelesti, a quo *omne bonum datum* venit, (Jacobi 1. 17.) pro tanto beneficio gratias referant; ideoque omnibus Venerabilibus Ecclesiarum saecularium et regularium ritus gr. cath. Rectoribus impense commendo, ut acceptis praesentibus literis meis populos suos de collata mihi Dignitate Cardinalitia, et quanti eadem sit, informent atque oportuna die Solemnia Missarum in conventu Fidelium cum hymno „*Te Deum laudamus*“ absolvant, orantes ferventer una cum populo Omnipotentem Patrem misericordiarum, ut Sanctissimum Dominum Nostrum Pium IX. Pontificem Romanum, et Augustissimum Imperatorem Austriae clementissimum Dominum Franciscum Josephum salvos et incolumes jugiter facere atque coelestibus donis cumulare dignetur.

Reliquum est, ut Vos mei in Vinea Christi Domini Dilectissimi Collaboratores, qui in Ecclesiis Vestris Sacris fungimini solerter perpendatis mala, quibus nunc genus huma-

Digitized by Google

num undique premitur, quaeve fundamenta Civilium Potestatum concutere et ipsi etiam catholicae Ecclesiae plerasque molestias causare non cessant. Dantur scilicet homines, qui Deum existere non credunt, omniaque in hoc mundo caeca quadam vi naturae fieri docent, alii, quibus non pauci nomen Catholicorum indebite usurpantes adnumerandi sunt, Deum et doctrinam salutarem ab Unigenito Ejus Filio traditam aperte negare quidem non audent, hujus tamen doctrinae necessitatem in dubium vocant, ideoque praecepta Christi Domini, et statuta Ecclesiae ab Eo fundatae inconsideratissima temeritate non tantum ipsimet transgrediuntur, sed alios etiam simplicioris praesertim mentis homines exemplo suo corrumpunt, et post se in devia trahunt. Inde est, quod istis temporibus homines, et quidem plerique etiam ex coetu Christianorum *id, quod unicum necessarium est,* (Lucae 10. 42) perpendere negligant, et quasi cum ista vita mortali omnia extinguerentur, voluptatibus mundi totos se dedant, opibus, etiam cum injuria pauperum et orphanorum congerendis continuo inhient, monita suorum Pastorum hoc obtutu sibi data pertinaciter respuant, suaque mala agendi ratione et Ecclesiam catholicam contristent, et non raro, consilia perversorum hominum secuti, pacem publicae rei destruant. Vos Dilectissimi in Christo Fratres vocati estis tantis malis firmum ponere obicem. Sanam itaque doctrinam Ecclesiae catholicae praedicate populis Vestris, hortando eos instanter et Vestro bono exemplo excitando, ut huic doctrinae vitam suam conformare studeant, et ita *Patrem, qui in Coelis est glorificent,* (Matt. 5. 16) praeprimis autem sitis solliciti de instructione juventutis parochialis, ut parvuli a teneris unguiculis Deum colere et praeceptis Ecclesiae obedire discant. Haec Vestra studia conciliabunt Vobis benedictionem Omnipotentis Dei, et amorem populorum spirituali Vestrae curae concreditorum simulque erunt luculentissimo documento gratitudinis Sanctis-

Digitized by Google

simo Domino Nostri Pio IX, et Augustissimo Imperatori Francisco Josepho debitae, pro insigni isto honore, quo Hierarchiam Ruthenorum in Galicia clementer exornare dignati sunt.

Gratia Domini Nostri Jesu Christi et charitas Dei et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen. (Corinth. c. 12. v. 13).

Datum Unioviae die 1. Septembris 1856.

Michael Cardinalis Metropolita.

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Schul